Raccolta Vill
E 85

Digitized by Google

BULLARIUM
ROMANUM,

SEU

NOVISSIMA, ET ACCURATISSIMA

COLLECTIO

APOSTOLICARUM CONSTITUTIONUM

Ex autographis, quæ in Secretiori Vaticano, aliiſque Sedis Apoſtolicæ Scriniis aſſervantur.

Cum Rubricis, Summariis, Scholiis, & Indice quadruplici.

TOMUS UNDECIMUS,

PARS ALTERA

Complectens Conſtitutiones Clementis XI. ab Anno XIII. uſque ad XXI. Innocentii XIII., & Benedicti XIII. Anno I. editas.



ROMÆ, MDCCXXXVI.

Typis, & Sumptibus Hieronymi Mainardi Impreſſoris Cameralis.

SUPERIORUM FACULTATE,

CUM PRIVILEGIO SANCTISSIMI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Eminentiſſimo, ac Reverendiſſimo Domino

D. CURTIO ORIGO

Sanctæ Romanæ Eccleſiæ

CARDINALI AMPLISSIMO.

HIERONYMUS MAINARDUS

FELICITATEM.

APOSTOLICARUM Conſtitutionum, EMINENTISSIME PRINCEPS, Undecimum evulgo Tomum, complectentem Leges, atque Decreta, quæ ſeptem poſtremis Summi Pontificatus annis edidit CLEMENS XI.: Sanctiones item univerſas, publicatas ab INNO-

Digitized by Google

CENTIO XIII., qui Te ob ingenii præſtantiam, inſignem Juriſprudentiam, & ſapientiſſimi conſilii gravitatem fecere plurimi. Et alter quidem, ſpectatis tuis commotus meritis, Cardinalem creavit, Bononiæque Legatum conſtituit; alter Cardinalium Congregationi Tridentini Concilii Interpretum præfecit; tantumque Tibi ſemper detulit, quantum viris lectiſſimis deferre conſuevit.

Magnum profecto Tibi decus acceſſit à præſtantia optimi Principis, qui Te in purpuratorum Patrum Collegium cooptavit. At illius nomen ſimul & laudes auges, talem Te exhibens, ut dignus ampliſſima dignitate omnibus partibus & numeris comprobatus, quàm ſimillimus illi videare. Enimverò quum incorruptis doctrinæ, ac morum exemplis à prima juventa conſueveris; maturus factus ætate, eam virtutis ſpeciem, quibus fueras notus, ingeſſiſti, quæ Te cum primis illuſtrem, & commendatum reddidit. Tùm omnium ſpem, & exſpectationèm implens, perpetuis meritorum incrementis floruiſti, cuivis par laudi, atque præconio.

Ab INNOCENTIO XI. inter utriuſque Signaturæ Referendarios relatus, jurique populis dicundo præpoſitus: mox ab ALEXANDRO VIII. ejuſdem Signaturæ Auditor factus, præclara ingenij, & conditionis ſpecimina præbuiſti. Quibus motus INNOCENTIUS XII., Ponentem ſacræ Conſultæ delegit. Nec ità multò

XI. Confirmatur conceſſio Privilegiorum Hoſpitalis S.Jo:Hieroſolym. Hoſpitali B.Mariæ Theuthonicorum. 226.
XII. Privilegia Exprovincialium ſui Ordinis pro Pœnitentiariis Minoribus S. Joannis in Laterano de Urbe. 227.
XIII. Facultas Guardiano,& Cuſtodi S.Sepulchri conferendi Sacramentum Confirmationis. 228.
XIV. Exemptio Militum Theuthonicorum ab oneribus ad inſtar Hieroſolymitanorum. 228.
XV. Decretum de reductione Magiſtrorum Provinciæ Caſtellæ Eremitarum S.Auguſtini. 229.
XVI. De neceſſitatibus locorum Terræ Sanctæ. 231.
XVII. Aſſignatio loci in Rota Maceraten. uni es Civibus Urbini. 231.
XVIII. Creatio Puerorum honorariorum in Comites Palatinos. 233.
XIX. Feſtum S.Antonii de Padua de præcepto pro Regnis Hiſpaniarum, & Americę. 234.
XX. De nullitate Edicti Senatus Lucernæ ſuper expenſis Monialium. 235.
XXI. Publicatio literæ Proceſſus die Cœnæ Domini. 236.
XXII. Sex gradus Magiſterii pro Provincia Peruan. Eremitarum S.Auguſtini. 240.
XXIII. Octo gradus Magiſterii pro Provincia Mexicana Eremitarum S.Auguſt. 241.
XXIV. Sex gradus Magiſterii pro Provincia Mechoacan. Eremit. S.Auguſtini. 241.
XXV. Quod Indulgentiæ Canonicorum Lateranen. fruantur a Canonicis Regularibus S. Auguſtini Superioris Germaniæ. 242.

ANNO SECUNDO.

XXVI. Conceſſio Regni Siciliæ &c. Carolo VI. Imper. 242.
XXVII. De reunione Cœnobiorum S.Luciæ de Monte, ac de Portici Provinciæ Neapolitanæ Fr. de Obſ. Diſcal. Hiſpaniæ. 248.
XXVIII. Ampliatio numeri Magiſtrorum pro Provincia Aprutina Fr.Prædicatorum. 249.
XXIX. De ſtatutis Congregationis S.Hippolyti in Indiis Occident. 250.
XXX. Erectio Univerſitatis in Civitate S.Jacobi de Leon de Caracas. 252.
XXXI. Alternativa Vicariatus Generalis inter tres Provincias Ord.B.Mariæ de Mercede Excalceatorum. 254.
XXXII. Decretum ſuper quarta funerali, & ingreſſu Parochorum in Eccleſias Regularium. 255.
XXXIII. Decretum pro Inquilinis tempore an.5. 256.
XXXIV. Reſtauratio diſciplinæ Eccleſiaſticæ in Regnis Hiſpaniarum. 258.

ANNO TERTIO.

XXXV. Approbatio obſequii exhibiti erga Sanctitatem S. a Capitulo Gen. Ord.Min. de Obſerv., & Reformatorum. 264.
XXXVI. Aggregatio Cœnobii Thorunen. Provinciæ Poloniæ majoris Fr. Min. de Obſerv. 266.
XXXVII. Facultas ſuſcipiendi Lauream Doctoratus pro Magiſt.Carmelitis Provinciæ Portugal. 267.
XXXVIII. Augentur ſex Magiſtri in Provincia Chilen.Erem. S. Auguſtini. 268.
XXXIX. Indulgentia plen. perp. pro Eccleſiis Ord. S.Birgittæ in ejus Feſto. 268.
XL. De voto Fr. Conſanguineorum in Capitulis pro Eremitis S.Auguſtini Diſcalceatis. 269.
XLI. Indulgentia plen. perp. pro Eccleſiis Monachorum S. Hieronymi Congregat. Lombardæ in Feſto S.Paulæ. 270.
XLII. Facultas ſuſcipiendi Lauream Doctoratus Magiſtris Carmelitis Provinciæ Bahiæ in Braſilia. 271.
XLIII. Eadem facultas pro Magiſt.ejuſd.Ord.Provinciæ Fluminis Januarii in Braſilia. 272.
XLIV. Prohibetur Judæis novarum rerum mercatura. 273.
XLV. Decretum de recitatione officiorum propriorum Sanctorum pro Canonicis Præmoſtraten. Congregat. Hiſpaniæ. 276.
XLVI. De reſervatione bonorum pro Ruthenis ad fidem revertentibus. 276.
XLVII. Decretum de cultu B. Andreæ de Comitibus. 277.

BENEDICTI XIII.

ANNO PRIMO.

I. Promulgatio Canonizat. B.Iſidori Agricolæ. 279.
II. Promulgatio Canonizat. B.Andreæ Corſini. 283.
III. Promulgatio Canonizat.B.Philippi Benitii. 286.
IV. Promulgatio Canonizat.B.Franciſci Borgia. 288.
V. Promulgatio Canonizationis B. Laurentii Juſtiniani. 292.
VI. Promulgatio Canonizationis B. Joannis a Capiſtrano. 297.
VII. Promulgatio Canonizationis B. Catharinæ a Bononia. 300.
VIII. Promulgatio Canonizationis B. Felicis a Cantalicio. 303.
IX. Privilegia Conclaviſtarum. 305.
X. Privilegia Dapiferorum. 312.
XI. Jubilæum Univerſale initio Pontificatus. 317.
XII. Decretum pro erectione Seminarii Miſſionariorum in Provincia S. Pauli Min. Diſcalc. ſtrict. obſerv. Caſtellæ veteris. 319
XIII. Jubilæum Univerſale anni Sancti 1725. 320.
XIV. Indulgentia plen. perp. in Eccleſiis Ordinis Ciſtercien. in Feſto S. Stephani Abbatis. 323.
XV. Suſpenſio omnium Indulgentiarum vertente anno Univerſalis Jubilæi. 323.
XVI. De exemptione Præſulum Regni Neapolitani a Spoliis Cameræ Apoſtolicæ debitis. 324.
XVII. Inſtitutio Promotoris Generalis Fiſci pro cauſis Curiarum Eccleſiaſticarum. 327.
XVIII. De mente Pontificis circa Jubilæum initio ſui Pontificatus. 328.
XIX. Indulgentia plen. perp. in Eccleſiis Ord. S.Joannis Dei Congregationis Hiſpaniarum in Feſto S. Caroli Borromæi. 329.
XX. De continuatione Viſitationis Apoſtolicæ Cleri, & Eccleſiarum Urbis. 329.
XXI. Decretum pro auctoritate Prioris S. Mariæ ſuper Minervam in Pœnitentiarios Baſilicæ Liberianæ. 331.
XXII. Conceſſio Altaris Privilegiati pro Defunctis in Cathedralibus totius Orbis. 333.
XXIII. Decretum Reformationis duorum Conventuum Provinciæ S. Alberti in Regno Siciliæ Ordinis B. M. de Monte Carmelo. 333.
XXIV. Facultas vendendi vel permutandi libros ſuperfluos pro Miniſtris Provincialibus Capuccinorum. 334.
XXV. Facultas Ruthenis redeuntibus ad Eccleſiam recuperandi, & retinendi bona ſua. 335.

Index Rubricarum omnium Conſtitutionum.

XXVI. Juriſdictio cumulativa in omnibus cauſis Cardinalis Vicarii Urbis. 336.

XXVII. De variis Juribus Eccleſiæ, & Archiepiſcopi Beneventani. 338.

XXVIII. Quod Decanatus S. Collegii Cardinalium ad Epiſcopum Card. antiquiorem licet abſentem pertineat. 341.

XXIX. Conceſſio Privilegiorum Ordini S. Joannis Dei. 347.

XXX. Decretum Translationis Corporis Ven. Ferdinandi a S. Joſepho Ord. Eremitarum S. Auguſtini. 349.

XXXI. De Eccleſiaſtica Diſciplina in Regnis Hiſpaniarum. 350.

XXXII. Indulgentia plen. perp. pro recitantibus antiphonam *Angelus Domini* flexis genibus. 356.

XXXIII. Indulgentia perpetua pro recitantibus Coronam Septem Dolorum B. M. V. 357.

XXXIV. Facultas nominandi Judices Conſervatores pro Fratribus SS. Trin. Redempt. Captiv. Caſtellæ, Legionis, Navarræ, & Bethicæ. 357.

XXXV. Facultas Gener. Minorum Conventualium erigendi Confraternitates Cordigerorum. 358.

XXXVI. Facultas geſtandi Exomidem quatuor primis Patriarchis. 359.

XXXVII. Annullatio Privilegiorum perſonalium Fratrum Min. Sancti Franciſci in Regnis Portugalliæ. 360.

XXXVIII. Contra calumnias doctrinæ SS. Auguſtini, & Thumæ. 361.

XXXIX. Statuta pro Diſciplina regulari in Ordine Fratrum Minorum. 362

XL. Reſervatio diſpenſationis ſuper voto perſeverantiæ in Congregatione Doctrinæ Chriſtianæ Regni Neapolis. 366.

XLI. Privilegia Familiarum Sanctitatis Suæ. 367.

XLII. Decretum de Viſitatore Provinciæ Aſſumptionis Tucumanen. in Indiis occident. Ord. Minor. de Obſerv. 372.

XLIII. Indulgentiæ Anni Jubilæi 1725. pro Monialibus, aliiſque. 373.

XLIV. Abrogatio privilegiorum perſonalium Monachorum S. Benedicti Congregationis Portugalliæ. 374.

XLV. Annullatio electionis Cornelii Steenoven in Archiepiſcopum Ultrajectinum. 375.

XLVI. Exceptio quarumdam Indulgentiarum a generali ſuſpenſione durante anno Jubilæi indicta. 376.

XLVII. Interdictio Regularibus ad Dignitates Eccleſiaſticas promotis, ne aliquid extra Cœnobia exportent. 377.

XLVIII. Conceſſio Privilegiorum omnium Univerſitatum Regni Galliarum pro duabus Facultatibus Oppidi Palen. 380.

XLIX. Quod Commendatarii Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani teneantur ad ſolutionem jurium Ærarii communis prædicti Hoſpitalis. 381.

L. Confirmatio Conſtit. Pii II. quoad primos, & medios fructus Beneficiorum Eccleſiæ Beneventanæ. 384.

LI. Publicatio literarum Proceſſus die Cœnæ Domini. 385.

LII. Quod Regulares Apoſtatæ ad ſuos ordines impune reverti poſſint. 389.

LIII. Facultas pro Fratribus Prædicatoribus peragendi proceſſionem SS. Roſarii abſque licentia Ordinarii; & interventu Parochi. 290.

LIV. Quod decem ea Clero in Collegio Juriſtarum Cæſenaten. admitti debeant. 390.

LV. Erectio Collegii Theologorum in Civitate Cæſenaten. 492.

LVI. Confirmatio cujusdam Decreti Clericorum Reg. miniſtrantium Infirmis pro Hiſpaniæ Provincia. 394.

LVII. Quod debeat perſolvi quarta funeralis Parochis Defunctorum, qui in Eccleſiis Regularium ſepeliuntur. 394.

LVIII. Quod Indulgentiæ anno Jubilæi ſuſpenſæ poſſit Fideles illas applicare per modum ſuffragii. 397.

LIX. Quod proviſi de Beneficiis mediam annatam perſolvere debent in beneficium ſuæ Eccleſiæ. 397.

LX. De non recipiendis Fratribus Congregationis Galliæ Tertii Ordinis S. Franciſci Provinciæ Sancti Joannis. 399.

LXI. Statuta circa Clericos Beneficiatos in habitu laicali incedentes. 400.

LXII. Communicatio gratiarum Spiritualium Congregationis Caſſinenſis Congregationi Benedictinæ Auguſtanæ. 401.

LXIII. Reſolutiones quædam pro Congregatione Bethlemica in Indiis Occidentalibus. 402.

LXIV. De receptione, & dimiſſione Fratrum Ord. Prædicat. pro Congregation. S. Sabinæ, & Lombardiæ. 403.

LV. Quod Abbates Regulares perpetui benedictionem ab Epiſcopis ſuſcipere, vel petere ſaltem teneantur. 407.

LXVI. Uſus Mitræ pro Capitulo Eccleſiæ Metropolitanæ Capuanæ. 408.

LVII. De Seminariorum erectione ab Ordinariis procuranda. 409.

LXVIII. Erectio Conventus Carmeli Majoris in novam Provinciam Neapolitanam nuncupandam. 412.

LXIX. De inſtitutione Præbendæ Theologalis, & Canonici Pœnitentiarii pro Cathedralibus Italiæ. 414.

LXX. Erectio Conventus Carmeli Majoris in Collegium Studii generalis pro Provinciis Regni Neapolitani Ord. Carmelitarum. 416.

LXXI. Confirmatio erectionis Eccleſiæ Urbinaten. in Metropolitanam, & ſubjectionis eidem Eccleſiæ Eugubinæ. 417.

LXXII. Statuta pro augendis redditibus Seminarii Eccleſiaſtici Cæſenaten. 422.

I N D E X
VOCABULORUM INITIALIUM OMNIUM CONSTITUTIONUM.

Quæ in hoc Tomo continentur.

Acceptimos nuper 1715. Pag. 36.
Ad plurimas 1713 1.
Ad ApoſtolatusNoſtri 1714. 19.
Ad Apoſtolicæ Dignitatis 1725. 422.
Ad Paſtorale faſtigium 1725. 381.
Ad Paſtoralis dignitatis 1716. 81.
Admonet Nos ſuſcepti 1718. 137.
Ad Apoſtolatus Noſtri 1719. 146.
Ad augendam Fidelium 1720. 165.
Ad augendam Fidelium 1724. 329.
Æquum arbitramur 1721. 231.
Æterni Paſtoris 1724. 276.
Æterni Paſtoris 1724. 335.
Alias ad retuodendas 1717. 122.
Alias emanarunt tam 1714. 34.
Alias emanaruot 1719. 144.
Alias fel. rec. 1723. 266.
Alias Nos 1716. 86.
Alias per recol. 1722. 248.
Alias pro parte 1714. 7.
Alias pro parte 1717. 117.
Alias pro parte 1720. 156.
Alias pro parte 1723. 269.
Alias pro parte 1724. 333.
Alias ſicut 1725. 404.
Apoſtolicæ Eccleſiæ Regimini 1725. 400.
Apoſtolatus officium 1714. 24.
Apoſtolici Magiſterii 1722. 258.
Apoſtolicæ Servitutis 1724. 277.
Avendo Noi molto 1724.327. 227.
Cæleſtium Munerum 1716. 74.
Circumſpecta Romanorum 1716. 95.
Circumſpecta Romani Pontificis 1725. 417.
Commiſſi Nobis 1725. 407.
Creditæ Nobis cælitus 1722. 234
Creditæ Nobis 1715. 409.
Cum ad aures 1715. 68.
Cum dudum fel. 1717. 116.
Cum ad infraſcriptam 1721. 228.
Cum inſcrutabilis Divini 1724. 317.
Cum poſt factam 1714. 10.
Cum Nos hodie 1715. 43.
Cum fel. rec. 1724. 329.
Cum fel. rec. 1721. 215.
Cum Nos Civitatem 1720. 166.
Cum Nos ouper 1724. 323.
Cum ſicut accepimus 1718. 127.
Cum nuper dilecti 1723. 268.
Decet Romanum Pontificem 1725. 376
Demiſſas preces 1724. 361.
De ſalute gregis 1714. 24.
Dudum a fel. rec. 1715. 46.
Dudum a Nobis 1717. 102.
Dudum fel. rec. 1721. 222.
Dudom pro parte 1714. 18.
Eccleſiæ Catholicæ 1725. 390.
Emanavit ouper 1714. 25.
Emanavit ouper 1715. 73.
Emanavit ouper 1720. 158.
Emanavit noper 1724. 276.
Emanarunt nuper 1714. 30.
Emaoaruot ouper 1722. 255.
Emanarunt alias 2724. 331.
Eſſendo ſtato commeſſo 1724. 356.
Ex commiſſo Nobis 1725. 416.
Ex illa die 1715. 50.
Ex injuncto Nobis 1725. 393.
Ex injuncti Nobis 1720. 161.
Ex injuncti Nobis 1720. 163.
Ex injuncti Nobis 1725. 264.
Ex injuncti Nobis 2724. 273.
Exponi Nobis nuper 1714. 17.
Exponi Nobis nuper 1723. 394.
Exponi Nobis nuper 1725. 399.
Exponi Nobis nuper 1735. 402.
Exponi Nobis nuper 1715. 67.
Exponi Nubis nuper 1715. 70.
Exponi Nobis nuper 1716. 84.
Exponi Nobis nuper 1717. 105.
Exponi Nobis nuper 1717. 107.
Exponi Nobis nuper 1717. 111.
Exponi Nobis nuper 1717. 112.
Exponi Nobis ouper 1717. 117.
Exponi Nobis nuper 1719. 153.
Exponi Nobis nuper 1720. 157.
Exponi Nobis nuper 1720. 160.
Exponi Nobis ouper 1720. 169.
Exponi Nobis nuper 1721. 229.
Exponi Nobis nuper 1722. 240.
Exponi Nubis nuper 1722. 241.
Exponi Nobis nuper 1722. 241.
Exponi Nobis nuper 1722. 242.
Exponi Nobis nuper 1724. 358.
Exponi Nobis nuper 1722. 249.
Exponi Nobis nuper 16222. 250.
Exponi Nobis ouper 1723. 267.
Exponi Nobis nuper 1733. 271.
Exponi Nobis nuper 1723. 272.
Exponi Nobis nuper 1724. 334.
Exponi Nobis nuper 1724. 366.
Ex Romani Pontificis 1721. 233.
Grata familiaritatis obſequia 1721. 217.
In Apoſtolicæ Dignitatis 1725. 408.
In Excelſa Sedis 1714. 13.
Ineffabili Divinæ Majeſtatis 1817. 108.
Innotuit Nobis nuper 1715. 54.
Injuncti Nobis divinitus 1725. 71.
Injunctæ Nobis divinitus 1716. 77.
Injunctæ Nobis divinitus 2717. 116.
Injuncti Nobis cælitus 1721. 123.
Injunctæ Nobis divinitus 1723. 268.
Injuoctæ Nobis divinitus 1723. 270.
Injunctæ Nobis divinitus 1724. 323.
Injuncti Nobis Apoſtolici 1724. 347.
In favorem Inquilinorum 1723. 256.
In ſupra militantis Eccleſiæ 1725. 390.
Inſcrutabili Divinæ Bonitatis 1718. 125.
Inſcrutabili Divinæ Sapientiæ 1721. 226.

In-

Index Vocabulorum Initialium omnium Conſtitut.

Inſcrutabili illius 1722. 242.
Inſcrutabili Divinæ Sapientiæ 1722. 152.
In Suprema Militantis 1725. 374.
In Supremo Apoſtolatus 1724. 336.
In Supremo Militantis 1724. 338.
In Supremo Militantis 1724. 350.
In Supremo Apoſtolicæ 1716. 78.
In Supremo Apoſtulatus 1716. 87.
Inter cæteras Apoſtolicæ 1720. 167.
Inter multiplices 1721. 171.
Inter graviſſimas 1725. 412.
Militantis Eccleſiæ Regimini 1718. 129.
Motu proprio 1714. 15.
Motu proprio &c. 1724. 305.
Motu proprio &c. 1724. 312.
Motu proprio &c. 1721. 196.
Motu proprio &c. 1721. 202.
Nova ſemper 1714. 31.
Non ſine gravi 1716. 98.
Non ſine ingenti 1720. 154.
Nuper a particulari 1720. 168.
Nuper ad ſupplicationem 1724. 349.
Nuper per alias 1724. 328.
Nuper pro parte 1725. 380.
Nuper pro parte 1721. 216.
Nuper pro parte 1716. 97.
Noper pro parte 1716. 76.
Nuper pro parte 1716. 67.
Nuper pro parte 1717. 112.
Nuper pro parte 1718. 128.
Nuper pro parte 1718. 137.
Nuper pro parte 1721. 170.
Nuper pro parte 1722. 254.
Nuper pro parte 1724. 319.
Nuper pro parte 1724. 372.
Omnium Saluti paterna 1724. 333.
Paſtoris æterni vices 1725. 389.
Paſtoralis Romani Pontificis 1725. 385.
Paſtoralis Romani Pontificis 1725. 236.
Paſtoralis Officii 1718. 139.
Paſtoralis Officii 1716. 85.
Paſtoralis Officii 1725. 401.
Paſtoralis Officii 1725. 414.
Paterna cura 1717. 119.
Pius, & Miſericors 1725. 397.
Pontificia ſolicitudo 1725. 273.
Poſtulat humilitatis noſtræ 1725. 377.
Qua ſolicitudine 1725. 375.
Rationi congruit 1721. 183.
Rationi congruit 1724. 279.
Rationi congruit 1724. 283.
Rationi congruit 1724. 286.
Rationi congruit 1724. 288.
Rationi congruit 1724. 292.
Rationi congruit 1724. 297.
Rationi congruit 1724. 300.
Rationi congruit 1724. 303.
Redemptoris, & Domini 1724. 357.
Redemptor, & Dominus 1724. 320.
Regis pacifici vices 1717. 114.
Romanus Pontifex 1724. 359.
Romanus Pontifex æqui 1725. 394.
Romanus Pontifex 1725. 384.
Romanus Pontifex 1721. 227.
Romanus Pontifex 1722. 235
Romanus Pontifex 1715. 39.
Romanus Pontifex æqui 1718. 142.
Romani Pontificis 1724. 341
Romani Pontificis 1714. 8.
Sacroſanctum Apoſtolatus Officium 1724. 360.
Sacroſancti Apoſtolatus officium 1719. 148.
Sacroſancti Apoſtolatus 1724. 358.
Sacroſancti Apoſtolatus officium 1724. 324.
Sacroſanctum Apoſtolatus 1720. 159.
Sacri Apoſtolatus Miniſterio 1719. 149.
Salvatoris, & Domini 1725. 397.
Salvatoris, & Domini 1721. 231.
Solicita Paſtoralis officii 1717. 106.
Superni diſpoſitione conſilii 1715. 56.
Superni diſpoſitione conſilii 1721. 213.
Ubi alias 1714. 26.
Ubi primum non 1715. 53.
Univerſalis Eccleſiæ Regimini 1724. 362.
Venerabilibus Fratribus 1721. 207.
Venerabilibus Fratribus 1724. 367.
Viros Religioſos 1716. 75.

CON-

Digitized by Google

tò poſt Auditoris Cameræ Apoſtolicæ Locumtenentem renunciavit. Qui autem Te penitùs norat, CLEMENS XI., ubi primum ad Catholicæ Eccleſiæ regimen eſt evectus, magnis præludens, in Pontificiam evocatum Aulam, inter Secreti Cubiculi Prælatos adſcivit, ac ſupplicibus libellis præfecit: tùm Pro-Secretarium Eminentiſſimorum Patrum Tridentini Concilii Interpretum, poſtea Sacræ Conſultæ à ſecretis pronunciavit. Quæ omnia graviſſima munera ità geſſiſti, ut gratus omnibus, nihil Tibi, omnia aliorum bono tribueris. Eminentiſſima ſubinde Dignitate auctus, nihil magis præ Te ferre viſus es, quàm juſtitiam integerrimè colere, Religioni, ac Pietati famulari, divina humanis, publica privatis anteponere. Quo factum eſt, ut Summis Pontificibus acerrimo judicio præditis magnoperè acceptus, non raró laudes etiam adeptus ſis præcipuas, & ſingulares. In quovis difficili, & arduo negotio adjunxiſti ingenij acrimoniæ amplitudinem mentis: &, quod in rebus pertractandis potiſſimè exoptari ſolet, non defuere, fidæ ſedulitati maturitas, doctrinæ prudentia, dexteritati comitas. Qua charus univerſis, omnium Tibi animos devinxiſti, & voluntates.

His ego adductus momentis, CLEMENTIS XI., & INNOCENTII XIII. Optimorum Pontificum, & qui de Te benemeriti ſunt, Conſtitutiones dicare conſtitui, ut congruens Patrono munus eſſet, & acceptiſſimum. Nemi-

ni

ni præterea Pontificias Leges aptius inſcribuntur, quàm ſacri civiliſque Juris peritiſſimo: qui ampliſſimo Interpretum Tridentini Concilii cætui præſidens, ſacrorum Canonum exſequutionem, Eccleſiaſticæque diſciplinæ incrementa provehit. Neque dubito, CARDINALIS EMINENTISSIME, quia me, hoc item nomine, graviſſimo Patrocinio tuo complectaris, qui, quotquot ſacram Jurisprudentiam juvant, & literarum ſtudia fovent, peramanter diligis, & tueris.

INDEX

RUBRICARUM OMNIUM CONSTITUTIONUM

Quæ in hoc Tomo continentur.

CLEMENTIS XI.

ANNO DECIMOQUARTO.

CXCVII. DE nullitate literarum Tribunalis Monarchiæ Siciliæ contra cenſuras latas ab Epiſcopo Agrigentino in ſui expulſores. Pag. 1.

CXCVIII. Reformatur Conſt. Pauli III. de poteſtate Confeſſariorum Hoſpitalis S. Mariæ de Conſolatione, cum extenſione ad alios Coofeſſarios Hoſpitalium Urbis. 7.

CXCIX. De electione, & coronatione Caroli VI. in Regem Romanorum. 8.

CC. Ut qoædam beneficia Eccleſiaſtica ad preces Caroli VI. Impe. conferantor. 10.

CCI. Quod joriſdictio adverſus auſus Sæcularis poteſtatis pertineat ad Archiep. Tarraconen. 13.

CCII. Confirmatio erectionis Congregationis artis agrariæ. 15.

CCIII. Quod Definitor adjunctus Congr. Doctrioæ Chriſtianæ in Gallia habeat ſuffragium deliberatiuum. 17.

CCIV. De facultate reſtituendi diſcretos in Provincia Flandro Belgica Gener. Capuccinorum. 18.

CCV. Nullitas edicti Delegati Monarchiæ Siciliæ contra Interdictum Diœceſis Liparen. 19.

CCVI. Indulg. plen. etiam per modum ſuffragii recitantibus Coronam S. Birgitiæ, cum privativa illas benedicendi pro FF. Ord. dictæ Sanctæ. 24.

CCVII. Privilegia Congregatioonm Benedictinarum pro Congregatione Bohemiæ illiuſque membris. 24.

CCVIII. De primatu inter Clericos, & Laicos pro Provincia Bœtica Ordinis Min. de Obſervan. 25.

CCIX. De obſervantia Interdicti in Diœceſibus Catanien. & Agrigent. 26.

CCX. De facultate, & primatu in S. Viſitatione inter Priorem Generalem Erem. S. Auguſtioi, & Vic. Gen. Congregationis Lombardiæ. 29.

CCXI. De nullitate præcepti Delegati Monarchiæ Siciliæ circa erectionem Reſcriptorum Apoſt. 31.

ANNO DECIMOQUINTO.

CCXII. De Congregatione Bethlchemitarum in Indiis Occidental. ejuſque erectione in Religionem 34.

CCXIII. De nullitate edicti Congregationis *Junctæ* in Regno Siciliæ contra executionem Reſcriptorum exterorum. 36.

CCXIV. Abolitio Monarchiæ Siculæ. 39.

CCXV. De modo obſervando in foro Eccleſiaſtico pro Regno Siciliæ. 43.

CCXVI. De comunicatione Privilegiorum Congr. S. Bernardi Hiſpaniarum, Congregationi Ciſtercien. Bohemiæ, Moraviæ, & Luſatiæ. 46.

CCXVII. De omnimoda obſervatione reſponſorum edictorum in cauſa ritnum Sinenſium. 49.

CCXVIII. Jubileum univerſale contra Turcas. 53.

CCXIX. De nullitate appellationis, & Proteſtationis Procuratoris Fiſcalis in Regoo Siciliæ adverſu. Conſt. Apoſtolicas. 54.

CCXX. De Conſtitutionibus, & Privilegiis Academiæ Scientiarum Civit. Bononien. 56.

CCXXI. De mutatione Sandaliorum in Calceos pro Monachis Coogregationis Fulien. 67.

CCXXII. De Sportulis quæ Tribunalibus perſolvi debent. 68.

CCXXIII. Abolitio alternativæ in electione Provinciæ S. Antonini oovi Regni Granaten. FF. Prædicatorum. 69.

CCXXIV. Reformatio Provinciæ Pedemontanæ FF. Carmelitarum Reformatorum. 71.

ANNO DECIMOSEXTO.

CCXXV. Denegatur ſeparatio Cœnobiorom a Provincia Aragoniæ Fratrum Ord. B. M. de Mercede. 73.

CCXXVI. Indulgentia plen. perpetua in Eccleſia Montis B. M. Virginis. 74.

CCXXVII. Beatificatio Servi Dei Franciſci Regis S. J. cum Officio, & Miſſa. 75.

CCXXVIII. De aſſociatione Cadaverum ad Eccleſias Regularium pro Provincia S. Jo: Baptiſtæ Fratrum Præd. in Regno Peruviaoo contra Parochos. 76.

CCXXIX. Indulgentia plen. perp. in Feſto S. Petri de Alcantara pro Eccleſiis Fratrum Minorum Conventualium. 77.

CCXXX. Uniuntur tres Parochiales de jure Patronatus Regis Regiæ Capellæ in Civitate Ulyſſiponen. 77.

CCXXX. De novis ſtatutis Congregationis Muſicorum Romanæ Urbis. 81.

CCXXXI. De diſpenſatione a voto perſeverantiæ pro Congregatiooe Clericorum Doctrinæ Chriſtianæ. 84.

CCXXXII. De communicatione Indulgentiarum totius Ordinis Provinciæ Sileſiæ Monachorum Ciſtercienſium. 85.

CCXXXIII. De alternativa inter duas filiationes pro Fratribus Eremit. S. Aug. Diſcalc. Congregat. SS. Conceptionis M. V. in Regnis Luſitaniæ, & Algarbiorum. 86.

CCXXXIV. Erigitur Collegiata Palatii Regis in Archiep. & Patriarchalem Eccleſiam Ulyſſiponen. 87.

CCXXXV. De ſuſpenſione Privilegiorum Pontificum Facultatis Theologiæ Pariſien. 95.

ANNO DECIMOSEPTIMO.

CCXXXVI. De immoderatis expenſis reformandis a Monialibus Ord. Prædicatorum Provinciæ Portugalliæ fieri ſolitis. 97.

CCXXXVII. De nullitate petionis Capituli pro Principe Erneſto in Epiſcopum Oſnaburgen. 98.

CCXXXVIII.

CCXXXVIII. De facultate Nuncii Hiſpaniarum abſolvendi a cenſuris, & pœnis, 102.

CCXXXIX. De Viſitatore Provinciæ Chilenſis Fratrum Min. de Obſerv. 105.

CCXL. De actis a Delegato Apoſtolico pro executione erectionis novæ Patriarchalis Eccleſiæ Ulyſſiponen. 106.

CCXLI. De Fratribus Muſicis Ord. Carmelitarum Provinciæ Portugalliæ. 107.

CCXLII. De indultis Capituli Patriarchalis Eccleſiæ Ulyſſiponen. 108.

CCXLIII. De celebratione Capituli Generalis Congregationis Piorum Operariorum. 111.

CCXLIV. De facultate quærendi Eleemoſynam Fratribus Diſcalceatis S. Franciſci ſtrictioris obſerv.

CCXLV. De diviſione Provinciæ S. Joa. Euangeliſtæ Ioſolarum Azzorum, & Terſeiræ Fratrum Min. de Obſerv. 112.

CCXLVI. De diſtributione Orationis 40. Horarum inter Eccleſias Ulyſſiponen. 114.

CCXLVII. Translatio Indulgentiæ in Feſto S. Scholaſticæ in diem Translati Feſti pro Congregatione Monachorum Bursfeldenſium. 116.

CCXVIII. Indulgentia plen. perp. in Feſto S. Raymundi de Pennafort., & Petri Nolaſci pro Eccleſiis FF. B. M. de Mercede. 116.

CCXLIX. De ſuffragio Exprovincialium Exzeloſorum, & Excollegarum Ord. S. Franciſci de Paula. 117.

CCL. Facultas eligendi ex eadem Provincia Viſitatores pro Provincia Conceptionis B. M. Fluminis Januarii FF. Min. de obſerv. Reformat. 117

CCLI. Confirmantur nova Capitula Regiminis Civitatis Recinen. 119.

CCLII. De Supremo Dominio S. Sedis in quibusdam locis Menſæ Epiſcopalis Aſten. 122.

ANNO DECIMO OCTAVO.

CCLIII. De Conſtitutionibus Academiæ Theologicæ in Archigymnaſio Romano. 125.

CCLIV. De tempore Capituli Generalis Monachorum S. Bernardi. 127.

CCLV. De nomine Provinciæ S. Ivonis Congr. Gallicanæ Tertii Ordinis S. Franciſci. 128.

CCLVI. De erectione Ordinis Militaris Conſtantiniani. 129.

CCLVII. De communicatione Indulgentiarum Congregationis Lateranen. Congregationi Canonicorum Windeſinen. utriusque Germaniæ. 137.

CCLVIII. De revocatione Privilegiorum perſonalium pro Provinciis FF. Minor. Diſcalceat. in Braſilia. 137.

CCLIX. Monita pro Fidelibus adverſus inobedientes Bullæ *Unigenitus*. 139.

ANNO DECIMONONO.

CCLX. De nullitate Tractatus pacificationis inter Abbatem S. Galli, & Magiſtratus Bernen., & Tiguren. 142.

CCLXI. De Superioribus ſingulis ſexenniis eligendis pro Congregat. Monachorum S. Bernardi. 144.

CCLXII. De nullitate Edicti Senatus Taurinen. contra executionem literarum exterarum ſine *Exequatur*. 146.

CCLXIII. Revocantur indulta quædam Religioſorum in Regnis Luſitaniæ, & Algarbiorum. 148.

ANNO VIGESIMO.

CCLXIV. De tranſitu Patrum S.I. ad alios Religioſos Ordines. 149.

CCLXV. De mutatione Veſtis Fratrum Donatorum Ord. SS. Trin. Redem. Captivor. Diſcalc. Congr. Hiſpaniæ. 153.

CCLXVI. De validitate cenſurarum a Vicario Eccleſiæ Nicien. latarum contra violatores Immunitatis. 154.

CCLXVII. Abolitio alternativæ in Provincia Portugalliæ Ord. Fratr. Carmelitarum. 156.

CCLXVIII. De permanentia in officio occurrente ante Capitulum morte Generalis pro Fratribus Ord. SS. Trin. Redem. Captiv. Diſcalc. Congregationis Hiſpaniæ. 157.

CCLXIX. De ratione electionis Officialium in Provincia S. Nicolai Fratrum Minorum de Obſerv. Reformat. 158.

CCLXX. Erectio in Provincias Vicariatuum Bahiæ Fluvii Januarii Ord. Fratrum Carmelitarum antiquæ Obſervantiæ. 159.

CCLXXI. De muneribus Monachorum Silveſtrinorum ad obtinendam Abbatiam Titularem. 160.

CCLXXII. Confirmatio quorumdam Decretorum Definitorii Gen. Ord. Min: Conventualium. 161.

CCLXXIII. Confirmantur quædam Decreta pro Lectoribus, & Concionatoribus Congr. S. Bernardi in Hiſpania. 163.

CCLXXIV. Indulgentia Plen. pro Eccleſia B.M. *della Steccata* Militiæ aureatæ Conſtantinianæ. 165.

CCLXXV. De cuſtodia librorum publicæ Bibliothecæ Urbinaten. 165.

CCLXXVI. Abolitio quorundam Statorum pro Lectoribus, Prædicatoribus, & Magiſtris Novitiorum Fratr. Min. de Obſ. Reform. 167.

CCLXXVII. Abolitio quorumdam Privilegiorum Lectoribus Fratr. Min. de Obſerv. Reformator. alias conceſſorum. 168.

CCLXXVIII. Extenſio numeri Magiſtrorum pro Provincia Peruviana Ord. Eremit. S. Auguſt. 169.

ANNO VIGESIMOPRIMO.

CCLXXIX. De diviſione Provinciæ Inſulen. Ordinis Capuccinorum. 170.

CCLXXX. De Privilegiis Univerſitatis Doctorum Urbini. 175.

INNOCENTII XIII.

ANNO PRIMO.

I. Privilegia Univerſitatis Doctorum Urbini confirmantur. 183.

II. Privilegia Conclaviſtarum. 196.

III. Privilegia Dapiferorum. 202.

IV. Privilegia Familiariorum S. Suæ. 207.

V. Jubilæum univerſale initio Pontificatus. 213.

VI. Continuatio Viſitationis Apoſtolicæ locorum Piorum Urbis. 215.

VII. Alternativa Officiorum in Provincia S. Antonii Luſitaniæ Fratr. Min. de Obſ. Diſcalc. 216.

VIII. Privilegia pro Capellanis S. Suæ. 217.

IX. De juramento Laicorum Fratr. de Obſervantia Reform., ac Tertii Ordin. in Regno Siciliæ pro præcedentia Clericorum. 222.

X. De exemptione Fratr. S. Jo: Dei a Juriſdictione Ordinariorum pro Congregatione Hiſpaniæ 223.

XI. Con-



CONSTITUTIONUM CLEMENTIS XI.

PARS SECUNDA.

CXCVII.

Dat. 23. Dec. 1713. An. 14. Declarantur nulla Literæ, Edictum, & Præceptum a Tribunali Monarchiæ Siciliæ edita contra cenſuras ab Epiſcopo Agrigentino in ſui Expulſores declaratas, & Interdictum cui ſubjecta fuit Diœceſis Agrigentina, cum illorum, & horum confirmatione, ac pœnis in contravenientes.

Conſt: ed. 1712. Jun. 18, P. 11, nulla declarata fuit reſtitutio Officialium Civitatis Liparen. communioni Eccleſiaſticę. Conſt: ed: 1713, Jul. 18. P. 13, nullum dictum fuit Edictum ſub nomine Ducis Sabaudię ſuper cenſuris latis adverſus Comitem Nemorſ. Et Conſt: ed: 1714, Sep. 7, P. 14, declaratur nullum edictum ejuſdem Monarchię contra Interdictum Vicarii Gen. Liparen. expulſi.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium ab auſibus Laicorum, & de fenſione jurium Eccleſiæ.

AD plurimas, & vere acerbiſſimas, quas in Regno Siciliæ non minus Eccleſiæ, quam hujux S. Sedis authoritas a Sæculari poteſtate jamdiu pertulit, & adhuc perfert, injurias, conſiderationis noſtræ intuitum convertentes, id ferme Nobis evenire experimur, quod patientiſſimo Viro Job acciddiſſe Sacræ Literæ commemorant: ut ſcilicet unius ærumnæ Nuncium alius gràvioris calamitatis Relator excipiat, novaque in dies, ac ſemper triſtiora ex illis partibus ad Nos afferantur. Noſtra proinde, & ejuſdem Sedis, Eccleſiæque Jura, ea commiſſi Nobis cælitus Paſtoralis Officii debito, ab ejuſmodi Laicorum auſibus conſtanter aſſerere pergimus, ſicut omnibus maturæ conſiderationis trutina perpenſis, æquitati, & juſtitiæ, rectoque ordini conſentaneum eſſe in Domino arbitramur.

Ab expulſo Epiſcopo e Regno Siciliæ declaratum fuit incurſus cenſurarum contra Expulſores, & Diœceſi Interdictum impoſitum a Delegato Monarchiæ Eccleſiæ aſſeritur, & excommunicati abſolvuntur vigore ſequentium literarum.

§. 1. Nuper ſiquidem ad Apoſtolatus Noſtri notitiam pervenit, quod alias poſtquam Venerabilis Frater Franciſcus Archiepiſcopus Ramirez Epiſcopus Agrigentinus, non alia profecto de cauſa, niſi eo quod Eccleſiaſtica authoritate ſtrenue aſſerta, miniſterium ſuum diligenter implevisſet, & quo par erat, obſequio Noſtris, atque ejuſdem Sedis mandatis fideliter obtemperaſſet, per ſummam injuriam, ac intolerabilem ejuſdem Sæcularis poteſtatis abuſum e ſua Civitate, ac Diœceſi Agrigentin., totoque Regno Siciliæ expulſus, ejuſmodi ſuæ expulſionis Executores, nec non quoſcumque illius complices, auxiliatores, & mandantes in Excommunicationem majorem ab Apoſtolicis Conſtitutionibus, & ſpeciatim illa die Cœnæ Domini ſingulis annis legi, & promulgari ſolita contra ſimilia perpetrantes inflictam incidiſſe declaraverat; ac inſuper Civitatem, & Diœceſim Agrigentin. præfatas Eccleſiaſtico interdicto ſubjecerat: Tametſi hæc omnia ab eo rite, ac recte, necnon juxta Sacrorum Canonum præſcriptum, imo etiam de ſpeciali, ac prævio mandato noſtro peracta fuerint, nihilominus paucos poſt dies, ineunte ſcilicet menſe Septembri proxime præterito, quidam Andreas Ficani, tanquam prætenſi Tribunalis Monarchiæ Siculæ nuncupati, illiuſque aſſerti Judicis ſpecialiter ad infraſcripta Delegatus, primum quidem, nempe die ſecunda ejuſdem menſis Septembris, Eccleſiam Sancti Joannis Civitatis Agrigentin., quæ juriſdictioni ſupradicti prætenſi Tribunalis ſubeſſe prætenditur, temere, ac violenter aperiri fecit. Deinde vero eos, quos dictus Franciſcus Epiſcopus in Excommunicationem Nobis, & eidem Sedi reſervatam incurriſſe, ſicut præmittitur, declaraverat, majori temeritate abſolvere præſumpſit, vigore ſcilicet prætenſæ facultatis ſibi ad id conceſſæ a Franciſco Miranda, & Gayarre aſſerto Judice ſupradicti prætenſi Tribunalis per ejus literas die 31. Auguſti proxime præteriti expeditas, quibus execrando non minus, & impudenti auſu, quam falſis, & ineptis rationibus eadem Excommunicatio, ſive Excommunicationis declaratio nulla, injuſta, inſubſiſtens, temeraria, & irregularis declarabatur: ipſique Andreæ nihilominus mandabatur, ut ad tollendum quodcumque ſcandalum, aditumque præcludendum coivis phariſaico zelo (hoc nomine in eiſdem literis Chriſtiana illa obedientia, quæ Eccle-

ſiæ mandatis exhiberi debet, impie traducebatur) Excommunicatos prædictos, ſi abſolutionem petiiſſent, tanquam ſpecialiter Delegatus a dicto prætenſo Tribunali, abſolvere deberet: & alias, prout uberius legi poteſt in ſupradictis literis, quas memoratus Andreas eadem die ſecunda Septembris promulgari, ac in pluribus locis Civitatis Agrigentin. affigi mandavit, tenoris, qui ſequitur, videlicet:

Literæ Judicis Monarchiæ, quibus refertur expulſio Epiſcopi, nulla declaratur excõmunicatio, & eidem Delegato conceditur facultas abſolvendi, cum vacuis ordinationibus.

§. 2. Nos utriuſque Juris Doctor D. Franciſcus Miranda, & Gayarre, de Conſilio Sacræ Catholicæ Majeſtatis, Abbas Sanctæ Mariæ Terranæ, ac Judex Ordinarius Tribunalis Apoſtolicæ Legatiæ, & Regiæ Monarchiæ pro præfata Catholica Majeſtate in hoc Siciliæ Regno. Reverendo Sacerdoti Andreæ Ficani Delegato in Cauſa Fideli Regio Dilecto ſalutem: *Ha pervenuto non ſenza doglianze alla noſtra notizia, e di queſto Tribunale dell'Apoſtolica Legazia, e Regia Monarchia, che eſſendo ſtato il Reverendiſſimo Arciveſcovo Veſcovo di Girgenti Don Franceſco Ramirez intimato d'ordine di S. E. a partirſi da quella Dioceſi, e da queſto fedeliſſimo Regno per li giuſti motivi, che moſſero l'animo di S. E., concernenti al Real ſervigio, e publico bene, e quiete del Regno, valendoſi con matura rifleſſione, ed evidente giuſtizia della poteſtà economica contro il nomato Prelato, quello abuſandoſi del Titolo ſpecioſo di Conſigliere di Sua Maeſtà (che la Divina guardi,) e del proprio giuramento di fedeltà, ed oſſervare le prerogative Regie, e del Regno, facendoſi ſcudo, benche ideate, d'eſſer leſa la libertà Eccleſiaſtica, e d'avere patito violenze dal Capitano Ochoa, Dottor Don Giovan Battiſta Guzzardo, Clerico D. Pompeo Grugno, Ettore Antinori, ed altre Perſone generalmente, ſpecialmente, & individualmente nominati paſsò a ſcomunicarli, e ſupponendo, che l'eſercizio di tal Poteſtà economica foſſe enorme delitto, paſsò ad interdire la Cattedrale, e tutte le Chieſe della Dioceſi, moſtrando in ciò poco buon genio verſo il Real Servigio, e la Poteſtà economica di S. E., per la totale elevazione del quale Interdetto, per l'evidente nullità, ed altre ragioni, e per aprirſi le Chieſe con la continuazione de' divini Officj, ed amminiſtrazione di Sacramenti, ſi ſtan ſpedendo per via del Tribunale gl'ordini opportuni, ma per adeſſo riflettendo, che la riferita cenſura fulminata contro le perſone, così in ſpecie, come in genere riferite, ha proceſſo indebitamente* ex abrupto, de facto, nullo Juris ordine ſervato, *contro la forma de' Precetti Evangelici, de' ſacri Canoni, Concilj Ecumenici, con publico ſcandalo, evidente perturbazione de' Popoli, ed impedimento al corſo della Giuſtizia, ed eſercizio della poteſtà economica, ed in eſecuzione di ſuppoſta poteſtà conceſſali dalla Corte Romana non eſecuta, nè preſentata nel Regno, in grave pregiudizio delle Regalie, e prerogative del Regio* Exequatur, *ſecondo ſi preſcrive da più Reali diſpacci de' Sereniſſimi Monarchi, fondati in evidenti ragioni, avvalorati da antichiſſima, ed immemorabile oſſervanza, mai interrotta nel lungo corſo di più Secoli, non ſolo in queſto fedeliſſimo Regno, ma anche per tutto il Mondo Cattolico, come uniforme al dritto delle genti, alli ſacri Canoni, Concilj Univerſali, e Concordie con la Santa Sede; ed accreſcendoſi li motivi di ſudetta nullità, ed inſuſſiſtenza dalli notabili eceſſi, ed evidenti aggravj, reſta la ſudetta cenſura, come ſopra, fulminata aſſolutamente nulla, ed ingiuſta, da temerſi ſolamente da chi la fulminò, non avendo nè tampoco preceſſo le ſolite, e neceſſarie monizioni, nè tampoco la citazione* ad dicendum cauſam Quare, *ſecondo precettò l'iſteſſa Verità increata, li ſacri Canoni, e Concilj Ecumenici, e ſenza veruna inibizione a deſiſterſi dal fatto, o pretese violenze; avendo perciò tutte maturamente eſaminate, e diſcuſſo con matura rifleſſione, abbiamo ſtimato dichiarar nulla, ingiuſta, inſoſſiſtente, temeraria, ed irregolare la riferita cenſura per le ragioni riferite, con fare a voi le preſenti, per rendere manifeſta, e publica la nullità di ſudetta cenſura, e per togliere anche da coteſta Città, e Dioceſi li Cedoloni, Interdetti, ed altre Scritture forſe affiſſate contro le accennate perſone in ſpecie, ed in genere nominate, e benche ſtante la ſudetta nullità, ed ingiuſtizia, non vi foſſe di biſogno veruna aſſoluzione, nondimeno per non dar luogo a verun zelo fariſaico, e a qualunque ſcandalo poſſibile, che poteſſe originarſi nelle coſcienze ſemplici, erronee, e ſcrupuloſe; Perciò vi ordiniamo, che preſentandoſi innanzi a voi le ſaccennate Perſone, in ſpecie, ed in genere nominate, ed ogn'uno di loro, domandandovi l'aſſoluzione della ſudetta Scomunica, vogliate, e dobbiate Voi, come Delegato di queſto Tribunale della Regia Monarchia, a quelli, ed ogn'uno di loro aſſolvere libere dalla ſudetta Scomunica, e fatta la ſudetta aſſoluzione ne farete fede, e quella traſmetterete, dove ſarà di biſogno, per averſene piena ſcienza, ed altra traſmetterete a Noi, e queſto Tribunale della Regia Monarchia, con voſtre lettere reſponſali, per avere anche Noi ſcienza della ſudetta aſſoluzione, procedendo ſopra ciò contro li perturbanti, ed impedienti l'eſecuzione delle preſenti a quelli rimedj, che vi pareranno convenienti, e di giuſtizia; Comandando per le preſenti a tutti, e ſingoli Officiali così Spirituali, come temporali del Regno, che ſotto la pena di ſcudi cento per ogn'uno di eſſi d'applicarſi al Fiſco di queſto Tribunale della Regia Monarchia v'abbiano, e debbano dare, e preſtare ogni lor braccio, ajuto, e favore tante volte, quante da voi ſaranno richieſti, che Noi ſopra le coſe ſudette vi diamo, e concediamo ogni noſtra poteſtà, ed autorità neceſſaria, e così eſeguirete ad iſtanza delle ſudette prenominate Perſone, ſeu di qualſivoglia Perſona per eſſe preſentate, e comparente, etiam ſenza procura, per quanto la grazia di Sua Maeſtà tenete cara, e ſotto le pene a Noi ben viſte. Datum Panormi die trigeſimaprima Auguſti ſextæ Indictionis 1713.: D. Franciſcus Miranda, & Gayarre: Julius Rotundo Pro-Magiſter Notarius: Jeſus: Præſentetur, Exequatur, Regiſtretur, & Affigatur: Sacerdos D. Andreas Ficani Delegatus in Cauſa: Die 2. Septembris 1713. præſentes præſentatæ, executæ, & regiſtratæ fuerunt, & ſunt in Officio Admodum Reverendi Sacerdotis D. Andreæ Ficani degentis in hac Civitate Agrigenti, uti Delegati Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini D. Franciſci Miranda, & Gayarre Judicis Ordinarii Tribunalis Regiæ Monarchiæ, & fuerunt affixæ juxta ſupradictam decretationem. Unde &c. Clericus Angelus Fiano Magiſter Notarius in Cauſa, &c.*

Ab alio Delegato illatæ fuerunt moleſtiæ etiam Parochis: tres Vicarii Gener. in carceres conjecti: ab ipſomet celebrata fuit Miſſa; & nullum declaratum Interdictum, cum cenſuris innuentes, prout in ſequenti Edicto.

§. 3. Poſt hæc Miniſtri dicti prætenſi Tribunalis, cum forſan ſuarum iniquitatum menſuram nondum ſatis per præmiſſa impleviſſe ſibi viderentur, admiſſis criminibus nova, & ſane ſemper graviora crimina adjicere non formidarunt. Quidam enim Canonicus Iſidorus Navarro, aſſerens ſe ejuſdem prætenſi Tribunalis, illiuſque aſſerti Judicis delegatum exiſtere, nec non ſpeciale ab eo mandatum habuiſſe revocandi generale Interdictum, cui præfatus Franciſcus Epiſcopus Civitatem, & Diœceſim ſupradictas, ut præfertur, ſuppoſuerat, ad prædictam Civitatem Agrigentin. die 15. ejuſdem menſis Septembris

bris plurium armatorum Militum turmâ ſtipatus ſe contulit, ibique tam Eccleſiaſticos ad aperiendas, quam Populum ad frequentandas Eccleſias inducere tentavit; Sed cum illos in exacta ejuſdem Interdicti obſervantia, fidelique erga Paſtorem ſuum, atque hanc Sanctam Sedem obedientia firmiſſimos inveniſſet, ad violenta remedia confugit, eorumque conſtantiam, antiqua propemodum ab Ethnicis in Chriſtifideles illatarum perſecutionum exempla renovando, bonorum interceptionibus, carceribus, exiliis, aliiſque irrogatis mulctis, expugnare ſtuduit. Plures proinde tam Sæculares, quam Regulares Sacerdotes, ſive in carceres, & vincula crudeliter conjecit, ſive bonis ſpoliavit, ſive exulare acerbe juſſit, atque hos inter pleroſque etiam Parochos oves Chriſti ſibi commiſſas eo plane tempore, quo Paſtorum ſuorum præſentia, ac cuſtodia maxime indigebant, deſerere coegit; Et, quod ſane ſine horrore, ac lacrymis audiri nequit, tres Vicarios in ſpiritualibus Generales a memorato Franciſco Epiſcopo ſucceſſive deputatos, nempe dilectos Filios Petrum Attardum, Joſephum Mariam Rhinum, & Gaſparem Salernum, in odium conſtantis, & invicti illorum zeli pro Eccleſiæ Jurium, atque Apoſtolicæ authoritatis tuitione in carceres detruſit, ingenti prius pecunia ab eis extorta: ac quartum, qui illis ſucceſſerat, nempe quemdam Blaſium Mairam, niſi hic interea non tam lethalis morbi violentia, quam innumeris pro eadem Eccleſiæ cauſa toleratis ærumnis confectus, ac pene morti proximus, ad gravis pecuniariæ mulctæ ſolutionem impio ejuſdem Iſidori juſſu immaniſſime adactus, ab humanis deceſſiſſet, eadem carceris pœna afficere decreverat. Neque his contentus dictus Iſidorus, propriæ non minus conſcientiæ, quam divini timoris penitus immemor, cenſuris omnibus, ac pœnis in Eccleſiaſtici Interdicti violatores per ſacros Canones, & Apoſtolicas ſanctiones inflictis prorſus contemptis, Cathedralem Eccleſiam Agrigentinam violenter aperiri fecit, ibique deteſtabili impietate a ſacrilegiis ad Altare progrediens, imo Altare ipſum ſacrilegiis polluens, majori Excommunicatione, aliiſque cenſuris non uno, ſed plurimis nominibus inundatus, Sacroſanctum, ac tremendum Miſſæ Sacrificium, concrepantibus interea plurium ſcloporum diſpoſitionibus per ejus Milites factis, aliiſque igniarii pulveris fragoribus additis, cum interventu quorumdam, qui ad eamdem Eccleſiam metu, & violentiis compulſi convenerant, celebrare auſus fuit: promulgato tamen prius in eadem Civitate Agrigentin. quodam Edicto, per quod idem Iſidorus Interdictum præfatum nullum, injuſtum, illegitimum, inſubſiſtens, & irritum, nulliuſque roboris, & efficaciæ declaraverat, adeoque omnibus Superioribus Eccleſiarum tam Sæcularium, quam Regularium, nec non Parochis, Beneficiatis, Capellanis, Presbyteris, & Clericis Civitatis, & Diœceſis Agrigentin. præfatarum, ut illo minime attento, Eccleſias omnes apertas, ut prius, retinere, ac in illis Miſſas, & alia Divina Officia celebrare, & celebrari, ac Chriſtifidelibus Eccleſiæ Sacramenta adminiſtrare, & adminiſtrari facere deberent, perinde ac ſi Interdictum hujuſmodi nunquam emanaſſet, ſub Excommunicationis, aliiſque pœnis diſtricte mandaverat, & alias, prout etiam uberius continetur in præfato Edicto, tenoris ſequentis, videlicet:

§. 4. Nos Doctor D. Iſidorus Navarro Canonicus Sanctæ Metropolitanæ Primariæ hujus Siciliæ Regni Eccleſiæ Panormitanæ, Examinator Synodalis, & Delegatus Tribunalis Apoſtolicæ Legatiæ, & Regiæ Monarchiæ ſerio ad infraſcripta conſtitutus vigore literarum datarum Panormi die nona Septembris ſeptimæ Indictionis 1713. præſentatarum, executarum, & regiſtratarum in hac Civitate Agrigenti die 15. Inſtantis, ad quas &c.: Omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus utriuſque ſexus hujus prædictæ Civitatis, ejuſque Diœceſis ſalutem in Domino ſempiternam. *Non ſenza doglianza, e perturbazione della publica quiete ha pervenuto alla notizia di S. E., e del Reverendiſs. Monſ. D. Franceſco Miranda, e Gayarre Abate di Santa Maria di Terrana, del Conſeglio di Sua Maeſtà, (che la Divina guardi) e ſuo Giudice Ordinario del Tribunale dell' Apoſtolica Legazia, e Regia Monarchia in queſto fedeliſſimo Regno, che eſſendo ſtato il Reverendiſſimo Arciveſcovo D. Franceſco Ramirez Veſcovo di Girgenti intimato d'ordine di S. E. a partirſi da queſta Dioceſi, e da tutto il Regno per li giuſti motivi moſſero il zelo indefeſſo, e l'animo di S. E., attinenti al Real ſervigio, publico bene, e quiete de' Popoli, valendoſi con matura riſleſſione, e con giuſtizia della Poteſtà Economica contro il ſuccennato Prelato, quale abuſandoſi del titolo ſpecioſo di Conſigliere di Sua Maeſtà, e del proprio giuramento di fedeltà, e di oſſervare le Regie prerogative, privilegj, e lodevoli oſſervanze del Regno, fingendo di eſſer ſtata leſa la libertà Eccleſiaſtica, e di aver patito violenze dal Capitan D. Giovanni Ochoa, Dottore D. Giovan Battiſta Guzzardi, Clerico D. Pompeo Grugno, Ettore Antinoro, e d'altre perſone generalmente, ſpecialmente, ed individua mente nominate, paſsò a ſcomunicarli, e ſupponendo, che l'eſercizio di tal Poteſtà Economica foſſe enorme delitto, credendo eſſer Prelato per la ſola grazia della Corte Romana, non per la Real munificenza, interdiſſe queſta Cattedrale, e tutte le Chieſe della Dioceſi, con lo ſcudo di eſſerſi commeſſo graviſſimo eceſſo contro il Paſtore di queſto Gregge, ſenza però riflettere le turbolenze, e peſſime conſeguenze può partorire tanto ſcandaloſo attentato contro il Real ſervigio, publica quiete, ed in diſpregio della Poteſtà Economica, ma anche totalmente irregolare, aſſolutamente*, & de facto, & ex abrupto, nullo Juris ordine ſervato, *contro la forma de' ſacri Canoni, e Concilj Generali, mancando li requiſiti neceſſarj dell' Interdetto, e la materia, e cauſa efficiente del medeſimo, con ſuppoſizione di violenze non vere, ed ecceſſi non commeſſi, mentre il mettere in dubio la Poteſtà Economica, e chiamare abuſo, violenza, ed eceſſo l'eſercizio della medeſima è contro ogni dritto, contro ogni Jus delle genti, e l'inveterate, e mai interrotte prerogative, e dritti di Sua Maeſtà (che la Divina guardi), e di queſto fedeliſſimo Regno, e Tribunale dell' Apoſtolica Legazia, e Regia Monarchia, maggiormente, che ſi aſſeriſce in ſudetto aſſerto, e nullo Interdetto d'aver proceſſo per poteſtà conceſſali dalla Corte Romana, non eſecutata, nè preſentata nel Regno in grave pregiudicio, anzi diſpregio delle Regalie, e prerogative del Regio* Exequatur, *ſecondo ſi preſcrive da più Reali Diſpacci de' Sereniſſimi Monarchi fondati in evidenti ragioni, avvalorate d'antichiſſima, ed immemorabile oſſervanza mai interrotta nel lungo corſo di più Secoli, non ſolo in queſto fedeliſſimo Regno, ma anche per tutto il Mondo Cattolico, come uniforme al dritto delle Genti, alli ſacri Canoni, Concilj Univerſali, Privilegj*

Edictum præd., in quo deſcribitur factum, adſeruntur rationes pro nullitate Interdicti, & auctoritate delegata nullum declaratur cum cenſuris in contravenientes.

Apoſtolici, e Concordie con la Santa Sede, ed includendo per conſeguenza manifeſta ingiuſtizia, notoria inſuſſiſtenza, ed evidente nullità, s' ha ſtimato perciò dal detto Tribunale dell' Apoſtolica Legazia, e Regia Monarchia, e dal riferito Reverendiſſimo Monſignore Giudice della medeſima provedere d'opportuno rimedio, riparando col ſuo zelo non ſolo alli pregiudizj del Real ſervigio, ma anche a quelli delli Popoli di queſta Dioceſi ingiuſtamente leſi dal ſudetto Prelato loro Paſtore contro la carità Paſtorale, ha deliberato commettere a Noi la ſua autorità, e poteſtà, ac vices, & voces ſuas, & ejuſdem Tribunalis, *con ordinarci, che doveſſimo paſſare in queſta Città, e qualſivoglia parte della Dioceſi, e levare, e far levare ſudetto Interdetto, e qualſivoglia Cedolone affiſſato, e dichiarare* juxta Juris formam ex Commiſſione ſpeciali *l'iſteſſo Interdetto nullo, ingiuſto, illegitimo, ed inſoſſiſtente. Per tanto Noi valendoci della ſopradetta poteſtà ampliſſima nelle ſopracitate lettere, come ſpeciale Delegato in queſto negozio, e Cauſa, precedendo le prove legitime di non eſſer veri li motivi addotti nel citato Interdetto, paſſaſſimo in dorſo la petizione del noſtro Procuratore Fiſcale D. Domenico Piccione, con interlocatoria* in ſcriptis *a dichiarare nullo, ingiuſto, illegitimo, ed inſuſſiſtente, irrito, di neſſuna forza, e valore il ſuccennato Interdetto; In tanto per il noſtro preſente Editto* auctoritate, qua ſupra, *publichiamo la nullità, ingiuſtizia, ed inſoſſiſtenza del medeſimo, ed ordiniamo in virtù della facoltà a Noi ſpecialmente, come s' ha detta, conceſſa a tutti li Superiori delle Chieſe, tanto Regolari, quanto Secolari, Parochi, Beneficiati, Cappellani, Sacerdoti, e Chierici, che non oſtante il ſudetto Interdetto, ſtante la ſua notoria ingiuſtizio, nullità, ed inſoſſiſtenza, doveſſero tenere le Chieſe aperte, ed ivi celebrare, e far celebrare li Divini Offizj, e Meſſe, come ſi faceva prima del ſudetto ingiuſto, nullo, ed inſoſſiſtente Interdetto, ed amminiſtrare a tutti li Fedeli li Santi Sacramenti della Santa Chieſa, come prima, e come ſe mai vi foſſe ſtato detto Interdetto, nullo, ingiuſto, ed inſoſſiſtente, e queſto ſotto la pena alli Contraventori, e diſobedienti della Scomunica Maggiore riſervata al ſudetto Reverendiſſimo Giudice della Regia Monarchia, della diſgrazia di Sua Maeſtà, e di altre pene a Noi ben viſte, e non altrimente. Datam Agrigenti die trigeſima Septembris ſeptimæ Indictionis 1713. Affigatur: Canonicus Navarro Delegatus. Innocentius Guerreri Magiſter Notarius.*

Præd: Edictum tranſmiſſum fuit per loca Diœceſis.

§.5. Idem porro Edictum a memorato Iſidoro per univerſam Diœceſim Agrigentin. tranſmiſſum fuit, ut juxta ejus tenorem Presbyteri omnes ſingulorum locorum Diœceſis hujuſmodi, Interdicto præfato nequaquam obſtante, Miſſas celebrare, aliaque Divina peragere per aſſertos Delegatos locales ſupradicti prætenſi Tribunalis compelli poſſent; quemadmodum inter cæteros ita feciſſe, atque executum fuiſſe Nobis innotuit quemdam Joſephum Alexandri, qui aſſerens ſe ejuſmodi Delegatione munitum eſſe, in Oppido *Caſtel Termine* nuncupato, ejuſdem Diœceſis quoddam præceptum, ſeu mandatum hac de re edidit, addita in eo adverſus tranſgreſſores pœna incorporationis omnium bonorum, illudque nonnullis Eccleſiaſticis dicti Oppidi tranſmiſit, imo & ad quorumdam ex eis domorum januas affigi fecit, tenoris ſequentis, videlicet: *Die 28. Octobris ſeptima Indictione 1713. Portiero d'ordine del Reverendo Sacerdote D. Gioſeppe Aleſſandro Delegato del Tribunale dell' Apoſtolica Legazia, e Regia Monarchia in virtù di Lettere Patenti date in Palazzo in detto Tribunale diebus &c., e di Commiſſione parimente del Reverendo Signor Canonico D. Iſidoro Navarro Delegato ſpeciale in Cauſa di detto Tribunale, e in virtù di ſuo ordine, e Lettera data in Girgenti diebus &c: alli quali &c. s'ingiunge, notifica, & intima al Sacerdote D. Antonino Mattaliano, quatenus domane Domenica 29. del corrente 7. Indictione 1713. e ſucceſſivamente in appreſſo di giorno in giorno abbia, voglia, e debba celebrare la Santa Meſſa, aſſiſtere in detto giorno die 29. Ottobre alla Meſſa Cantata, e Divini Officj, Amminiſtrazione delli Santiſſimi Sacramenti, ſtante l'evidente nullità dell' Interdetto, come chiaramente ſi vede nelli Editti affiſſati d'ordine di detto Reverendo Delegato in Cauſa nelli luoghi publici di queſta predetta Terra. Altrimente, facendo il contrario, e non facendo copia di ſe, s'intende incorſo in quelle pene publicate, ed eſpreſſate in detto ordine, e Lettere, procedendoſi per la diſobedienza all'eſpreſſi nell' iſteſſe Ordinazioni, con la incorporazione di tutti li ſuoi beni. Undè &c.*

Præceptum cujuſdam Delegati Localis pro executione Edicti ſub certis pœnis.

Cauſæ præſentis Declarationis.

§.6. Cum autem nimium evidens ſit, nec quiſquam inficiari valeat graviſſimam ex præmiſſis Eccleſiaſticæ Libertatis, imo etiam Pontificiæ auctoritati illatam fuiſſe injuriam: ac ſimiliter exploratum ſit nullum Judicem, quacumque tandem poteſtate, & auctoritate ſuffultum, quoties de Excommunicatione, Interdicto, aliiſque cenſuris ex cauſa læſæ, ſeu violatæ Immunitatis Eccleſiaſticæ, ac potiſſimum de ſpeciali Noſtro, & Sedis Apoſtolicæ mandato latis, agi contingit, in illarum validitatis, ſeu invaliditatis, juſtitiæ, ſeu injuſtitiæ cognitionem, quæ non niſi Nobis, ac dictæ Sedi reſervata eſt, ſe ingerere ullatenus poſſe; adeoque eadem præmiſſa in maximam plurimorum perniciem, ac ſcandalum tendant, animaſque pretioſo Salvatoris, & Domini Noſtri Jeſu Chriſti Sanguine redemptas in graviſſima pericula, & errores conjicere, ac deplorandis malis involvere valeant: Hinc eſt, quod Nos, qui Jurium Eccleſiaſticorum Aſſertores in Terris a Domino conſtituti ſumus, omniumque Chriſtifidelium curam, & ſolicitudinem ſuperna diſpoſitione gerimus, Libertatem, Immunitatem, & juriſdictionem Eccleſiaſticam, nec non Sanctæ hujus Sedis authoritatem ab ejuſmodi nefariis, ac pernicioſis conatibus ſartam, tectamque, atque illibatam tueri, & conſervare, nec non animarum periculis, quantum Nobis ex alto conceditur, occurrere cupientes, omniumque & ſingulorum, quæ in præmiſſis, ſeu eorum occaſione quovis modo decreta, juſſa, ordinata, acta, & geſta fuerunt, ſeriem, cauſas, & circumſtantias, etiam aggravantes, nec non præfatorum, ac quorumvis aliorum Tribunalium, Judicum, Miniſtrorum, etiam Principalium, ſeu Supremorum, Officialium, Notariorum, Scribarum, & Perſonarum quarumcumque in eiſdem præmiſſis quomodolibet culpabilium qualitates, dignitates, nomina, & cognomina, aliave quæcumque, etiam ſpecificam, & individuam mentionem, ac expreſſionem requirentia, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ſingillatim ſpecificatis habentes: Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Literas, Edictum, ac Præceptum, ſeu Mandatum præinſerta, nec non quæcumque in iis contenta, aliaque omnia ea occaſione

Declaratio nullitatis relatorum omnium, cum eorumdem damnatione.

ſione per memoratos Franciſcum Miranda, & Gayarre aſſertum Judicem dicti prætenſi Tribunalis, nec non Andream Ficani, Iſidorum Navarro, & Joſephum Alexandri vigore ſuarum reſpective aſſertarum Delegationum acta, geſta, & ordinata, cum omnibus, & ſingulis inde ſecutis, & forſan quandocunque ſecuturis, penitus, & omnino nulla, irrita, invalida, injuſta, reprobata, damnata, inania, temeraria, & a non habentibus poteſtatem damnabiliter attentata, ac de facto præſumpta, nulliuſque omnino roboris, & momenti, vel efficaciæ eſſe, & ab initio fuiſſe, ac perpetuo fore, neque illa a quoquam obſervari poſſe, vel potuiſſe, adeoque nec ullum ſtatum facere, vel feciſſe, ſed perinde, ac ſi nunquam emanaſſent, nec facta fuiſſent, pro non extantibus, & non factis perpetuo itidem haberi debere, tenore præſentium declaramus: Et nihilominus ad majorem, & abundantiorem cautelam, & quatenus opus ſit, illa omnia, & ſingula harum ſerie damnamus, reprobamus, revocamus, caſſamus, irritamus, annullamus, abolemus, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuamus, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, caſſatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuis ſemper haberi volumus, & mandamus.

§. 7. Præterea, tametſi de veteri Nationis Siculæ pietate, ac Religione confiſi, minime dubitemus Chriſtifideles illarum partium, ac præſertim Civitatis, & Diœceſis Agrigentin. præfatarum Incolas, etiam noſtra hac declaratione minime expectata, Literas, Edictum, ac Præceptum, ſeu Mandatum hujuſmodi, aliaque per dictos Franciſcum Miranda, & Gayarre, Andream, Iſidorum, & Joſephum geſta pro irritis, & invalidis, nulliuſque prorſus roboris, ac valoris jam habuiſſe, & in poſterum habituros eſſe, adeoque omnia e converſo per ſupradictum Franciſcum Epiſcopum acta, & ordinata religioſe, ac exacte obſervaſſe, & obſervaturos eſſe, nihilominus ad majorem ſimiliter cautelam, generale Interdictum, cui præfatus Franciſcus Epiſcopus Civitatem, & Diœceſim ſupradictas, ſicut præmittitur, ſubjecit, nec non cenſuras, ſeu declarationes Excommunicationis ab eo contra ſuos Expulſores promulgatas pro validis, & juſtis habentes, ipſumque Interdictum, ac cenſuras, ſeu declarationes hujuſmodi auctoritate Omnipotentis Dei, Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac Noſtra approbantes, & confirmantes, ac adverſus præmiſſa, quatenus opus ſit, renovantes: Motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus, omnes, & ſingulas perſonas Eccleſiaſticas tam ſæculares cujuſvis gradus, præeminentiæ, ac dignitatis fuerint, quam cujuſvis Ordinis, Congregationis, Inſtituti, & Societatis, etiam Jeſu, Regulares ad exactam ejuſdem Interdicti obſervantiam omnino teneri, & obligatas exiſtere, & fore, itaut in quibuſvis Eccleſiis, Locis piis, Oratoriis, etiam privatis, ac Capellis domeſticis Civitatis, & Diœceſis Agrigentin. prædictarum, prætenſa etiam memoratæ aſſertæ Monarchiæ Siculæ authoritate munitis, ſive alias quocumque privilegio, exemptione, & indulto, etiam prætenſæ Protectionis Regiæ, ſeu prætenſi Juriſpatronatus Regii, tametſi pluries, ac quantiſcumque vicibus a Sede præfata approbati ſuffultis, nec Miſſæ, nec alia Divina Officia celebrari, neque Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum adminiſtrari, minuſque Fidelium Defunctorum cadavera ſepeliri, aliave tempore Interdicti prohibita exerceri, niſi temporibus, caſibus, & modis per ſupradictos Sacros Canones permiſſis, ullo modo valeant, earumdem pariter tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus. Ad hæc omnes, & ſingulos, quantumvis exemptos, & quovis modo privilegiatos, qui ſtatuto, decreto, & ordinationi Noſtris hujuſmodi ſub quovis quæſito colore, ratione, aut prætextu quomodolibet contravenerint, quocumque tandem titulo, munere, aut dignitate præfulgeant, eo ipſo, & abſque alia declaratione in cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas per præfatos Sacros Canones, & Conſtitutiones Apoſtolicas deſuper latas, & impoſitas incidiſſe, illiſque innodatos fuiſſe, & eſſe, ac fore, nec ab eis a quoquam, niſi a Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente (præterquam in mortis articulo, & tunc cum reincidentia in eaſdem cenſuras eo ipſo, quo convaluerint) abſolvi, & liberari poſſe, harum ſerie ſimiliter ſtatuimus.

Confirmatio Cenſurarum, & Interdicti, cum decreto pro illius obſervantia ſub cenſuris eo ipſo incurrendis.

§ 8. Cæterum, cum notorii Juris ſit non tam eos, quos præfatus Franciſcus Epiſcopus in actu ſuæ expulſionis Excommunicatos declaravit, quam ſupradictos Franciſcum Miranda, & Gayarre, Andream Ficani, Iſidorum Navarro, & Joſephum Alexandri, ac ulterius Julium Rotundo Promagiſtrum Notarium, qui præinſertis literis prædicti Franciſci Miranda, & Gayarre, Clericum Angelum Fiano Magiſtrum Notarium, qui promulgationi literarum hujuſmodi per dictum Iſidorum, ut præfertur, factæ, ac Innocentium Guerreri ſimiliter Magiſtrum Notarium, qui præinſerto Edicto ejuſdem Iſidori reſpective ſubſcripſerunt; nec non Dominicum Piccione, ad cujus nimirum inſtantiam, uti Procuratoris Fiſcalis ejuſdem prætenſi Tribunalis, dictus Iſidorus in ſuo præinſerto Edicto ſe proceſſiſſe aſſeruit: alioſque omnes, & ſingulos cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, dignitatis, quantumcumque excelſæ, ac ſublimis fuerint, qui ſive Franciſci Epiſcopi expulſionem hujuſmodi, ſive geſta per dictos Franciſcum Miranda, & Gayarre, Andream, Iſidorum, & Joſephum quovis modo mandarunt, ac ordinarunt, ſeu illis conſilium, auxilium, favorem, vel quamvis aliam damnabilem operam præſtiterunt, aut in eorum ſequelam, & executionem geſta approbarunt, & rata habuerunt, ſeu alias in eis quomodolibet culpabiles fuerunt, cenſuras omnes, & pœnas Eccleſiaſticas a Sacris Canonibus, Generalium Conciliorum decretis, & Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac præſertim Literis die Cœnæ Domini ſingulis annis legi, & promulgari conſuetis inflictas eo ipſo incurriſſe; Noverint idcircò illi omnes, etiam ſpecialiſſima mentione digni, a cenſuris, & pœnis hujuſmodi, poſt debitam, ac condignam Eccleſiæ realiter, & cum effectu præſtitam ſatisfactionem, non niſi a Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente (præterquam in mortis articulo conſtituti, nec etiam tunc, niſi de ſtando Eccleſiæ mandatis, & ſatisfaciendo cautione præſtita, ac cum reincidentia præfata eo ipſo, quo convaluerint) abſolvi, & liberari poſſe, prout harum ſerie ſimiliter decernimus, & declaramus; facultatem inſuper quandocumque procedendi ad alia ſeveriora remedia, quatenus prædicti

Reſervatio abſolutionis Cenſurarum, in quas incurrerunt Expulſores Epiſcopi, & participes in ſupra relatis actis.

dicti Eccleſiaſticæ libertatis Violatores in ſua contumacia perſiſtentes cenſuras, & pœnas hujuſmodi animo, quod abſit, ſuſtinuerint indurato, Nobis, & eidem Apoſtolicæ Sedi eapreſse reſervantes.

Clauſulæ amplifſimæ. §.9. Decernentes pariter eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod prædicti, & alii quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis exiſtant, ſeu alias ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, cauſæque, propter quas præſentes emanarint ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel intereſse habentium conſenſus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac ineacogitato, & inexcogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu ootari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, alindve qnodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe; ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ac quibuſcumque juris, ſeu facti defectibus, qui adverſus illas a ſæculari potiſſimum poteſtate, ſeu prædicto aſſertæ Monarchiæ Siculæ Tribunali, ad effectnm impediendi, ſeu retardaudi earum executionem, quovis modo, ſeu ex quavis cauſa opponi, ſeu objici poſſent, minime refragantibus, ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere: eaſque propterea, omnibus, & ſingulis per eamdem ſæcularem poteſtatem, ſive per idem aſſertum Tribunal quomodolibet allatis, ſeu aſſereudis impedimentis penitus, & omnino rejectis, ac nequaquam attentis, ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari; ſicque, & non aliter in præmiſſis per qnoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ae Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & præfatæ Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quacunque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.10. Non obſtantibus præmiſſis, & quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de Jure quæſitn non tollendo, aliiſque Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Cnnciliis editis generalibus, vel ſpecialibns Conſtitutinnibus, & ordinationibus; nec non quorumcumque Ordinum, Congregatiouum, Inſtitutorum, & Societatnm, etiam Jeſu, & quorumvis Monaſteriorum, Conventuum, Eccleſiarum, Locorum piorum, aliiſve quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac præſcriptionibus qnantumeumque longiſſimis, & immemorabilibus; Privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, Ordinibns, Congregationibns, Inſtitutis, & Societatibus, etiam Jeſu, ac Monaſteriis, Conventibus, Eceleſiis, & Locis piis prædictis, illorumque reſpective Superioribus, aliiſve quibuslibet perſonis, etiam quantumvis ſublimibus, & ſpecialiſſima mentione dignis a Sede prædicta ex quacumque cauſa, etiam per viam contractus, & remunerationis, ſub quibnſcumque verborum tenoribus, & formis, ac com quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, ſeu ad quarumcumque perſonarum, etiam Imperiali, Regali, aliave qualibet mundana, vel Eccleſiaſtica dignitate fulgentium inſtantiam, aut earum contemplatione, ſeu alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, factis, ac pluries iteratis, ac quantiſcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis, etiam continentibns, qnod excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Privilegiis, & indultis hujuſmodi mentionem. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifiea, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non antem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia eapreſſio babenda, aut aliqua alia eaquiſita forma ad hoc ſervaoda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, eaprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis babentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectnm hac vice dumtaaat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.11. Ut antem eædem præſentes Literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus illas, ſeu earum exempla ad valvas Eceleſiæ Lateranenſis, ac Baſilicæ Principis Apoſtolorum, oec non Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe, ot moris eſt, affigi, & publicari; ſicque publicatas, & affixas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent: Utqne ipſarum literarum traoſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, mann alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ muoitis eadem prorſus fides tam in judicio, quam eatra illud nbique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibns adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die xxiii. Decembris MDCCXIII. Pontificatns Noſtri Anno Decimoquarto.

CXCVIII.

Digitized by Google

CXCVIII.

Dat. 21. Jan. 1714. An. 14.

Reformatur Conſtitutio Pauli III. ſuper facultate Confeſſariorum Hoſpitalis Sanctæ Mariæ de Conſolatione cum illius extenſione ad Confeſſarios aliorum Hoſpitalium de Urbe.

Laudata Conſtitutio ed: fuit 1544. Jun: 13. Innocent: XII Conſt: ed: 1694. Aug: 18, P. 3. conceſſa fuit Indulgentia plen: pro Archihoſpitali S. Spiritus in Saxia. Hujus Pontificis Conſt. ed. 1711 Maji 13, P. 11 interdicta fuit etiam Pœnitentiariis facultas abſolvendi a caſibus S. Sedi reſervatis. Et Bened: XIII Conſtit: ed: 1726. Decem: 6, P. 3 erigit Hoſpitale B. Gallicani, eique Privilegia conceduntur.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpet. rei memoriam.

Epitome Cōſtitutionis Pauli III, quæ conceſſa fuit Confeſſariis a Cuſtodibus deputatis facultas abſolvendi a cenſuris, & peccatis S. Sedi reſervatis cōmutandi Vota; & impetrandi Indulgentiam plenariam in articulo mortis.

ALias pro parte tunc exiſtentium Cuſtodum Confraternitatis Hoſpitalis Beatæ Mariæ de Gratia, Conſolatione, & Porticu nuncupat. de Urbe fel. rec. Paulo Papæ III. Prædeceſſori Noſtro expoſito, quod in dicto Hoſpitali, quod ex eleemoſynis Chriſtifidelium gubernabatur, quamplures pauperes infirmi utriuſque ſexus diverſarum nationum pro ſanitate recuperanda venientes, in dies recipiebantur, qui ex Statuto, vel conſuetudine ipſius Hoſpitalis antequam ad cubicula accederent, eorum peccata Confeſſoribus ad hoc per Cuſtodes deputatis confiteri tenebantur, & in eadem expoſitione ſubjuncto, quod licet veriſimiliter credendum eſſet quod in erectione dicti Hoſpitalis, aut poſtmodum, vel alias a Sede Apoſtolica conceſſum fuiſſet, quod infirmi ad Hoſpitale hujuſmodi accedentes ab omnibus, & ſingulis eorum peccatis etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis abſolvi poſſent; nihilominus, quia de hujuſmodi conceſſione non conſtabat pro parte prædictorum Cuſtodum, & Confratrum eidem Paulo Prædeceſſori humiliter ſupplicato, quatenus eorum, & ipſorum infirmorum conſcientiarum tranquillitati opportune conſulere, & alias in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaretur: Idem Paulus Prædeceſſor hujuſmodi ſupplicationibus inclinatus Presbytero, & Presbyteris per Cuſtodes dicti Hoſpitalis pro tempore exiſtentes deputatis, & ab illis deputandis, etiamſi Presbyteri Sæculares, vel cujuſvis Ordinis, & Mendicantium Regulares fuiſſent, omnium, & ſingulorum utriuſque ſexus Chriſtifidelium perſonarum tunc & pro tempore ad dictum Hoſpitale pro ſanitate recuperanda confluentium cujuſcumque qualitatis, etiamſi divites, & etiamſi Clerici Regulares, vel cujuſvis Ordinis, etiam Mendicantium Regulares fuiſſent, confeſſiones quotieſcumque confiteri voluiſſent, audiendi, & illis auditis eos ab omnibus, & ſingulis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis quomodolibet latis, & votorum quorumcumque, Juramentorum, & Eccleſiæ mandatorum transgreſſionibus, jejuniorum, pœnitentiarum injunctarum, ac divinorum Officiorum omiſſionibus, manuum violentarum in quaſvis perſonas injectionibus, ac perjuriorum, & homicidii mentalis, vel caſualis, necnon adulterii, inceſtus, ſtupri, fornicationis, ſacrilegii reatibus, omnibuſque aliis, & ſingulis eorum peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiamſi Sedi Apoſtolicæ reſervatis, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuiſſent, etiamſi talia fuiſſent, propter quæ merito Sedes Apoſtolica eſſet conſulenda, abſolvendi, & pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem injungendi, necnon vota quæcumque (ultra marino, viſitationis liminum Apoſtolorum Petri, & Pauli, Sancti Jacobi in Compoſtella, necnon Religionis, & Caſtitatis Votis dumtaxat exceptis), in alia pietatis opera commutandi, juramenta quæcumque relaxandi, ipſiſque Infirmis Eccleſiaſtica Sacramenta, prout catenus fecerant, miniſtrandi, ac eis in articulo mortis plenariam omnium peccatorum Indulgentiam, & remiſſionem, etiamſi mors non ſubſequeretur, & quoties mors immineret, vel in dicto mortis articulo conſtituti viderentur, impendendi, licentiam, & facultatem ſub certis modo, & forma tunc expreſſis auctoritate Apoſtolica conceſſit, & elargitus fuit, & alias prout in prædictis Pauli Prædeceſſoris deſuper in ſimili forma Brevis die 13. Jun. 1544. expeditis Literis, quorum tenorem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, ac de verbo ad verbum inſerto haberi volumus, uberius continetur,

Preces ProSecretarii Viſitationis Ap. pro facultatis extenſione ad alia Hoſpitalia Urbis.

§. 1. Cum autem, ſicut Venerabilis Frater Fabritius Epiſcopus Lycien. Congregationis Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum ſuper negotiis Viſitationis Apoſtolicæ Eccleſiarum, & Locorum piorum Almæ Urbis noſtræ, auctoritate Apoſtolica inſtitutæ deputatorum Pro-Secretarius, Nobis nuper exponi fecit, ipſe facultates a memorato Paulo Prædeceſſore per Literas ſupradictas Confeſſariis dicti Hoſpitalis conceſſas, ut præfertur, etiam ad aliorum ejuſdem Urbis Hoſpitalium Confeſſarios per Nos extendi plurimum deſideret: Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Reformatio facultatis pro foro conſcientiæ tantum quibuſdā caſibus exceptis ejuſque extēſio ad Confeſſ. aliorum Hoſpitalium Urbis.

§. 2. Nos igitur ipſius Fabritii Epiſcopi, & Pro Secretarii votis hac in re, quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, prædictas Pauli prædeceſſoris Literas quoad dictum Hoſpitale Conſolationis, ſicut præmittitur, emanatas, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium reformamus, & declaramus, itaut facultas in eis conceſſa intelligatur pro foro conſcientiæ tantum, exceptis caſibus in Bulla Cœnæ Domini, necnon publicæ violationis clauſuræ Monialium ad malum finem, Presbytericidii publici, ac caſus publici violatæ Immunitatis Eccleſiaſticæ, imo etiam occulti in terminis Conſtitutionis piæ mem. Greg. Papæ XIV.

pariter

pariter Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit - *Cum alias nonnulli &c.*, etiamſi ejuſmodi violatio auctoritate publica ſecuta fuerit, ac citra ullam facultatem diſpenſandi ſuper irregularitate; Indultum vero hujuſmodi ſic reformatum, & declaratum etiam aliis prædictæ Urbis Hoſpitalibus harum ſerie concedimus.

Clauſ. Irr.

§.3. Decernentes eas præſentes literas nullo unquam tempore revocari, ſuſpendi, vel limitari, aut eis derogari poſſe, nec ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus comprehendi, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, & plenarie reintegratas eſſe, & cenſeri, irritumque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XII. Januarii MDCCXIV. Pontificatus noſtri Anno Decimoquarto.

CXCIX.

Dat. 6. Febr. 1714. An. 14.

Confirmatur electio, & Coronatio Caroli VI. in Regem Romanorum futurum Imperatorem.

Conſt: ed:1711, Dec:18, P.12 extat declaratio quædam ſuper confirmatione hujus Electionis: Et Conſt: ed:1714, Mar:10, P.14 agitur de precibus Primariis ejuſdem Regis.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Chariſs. in Chriſto filio noſtro Carolo Romanorum, Hungariæ, & Bohemiæ Regi Illuſtri Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

ROmani Pontificis, qui Regis Regum, Domini Dominantium, & per quem Reges regnant, ac Legum conditores juſta decernunt in B.Petri Sede vices gerit in terris muneris eſſe dignoſcitur, quæ ad communem utilitatem, ſalutem, & præſidium, & ad Sacri Romani Imperii ſtatum pertinent Judicii, & auctoritatis ſuæ robore communire.

Refertur Electio praedicta 1711. Octo. 12. & Coronatio die 22. Dec. facta.

§.1. Quapropter cum clar.memor. Joſepho Romanorum Rege in Imperatorem electo fratre tuo germano rebus humanis exempto, ſeu alias certo, quem præſentibus pro expreſſo haberi volumus, modo Romanum vacaret Imperium, ejuſdem Imperii Principes Electores a Venerabile Fratre noſtro Lothario Franciſco Archiepiſcupo Moguntino pro munere ſuo in Civitatem Francofurti ad Mœnum, ad certam diem vocati in eadem Civitate convenientes, ut Romanorum Regem futurum Imperatorem eligerent, qui præcelſis, Regiiſque virtutibus Rempublicam tueretur, iidem Principes die 12. Menſis Octobris anni Domini milleſimi ſeptingenteſimi undecimi, Te, qui Hungariæ, & Bohemiæ Rex eras, unanimi conſenſu, divina favente clementia, in Romanurom Regem futurum Imperatorem elegerunt, Tuque electionem hujuſmodi, oblato tibi de more Decreto, qua decuit modeſtia, conſenſiſti, ac deinde nempe die 22. Menſis Decembris ejusdem anni in dictæ Civitatis collegiata Eccleſia S. Bartholomæi, poſt Miſſarum ſolemnia a prædictu Lothario Franciſco Archiepiſcopo celebrata per Te in manibus ejusdem Lotharii Franciſci Archiepiſcopi præſtito more Catholicorum Regum Romanorum Prædeceſſorum tuorum Juramento, aliiſque ſolemnitatibus rite peractis, dicti Lotharii Franciſci Archiepiſcopi miniſterio, ritu, & pompa ſolita coronatus fuiſti; Quoniam vero electionis, coronationiſque negotiis hujuſmodi per dilectum filium nobilem virum Herculem, Joſephum Ludovicum Turinetti Marchionem de Priè oratorem tuum ſpecialem coram Nobis proponi feciſti, petens omnia præmiſſa per nos Apoſtolica auctoritate cæremoniis ſervari ſolitis confirmari: Nos de præmiſſis per legitima documenta ſufficienti habito teſtimonio, & re cum Venerab. Fratribus noſtris S. R. Eccleſiæ Cardinalibus diligenter perpenſa, & mature conſiderata magna animi noſtri cum ſpirituali lætitia ex eadem electione ſuſcepta ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, glorioſiſſimæque ejus Genitricis Mariæ, ac Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, necnon ejusdem Romanæ Eccleſiæ, ac Sacri Imperii exaltationem, & honorem electionem de perſona Majeſtatis tuæ in Regem Romanorum futurum Imperatorem, & coronationem in dicta Civitate Francofurti factas ob præſtantiſſimas animi, & corporis tui dotes, luculentiſſimaque earum indicia, ac teſtimonia, & certiſſimam ſpem, quam de te in Sanctæ Fidei, & Religionis Catholicæ, ac noſtra, & Romanæ Eccleſiæ, illiuſque rerum, & bonorum defenſione, propagatione, & protectione conceptam habemus, de eorumdem Fratrum conſilio, & unanimi aſſenſu, auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus.

Petitio Caroli VI pro Confirmatione.

Caerimonia a Pontifice adhibitæ, & cauſa confirmationis.

Confirmatio Electionis, & Coronationis.

§.2. Ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, etiam ſubſtantiales qui ſeu ratione formæ, vel loci coronationis ejusdem, ſeu ratione perſonarum eorumdem Electorum tam ſcilicet eorum, qui abſuerunt, ac ſuum ſuffragium minime tulerunt, quam aliorum qui ad ſuffragium ferendum, licet quovis legitimo jure eligendi deſtituti eſſent, admiſſi fuerint, ſive etiam ex eo, quod idem Joſephus Electus Imperator de manu Romani Pontificis, auream Coronam non ſuſceperit, imo, nec etiam ſuæ electionis confirmationem ab eodem Romano Pontifice obtinuerit, ſeu quavis alia ratione, vel cauſa in electione, & coronatione hujuſmodi quovis modo intervenerunt, ſeu intervenisſe dici, cenſeri, vel prætendi poſſent, ſanamus, & ſupplemus, teque ſic electum, & confirmatum ad ſuſcipien. Imperialis dignitatis culmen ſuis loco, & tempore dignum, & idoneum, etiam decernimus, & declaramus.

Clauſulæ particulares cum decreto pro ſuſcipienda Imperiali dignitate.

§. 3. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibusvis legibus Imperialibus, ac privilegiis Electoribus ipſis, & quibuſvis aliis forſan conceſſis, quibus etiamſi ad illorum derogationem

nem de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia forma ſervanda eſſet, illorum omnium tenores, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes; illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat auctoritate, ſcientia, poteſtate, & tenore præmiſſis ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 4. Nulli ergo omnino hominum liceat haoc paginam noſtræ confirmationis, approbationis, ſanationis, ſuppletionis, Decreti, declarationis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc atteotare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incorſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo decimotertio; Quarto Kalen. Martii Pontificatus Noſtri Anno Decimoquarto.

✠ Ego Clemens Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.



✝

✝ *Ego N. Epiſcopus Portuen. Cardinalis Acciajolus.*

✝

✝

✝ *Ego F. Epiſcopus Præneſtinus Card. Spada.*

✝ *Ego G. Tit. S. Laurentii in Lucina Prior Presbyterorum Card. Mariſcottus.*

✝ *Ego F. Tit. S. Petri ad Vincula Presb. Card. Aſtallius.*

✝ *Ego B. Tit. S. Praxedis Presbyt. Card. Panciaticus.*

✝ *Ego F. Tit. Sanctæ Balbinæ Presbyter Card. de Abdua.*

✝

✝

✝

✝

✝ *Ego Fr. T.M. Tituli Sancti Clementis Presbyter Cardinalis Ferrari.*

✝ *Ego Joſeph Tit. S. Mariæ Transpontinæ Presb. Card. Sacripantes.*

✝ *Ego J.B. Tit. S. Cæſarei Presbyt. Card. Spinula S.R.E. Camerarius.*

✝

✝ *Ego Fr. Tit. SS. Jo., & Pauli Presbyt. Card. Paulutius Major Pœnitent.*

✝

✝

✝ *Ego F. Tit. S. Euſebii Presbyter Cardin. Marcellus.*

✝

✝

✝

✝ *Ego N. Phil. Tit. S. Honuphrii Presbyt. Cardinalis Spada S. Honuphrii nuncupat.*

✝

✝ *Ego J. Tit. S. M. Angelorum Presbter Card. Vallemanus.*

✝ *Ego J.D. Tit. S. Anaſtaſiæ Presbyter Cardinal. Paraccianus.*

✝

✝ *Ego C.A. Tit. S. Auguſtini Presbyter Card. Fabronus.*

✝ *Ego M.A. Tit. Sanctorum Quirici, & Julitæ Presb. Card. de Comitibus.*

✝

✝ *Ego A. F. S. Petri in Monte Aureo Presbyter Card. Sanvitalis.*

✝ *Ego L. Tit. S. Silveſtri in Capite Presbyt. Card. Picus.*

✝ *Ego L. Tit. S. Calixti Presbyter Cardinalis de Via.*

✝

✝

✝

✝

✝

✝ *Ego P.M. Tit. S. Jo: ante Portam Latinam Presb. Card. Corradinus.*

✝

✝

✝

✝

✝ *Ego A. Titul. S. Marcelli Presbyter Cardinal. Priolus.*

✝ *Ego S.B. Tit. S. Stephani in Monte Cœlio Presbyter Card. Ptholomeus.*

✝ *Ego F.F. M. Tit. S. Priſcæ Presbyter Card. Caſinus.*

✝

✝ *Ego B. S.M. in Via Lata Diaconus Card. Pamphilius.*

✝ *Ego P. S. Laurent. in Damaſo Diac. Card. Ottbobonus S.R.E. Vice-Cancellar.*

✝ *Ego C. Sanctæ Agathæ Diaconus Cardinalis Bichius.*

✝ *Ego J.R. S. Georgii in Velabro Diaconus Card. Imperialis.*

✝ *Ego Franciſcus S. Angeli Diaconus Card. Barberinus.*

✝ *Ego L. Nicolai Diaconus Card. de Alteriis.*

✝ *Ego C. S. Mariæ de Scala Diacon. Card. Columna.*

✝

✝ *Ego N. S. Mariæ in Coſmedin Diaconus Card. Grimaldus.*

✝ *Ego Annibal S. Euſtachii Diaconus Card. Albanus.*

† *Ego C. S. Mariæ in Domnica Diaconus Card. Origas.*

†

C C.

Dat. 10 Mar. 1714. An. 14.

Conceditur Carolo VI. Romanorum Regi in Imperatorem electo, ut ad ejus Preces Primarias aliqua beneficia Eccleſiaſtica conferantur, cum Decreto pro executione ſimilium Precum Joſephi I.

Conſt: ed: 1711, Oct. 3, P. 11 nullæ declaratæ fuere Preces Primariæ Vicariorum Imperialium, Conſt: ed: 1714, Feb. 26, P. 14 confirmata fuit d. Regis Electio, & Inn: XIII Conſt: ed: 1722, Jun: 9, P. 2 extat aſſertio juris Sanctæ Sedis in Regnum Siciliæ per Inveſtituram Carolo VI factam.

CLEMENS EPISCOPUS

Saavua Sarvoaum DEI.

Chariſſimo in Chriſto filio Carola Romanorum Regi Illuſtri in Imperatorem electo Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cauſæ præfectis Conſtitutionis.

CUM poſt factam de perſuna tua per Sacri Romani Imperii Principes Electores in Regem Romanorum Electionem, ac per nos pro Univerſæ Chriſtianæ Reipublicæ ſalute confirmatam nuper nobis ſignificaveris, Te ſummopere deſiderare perſonas tibi gratas, & acceptas, gratia, & munificentia aliqua Beneficia Eccleſiaſtica conſeqoi poſſe, oos quemadmodum magnis mereotur efferri laudibus inſignibuſque præconiis commendari ſublimium Principum deſideria, & vota, quæ in Divini nomiois, & perſonarum illi Clericali Vinculo adſcriptarum amore feruntur, & opere poſtmodum conſequente tutum deducuntur in actum, ita etiam dignum, vel potius debitum exiſtimamus, ut quoniam in fidei ſinceritate, & devotione illibatæ Eccleſiæ Sponſæ noſtræ te fidelem Advocatum devoviſti, eamque humili profeſſione Matrem, & Dominam tuam recognoviſti, & ad ipſius honorem, & Sacri Romani Imperii decus, unctionem Victoriæ, & diadema etiam noſtro miniſterio adveniente tempore ſuſcipere, & in eis immobilis perſiſtere intendis; Verum etiam tanquam ipſius Eccleſiæ legitimus Pugil, & Athleta Te adverſus Schiſmaticorum, & Hæreticorum, Turcarum Tyranni, ac fidei, & Chriſti nominis hoſtis inſanias, & furores ſpiritualiter, & temporaliter armaris, & in dies arma hujuſmodi jugiter exequeris, ea Tibi favorabiliter concedamus, quæ tuæ celſitudini cedant ad honorem, & per quæ eiſdem benemeritis perſonis Te munificum reddere poſſis ope auctoritatis Apoſtolicæ exhibitione gratiarum. Hinc eſt quod tuæ celſitudiois ſupplicationi inclinati dicta auctoritate præſentium ſerie, eidem celſitudini tuæ concedimus, & indulgemus,

Conceſſio pred. cum aut fuſtam reſtrictionibus, & exceptionibus.

quod ſi per Te quibuſvis Collatoribus, ſeu Collatricibus quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum Sæcularium, vel Regularium Ordinum quorumcumque per Sacrum Romanum Imperium ubilibet conſtitutorum, etiamſi qui, vel ſi quæ Pontificali, vel alia quavis dignitate præfulgeant, ſeu Collegia, Capitula, & Conventus fuerint ſuper ſingulis Beoeficiis Eccleſiaſticia cum cura, vel ſine cura Sæcularibus, vel Ordinum hujuſmodi Regularibus in ſingulis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, Collegiatis, & aliis quibuſvis Eccleſiis, etiamſi Beneficia hujuſmodi, Canonicatus, & Præbeodæ, Dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia in eiſdem Cathedralibus, etiam Metropolitanis, vel Collegiatis, & ipſæ Præbendæ in illis ex hojuſmodi Eccleſiis, in quibus majores, vel minores Præbeodæ eſſe noſcuntur, etiamſi majores fuerint, & dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia hujuſmodi conſueverint, qui per electionem aſſumi, eiſque cura immineat animarum, dummodo dignitates ipſæ in Cathedralibus etiam Metropolitanis poſt Pontificales majorea aut Collegiatis hujuſmodi principales non exiſtant, ad eorumdem Collatorum, & Collatricum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem communiter, vel diviſim pertinentibus ſingulis perſonis conferendis, ſeu ſuper hoc quod perſonæ hujuſmodi ad illa recipiantur, & admittantur preces porrigi, ſeu de perſonis eiſdem ad hujuſmodi Beneficia nominationes fieri contigerit primariaa, iidem Collatores, & Collatrices ſalvo, quod ſingulæ collationes, & ſingulæ Eccleſiæ ex hoc ultra quam in uno Beneficio non graventur, ac ipſi Collatores, & Collatrices ſaltem quatuor Beneficia Eccleſiaſtica conferre habeant hujuſmodi precibus, & nominationibus parere, & intendere, necnon perſonas ipſis ad hujuſmodi Beneficia, poſtquam ipſis de illis canonice proviſum fuerit juxta earumdem precum, aut nominationum tenorem recipere, & admittere debeant, & etiam tueantur, ita quod celſitudo tua, unam, & eamdem perſonam ſupradictis Collatoribus, & Collatricibus ſimul, vel ſucceſſive nominare poſſit; ita tamen, quod quamprimum perſona ſic nominata de aliquo Beneficio proviſa fuerit, ejus nominatio, quoad alios Collatores, vel Collatrices facta, ipſo jure expiret, & quoad easdem preces Canonicatum, & Præbendam, ac dignitatem, ſeu perſonatum, adminiſtrationem, vel officium in una Eccleſia pro unico dumtaxat Beneficio computari debere declaramus; qoodque qoicumqoe, quibuſvis in dignitatibus conſtituti, ſeu Eccleſiarum Cathedralium Canonici ſinguli, videlicet in illis, quos pro ſingulis perſonis prædictis precum, & nominationum hujuſmodi, & ad hoc ut illæ ſortiantur effectum, etiam præſentium executores deputaveris per te, vel per alium, ſeu alios Beneficia prædicta cum in quibusvis etiam Ordinariis Collatoribus per Conſtitutiones noſtras, aut literas alternativas, aliaque privilegia, & Indulta quæcumque quomodolibet conceſſis, & impoſterum concedendis, aut aliis quibuſcumque Menſibus vacaverint, & quæ perſonæ, pro qoibus preces, & nominationes hujuſmodi factæ fuerint, quatenus hujuſmodi preces, ſive nominationes ad illa ſe extendant infra menſem, poſtquam ipſis vacatio hujuſmodi Beneficiorum innotuerit, duxerint acceptanda, etiamſi ipſa Beneficia, diſpoſitioni Apoſtolicæ alias quam per Conſtitutionem felic. recor. Benedicti Papæ XII. Prædeceſſoris noſtri, quæ inci-

incipit -- *Ad regimen* -- generaliter reſervata exiſtant, & ex diverſis perſonis vacaverint, & perſonæ nominatæ prædictæ tempore aſſecutionis Beneficii ad quod nominatæ fuerint, aliud Beneficium in eadem Eccleſia obtineant, ac ſecundum Statuta, & conſuetudines Eccleſiarum, in quibus Beneficia hujuſmodi conſtiterint, vel Indulta Eccleſiis conceſſa capaces videlicet in ætate legitima conſtitutæ, aut de legitimo matrimonio procreatæ non ſint, dummodo quoad hujuſmodi qualitates alias cum eis canonice diſpenſatum, & Beneficia in eadem Eccleſia obtinenda talia ſint, quæ ſine diſpenſatione Apoſtolica inſimul obtineri poſſint, aut conſueverint, ac ipſorum vacantium Beneficiorum Collatio non fuerit juxta Lateranen. Statuta Concilii ad Sedem Apoſtolicam legitime devoluta, neque ſuper illis inter aliquos lis pendeat indeciſa, cum omnibus Juribus, & pertinentiis ſuis, perſonis ipſis, etiam duo, vel tria, ſeu plura quarumcumque qualitatis, & cujuſcumque annui valoris Eccleſiaſtica Beneficia obtinentibus, & expectantibus conferre, etiam aſsignare, necnon omnia, & ſingula, quæ ad hoc ut precum, ſeu nominationum, & acceptationum, ac Collationum hujuſmodi ſuccedunt effectus, opportuna fuerint facere, auctoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam exequi poſsint, & valeant, ſuper quibus ipſis plenam, & liberam auctoritate prædicta tenore præſentium poteſtatem concedimus, ac etiam facultatem, ac perſonis prædictis pro quibus hujuſmodi primarias preces porrigi, ſeu nominationes fieri contigerit, quod ipſe expectativis, ac nominationibus, ſeu ſpecialium reſervationum de quibus Beneficiis pro eis factarum gratiis, & mandatis de providendo ipſis de eiſdem, ſiquæ ipſis conceſſa fuerint una cum gratia precum, & nominationum primariarum earumdem uti poſsint, nec aliqua gratiarum hujuſmodi conſumpta, reliquæ earumdem caſſæ cenſeantur, vel irritæ, indulgemus. Præterea cum ſicut accepimus, ac ex authenticis ad Nos allatis documentis liquido conſtitit, etiam clar. mem. Joſepho, dum vixit, Romanorum Regi in Imperatorem electo germano fratri tuo animus non defuerit, ad ea omnia explenda, quæ pro confirmatione electionis dudum de ejus perſona in eundem Romanorum Regem futurum Imperatorem ſimiliter factæ obtinenda tam juxta Sacrorum Canonum præſcriptum, quam juxta veterem Apoſtolicæ Sedis morem, requirebantur, niſi immaturus illius obitus cuncta turbaſſet; adeoque per ipſum non ſteterit, quominus ejus electio prædicta a Nobis confirmata fuerit; Idcirco memorati Joſephi Regis electionem perinde acſi a Nobis rite, & recte ac ſervatis ſervandis cum ſuppletione, ac ſanatione quorumcumque defectuum, aliiſque omnibus opportunis, & neceſſariis clauſulis, & decretis, approbata, & confirmata fuiſſet habere volentes, ac habendam eſſe decernentes: Ut etiam ſimiles preces pro Beneficiorum hujuſmodi cum primum illa vacaſſent, collatione, ab eodem Joſepho Rege, dum viveret ſub ſpe ſimile Indultum a nobis poſt ſuæ electionis confirmationem aſſequendi, expeditæ, quas Collatoribus, & Collatricibus prædictis hactenus exhiberi contigit, ſeu impoſterum continget, ſuum integrum, ac plenum effectum ſortiri, & obtinere

Decretum prædicti confirmatione Electionis Joſephi I.

debeant de ſpeciali gratia, quæ nunquam tranſeat in exemplum ſimiliter indulgemus: Servatis tamen reſtrictionibus, & exceptionibus ſupradictis, & citra illorum præjudicium, quos in poſſeſsione Beneficiorum ſibi a nobis, ſive a quibuſvis Collatoribus, ſeu Collatricibus prædictis collatorum, excluſis prorſus, ac nullatenus ad illam admiſsis iis, in quorum favorem preces, ſeu nominationes prædictæ pro Beneficiis hujuſmodi a memorato Joſepho Rege porrectæ, ſeu factæ fuerunt, reperiri contigerit; Quibus tamen, ſicut præmittitur, excluſis Beneficia primo vacatura conferri debebunt.

Clauſulæ particulares.

§. 1. Non obſtantibus noſtris de non utendo gratia expectativa, ac reſervatione ſpeciali, vel duabus gratiis inſimul, ac de inſinuatione, & publicatione, & diligentiis per acceptantes deſuper faciendis, ac in favorem ordinariorum Collatorum, necnon expectativas in forma pauperum habentium, ac illuſtrium, & graduatorum, ac Sedis prædictæ Officialium, ac certas inibi expreſſas gratias habentium, necnon quibuſcumque in Cancellaria Apoſtolica quandocumque publicatis, & publicandis, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon aliis Eccleſiarum, in quibus Beneficia hujuſmodi forſan fuerint, ſtatutis, & conſuetudinibus, illis præſertim, quibus in Eccleſiis, in quibus majores, & minores Præbendæ hujuſmodi fuerint, caveri dicitur, quod nullus inibi majorem Præbendam majore aſſequi valeat, niſi illam de minori gradatim, & per optionem aſcendat, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus ſuper proviſione ſibi facienda de hujuſmodi, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis ſpeciales, vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus literæ, etiam noſtro, vel eas concedentium proprio motu, aut cujuſvis etiam quocumque reſpectu, & ad cujuſcumque inſtantiam ſint conceſſæ, vel concedantur in poſterum ſeu ſi ſpeciales de hujuſmodi Beneficii per Nos, vel Sedem prædictam, aut quæcunque aliæ, aut quacumque etiam Eccleſiaſtica, vel mundana dignitate fungentibus per Sedem prædictam conceſſarum, vel concedendarum vigore reſervationum, ſive earumdem facultatum obtenta ad hujuſmodi Beneficia quarumcumque perſonarum nominationes pro tempore factæ fuerint, quas quidem literas etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet proceſſum fuerit, necnon reſervationes, facultates, & nominationes cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis clauſulis, quæ præſentium effectum ſuſpendere, impedire, vel perimere, aut alias eiſdem præſentibus quomodolibet obtentæ viderentur, ſive ex certa ſcientia noſtra, vel ſimili motu, ſive alias ſub quibuſvis forma, & expreſſione verborum, & quæ fortaſſis totalis ſui tenoris inſertionem, ac illorum in quibus conceſſa ſunt, vel fuerunt, nominum, & cognominum individualem expreſſionem præſentibus faciendam ad hoc ut illis per eaſdem præſentes ſufficienter derogetur, exigunt, vel requirunt, & quæ ipſis præſentibus perinde acſi earum tenor de verbo ad verbum inſertus foret pro expreſſis habeatur emanarunt, ac mandata de providendo inde ſecuta cum proceſſibus per ea, quæ pro tempore habitis, niſi illi pro quibus emanaverint, ut præfer-

tur, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium numero fuerint ad Beneficia, quæ precum, & nominationum primariarum vigore per perſonas pro quibus illæ factæ fuerint, ac acceptata, & de quibus eis provideri contigerit minime extendi, quinimo in illorum executione perſonas ipſas omnibus, & quibuſcumque earum literarum, & expectativarum, & reſervationum hujuſmodi vigore, & cum quibuſvis antelationum prærogativis, etiam illis, quas certis noſtris familiaribus continuis commenſalibus in Cancellaria Apoſtolica, ac aliis noſtris literis ad effectum, & aliis in aſſecutione Beneficiorum conferendis oominatim deſcriptis conceſſimus, & cum ſimilibus derogatoriis clauſulis, quæ nulli quominus præſentium ſuccedant effectus, ſuffragari debeat expectantibus, etiamſi illarum obtentum in quibuſvis Eccleſiis in Canonicos recepti, ac de numero ipſorum familiarium continuorum commenſalium antiquorum fuerint, necnon gratias in communi forma pauperum habentibus, ac Officialibus, & illuſtribus, ac alias quaſcumque facultates habentibus, etiam noſtris familiaribus continuis commenſalibus antiquis, & deſcriptis, & in poſterum deſcribendis, dictis Cardinalibus dumtaxat exceptis, anteferri volumus, ſed nullum per hoc expectantibus prædictis quoad aſſecutionem Beneficiorum aliorum præjudicium generari, ſeu ſi dictis Collatoribus, vel Collatricibus, vel quibuſvis aliis communiter aut diviſim ab eadem ſit Sede Indultum, quod ad receptionem, vel proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, quodque de hujuſmodi, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem conjunctim, vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat provideri per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis Indulgentia generali, vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, aut ſi perſonæ prædictæ præſentes non fuerint ad præſtanda de obſervandis ſtatutis, & conſuetudinibus Eccleſiarum, in quibus hujuſmodi Beneficia fuerint, ut præfertur ſolita juramenta, dummodo in abſentia ſua per Procuratores idoneos, & cum ad Eccleſias ipſas acceſſerint, corporaliter illa præſtent, necnon concordatis Nationis Germanicæ, ac eorumdem concordatorum confirmatione, ac prædictis, ac quibuſcumque aliis quandocumque editis, & edendis Conſtitutionibus, & regulis noſtris, & dictæ Cancellariæ, ad quarum ſolemnitatem, adſtrictionem, formam & ſatisfactionem, ſeu obſervantiam, habentes preces, ſeu nominationes hujuſmodi minime teneantur, nec ipſæ preces, ſub illis comprehendantur quoquomodo, necnon quibuſvis privilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis, & quibuſvis gratiis, expectativis ſpecialibus, vel generalibus, etiam menſalibus reſervationibus, unionibus, annexionibus, & incorporationibus, ſuppreſſionibus, & extinctionibus perpetuis, & temporalibus nominationibus, ac reſervandi, uniendi, annectendi, incorporandi, ac nominatis, & aliis conferendi, commendandi, ſupprimendi, & extinguendi, aliiſque citra acceſſus, & regreſſus de conſenſu, facultatibus, literis, mandatis, & indultis quibuſcumque, etiam cum proviſionibus, commendis, & aliis diſpoſitionibus ex tunc, & gratiis quibuſvis perſonis cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtentibus, & quacumque etiam Imperiali, Regali, Reginali, Ducali, ſive Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, vel majori auctoritate, præeminentia, nobilitate, & excellentia, ac etiam Cardinalatos honore fulgentibus, & familiaribus continuis commenſalibus noſtris, etiam deſcriptis, & antiquis, & in eorum, ac Eccleſiarum etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, ac Patriarchalium, & principalium Monaſteriorum, Menſarum, Capitulorum, Dignitatum, & aliorum Beneficiorum quorumcumque cum cura, & ſine cura ſæcularium, & quorumvis Ordinum Regularium locorum piorum, Univerſitatum, Studiorum, & aliorum quorumcumque aut in nullius favorem, aut eorum, necnon jurium ceſſorum, vel oblatorum, aut ſpoliorum damnorum, etiam per infideles illatorum, & obſequiorum Nobis, Romanæque Eccleſiæ, vel prædictæ Sedi, aut pro Fide Catholica impenſorum, ſeu quibuſvis aliis excogitabilibus, & urgentiſſimis, & inſolitis, necnon exprimendis cauſis conſideratione, contemplatione, inſtantia, intuitu, ratione, vel reſpectu, ac Motu proprio, ac ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & cum quibuſvis antelationum prærogativis, declarationibus, conceſſionibus, favoribus, ſuſpenſionibus, ac gratiis, & reſtitutionibus, modificationibus, exceptionibus, & annullativis, irritativis, ac derogatoriarum derogatoriis, necnon prædictam, & alias quaſcumque conceſſas, & concedendas gratias ſuſpendentibus, ac illis derogantibus, necnon mentis, & intentionis, ac perpetuæ, & incommutabilis voluntatis noſtræ fuiſſe, & eſſe de non revocando, & ſuſpendendo gratias eaſdem, & illis non derogantibus quomodolibet atteſtantibus, & in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reponentibus, reſtituentibus, ac plenarie reintegrantibus, ac per modum pacti, & initi contractus, ac perpetui Statuti, necnon gratias ipſas, ut de actu vacantibus expectare, & ex nunc vere, & non ficte, etiam quoad poſſeſſionem prædictorum Beneficiorum, ac omnes juris, & facti defectus plenum eſſe ſortitas effectum decernentibus, & declarantibus, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis per Nos, & Sedem prædictam, aut ejus legatos in genere, vel in ſpecie, etiam nominatim de dictis Beneficiis, & alias quomodolibet emanatis, quibus etiamſi in illis, quod illæ nonniſi certis modis, & formis inibi expreſſis, & nominatis, verbiſque, & ſignis inibi appoſitis, & omni diverſarum literarum Apoſtolicarum expeditione, & intimatione, etiam diverſis temporibus faciend., ac de conſenſu eorum, quorum intereſſe concernebatur, aut etiam nullatenus ſuſpendi, moderari, aut eis in aliquo derogari poſſet, & quatenus ſuſpenderentur, aut illis derogaretur, toties de novo, & ſub quacumque data per illos, quorum intereſſe concernebatur eligenda conceſſæ, & factæ ſint, & eſſe cenſeantur, ac expediri poſſint, ac ſi non aliter per quoſcumque judices, & perſonas

judi-

judicari debeat, caveatur expreſſe, illorum omnium tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, ac modos, & formas hujuſmodi pro individuo ſervatis habentes ad effectum præſentium omnino derogamus, & in dictis Beneficiis cum, ut præfertur, vacaverint, effectum ſortiri, aut locum ſibi vindicare, necnon decernentes præſentes literas nullatenus de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis defectu notari, aut impugnari poſſe, nec debere, & ſic per quoſcumque tam ordinaria, quam delegata, & mixta auctoritate fungentes Judices, & perſonas ubique judicari, cognoſci, atque decidi debere, ſublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, cognoſcendi, & decidendi facultate; necnon irritum, & inane quidquid ſecus ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis, vel eorum aliquo quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 2. Præterea quia difficile foret præſentes literas ad ſingula loca deferri, volumus, & dicta auctoritate noſtra decernimus, quod illarum tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ubique adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§. 3. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, conceſſionis, indulti, derogationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Septingenteſimo Decimotertio, ſexto Idus Martii, Pontificatus noſtri Anno Decimoquarto.

---

*

CCI.

Dat. 17. Mar. 1714. An. 14.

Declaratur, ad præſentem Archiepiſcopum Tarraconen. ſpectare juriſdictionem, & non ad Capitulum, adverſus auſus ſæcularis poteſtatis, cum comminatione cenſurarum, & pœnarum in illius violatores.

Conſt: ed: 1711, Oct. 17, P. 11 declarata fuere nulla geſta a poteſtate ſæculari in Hiſpaniis, libertati Eccleſiæ præjudicialia. Et Conſt: ed: 1717, Jun. 12; P. 17 conceditur Nuncio Apoſt: in Hiſpaniis facultas abſolvendi violatores jurium Eccleſiæ.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Prœmium.

IN excelſa Sedis Apoſtolicæ ſpecula, meritis licet imparibus, per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam conſtituti, noſtra, & ejuſdem Sedis, inferiorumque Eccleſiarum jura, ex commiſſi Nobis cælitus Paſtoralis Officii debito, ſarta tecta tueri, ac ſi quando ea temerariis quorumcumque, præſertim Laicorum, quos in rebus Eccleſiaſticis obſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi, auſibus violata eſſe novimus, ab ejuſmodi violationibus aſſerere ſtudemus, ſicut divinitus conceſſa Eccleſiæ libertas, atque animarum pericula poſtulant, ac Nos omnibus maturæ conſiderationis trutina perpenſis æquitati, & juſtitiæ conſentaneum eſſe in Domino arbitramur.

A ſæculari poteſtate exceptus non fuit Archiepiſcopus Tarraconen, quin & quidam literis expulſus e ſua Diœceſi & Provincia.

§. 1. Ad noſtri ſiquidem Apoſtolatus notitiam, non ſine graviſſimo animi noſtri dolore, pervenit, quod cum Venerabilis Frater Iſidorus Bertran Archiepiſcopus Tarraconenſis, qui alias nempe priuſquam Metropolitanæ Eccleſiæ Tarraconenſi in Archiepiſcopum, & Paſtorem a Nobis præfectus eſſet, Canonicatum, & Præbendam, necnon Archidiaconatum majorem nuncupatum Eccleſiæ Gerundenſis obtinebat, in plena, & quieta ſupradictæ Eccleſiæ Tarraconenſis poſſeſſione reperiretur, ac munere conſecrationis rite ſuſcepto, Palliōque Archiepiſcopali, quod ei tradi juſſeramus, recepto, quæcumque ſuæ Dignitati annexa munia pacifice exerceret: redditæ ei fuerunt literæ a Laicali poteſtate illarum Partium non ita pridem, videlicet die XV. Decembris anni proxime præteriti conſcriptæ, illique per ſummam, ac pene incredibilem temeritatem, tanquam Canonico, & Archidiacono majori dictæ Eccleſiæ Gerundenſis, ac in præfatam Eccleſiam Tarraconenſem intruſo directæ, quibus perinde, ac ſi ipſi Laicali poteſtati fas fuiſſet Archiepiſcopum ab hac Sancta Sede inſtitutum impune deſtituere, ac Chriſti Domini indelebili charactere a Spiritu Sancto inſignitum arbitratu ſuo exauthorare, nulla non minus, quam injuſta proviſio dictæ Eccleſiæ Tarraconenſis de illius perſona a Nobis facta impudenter aſſerebatur, eique præcipiebatur, ut non modo e ſua Civitate, ſed etiam ab univerſa Diœceſi, ac Provincia Tarraconenſi illico exiret: nec interim quempiam, qui ſui exulantis loco vices ſuas inibi ſuppleret, Eccleſiæque ab eo deſerendæ gubernationem ſuſciperet, ſubrogare, aut conſtituere præſumeret, itaut nemini ab ipſo, ſive ante, ſive poſt ſuam expulſionem deputato, vel deputando, juriſdictionem Eccleſiaſticam ejus nomine exercere ullatenus permiſſum eſſet. Eodem ferme tempore, nec ſane minus temere Laicalis eadem poteſtas per alias ſuas literas die, & anno ſupradictis datas, ac, quod plane intolerandum eſt, Decano, & Capitulo Eccleſiæ Tarraconenſis *Sede vacante* inſcriptas, dilectos Filios Capitulum, & Canonicos Eccleſiæ hujuſmodi de iis omnibus, quæ memorato Iſidoro Archiepiſcopo, ſicut præmittitur, ſcripſerat, certiores facere non erubuit, eis inſuper injungendo, ne illum in Archiepiſcopum ullatenus agnoſcerent, ſeu reciperent, quinimo juribus ſibi competentibus uti deberent, quibus verbis, attenta præſertim ſecundo dictarum literarum inſcriptione præfata, ſatis, ſuperque ea omnia, quæ a Cathedralium Eccleſiarum Capitulis illarum Sede Epiſcopali vacante, peragi, atque exerceri poſſunt, aut debent, indicata fuiſſe compertum eſt: interim vero omnes, & ſingulos menſæ Archiepiſcopalis Tarraconenſis fructus, redditus, & proventus exigere, ac colligere, illoſque tuta, & fideli ſub cuſtodia, atque ad formam depoſiti ſervare tenerentur, & alias prout in ambabus literis prædictis, quarum tenores non alio, quam illos penitus, & omnino reprobandi, ac damnandi animo præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis haberi volumus, plenius con-

Aliis literis præceptum fuit Capitulo ne Archiepiſcopū agnoſceret, ſervaretque fructus menſæ, & uteretur juribus ei Sede vacāte competentibus.

tinetur. Hojuſmodi porro literis tam Iſidoro Archiepiſcopo, quam Capitolo, & Canonicis ſupradictis publice præſentatis, idem Iſidorus Archiepiſcopus, ut graviores ſibi, & Eccleſiæ imminentes injurias effugeret, commiſſum ſibi gregem deſeruit, nec ſolum a Civitate, ſed etiam a Diœceſi, ac Provincia Tarraconenſi præfatis incunctanter diſceſſit.

Cauſa præſen is Conſtitutionis.

§.2. Com aotem præmiſſa, ad quæ eadem Laicalis poteſtas non minus malorum, & calamitatum, qnibus Divina Juſtitia execrabiles ejuſmodi auſus ſæpe etiam in hoc ſæculo ulciſci ſolet, penitus immemor, quam cenſurarum omoium, ac pœnarum Eecleſiaſticarum per Sacros Canones, Conciliorum Generalium Decreta, & Apoſtolicas Conſtitutiones adverſus ſimilia perpetrantes, eorumque Adhæreutes, Fautores, Conſultores, & Defenſores, quocumque tandem gradu, ac dignitate præfulgeant, inflictarum, miſere oblita, damnabiliter devenit, Eccleſiaſticam libertatem Dei ordinatione, & Canonicis ſanctionibus conſtitutam aperte læſerint, ac lædant, noſtramque, & hujus Sanctæ Sedis anctoritatem, qua Iſidorum Archiepiſcopnm præfatum Eccleſiæ Tarraconenſi ſupradictæ, ſicut præmittitur, præfecimus, graviſſime violaverint, & violent, ac inſuper animas pretioſo Salvatoris, & Domini Noſtri Jeſu Chriſti Sanguine redemptas in maaima pericula conjiecre poſſiot: adeoque novum, & ſane peracerbum vulous multiplicibus aliis, ac dinturnis injuriis, quas Sancta Dei Eccleſia jampridem in iis Ditionibus pertulit, & adhuc perfert, adjungere noſcantur: Hioc eſt, quod Nos, qni jurium Eeeleſiaſticorum Aſſertores in Terris a Domino conſtituti ſumus, omniumque Eccleſiarum, & Chriſtifidelium curam, & ſolicitudinem ſuperna diſpoſitione gerimus; tametſi prube ſciamus, quantus ſemper fuerit, & quam conſtans Capituli, & Canonicorum Eeeleſiæ Tarraconenſis hujuſmodi erga Nos, & Sedem prædictam ſinceræ fidei, ac devotionis affectus: quantum itidem, & quam tenax Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſtudium: quanta demnm, & quam religioſa Sacrurum Canonum, Conciliorium Ordinationum, & Apoſtolicarum Sanctionnm obſervantia, adeoque non dubitemus pios illorum animos ad prænarratos ſæcularis poteſtatis exceſſus vehementer exhorruiſſe, nec eos unquam ſacrilegis, & inanibus poteſtatis hujuſmodi juſſis obtemperaſſe, ant obtemperatnros eſſe credamus, nihilominus, ne incumbenti Nobis muneri ulla ea parte deeſſe, ac tam horrendum dictæ ſæcularis poteſtatis abuſum diſſimulaſſe videamur, Metropolitanæ Eecleſiæ Tarraconenſi ſnpradictæ, illiuſque Præſulis indemnitati opportune conſulere, noſtraque, & ejuſdem Sedis jura ſarta tecta, atque illibata tueri, & conſervare, necnon animarum periculis hujuſmodi, quantom Nobis ea alto eonceditur, oceurrere cupientes, omniumque, & ſingulorum in iiſdem præmiſſis quomodolibet actorum, & geſtorum, ſeriem, caoſas, & occaſiones, aliave quælibet etiam ſpecificam, & individuam mentionem, & expreſſionem requirentia præſentibus itidem pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac exactiſſime ſpecificatis habentes; Motu proprio, ac ex certa ſcientia, ac matnra deliberatione noſtris, de que Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnem, & quamcumque juriſdictionem, ſeu poteſtatem

Declaratio ſuper juris dictionis exercitio pro ſolo Archiepiſcopo Tarraconenſi.

tam in ſpiritualibos, quam in temporalibus Archiepiſcopo Tarraconenſi pro tempore exiſtenti quovis modo competentem neqnaquam ab alio, quam a memorato Iſidoro Bertran Archiepiſcopo, quem ſcilicet auctoritate Omnipotentis Dei, Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra, præfatæ Metropolitanæ Eccleſiæ Tarraconenſi, ut præfertur, præfecimus, ſive ab iis, quos ipſe loco ſui abſentis ad regimen dictæ Eccleſiæ conſtituerit, ac interim ab illo, coi ante ſuum diſceſſum vices ſuas commiſerat, juxta facultates eis reſpective conceſſas, vel concedeodas, exerceri poſſe, aut debere, tenore præſentium decernimus, & declaramus.

Prohibitio eorum, quæ a ſæculari poteſtate injuncta fuerant Capitulo.

§.3. Adeoque Capitulo, & Canonicis Eccleſiæ hujuſmodi ſub excummunicationis latæ ſententiæ, necnon privationis Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcumque per eos obtentorum, perpetuæque inhabilitatis ad illa, & alia ſimilia, vel diſſimilia quæcumque io poſterum quomodolibet obtinenda per Contrafacientes ipſo facto abſque alia declaratione incurrendis pœnis, quarum abſolutionem, ſeu relaxationem Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſteuti dumtaxat ſpecialiter reſervamus, diſtricte prohibemus, & interdicimus, ne per ſe, vel alios, ſub quovis colore, cauſa, titulo, ratione, aut prætextn, ac multo minus, quod abſit, præfatarum literarum ſibi a ſæculari poteſtate damnabiliter, ſicut præmittitur, ſcriptarum vigore, ſupradictæ Eccleſiæ Tarraconen. regimen ſuſcipere, & aſſumere, ſive jam ſuſceptum, & aſſumptum de cætero retinere, minuſque ullam inibi juriſdictionem, poteſtatem, vel auctoritatem Archiepiſcopo Tarraconenſi pro tempore exiſtenti quovis modo competentem exercere, ullumque jurisdictionalem, ſeu alium actum ex iis, qui a Capitulis Cathedralium Eccleſiarum illarum Sede Epiſcopali, ſive Archiepiſcopali vacante de jure, vel conſuetudine, ſeu alias quomodolibet fieri poſſuot, aut debent, facere, ſen continuare, neqne demum ipſius Eccleſiæ, ſeu menſæ Archiepiſcopalis adminiſtrationi ullatenus ſe immiſcere, illiuſque fructus, redditus, & proventus ſub quovis titulo, etiam cuſtodiæ, ſeu depoſiti de cætero percipere, colligere, & exigere, ac forſan jam perceptos, collectos, & exactos, niſi eidem Iſidoro Archiepiſcopo, ad quem nimirum ii legitime pertinent, ſive ejus legitimo Procuratori, vel aliis, quibus ille eos tradi, vel conſignari mandaverit, tradere, vel conſignare audeant quovis modo, ſen præſumant.

Nullitas actorum Capituli, ſi quæ in poſterum fient.

§.4. Cæterum de ſalute Dominici gregis paterna charitate ſoliciti, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus tam Eccleſiaſticis ſæcularibus, & cujuſvis Ordinis, Congregationis, vel Inſtituti Regularibus, quam Laicis harum ſerie denonciamns, attentis præmiſſis, nullam a quoquam in præfata Eccleſia Tarraconenſi jnriſdictionem, aut poteſtatem ſive quoad ſpiritualia, ſive quoad temporalia, præterquam a dicto Iſidoro Archiepiſcopo, ſeu perſonis ab eo deputatis, vel depntandis exerceri poſſe, adeoque omnia, & ſingula, quæ circa ea, quæ Sacramentorum adminiſtrationem, cauſarum cognitionem, aut alias forum conſcientiæ, vel contentioſum Archiepiſcopi Tarraconenſis pro tempore exiſtentis quomodolibet concernere poſſunt, a Capitulo, & Canonicis ſupradictis, poſtquam præſentes literæ ad eorum notitiam deve-

Digitized by Google

venerint, per ſe, vel alios agi, geri, fieri, mandari, decerni, & ordinari contigerit, cum omnibus, & ſingulis inde quandocumque ſecuturis penitus, & omnino nulla, invalida, inania, irrita, & de facto præſumpta, nulliuſque roboris, momenti, & efficaciæ perpetuo fore, prout illa earumdem tenore præſentium ſimiliter declaramus.

Clauſulæ. §. 5. Decernentes etiam eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod præfati, & alii quicumque in præmiſſis, ſeu eorum aliquo jus, vel intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis exiſtant, ſeu alias ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, cauſæque, propter quas præſentes emanarint, ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac incogitato, & inexcogitabili defectu, notari, impugnari, infringi, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe; ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari: ſicque & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & ejuſdem Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſit noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo, aliiſque Apoſtolicis, ac in univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon præfatæ Eccleſiæ Tarraconen., & aliis quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac uſibus, & ſtylis etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis præfatis, aliiſve quibuslibet perſonis, etiam quacumque eccleſiaſtica, vel mundana, ac ſublimi dignitate fulgentibus, & alias quomodolibet qualificatis, ac ſpecialem expreſſionem requirentibus, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac conſiſtorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantiſcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & insererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 7. Volumus autem, ut earumdem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XVII. Martii MDCCXIV. Pontificatus noſtri Anno Decimoquarto.

CCII.

Confirmatur Erectio Congregationis Artis Agrariæ, & Cedula Pauli V. pro eadem Arte augenda cum novis Ordinationibus. * Dat. 14 Mar. 1714 An. 14.

Conſt: ed: 1701, Feb: 1, ℣. 1 erecta fuit Congregatio Sublevaminis pro Urbe. Et Bened: XIII Conſtit: ed: 1725, Oct: 15, ℣. 2 agitur de Annona, & re Agraria bene gerenda.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perp. rei memoriam.

Exordium. Motu proprio &c. Inter graviſſimas Paſtoralis officii noſtri curas, quibus jugiter premimur, in illam peculiari ſtudio incumbimus, ut hæc noſtra Alma Urbs, ad quam quotidie, tanquam ad Principis Apoſtolorum Sedem, & communem omnium Chriſtifidelium Patriam, catholicæ omnes Nationes confluunt, & quam Nos, quantum in Domino poſſumus, ac miſera præſentium temporum conditio patitur, commodis omnibus, atque ornamentis inſtruere, & augere jugiter ſatagimus, non ſolum rei frumentariæ inopia nequaquam laboret, ſed feliciori in dies ubertate perfruatur.

Refertur erectio Congreg. §. 1. Dudum ſiquidem fel. rec. Paulus Papa V. Prædeceſſor noſter, ut proſpero Annonæ, & Gra-

gationis, & Cedula anno 1611. edita, qua conceſſa fuit cuilibet Agricultori facultas accipiendi 1000. ſcuta ex Monte Pietatis, & extrahendi quintam partem frumenti ſolutis tamen 5. juliis pro quolibet Rubro.

& Graſciæ ejuſdem Urbis regimini opportune conſuleret: potiſſimum vero Artem Agriculturæ in illius Territorio, ac Diſtrictu, nec non Latii, Campaniæ, ac Maritimæ Provinciæ reſtitueret, ac ampliaret, ſpecialem Congregationem nonnullorum Prælatorum, & aliorum Virorum, in qua ſcilicet tunc, & pro tempore exiſtentes Theſaurarius Generalis, Annonæ Præfectus, Graſciæ Præſes, Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarius Generalis, ac ulterius q. Jo. Baptiſta Coſtaguta ejuſdem Pauli Prædeceſſoris Familiaris intereſſe deberent, ibique potiſſimum de Arte Agriculturæ reſtituenda, & augenda, nec non de ſtatu Annonæ, & Graſciæ hujuſmodi, rebuſque omnibus illas concernentibus invicem conferrent, tractarent, & diligenter perpenderent, eidemque Paulo Prædeceſſori quidquid ab ipſis reſolutum fuiſſet, referrent, erexit, atque inſtituit; Ac ſubinde alia plura, eodem conſilio diſpoſuit, & ordinavit: inter cætera vero, ut Agriculturæ Artem exercentibus, quo facilius Arti hujuſmodi incumbere, pecuniaſque minori interuſurio habere poſſent, opportuna aliqua ſubventione ſuccurrere volens, tunc exiſtentibus Proviſoribus, ac Miniſtris Sacri Montis Pietatis Urbis diſtricte mandavit, ut cuilibet Agricultori uſque ad ſummam mille ſcutorum monetæ, ſeu aliam ab eodem Annonæ Præfecto ordinandam, recepto emolumento duorum pro centenario nomine meriti, ſeu alias ab aliis ratione expenſarum ſolvi conſueto, nec non accepto idoneo, & ſufficienti pignore, aliiſque ejuſdem Montis legibus, & inſtitutis adimpletis, & obſervatis, de licentia Præfecti Annonæ prædicti ſubminiſtrare deberent. Ac inſuper omnibus Agricultoribus, Mercatoribus, & Colonis, qui tam in propriis, quam in alienis, & conductis terris in Territorio, & diſtrictu Urbis, nec non Latii, Campaniæ, Maritimæque Provinciis hujuſmodi Agriculturam exercuiſſent, & ſementem feciſſent, ſingulis annis, quibus pretium, & valor frumenti communiter in eadem Urbe per ipſos Agricultores, & Mercatores vendendi a tempore meſſis, & recollectionis uſque ad Kalendas Martii cujuslibet anni, ſummam juliorum quinquagintaquinque in ſingula Rubra non exceſſiſſet, quintam partem totius frumenti per ipſos eodem anno recollecti, deducto tamen ſemine, ad quævis loca, præter Infidelium, & S. R. E. hoſtium, terra, marique libere extrahendi, & tranſportandi, ſeu extrahi, & tranſportari faciendi facultatem conceſſit: prævio tamen Chirographo ab eodem Paulo Prædeceſſore ſubſignando, ac ſolitis prius Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, tunc ſuæ, juliis quinque pro quolibet Rubro extrahendo, & alias prout in Cedula motus proprii memorati Pauli Prædeceſſoris deſuper expedita, ac die 12. Octobris 1611. publicata, cujus tenorem præſentibus &c. pro plene &c. volumus, uberius continetur.

Cauſa præſentis Conſtitutionis dira Bovum peſtilentia.

§. 2. Cum autem noviſſime, nempe a menſe Septembris anni mox elapſi, peccatis noſtris graviores in dies calamitates promerentibus, non ſine ingenti paterni cordis noſtri dolore, mortifera bovum peſtilentia per Urbem, illiuſque diſtrictum, ac provincias prædictas immaniter graſſante, integra pene armenta interierint, adeout peremptis animabus, de quibus ineffabilis Dei providentia laboribus hominum ſolatia ſubrogavit, agrorum culturam plane deſeri, terraſque in proxime præterito Autumno minime ſeri contigiſſet, niſi Nos tam frumento, quam pecuniis per dilectum filium Annonæ Præfectum abunde ſubminiſtratis, Agricultorum inopiam ſublevaſſemus, aliiſque opportunis, ac ſalubribus proviſionibus ei, quam benedicente Domino ſperamus, futuræ meſſis ubertati conſuluiſſemus; tempus vero, quo agri ſerendis frumentis pro venturi anni 1715. meſſe deſtinati aratro proſcindi debent, jam advenerit: Domini tamen prædiorum, Mercatores, Coloni, aliique artem Agriculturæ prædictam exercentes ob ingentia damna, quæ ex ſuorum animalium jactura paſſi fuerunt, novo indigeant paternæ providentiæ noſtræ ſubſidio, ut expenſas pro emendis bobus, & laboreriis neceſſariis faciendas ſubire valeant.

Confirmatio præd. Congregationis & Cedulæ.

§. 3. Hinc eſt, quod Nos publicæ cauſæ nulla ex parte deeſſe, noſtrorumque, & Apoſtolicæ Sedis ſubditorum commodis peramplius providere volentes, motu ſimili, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Cedulam motus proprii Pauli Prædeceſſoris ſupradictam, quoad ea, quæ præſentibus non adverſantur, ac uſu recepta reperiuntur, eorumdem tenore præſentium approbamus, confirmamus, & innovamus, illiſque inviolabilis, & irrefragabilis Apoſtolicæ firmitatis vim, & robur tenore præſentium adjungimus. Præterea motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine ſimilibus Congregationem Prælatorum a præfato Paulo Prædeceſſore, ſicut præmittitur, inſtitutam, cui ſcilicet dilecti Filii nunc, & pro tempore exiſtentes Theſaurarius noſter Generalis, Annonæ Præfectus, Graſciæ Præſes, Commiſſarius Generalis Cameræ noſtræ prædictæ, ac loco q. Jo: Baptiſtæ Coſtaguta ab eodem Paulo Prædeceſſore deputati Præceptor Archioſpitalis S. Spiritus in Saxia intereſſe debeant, harum ſerie renovamus, ac quatenus opus ſit, de novo erigimus, & inſtituimus, Eidemque Congregationi toties, quoties opus fuerit, habendæ facultatem concedimus, & impartimur, ut iiſdem Agricultoribus, Mercatoribus, & Colonis, aliiſque Artem Agriculturæ prædictam exercentibus, ac ſive proprios, ſive alienos, & agros in Latii, Campaniæ, & Maritimæ Provinciis prædictis, colere, & ſerere volentibus, pecunias neceſſarias pro novis terris proſcindendis, aliiſque laboreriis perficiendis pro meſſe dicti venturi anni milleſimi ſeptingenteſimi decimi quinti a dilectis Filiis Proviſoribus, & Miniſtris Sacri Montis Pietatis, nec non Menſæ nummulariæ S. Spiritus in Saxia uſque ad ſummam centum millium ſcutorum monetæ, nempe medietatem ex dicto Monte Pietatis, & aliam medietatem ex dicta Menſa nummularia Sancti Spiritus, cum licentia ab eodem Annonæ Præfecto ſubſcribenda, ac Proviſoribus, & Miniſtris Montis, & Menſæ nummulariæ prædictis dirigenda ſubminiſtrari curent, & faciant, unicuique ſcilicet pro ea ſumma, quæ juxta cujuſque Agricultoris, & aliorum prædictorum indigentiam, & idoneitatem eidem Congregationi congrua, & opportuna videbitur, ac cum cautionibus pro indemnitate Montis Pietatis, & Menſæ nummulariæ hujuſmodi, qui pecunias acceperint, præſtandis, ac a præfata Congregatione (citra tamen illius periculum, ſeu damnum) recognoſcendis, & appro-

Nova facultas pro ſumma 100000 ſcutorum ex Monte Pietatis, & Menſa S.Spiritus, atque extractione frumenti abſque ſolutione 5. juliorum pro anno tantum 1715.

probandis. Cæterum, ut facilius ſubminiſtratio dictarum pecuniarum Agricultoribus, & aliis prædictis fieri poſsit, volumus, & mandamus, ut pro ea quantitate, quæ ejuſdem Congregationis arbitrio, intra tamen ſummam dd. centum millium ſcutorum monetæ, Agricultoribus, & aliis prædictis ſubminiſtranda erit, ſolvi debeant quotannis, uſque ad reſtitutionem ſummæ ſubminiſtrandæ, Monti Pietatis, & Menſæ nummulariæ prædictis ſcuta duo pro quolibet centenario nomine meriti, ſeu expenſarum, quas tam Mons Pietatis, quam Menſa nummularia hujuſmodi pro ſalariis Miniſtrorum, & Officialium ſuſtinere coguntur. Demum Agricultoribus, & aliis prædictis, ut alacrius laboreria neceſſaria pro ſerendo frumento in proxime futuro Autumno perficere, ac complere valeant, quintam partem frumenti (detracto tamen ſemine) in ſubſequenti meſſe Anni milleſimi ſeptingenteſimi decimi quinti per ipſos recolligendi ad quævis loca, præter Infidelium, & S. R. E. hoſtium, terra, marique libere extrahendi, & tranſportandi, ſeu extrahi, & tranſportari faciendi gratis, & abſque ulla ſolutione tractæ Cameræ noſtræ Apoſtolicæ ſolvi ſolitæ, expedito tamen prius Chirographo per Nos ſignando, ac ſolutis emolumentis Officialibus, & Miniſtris Cameralibus pro ejuſmodi licentiarum expeditione debitis licentiam concedimus, & impartimur; Dummodo tamen ſive pretium, & valor frumenti tunc currens, ſive aliæ temporum circumſtantiæ eidem paternæ charitati, qua Subditorum noſtrorum commodis conſulere cupimus, aliter non ſuadeant.

Clauſulæ ampliſſimæ.

§.4. Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices &c. ſublata &c. judicari, & definiri debere, ac irritum &c. decernimus.

§.5. Mandantes etiam Congregationi, & Deputatis prædictis, ac præſertim Annonæ Præfecto, ut præſentes noſtras literas, & in eis contenta quæcumque obſervent, & exequantur, & ab aliis, quantum in eis erit, condigna pœnarum inflictarum animadverſione, aliiſque opportunis juris, & facti remediis firmiter, & inviolabiliter obſervari faciant, & curent. Dantes eis, ac præcipue eidem Annonæ Præfecto, in præmiſſis, & circa ea plenam, & omnimodam facultatem, & poteſtatem.

§.6. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo, ac rec. mem. Pii Papæ IV. etiam Prædeceſſoris noſtri de gratus quaſecumque intereſſe Cameræ prædictæ concernentibus in eadem Camera intra certum tempus præſentandis, & regiſtrandis, itaut præſentes literas ibidem præſentari, & regiſtrari nunquam neceſſe ſit, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non Urbis, Provinciarum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & Locorum quorumcumque, ac Montis Pietatis, & Menſæ nummulariæ Sancti Spiritus prædictorum, aliiſve quibuslibet etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, Conſuetudinibus, Reformationibus, Decretis, Privilegiis, Indultis, & Literis Apoſtolicis Urbi, Provinciis, Civitatibus, Oppidis, Terris, & Locis, ac Sacro Monti, & Menſæ nummulariæ præfatis, illorumque reſpective Communitatibus, Univerſitatibus, Miniſtris, Officialibus, & aliis perſonis quibuslibet a Sede prædicta, vel a Nobis forſan conceſſis, ac etiam confirmatis, approbatis, & innovatis, quæ eis, quoad præmiſſa nolumus ſuffragari, & quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi &c. illorum tenores &c. pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes hac vice, ad effectum præſentium dumtaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter, & expreſſe, ac latiſſime derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.7. Volumus etiam, quod præſentium ſola ſignatura ſufficiat, etiam abſque alia data, & regiſtratura, regula quacumque contraria pariter non obſtante. Et nihilominus literæ in quavis forma expediri poſsint cum clauſulis opportunis, præſentiumque literarum deſuper forſan expediendarum tranſumptis etiam impreſsis, manu unius ex Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Notariis ſubſcriptis, & ſigillo alicujus ex Congregatione prædicta obſignatis in judicio, & extra plena fides adhibeatur.

Placeat motu proprio I. F.

Anno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſeptiagenteſimo decimo quarto, Indictione ſeptima, Pontificatus Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis Papæ XI. anno decimo quarto, die vero 24. Martii, ſupradicta Cedula Motus proprii publicata, & affixa fuit in magna Curia Innocentiana Montis Citatorij, in Acie Campi Floræ, & in aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Bartholomæum de Camillis Apoſt. Curſ.

Antonius Placentinus Mag. Curſ.

CCIII.

Conceditur ſuffragium deliberativum Diffinitori Adjuncto Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ in Gallia.

Dat. 11. Junii 1714. An. 14.

Idem ſuffragium conceſſum fuit Diffinitoribus Adjunctis Conſt: ed: 1708, Jul: 25, P.8. Et Bened: XIII Conſt: ed: 1727, Jan: , P.4 eduntur quædam Ordinationes pro bono regimine.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futurum rei memoriam.

Id antea decretum fuerat in Capitulo Gen. 1705. approbatum a S. Congregatione, & confirmatum ab hoc Pontifice.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Follot Procurator Generalis Congregationis Clericorum Sæcularium Doctrinæ Chriſtianæ in Gallia, quod cum dilecti filii Capitulares ejuſdem Congregationis in eorum Capitulo Generali Anno 1705. celebrato congregati *Seſs.* 18. decreviſſent, ut ad ſervandam inter Provincias Congregationis prædictæ æqualitatem, Diffinitor Adjunctus, qui loco, & Vice-Procuratoris Generalis in Alma Urbe noſtra, vel Procuratoris Provinciarum Congregationis hujuſmodi Pariſiis reſpective degentium, tam in Diffinitorio, quam in Capitulo Generali cum illis intereſſe nequeant, votum, ſive ſuffragium haberet, in futurum eligeretur, Capitulares prædicti conſiderantes pro tempore exiſtentem Procuratorem Generalem Congregationis prædictæ ex Provincia Avenionen. ſemper aſſumi conſueviſſe, adeoque hanc Provinciam propter ejuſdem Procuratoris abſentiam una voce, & ſuffragio

Digitized by Google

in Diffinitorio, ac etiam in Capitulo Generali, ſi ad illud ſe conferre minime valeret, privari poſſe, dilectum pariter filium Anſelmum Eſpitallier Clericum Congregationis, & Provinciæ Avenionen. prædictorum filium in Diffinitorem Adjunctum hujuſmodi cum voce conſultiva tantum, reſervato quoad vocem deliberativam noſtro, & hujus Sanctæ Sedis beneplacito, ac ſub conditionibus in Decreto ab iiſdem Capitularibus deſuper edito, elegerunt; Quod quidem Decretum ſubinde ab infraſcripta Congregatione Cardinalium approbatum, & per quaſdam noſtras deſuper in ſimili forma Brevis expeditas literas confirmatum fuit.

Preces Procuratoris Generalis, & cauſa præſentis conceſſionis.

§. 1. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dilectus etiam filius Paulus Rigord Clericus ejuſdem Congregationis in Capitulo Generali Anno 1711. Pariſiis celebrato ad munus Diffinitoris adjuncti prædictum, ſeu Subſtituti dicti Procuratoris Generalis electus fuerit, ac proinde prædictus Joannes Procurator Generalis, ne unquam futuris temporibus de validitate electionis prædicti Pauli in Diffinitorem adjuncti, ac de Beneplacito hujuſmodi, dubitari queat, illam Apoſtolicæ Confirmationis noſtræ patrocinio per Nos communiri, ac eidem Paulo, ejuſque pro tempore ſucceſſoribus ad idem munus aſſervandis vocem deliberativam, cum aliis prærogativis in prædicto Capituli Generalis Decreto contentis concedi plurimum deſideret; Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, ut eidem Paulo in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipſius Joannis Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, ac eorumdem Joannis Procuratoris Generalis, & Pauli ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de

Conceſſio præd.

Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum conſilio, eidem Paulo, ejuſque in dicto Diffinitoris Adjuncti officio pro tempore ſucceſſoribus vocem deliberativam tam in Capitulo Generali, quam in Diffinitorio hujuſmodi, cum omnibus Privilegiis, & conditionibus in memorato Decreto Capituli Generalis contentis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus.

Clauſulæ.

§. 3. Decernentes eaſdem præſentes Literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit Congregationis, & Provinciarum prædictarum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & Conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XI. Junii MDCCXIV. Pontificatus noſtri Anno Decimoquarto.

CCIV.

Conceditur Miniſtro Gener: Ordinis Fratrum Capuccinorum facultas reſtituendi Diſcretos in Provincia Flandro-Belgica.

Dat. 13. Julii 1714 An. 14.

Hujuſmodi Diſcreti primo abrogati fuere in Regnis utriuſque Caſtellæ Inn: XII Conſt: ed: 1693, Martii 29, P. 2. Deinde in Provinciis Bætica, & Navarræ Conſt: ed: 1693, Sep: 12. Item in aliis Conſt: 1694, Apr. 5, P. 3. Ac demum in Provincia Fland o-Belgica hujus Pontificis Conſt: edita 1703, Aug. 28, P. 2. Bened: vero XIII Conſtit: ed: 1727, Septem: 30, P. 4 reſtituuntur Diſcreti in Provinciis Hiſpaniarum.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Referuntur duæ Conſtitutiones Innoc. XII pro abolitione dd. Diſcretorum, in variis Provinciis, & alia hujus Pontificis pro Provincia præd.

DUdum pro parte chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici Nobis expoſito, quod cum alias ad tollenda damna, & incommoda, quæ Fratres Provinciarum Regnorum utriuſque Caſtellæ Veteris ſcilicet, & Novæ nuncupat. Ordinis Minorum S. Franciſci Capuccinorum nuncupatorum ex electione Diſcretorum, qui a Conventibus ad effectum ſua ſuffragia in Capitulis Provincialibus ferendi eligi conſueverant, in Religioſæ pacis, & concordiæ, ac Regularis diſciplinæ præjudicium paſſi fuerant fel. rec. Innoc. PP. XII. Prædeceſſor noſter per quaſdam ſuas in ſimili forma Brevis die 29. Maji 1693. expeditas literas Diſcretos prædictos in dictis Provinciis ſuſtuliſſet, & removiſſet, ac ſubinde inter alia remotionem, & abolitionem Diſcretorum hujuſmodi, expeditaſque deſuper Literas prædictas ad Provincias Bæticæ, & Navarræ per alias ſuas itidem in forma Brevis literas die 12. Septembris ejuſdem anni deſuper emanatas extendiſſet, & ampliaſſet; dilecti vero filii Fratres Provinciæ Flandro Belgicæ ſupradicti Ordinis eadem damna, & incommoda ex ſimili Diſcretorum electione pati cogerentur, tam ipſi, quam prædictus Philippus Rex, commune hujus quoque Provinciæ bonum promovendi ſtudio ductos, uſum eligendi Diſcretos prædictos in eadem Provincia abrogari, & Apoſtolicæ deſuper auctoritatis noſtræ partes interponi plurimum deſiderabant, Nos piis ipſius Philippi Regis votis hac in re favorabiliter annuere volentes, ſupplicationibus ejus nomine nobis ſuper hoc humi-

humiliter porrectis inclinati, attento Voto Venerabilis Fratris noſtri Nicolai Epiſcopi Portuen. S. R. E. Cardinalis Acciajoli nuncupati dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protectoris, ad quem ſupplicem Libellum nobis ſuper præmiſſis porrectum remiſeramus, remotionem, & abolitionem Diſcretorum hujuſmodi in dicta Provincia Flandro-Belgica ad impediendas relaxationes, & evitanda præjudicia, quæ in Regularem obſervantiam ex illorum electionibus irrepere ſolebant, expedire, ac in Religionis, ejuſque regiminis bonum ceſſuram eſſe cenſentes, Diſcretos prædictos in eadem Provincia auctoritate Apoſtolica ſuſtulimus pariter, & removimus, & alias prout in noſtris itidem in ſimili forma Brevis die 28. Auguſti 1702. expeditis Literis, quarum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, ac de verbo ad verbum inſerto haberi volumus, uberius continetur.

Preces Miniſtri, Procuratoris, & Diffinitorum Generalium, nec non cauſæ præſentis cõceſſionis.

§ 1. Cum autem ſicut dilecti filii Michael Angelus a Raguſia Miniſter Generalis, Joannes Antonius a Florentia in Romana Curia Procurator, & Commiſſarius Generalis, Timotheus a Flexia, & Timotheus a Rodenas Diffinitores Generales Ordinis prædicti Nobis nuper exponi fecerunt, ab eo tempore experientia compertum fuerit, non ſolum damna, & incommoda ex eorumdem Diſcretorum electione ſublata minime fuiſſe, ſed majora in gravius Religioſæ pacis, & concordiæ, necnon Regularis obſervantiæ præjudicium etiam cum ſcandalo, & Sæcularium admiratione emerſiſſe, ac indies emergere, ac proinde fratres prædictæ Provinciæ Flandro-Belgicæ eorum Diſcretorum electionem, pro qua pluries ne dum Superioribus Generalibus, & dicto Nicolao Epiſcopo Cardinali, & Protectori, ac Nobis præſertim in Comitiis Generalibus die 13. Maji anni 1712. in Alma Urbe noſtra celebratis ſupplicaverant, reſtitui ſummopere deſiderent. Nobis propterea prædicti Exponentes humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipſos Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, attento etiam voto ejuſdem Nicolai Epiſcopi Cardinalis, & Protectoris, prædicto Michaeli

Conceſſio præd. Miniſtro Gen. facta ſub certis conditionibus

Angelu Miniſtro Generali, auditis prius, ac viſitatis omnibus, & ſingulis ejuſdem Provinciæ Flandro Belgicæ Fratribus, ac re ſeriu, prudenter, & diligenter examinata electionem Diſcretorum hujuſmodi, ſi id Divinæ gloriæ, publicæ tranquillitati, ac regularis obſervantiæ incremento in Domino expedire judicaverit, reſtituendi facultatem dicta auctoritate tenore præſentium concedimus, & impartimur.

Clauſulæ.

§. 3. Non obſtantibus prædicti Innocentii Prædeceſſoris Literis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Provinciæ, & Ordinis hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. M. Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIII. Julii MDCCXIV. Pontificatus noſtri Anno Decimoquarto.

CCV.

*

Dat. 7. Sept. 1714. An. 14.

Declaratur nullum Edictum Delegati Monarchiæ Siciliæ ſuper Interdicto, cui Vicarius Generalis expulſus ſubjecit Diœceſim Liparen., cum illorum confirmatione, ac cenſurarum adverſus ſui Expulſores declaratorum, nec non ſubjectionis dictæ Diœceſis S. Sedi, aliiſque declarationibus.

Conſt: ed: 1713, Dec: 23, P. 14 nulla declarata fuere Edictum, & Præceptum Monarchiæ ſuper cenſuris, & Interdicto cui ſubjecta fuit Diœceſis Agrigent:. Et Conſt: ed: 1714, Nov: 29, P. 15. nullum declaratur præceptum Delegati Monarchiæ contra Mandata Apoſtolica. Conſt: vero ed: 1714, Nov: 6, P. 14 agitur de obſervantia Interdicti appoſiti Diœceſibus Catanien:, & Agrigent:

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſa expulſionis Vicarii Gener. a quo excommunicati fuere Expulſores, & Diœceſis Interdicto ſubjecta.

AD Apoſtolatus noſtri notitiam, non ſine gravi paterni cordis noſtri dolore, pervenit, quod cum alias dilectus filius Didacus Hurtado Venerabilis Fratris Nicolai Mariæ Epiſcopi Liparenſis Vicarius in ſpiritualibus Generalis, non alia profecto de cauſa, niſi quod quibuſdam mandatis noſtris Apoſtolicæ auctoritatis tuitionem reſpicientibus, ſibi antea per literas die XXI. Auguſti MDCCXIII. a dilecto filio noſtro Fabritio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali Paulutio nuncupato Secretario noſtri Status ei juſſu noſtro conſcriptas datis illa, qua par erat fide, & obedientia obtemperans, ab executione cujuſdam diſpenſationis matrimonialis ſibi ab Alonſo Mercorella, qui illam obtinuerat, exhibitæ provide abſtinuiſſet, per ſummam injuriam, ac manifeſtum ſæcularis poteſtatis abuſum, adnitente in id, atque inſtigante apud ejuſdem ſæcularis poteſtatis Miniſtros ſupradicto Alonſo, e Civitate, ac Diœceſi Liparen. expulſus fuerit; Ipſeque in actu ejuſmodi ſuæ expulſionis, quo Immunitati Eccleſiaſticæ per id enormiter læſæ conſuleret, ac vim vi repelleret, Joannem Baptiſtam Gaſtaldum, & Carolum Alconanda expulſores ſuos, omneſque alios, qui eamdem expulſionem mandarunt, ſeu illi auxilium, favorem, aut conſilium quovis modo præſtiterunt, cujuſcumque gradus, & conditionis eſſent, in excommunicationem majorem a Conſtitutionibus Apoſtolicis, & ſpeciatim illa quotannis die Cœnæ Domini legi ſolita contra ſimilia perpetrantes inflictam in-

Digitized by Google

cidiſſe declaraverit, ac inſuper Civitatem, & Diœceſim Liparen. præfatas generali Eccleſiaſtico Interdicto, affixis ſuper excommunicatione, & Interdicto hujuſmodi publicis ſchedulis, ſubjecerit.

A quodam Delegato Monarchiæ nullum declaratum fuit Interdictum ſequenti Edicto.

Tametſi hæc omnia, a memorato Didaco Vicario generali rite, ac recte, nec non juxta Sacrorum Canonum præſcriptum, imo de ſpeciali prævio mandato noſtro peracta fuerint: nihilominus quidam Joſephus Marotta Canonicus Sæcularis, & Collegiatæ Eccleſiæ S. Petri Panormitan. aſſerens ſe ſpecialem prætenſi Tribunalis Monarchiæ Siculæ nuncupati, illiuſque aſſerti Judicis Delegatum exiſtere, una cum Franciſco Bruno Notario, Corrado Chirco Fiſcali, Franciſco Zavaglio executore, Algozzino vulgariter nuncupato, ad dictam Civitatem Liparen. acceſſit, ibique aſſumpto in Conſultorem Joſepho Ruſſo Liparenſi Edictum quoddam promulgari, ac in locis publicis ejuſdem Civitatis affigi fecit, per quod temerario non minus, quam execrando auſu, generale Interdictum, cui præfatus Didacus Vicarius Generalis Civitatem, & Diœceſim prædictas, ſicut præmittitur, ſuppoſuerat, nullum, irritum, injuſtum, illegitimum, inſubſiſtens, nulliuſque roboris, & valoris declaravit, illoque minime attento, mandavit, ut Eccleſiæ omnes tam ſæculares, quam regulares Civitatis, & Diœceſis hujuſmodi apertæ, ut prius, retineri, ac in illis Miſſæ, & alia Divina Officia celebrari, nec non Chriſtifidelibus Sacramenta adminiſtrari deberent, perinde ac ſi ipſum Interdictum nunquam emanaſſet, & alias, prout uberius continetur in præfato Edicto, quod non alio quidem, quam illud penitus, & omnino reprobandi animo præſentibus inſerendum duximus, tenoris, qui ſequitur, videlicet.

Edictum prædict. in quo refertur factum, nullum declaratur Interdictum, & pœnæ conſtituuntur in contravenientes.

§. 1. Nos D. Joſeph Marotta Cap. & M. & Canonicus Regiæ Capellæ Sancti Petri S.R.P.Sen. Judex Eccleſiaſticus reviſionis cauſarum deciſarum in Tribunali Conſiſtorii S. Regiæ conſcientiæ, & Delegatus Regiæ Monarchiæ hujus Regni ſerio ad infraſcripta conſtitutus vigore literarum datarum Panormi die prima Februarii 1714. ad quas &c. Omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus utriuſque ſexus hujus prædictæ Urbis, ejuſque Diœceſis ſalutem in Domino ſempiternam: *Eſſendo pervenuto a notizia, non con poca meraviglia dell'Illuſtriſſimo Monſignor Giudice della Monarchia, che eſſendo ſtato intimato il Reverendo Don Diego Hurtado Canonico, e Vicario Generale della Catedrale Chieſa di queſta nobile, e fedeliſſima Città di Lipari dal Luogotenente Giovanni Battiſta Caſtaldi, e di ordine ſpeciale del Governo a partirſi dalla Città, ed Iſola di Lipari, e ſua Dioceſi, per li motivi maturatamente eſaminati, che moſſero il zelo del Governo, a far ciò per l'accertato del Real ſervizio, publico bene, e quiete de' Popoli, eſercitando con matura rifleſſione la Poteſtà economica, e le regole del buon Governo contro il ſudetto Vicario perturbator di detta quiete, il quale ſcordatoſi l'obligo di fedel Vaſſallo, e di oſſervare le Regie prerogative, e lodevoli oſſervanze del Regno, laſingando, per farſi ragione, di eſſer ſtata leſa l'Immunità Eccleſiaſtica, e di aver patito violenza dal riferito di Caſtaldi, e Carlo Alconada Agiutante, coprendoſi col ſpecioſo ſcudo, erroneo però, e premeditato non meno, che affettato, di eſſere il ſudetto di Caſtaldi Commiſſario, ſeu Delegato del Tribunale della Monarchia, a cui per sfogo del ſuo naturale dà indebitamente il titolo di preteſo, e quando il ſudetto Tribunale della Regia Monarchia non ha dato ordine contro il ſudetto Vicario, ſua Corte, e Chieſa, nè mai il detto di Caſtaldi ſu Commiſſario, ſeu Delegato di detto Tribunale, nè diſſe, nè poteva dire, eſſere Miniſtro con delegazione ſpeciale di detto Tribunale, come nella ſcommunica, e quel che è più, con molto diſconſolo di tutti li Fedeli, non ſolo di queſta, ma del Regno interdiſſe queſta Santa Catedrale, e tutte l'altre della Città, e Dioceſi, ſottomettendoli ad Interdetto locale, e generale, ſenza però rifletterе alla falſità delle ſuppoſizioni, ed alle turbolenze, e peſſime conſeguenze può partorire tal ſcandaloſo attentato contro il Real ſervizio, e publica quiete, e quel che è più*, nullo juris ordine ſervato, *e contro la forma de' Sagri Canoni, per mancanza delli requiſiti neceſſarj all'Interdetto; Perciò ſi ha ſtimato da detto Monſignor Illuſtriſſimo Giudice della Regia Monarchia provedere dell'opportuni remedj, riparando col ſuo ſommo zelo alli pregiudizj del Real ſervizio, come anche a quello de' Popoli di queſta Città, e Dioceſi, i quali ſono ſtati tanto ingiuſtamente leſi dal ſudetto Vicario contro la carità non ſolo Paſtorale, ma Ordinaria, tanto dal Sommo Dio incaricata; Deliberò commettere a Noi la ſua autorità, e poteſtà*, ac vices, & voces dicti Tribunalis, *e di conferirci in queſta, e dichiarando* ex commiſſione ſpeciali *lo ſteſſo Interdetto nullo, ingiuſto, illegitimo, ed inſuſſiſtente, far levare il ſudetto Interdetto. Per tanto Noi valendoci della ſudetta Poteſtà ampliſſima in dette lettere ſopracitate, come ſpeciale Delegato in queſto negozio, dichiariamo con il preſente noſtro Editto*, auctoritate, qua fungimur, *nullo, ingiuſto, illegitimo, inſuſſiſtente, irrito, e di neſſuna forza, e valore il cennato Interdetto, ed ordiniamo a tutti i Superiori delle Chieſe, tanto Regolari, quanto Secolari, Parochi, Beneficiati, Cappellani, Sacerdoti, o Clerici, che non oſtante il ſudetto Interdetto, ſtante la ſua notoria ingiuſtizia, inſuſſiſtenza, e nullità, doveſſero tenere le Chieſe aperte, ed ivi celebrare, e far celebrare li Divini Uffizj, e Meſſe, come ſi faceva prima di detto Interdetto, ed amminiſtrare a tutti li Fedeli li Santiſſimi Sagramenti della Santa Chieſa, come prima, e come mai vi foſſe ſtato il ſudetto nullo Interdetto, e queſto ſotto pena alli Contravenienti, e Diſobedienti di ſcommunica maggiore riſervata al ſudetto Monſignor Giudice della Monarchia, della diſgrazia di Sua Maeſtà (che Dio guardi) ed altre pene a Noi, ed a detto Monſignore riſervate, e non altrimenti. Datum Liparæ die 10. menſis Februarii 1714. Affigatur: Canonicus D. Joſeph Marotta Delegatus: Dominus D. Franciſcus Bruno Magiſter Notarius.*

Item ab eod. Delegato in carcerem conjecti fuere nonnulli Eccleſiaſtici.

§. 2. Subinde vero dictus Joſephus Marotta, his minime contentus, dilectos quoque filios Franciſcum Canalem Canonicum, & Parochum Eccleſiæ Liparen., Dominicum Francolinum, Franciſcum Corſum, Dominicum Sciachitanum, Alonſum Bonica, Presbyteros, & Franciſcum Canalem Clericum, non alterius delicti reos, niſi quod affixioni ſchedularum excommunicationis, & Interdicti hujuſmodi operam ſuam præſtitiſſe, ac in actu expulſionis dicti Didaci Vicarii Generalis campanas ſono funebri pulſaſſe inſimulati fuerint, in carceres detrudi juſſit.

Cauſæ generales, & particulares præſentis declarationis.

§. 3. Cum autem valde manifeſtum ſit, nec quiſquam inficiari valeat graviſſimam tam Eccleſiæ, quam huic Sanctæ Sedi illatam fuiſſe injuriam ex prædicti Didaci Vicarii Generalis expulſione, aliiſque præmiſſis adverſus perſonas Eccleſiaſticas ſacrilege perpetratis: præſertim vero ex promulgatione Edicti præinſerti præfatum Interdictum

Digitized by Google

dictum temere annullantis; tum quia explorati Juris eſt nullum Judicem, quacumque tandem poteſtate, & auctoritate ſuffultum, quoties de excommunicatione, Interdicto, aliiſve Cenſuris ex cauſa læſæ, ſeu violatæ Immunitatis Eccleſiaſticæ, ac potiſſimum de ſpeciali noſtro, & Sedis Apoſtolicæ mandato latis agi contingit, in illarum validitatis, ſeu invaliditatis, juſtitiæ, ſeu injuſtitiæ cognitionem, quæ non niſi Nobis, ac eidem Sedi reſervata eſt, ſe ingerere poſſe; Tum etiam quia ſatis ſimiliter perſpectum eſt, Eccleſiam Liparenſem Nobis, ac dictæ Sedi immediate ſubjectam eſſe, & quoad ſpiritualia a quorumcumque Tribunalium, etiam Eccleſiaſticorum, Regni Siciliæ juriſdictione exemptam, & liberam exiſtere: Quandoquidem licet dicta Civitas Liparen. anno MDCIX. per claræ memoriæ Philippum III. dum vixit, Hiſpaniarum Regem Catholicum, qui etiam utriuſque Siciliæ Rex exiſtebat, a Regno Neapolitano pro majori commoditate gubernii diſmembrata, & ſeparata, ac eidem Regno Siciliæ ultra Pharum unita, & incorporata fuerit: indubitati tamen juris eſt, ejuſmodi diſmembrationem, & unionem ſola Seculari, ac Regia auctoritate, ut præfertur, factas, locum habere ad ſummum potuiſſe quoad ea, quæ gubernium, ac regimen rerum temporalium dumtaxat concernunt, ac ſemper ſine præjudicio directi dominii utriuſque Siciliæ hujuſmodi, juriumque ab eo dependentium, ad eamdem Sedem etiam in temporalibus, ut notum eſt, pertinentium: nunquam vero quoad ea, quæ adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum, ac Spiritualium reſpiciunt, quarum ſtatum, & ordinem Laicalis poteſtas immutare non valuit. Unde nec Indulgentiæ illæ, & gratiæ tam ſpirituales, quam temporales Cruciatæ Sanctæ nuncupatæ, alias ab hac Sancta Sede diverſis earumdem Hiſpaniarum Regibus Catholicis, Religionis Chriſtianæ contra Turcas defenſioni incumbentibus, nec non Chriſtifidelibus in ipſarum Hiſpaniarum Regnis, & illis adjacentibus, ac Sardiniæ Inſulis conſiſtentibus, & ad illa declinantibus, qui quædam ſibi injuncta opera adimpleviſſent, ad certum tunc expreſſum tempus conceſſæ, ac ſubinde ad Regnum Siciliæ ultra Pharum extenſæ, & pluries prorogatæ: nec etiam jus præſentandi perſonas idoneas Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus ad præſentationem hujuſmodi præficiendas quibuſcumque Cathedralibus, etiam Metropolitanis Eccleſiis prædicti Regni Siciliæ ultra Pharum, memorati Philippi Regis deſcendentibus in Hiſpaniarum, ac Siciliæ ultra Pharum Regnis hujuſmodi legitimis Succeſſoribus, quamdiu illi vixiſſent, ab eadem Sede conceſſum, & aſſignatum: neque demum Tribunal Inquiſitionis Hiſpaniarum adverſus hæreticam pravitatem auctoritate Apoſtolica inſtitutum, cujus juriſdictio ad prædictum Siciliæ ultra Pharum Regnum cæteroqui extenditur; in Eccleſia, Civitate, ac Diœceſi Liparen. prædictis locum unquam habuerunt: imo nec ipſi Miniſtri ſæculares ejuſdem Regni Siciliæ ultra Pharum, ſive ſub diſmembrationis, & unionis prædictarum obtentu, ſive ſub alio quovis prætextu præmiſſa locum habere debuiſſe, vel debere unquam prætenderunt. Hinc eſt, quod Nos, qui jurium Eccleſiaſticorum Aſſertores in terris a Domino conſtituti ſumus, omniumque Chriſtifidelium curam, & ſolicitudinem ſuper na diſpoſitione gerimus, libertatem, immunitatem, & juriſdictionem Eccleſiaſticam, nec non Sanctæ hujus Sedis authoritatem, ac dignitatem, ab ejuſmodi nefariis, ac perniciosis conatibus ſartam, tectamque, atque illibatam tueri, & conſervare, animarumque periculis, quantum Nobis ex alto conceditur, occurrere cupientes, ac omnium, & ſingulorum, quæ in præmiſſis, ſeu eorum occaſione quovis modo decreta, juſſa, ordinata, acta, & geſta fuerunt, ſeriem, cauſas, & circumſtantias etiam aggravantes, nec non prædictorum, ac quorumvis aliorum Tribunalium, Judicum, Miniſtrorum, etiam principalium, ſeu Supremorum Officialium, Notariorum, Scribarum, & perſonarum quarumcumque in eiſdem præmiſſis quomodolibet culpabilium qualitates, dignitates, nomina, & cognomina, aliave quæcumque etiam ſpecificam, & individuam mentionem, & expreſſionem requirentia, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ſingillatim ſpecificatis habentes; In præmiſſis vero ſupradictæ Eccleſiæ Liparenſis immediatam Nobis, & Sedi præfatæ ſubjectionem, illiuſque quoad ſpiritualia a quocumque Tribunali etiam Eccleſiaſtico Regni Siciliæ exemptionem, ac libertatem approbantes, & confirmantes, ac quatenus opus ſit, innovantes: Motu proprio, & ex certa ſcientia, & matura deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Edictum præinſertum, ac quæcumque in eo contenta, nec non alia per memoratum Canonicum Joſephum Marotta ea occaſione vigore ſuæ aſſertæ delegationis acta, geſta, & ordinata, cum omnibus, & ſingulis inde ſecutis, & forſan quandocumque ſecuturis, penitus, & omnino, nulla, irrita, invalida, injuſta, reprobata, damnata, inania, temeraria, & a non habentibus poteſtatem damnabiliter attentata, ac de facto præſumpta, nulliuſque omnino roboris, & momenti, vel efficaciæ eſſe, & ab initio fuiſſe, ac perpetuo fore, neque illa a quoquam obſervari poſſe, vel potuiſſe, adeoque nec ullum ſtatum facere, vel feciſſe, ſed perinde, ac ſi nunquam emanaſſent, nec facta fuiſſent, pro non extantibus, & non factis perpetuo itidem haberi debere tenore præſentium declaramus. Et nihilominus ad majorem, & abundantiorem cautelam, & quatenus opus ſit, illa omnia, & ſingula, & ſi quæ inſuper præmiſſorum occaſione, ſeu in eorum ſequelam per prædictum Canonicum Joſephum Marotta, aut quæcumque præfati Regni Siciliæ Tribunalia, ſeu eorum Delegatos, vel Commiſſarios hac in re de cætero agi, geri, & ordinari quomodolibet contigerit, harum ſerie damnamus, reprobamus, revocamus, caſſamus, irritamus, annullamus, abolemus, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuamus, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, caſſatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuis ſemper haberi volumus, & mandamus.

Confirmatio immediatæ ſubjectionis Eccleſiæ Liparen. S. Sedi.

Declaratio nullitatis relat. Edicti, eſt illius damnatione.

§.4. Præterea, tametſi de perſpecta Populi, & Incolarum Civitatis, & Diœceſis Liparen. præ aliarum pietate, illorumque veteri in Eccleſiam, atque hanc Apoſtolicam Sedem devotione tam præclare ſentiamus, ut minime dubitemus ipſos, etiam ejuſmodi noſtra declaratione minime expectata, præinſertum Edictum, aliaque per dictum Canonicum Joſephum Marotta, geſta, pro irritis, & invalidis, nulliuſque prorſus roboris, ac valoris jam habuiſſe, & impoſterum

Confirmatio Excommunicationis, & Interdicti, cum Decreto pro illius obſervantia, & pœnis in contravenientes.

habi-

habituros eſſe, adeoque omnia e converſo per ſupradictum Didacum Vicarium Generalem acta, & ordinata religioſe, ac exacte obſervaſſe, & obſervaturos eſſe: nihilominus ad majorem ſimiliter cautelam generale Interdictum, cui præfatus Didacus Vicarius Generalis Civitatem, & Diœceſim ſupradictas, ſicut præmittitur, ſubjecit, nec non cenſuras, ſeu declarationes excommunicationis ab eo contra prænominatos Joannem Baptiſtam Gaſtaldum, & Carolum Alconanda expulſores ſuos, alioſque omnes, qui eamdem expulſionem mandarunt, ſeu illi opem, favorem, aut conſilium quovis modo præſtiterunt, promulgatas, pro validis, & juſtis habentes, ipſumque Interdictum, ac Cenſuras, ſeu declarationes hujuſmodi auctoritate Omnipotentis Dei, Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra approbantes, & confirmantes, ac adverſus præmiſſa, quatenus opus ſit, innovantes: Motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus, omnes, & ſingulas perſonas Eccleſiaſticas tam Sæculares, cujuſvis gradus, præeminentiæ, ac dignitatis fuerint, quam cujuſvis Ordinis, Congregationis, Inſtituti, & Societatis, etiam Jeſu, Regulares, ad exactam ejuſdem Interdicti obſervantiam juxta formam a Sacris Canonibus præſcriptam omnino teneri, & obligatas exiſtere, & fore, itaut in quibuſvis Eccleſiis, Locis piis, Oratoriis etiam privatis, ac Capellis domeſticis Civitatis, & Diœceſis prædictarum, quibuſcumque tandem privilegiis, exemptionibus, & Indultis, etiam prætenſæ protectionis Regiæ, ſeu prætenſi juriſpatronatus Regii, tametſi pluries, ac quantiſcumque vicibus ab hac Sancta Sede approbati munitis, nec Miſſæ, nec alia Divina Officia celebrari, neque Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum adminiſtrari, minuſque fidelium defunctorum cadavera ſepeliri, aliave tempore Interdicti prohibita exerceri, niſi temporibus, caſibus, & modis per ſupradictos Sacros Canones permiſſis, ullo modo valeant, earumdem tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus. Ad hæc omnes, & ſingulos, quantumvis exemptos, & quovis modo privilegiatos, qui Statuto, Decreto, & Ordinationi noſtris hujuſmodi ſub quovis quæſito colore, ratione, aut prætextu quomodolibet contravenerint, quocumque tandem titulo, munere, aut dignitate præfulgeant, eo ipſo, & abſque alia declaratione in cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas per eoſdem Sacros Canones, & Conſtitutiones Apoſtolicas deſuper latas, & impoſitas incidiſſe, illiſque innodatos fuiſſe, & eſſe, ac fore, nec eos a quoquam, niſi a Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente (præterquam in mortis articulo, & tunc cum reincidentia in eaſdem cenſuras, & pœnas, eo ipſo, quo convaluerint) a cenſuris, & pœnis hujuſmodi abſolvi, & liberari poſſe, harum ſerie ſimiliter ſtatuimus.

Reſervatio S. Sedi facta cenſurarum, in quas incurrerunt Eccleſiaſticæ libertatis Violatores.

§.5. Cæterum cum notorii juris ſit, non tam eos, quos præfatus Didacus Vicarius Generalis in actu ſuæ expulſionis excommunicatos declaravit, quam ſupradictum Canonicum Joſephum Marotta, necnon Franciſcum Bruno Magiſtrum Notarium, qui præinſerto Edicto ſubſcripſit, Corrado Chirco Fiſcalem, Joſephum Ruſſo Conſultorem, Franciſcum Zavaglio Executorem, Alonſum Mercorella Inſtigatorem, alioſque omnes, & ſingulos cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis quantumcumque excelſæ, ac ſublimis fuerint, qui ſive ejuſdem Didaci Vicarii Generalis expulſionem, ſive publicationem, & affixionem præinſerti Edicti, ſive detruſionem in carcere Presbyterorum, ac Clerici præfatorum, ſive alia geſta per dictum Canonicum Joſephum Marotta mandarunt, ac ordinarunt, ſeu illis conſilium auxilium, favorem, vel quamvis aliam damnabilem operam præſtiterunt, aut in eorum ſequelam, & executionem ſimiliter geſta approbarunt, & rata habuerunt, ſeu alias in eis quomodolibet culpabiles fuerunt, cenſuras omnes, & pœnas Eccleſiaſticas a Sacris Canonibus, generalium Conciliorum Decretis, & Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac præſertim literis die Cœnæ Domini ſingulis annis legi, & promulgari conſuetis inflictas eo ipſo incurriſſe; Noverint idcirco illi omnes, etiam ſpecialiſſima mentione digni a cenſuris, & pœnis hujuſmodi, poſt debitam, ac condignam Eccleſiæ realiter, & cum effectu præſtitam ſatisfactionem, nonniſi a nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente (præterquam in mortis articulo, ut præfertur, & tunc cum reincidentia præfata eo ipſo, quo convaluerint) abſolvi, & liberari poſſe, prout earumdem tenore præſentium decernimus pariter, & declaramus; Facultatem inſuper, ad alia ſeveriora remedia, quatenus prædicti Eccleſiaſticæ libertatis Violatores in ſua contumacia perſiſtentes, cenſuras, & pœnas hujuſmodi animo, quod abſit, ſubſtinuerint indurato, Nobis, & eidem Apoſtolicæ Sedi reſervantes.

Prohibitio obedientiæ Vicario Gen. a Capitulo electo exhibitæ.

§.6. Demum, cum etiam intellexerimus, quod poſtquam idem Didacus Vicarius Generalis, ſicut præmittitur, exulare coactus fuit, dilecti Filii Capitulum, & Canonici dictæ Eccleſiæ Liparen. in Vicarium Generalem hujuſmodi dilectum quoque filium Emmanuelem Carnevale præfatæ Eccleſiæ Archidiaconum elegerint, notorii autem, & explorati juris ſit, quod quemadmodum Paſtoralis cura ejuſdem Eccleſiæ penes prædictum Nicolaum Mariam Epiſcopum, tametſi ab ipſa Eccleſia abſentem, omnino, atque integre remanſit, ita ſane ad ipſum quoque jus deputandi ſuum Vicarium Generalem irrefragabiliter ſpectabat, & ſpectat; Idcirco in virtute Sanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis latæ Sententiæ pœna per Contrafacientes eo ipſo incurrenda, a qua nemo, niſi a Nobis, vel Romano Pontifice pro tempore exiſtente (præterquam in mortis articulo conſtitutus) abſolvi poſſit, Capitulo, & Canonicis ſupradictis, necnon reliquo Clero tam Sæculari, quam Regulari Civitatis, & Diœceſis Liparen. præfatarum diſtricte prohibemus, & interdicimus, ne poſtquam earumdem præſentium, nec non deputationis alterius Vicarii in ſpiritualibus Generalis a prædicto Nicolao Maria Epiſcopo factæ, vel faciendæ notitiam habuerint, eumdem Emmanuelem Archidiaconum, ut Vicarium Generalem amplius agnoſcant, aut illi actum ullum obedientiæ præſtent; illos ſerio monentes, ac tam eis, quam univerſo Populo Civitatis, & Diœceſis hujuſmodi enixe præcipientes, ut ei dumtaxat Vicario Generali, qui a memorato Nicolao Maria Epiſcopo deputatus fuit, vel in poſterum deputabitur, congruam obedientiam exhibeant; Simulque ſciant ea omnia, quæ de cætero Vicariatus ejuſmodi titulo,

Digitized by Google

tulo, ſive a ſupradicto Emmanuele Archidiacono, ſive a quovis alio, qui abſque noſtra, ſeu præfati Nicolai Mariæ Epiſcopi facultate dicti Vicariatus auctoritatem ſibi quomodolibet uſurparet, geri contingeret, omnino irrita, invalida, & inania, nulliuſque roboris, ac momenti fore, quemadmodum Nos vere illa pro irritis, invalidis, & inanibus habenda eſſe harum ſerie ſimiliter declaramus.

Clauſulæ ſpeciales, & ampliſsimæ.

§.7. Decernentes pariter eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod prædicti, & alii quicunque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis exiſtant, ſeu alias ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, cauſæque propter quas præſentes emanarint, ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe; ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ac quibuſcumque juris, ſeu facti defectibus, qui adverſus illas a Sæculari potiſſimum poteſtate, ſeu prædicto aſſertæ Monarchiæ Siculæ Tribunali ad effectum impediendi, ſeu retardandi earum executionem, quovis modo, ſeu ex quavis cauſa opponi, ſeu objici poſſent, minime refragantibus, ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere: Eaſque propterea omnibus, & ſingulis per eamdem Sæcularem poteſtatem, ſive per idem aſſertum Tribunal quomodolibet allatis, ſeu afferendis impedimentis penitus, & omnino rejectis, ac nequaquam attentis, ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari: ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac dictæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & præfatæ Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.8. Non obſtantibus præmiſſis, & quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de Jure quæſito non tollendo, aliiſque Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis, editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus; necnon quorumcumque Ordinum, Congregationum, Inſtitutorum, & Societatum, etiam Jeſu, & quorumvis Monaſteriorum, Conventuum, Eccleſiarum, locorum piorum, aliiſve quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac præſcriptionibus quantumcumque longiſſimis, & immemorabilibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, & Societatibus, etiam Jeſu, ac Monaſteriis, Conventibus, Eccleſiis, & Locis Piis prædictis, illorumque reſpective Superioribus, aliiſve quibuslibet perſonis, etiam quantumvis ſublimibus, & ſpecialiſſima mentione dignis, a Sede prædicta ex quacumque cauſa, etiam per viam contractus, & remunerationis ſub quibuſcumq; verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, ſeu ad quarumcumque perſonarum, etiam Imperiali, Regali, aliave qualibet mundana, vel eccleſiaſtica Dignitate fulgentium inſtantiam, aut earum contemplatione, ſeu alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, factis, ac pluries iteratis, ac quantiſcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis, etiam continentibus, quod excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Privilegiis, & Indultis hujuſmodi mentionem. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, & insererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.9. Ut autem eædem præſentes literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus illas, ſeu earum exempla ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis, ac Baſilicæ Principis Apoſtolorum, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt, affigi, & publicari; ſicque publicatas, & affixas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent; Utque ipſarum literarum traſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu publici Notarii ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ eiſdem præ-

ſenti-

Digitized by Google

ſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die VII. Septembris MDCCXIV. Pontificatus noſtri Anno Decimoquarto.

CCVI.

*

Dat. 22. Sept. 1714. An. 14. Conceditur Indulgentia plen: etiam per modum ſuffragii pro Defunctis recitantibus Coronam S. Birgittæ, illamque benedicendi facultas Superioribus duntaxat Ordinis d. Sanctæ.

Alias Indulgentias pro hiſce Coronis vid. Leon: X Conſt: ed: 1515, Juli 6 Idus, Et Innoc: XIII Conſt: ed: 1723, Aug: 13 P. 3.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpet. rei memoriam.

Exordium. DE ſalute gregis Dominici Divina diſpoſitione Nobis commiſſi ſolicite cogitantes Chriſtifideles Spiritualibus muneribus adjuvare non ceſſamus, ut eorum devotio ad Omnipotentis Dei cultum in dies magis augeatur.

Preces Procuratoris Gen. §. 1. Cum itaque, ſicut dilectus Filius modernus Procurator Generalis Ordinis Fratrum Sanctæ Birgittæ Nobis nuper exponi fecit, dilecti filii Fratres dicti Ordinis Coronas, quas vocant, ejuſdem Sanctæ Birgittæ, jampridem Fidelibus diſpenſare conſueverint; dictus vero Procurator Generalis ejuſmodi Coronas Indulgentiis ad Spiritualem Fidelium conſolationem, & animarum ſalutem a Nobis decorari plurimum deſideret: Nos piis ipſius Procuratoris Generalis votis hac in re favorabiliter annuere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejuſdem nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Indulgentiis, & Sacris Reliquiis præpoſitorum conſilio omnes, & ſingulas Indulgentias eiſdem Coronis quomodolibet conceſſas (ſalvis tamen iis ejuſmodi Coronis a fel. rec. Leone Papa X. Prædeceſſore noſtro per quaſdam ſuas deſuper ſub plumbo 6. Idus Jul. 1515. expeditas literas conceſſis) harum ſerie, revocantes, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui quotidie per integrum annum prædictam Coronam, dummodo ſit ſaltem quinque decadum, recitaverint, & ſubinde vere pœnitentes, & confeſſi, ac ſacra Communione refecti pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint plenariam ſemel in anno, die per unumquemque ex eis eligenda, omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem quam etiam animabus Chriſtifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum ſuffragii applicare poſſint, miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Præterea declaramus, quod Superiores duntaxat Monaſteriorum, ſeu Religioſi prædicti Ordinis, qui ab illis ad id ſpecialiter deputati fuerint, Coronas hujuſmodi benedicendi facultatem habeant. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Conceſſio præd. Indul[illegible] revocatione [illegible] Indulgentiarum non exceptar.

Clauſulæ. §. 2. Volumus autem, ut ſupradictæ Coronæ nemini poſſint vendi, nec commodari, & ſi ſecus fiat, Indulgentia ſupradicta ceſſet, nulliuſq; ſit roboris, vel momenti. Utque earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides habeatur, quæ præſentibus ipſis haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcat. die XXII. Septembris MDCCXIV. Pontificatus noſtri Anno Decimoquarto.

CCVII.

Concedontur omnia privilegia Congregationum Ord: S. Benedicti Congregationi Monachorum Bohemiæ, illiuſque membris in Moravia, & Sileſia. Dat. 6. Oct. 1714. An. 14.

Inn: XII Conſt: ed: 1699, Sep: 24, P. 9 Benedictinis in Auſtria conceſſæ fuere gratiæ ſpirituales Congregationis Caſſinen. Eadem conceduntur Congregationi Auguſtanæ a Bened: XIII Conſt: ed: 1725 Maji 4, P. 1. Et Congregationi in Bohemia Conſti ed: 1728, Oct: 7, P. 5.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

APoſtolatus officium, quod inſcrutabilis divinæ Sapientiæ, atque bonitatis altitudo humilitati noſtræ committere dignata eſt ſalubriter exequi adjuvante Domino jugiter ſatagentes Religioſos viros ſub ſuavi Monaſticæ vitæ jugo vota ſua reddere, obereſque bonorum operum fructus adſpirante ſuperni favoris auxilio proferre jugiter ſatagentes, ut eo alacrius pietatis exercitiis incumbant, favoribus, & gratiis libenter proſequimur opportunis. Exordium.

§. 1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Otthmarus Abbas Monaſterii Bizeunovienſis Ordinis S. Benedicti in Regno Bohemiæ Sedi Apoſtolicæ (ut aſſeritur) immediate ſubjecti, quod ipſe, qui (ut aſſerit) inter alias prærogativas quibus ex privilegio Apoſtolico gaudet, caput, & Magiſter in correctione, & reformatione regularis diſciplinæ ſuper omnia clauſtra dicti Ordinis in prædicto Regno exiſtentia, exiſtit, tam ſibi, ejuſque ſucceſſoribus, quam toti Congregationi, Monaſteriis, & Locis prædicti Regni ejuſdem Ordinis ejus correctioni, & & reformationi ſubjectis, ut præfertur, necnon filiabus Præpoſituris, Prioratibus, ſeu Monaſteriis eidem Monaſterio Bizeunovienſi in eadem Bohemia, ac Kan-Gradenſi in Moravia, & Waldſtedienſi in Sileſia exiſtentibus, aliiſque prædictæ Congregationi in futurum uniendis, illorumque Præſidentibus, Viſitatoribus, Abbatibus, Preces Abbatis Biſeunovien., qui eſt Caput Congregationis.

bus, Monachis, & perſonis præſentibus, & futuris, omnes, & ſingulas gratias, tam ſpirituales, quam temporales variis Congregationibus, & Monaſteriis conceſſas, omniaque, & ſingula alia privilegia, quibus Congregatio Caſinen. alias S. Juſtinæ de Padua, ejuſque Præſidentes, Viſitatores, Abbates Superiores, & Monachi, ac perſonæ quæcumque fruuntur, & gaudent, nullo prorſus excepto privilegio, etiamſi ſpecialem requireret mentionem, firmiſque remanentibus reliquis juribus, & privilegiis a prædicto capite Bizeunovienſis Monaſterii in dicta Congregatione Bohemiæ, ejuſque Monaſteriis ab immemorabili tempore poſſeſſis a Nobis communicari plurimum deſideret: Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§.2. Nos igitur Congregationem primodictam, quam peculiari paternæ charitatis affectu proſequimur, ipſumque Otthmarum Abbatem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui dilectum filium modernum Procuratorem Generalem dictæ Congregationis Caſinen. ſuper præmiſſis audiverunt conſilio memoratæ Congregationi Bohemiæ Monachorum Ordinis S. Benedicti, ejuſque Abbati Præſidenti, aliiſque Abbatibus, Monaſteriis, Monachis, cæteriſque perſonis dictæ Congregationis, illiuſque membris nunc, & pro tempore exiſtentibus, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, prærogativis, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, privilegiis, indultis, aliiſque gratiis, tam ſpiritualibus, quam temporalibus quibus potiuntur, & gaudent Congregationes Caſinen., & aliæ dicti Ordinis Sancti Benedicti potiri, & gaudere poſſint, ſine præjudicio tamen aliorum privilegiorum eidem Congregationi Bohemiæ a Sede Apoſtolica, ſicut præmittitur, alias conceſſorum, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium juxta petita concedimus, & indulgemus; ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

Conceſſio præd: ſine præjudicio propriorum Privilegiorum d. Congregationis.

Clauſulæ.

§.3. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit dictæ Congregationis Bohemiæ, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra ubique habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die VI. Octobris MDCCXIV. Pontificatus noſtri Anno Decimoquarto.

CCVIII.

Confirmatur Decretum Congregationis Epiſ: & Regul: de primatu inter Clericos, & Laicos, horumque titulo pro Provincia Bætica Ordinis Minor: de Obſerv:

Dat. 6. Octo. 1714. An. 14.

De Primatu inter Fratres Diſcalc., & Eremitas S. Aug. Provinciæ Mexicanæ vide Conſtit: 1705, Dec. 12, P. 6. Et Inn: XIII Conſt: ed: 1721, Julii 5, P. 1 de primatu inter Laicos, & Clericos Reformatos, & 3. Ord: in Regno Siciliæ.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EManavit nuper a Congregatione Ven: Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita in cauſa prætenſæ conſuetudinis præcedentiæ inter dilectos filios Clericos Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia Provinciæ Bæticæ ex una, & Fratres laicos ejuſdem Provinciæ ex altera partibus vertente Decretum tenoris, qui ſequitur videlicet = In cauſa prætenſæ conſuetudinis Præcedentiæ vertente inter Fratres Clericos Ordinis de Obſervantia Provinciæ Andalutiæ ex una, & Fratres Laicos ejuſdem Provinciæ ex altera de, & ſuper infraſcriptis Dubiis, nempe. 1. An Fratres Laici Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia Provinciæ Bæticæ tam Conventuum de Obſervantia, quam Recollectorum præcedere debeant Fratres Clericos non in Sacris conſtitutos, quamvis Choriſtæ ſint receptione juniores, & Laici ſint receptione antiquiores. 2. An Fratres Laici denominari debeant Patres, & titulo Reverentiæ frui, prout denominantur, & fruuntur Sacerdotes ejuſdem Ordinis, & Provinciæ, vel potius contenti eſſe debeant titulo charitatis, ſicut Clerici, ſeu Choriſtæ ejuſdem Ordinis. 3. An ſit imponendum perpetuum ſilentium in caſu &c. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis,

Species facti.

Decreto in Congregationis ſuper tribus dubiis, & mandatú Sanctiſſimi pro expeditione Brevis.

gotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita referente Eminentiſſimo Sanctæ Priſcæ, Procuratore dumtaxat Fratrum Clericorum informante, ac altero Fratrum laicorum, licet pluries intimato, informare recuſante, & dilationem petente ad ſuprafcripta Dubia infraſcriptum in modum reſpondendum cenſuit. Ad primum negative. Ad ſecundum negative quoad primam partem, & affirmative quoad ſecundam. Ad tertium affirmative, & amplius hujuſmodi cauſam non proponi mandavit, prout præſentis Decreti vigore amplius non proponi mandat, & præcipit. Romæ 31. Augusti 1714. oblatis ſubinde precibus Sanctiſſimo Domino Noſtro ex parte Laicorum ſupplicantium pro ſuſpenſione Brevis confirmatorii prædictorum Decretorum editi die 31. Auguſti proximi præteriti, & pro nova audientia, iiſque per Sanctitatem Suam ad eumdem Eminentiſſimum S. Priſcæ Ponentem remiſſis pro relatione precum in prima proxima Congregatione, & per Eminentiam ſuam relatis in Congregatione habita ſub dicto die 28. Septembris dicti anni, eadem Sacra Congregatio decrevit conſulendum Sanctiſſimo pro expeditione Brevis. Et die 29. dicti Menſis facta per me infraſcriptum Secretarium de præmiſſis relatione Sanctiſſimo Domino noſtro in ſolita Audientia, Sanctitas Sua juſſit expediri Breve, non obſtantibus &c. Cardinalis de Abdua F. Archiepiſcopus Nicænus Sec.

* Preces Procuratoris Provinciæ.

§.1. Cum autem, ſicut dilectus pariter filius Dominicus a Jeſu Maria prædicti Ordinis Fratrum de Obſervantia profeſſus, & Provinciæ Bæticæ Procurator Nobis ſubinde exponi fecit, ipſe Decretum hujuſmodi quo firmius ſubſiſtat, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſideret. Nos ipſum Dominicum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus; ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti

Clauſulæ.

§.2. Decernentes eaſdem præſentes literas, firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit Provinciæ, & Ordinis hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.4. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die VI. Octobris MDCCXIV. Pontificatus noſtri Anno Decimoquarto.

CCIX.

Decernitur omnimoda obſervantia interdicti in Diœceſibus Catanien., & Agrigent: cum reprobatione quarumdam falſarum doctrinarum, & pœnis in contravenientes.

* Dat. 6. Nov. 1714. An. 14.

Conſt: ed: 1713, Dec: 23, P. 14 nulla declarata fuere Edictum, & Præceptum Monarchiæ ſuper interdicto in Diœceſi Agrigen.. Conſt: ed: 1714. Sept. 7, P. 14 nullum dictum fuit Edictum Delegati Monarchiæ ſuper interdicto in Diœceſi Liparen.. Et Conſt: ed: 1715, Nov: 29, P. 55 declaratur nullum aliud præceptum contra mandata Apoſtolica.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

UBi alias ad multiplices, & ſane graviſſimas, quas Sancta Dei Eccleſia in Regno Siciliæ, per inauditum, ac pene incredibilem Sæcularis poteſtatis abuſum tamdiu ſuſtinuit, & adhuc ſuſtinet, calamitates, inſignem illam, ac vere atrocem acceſſiſſe novimus injuriam, qua non minus ſacrilege, quam crudeliter erepto eidem Eccleſiæ unico illo, ac triſti ſolatio, quod miſeris omnibus ipſa infelicitas reliquum facit, mala ſcilicet ſua publicis mœſtitiæ ſignificationibus deplorandi, ſuas ipſa lacrymas ſiſtere juſſa fuit, luctumque illum abjicere, quo prius, januis Templorum clauſis, Sacrorum ſolemniis intermiſſis, Sacerdotibus ejus gementibus, Virginibus ejus ſqualidis, dolores ſuos longe, lateque aperiens, a fidelibus quidem filiis amaritudinis ſuæ levamen, a Rebellibus vero irrogatarum ſibi contumeliarum pœnas depoſcere cœperat. Ubi alias (iterum repetimus) maxima cum animi noſtri moleſtia intelleximus tam multos, etiam ex charioribus Eccleſiæ filiis, ignara, ac damnabili illarum pœnarum formidine perculſos, quas eis minabantur illi, qui corpus quidem occidunt, animam autem non poſſunt occidere, ad ea miſere progreſſos fuiſſe, ut exuta Eccleſiaſticis Decretis debita obedientia, indictam juſſu noſtro in Catanienſi, & Agrigentina Civitatibus, & Diœceſibus Sacrorum juſtitiam, turpi-

Exordium ab audacia ſecularis poteſtatis adverſus obſervantiam Interdicti, deplorata mala gravitate.

Digitized by Google

turpiter violaverint: illiſque interrogantibus, qui captivos eos duxerunt, verba cantionum, ea ipſa, quæ in ſalicibus ſuſpenderant, organa ad lætitiam revocare, & hymnum cantare de canticis Sion minime erubuerint. Ubi hæc (ut ajebamus) jampridem inaudivimus, nullam profecto ærumna hac iniquiorem, aſperiorem nullam Eccleſiæ ipſi miſeriam evenire potuiſſe, aut unquam poſſe credidimus. Noſtris propterea auribus continenter obſtrepere videbantur triſtes illius voces: Quis mihi hoc tribuat, ut plorans plorem in nocte? Quis mihi det, ut plangam paululum dolorem meum?

Item malitia eorum excuſantium falſis doctrinis violationem Interdicti.

§. 1. Ita plane credidimus. Sed cito nimis Nos falli cognovimus; ubi ſcilicet omnibus antea in præfato Regno Siciliæ illatis Eccleſiæ vulneribus graviorem aliam, & plane acerbiorem plagam ejuſdem Eccleſiæ pectori ſubinde inflictam fuiſſe percepimus ab ipſiſmet ejus filiis, ingratis filiis, filiis deſertoribus, qui adverſus Matrem ſuam pugnantes, nec ſolum ipſi illius mandatis parere detrectantes, verum, & alios ad paris inobedientiæ crimen incitantes, os Domini non interrogarunt, ſed habentes fiduciam in umbra Ægypti, docuerunt, quæ non oportet, ut excuſarent excuſationes in peccatis. Ii ſiquidem aquam turbidam, non de fontibus Salvatoris, ſed de Babylonis fluminibus hauſtam, incautis propinantes: hoc eſt, falſas non minus, quam pernicioſas doctrinas in eorum patrocinium, qui metu malorum ſibi a Sæculari poteſtate denunciatorum Eccleſiaſticum Interdictum in memoratis Civitatibus, ac Diœceſibus appoſitum minime ſervaſſent, abſque ullo rubore obtrudentes, plurimos faſcinarunt non obedire veritati, illoſque non ſine maximo Chriſtifidelium ſcandalo, ac manifeſto hujus Sanctæ Sedis contemptu, ad ejuſdem Interdicti, tametſi auctoritate Apoſtolica pluries comprobati, inexcuſabilem violationem, per quam nimirum, ut Sacri Canones docent, Eccleſiaſticæ diſciplinæ nervus diſrompitur, aperte ſeducere non formidarunt, latam nimium ſic aperientes viam univerſæ propemodum Chriſtianæ Legis deformationi, ac ruinæ. *Si enim ita nequiſſimorum timeatur audacia, ut quod illi jure, atque æquitate non poſſunt, temeritate, ac deſperatione perficiant, actum eſt*, ut Sanctus Epiſcopus, & Martyr Cyprianus præclare ſcriptum reliquit, *de Epiſcopatus vigore, & de Eccleſiæ gubernandæ ſublimi, ac divina poteſtate: Nec Chriſtiani ultra aut durare, aut eſſe jam poſſumus, ſi ad hoc ventum eſt, ut perditorum minas, atque inſidias pertimeſcamus.*

Necnon impudentia aliorum aſſerentium a S. Sede approbari illius tranſgreſſionem.

§. 2. Quod vero plane deterius, ac intolerabilius eſt, alii etiam noviſſime non defuerunt, qui adjicientes peccatum ſuper peccatum, atque ipſamet nimia forſan longanimitate noſtra, qua pœnitentiæ ſpatium damus, ſubdole abutentes, per illam traditos ab eis errores tacite ſaltem a Nobis approbari, adeoque ipſam quoque Interdicti tranſgreſſionem minime improbari impudentiſſime vulgarunt. Quis jam tam hebeti, ac gelido erit animo, qui ad effrænatam hanc, atque execrabilem temeritatem non exardeſcat? Quis unquam ſanæ, rectæque mentis inveniri poterit, qui nos prorſus immemores celebris illius documenti a Sanctiſſimo Prædeceſſore Noſtro Leone traditi, cum ſcripſit: *Nimis hæc improba, nimis ſunt prava, quæ Sacratiſſimis Canonibus inveniuntur eſſe contraria*: eo tandem prolapſos fuiſſe exiſtimet, ut illas quovis modo probare, aut ſaltem non improbare potuerimus doctrinas, quæ non alio nixæ fundamento, quam metu, veris Chriſti Militibus indigno, in quorum ſcilicet cordibus hoſpitari debet charitas Chriſti, quæ foras mittit timorem, Apoſtolicis Sanctionibus apertiſſime adverſantur?

In reprobationem præmiſſorum ad memoriam revocantur Brevia data ad Vicarios Agrigentinos 4. Novem. 1713.

§. 3. Ignotæ forſan cuiquam ſunt noſtræ illæ literæ jam ante annum, hoc eſt, die IV. Novembris MDCCXIII. ad tres Agrigentinæ Eccleſiæ Vicarios Generales in ſimili forma Brevis datæ, eodemque tempore, ut omnibus paterent, typis editæ, quibus nimirum homines illos, qui ut ambulantes in veritate ad carnalis prudentiæ ſemitas traducerent, eoſdem, aut ſimiles errores in vulgus ſpargere præſumpſerant, perditionis filios nuncupavimus: contra vero effuſis, meritiſque laudibus virtutem, atque conſtantiam eorumdem trium Vicariorum, ob intrepidam Eccleſiaſticæ libertatis, ac Pontificiæ auctoritatis defenſionem, in carceres conjectorum, extulimus, qui aures ſuas obturaverant, ne exaudirent voces incantantium, quique propterea, quod & ipſi interdictum, cui eadem Agrigentina Eccleſia ſubjecta reperiebatur, cuſtodire vellent, & ab aliis, ut par erat, ſimiliter cuſtodiri ſatagerent, nullas minas, pœnas nullas, nullam, quantumvis ſævam, atque horribilem tempeſtatem formidaverant? Nonne perſpectæ etiam omnibus ſunt aliæ noſtræ literæ Capitulo, & Canonicis præfatæ Agrigentinæ Eccleſiæ poſterios, hoc eſt, die X. Martii proxime præteriti in eadem forma Brevis conſcriptæ, ac typis pariter evulgatæ, quibus ea in primis, quam muneris noſtri debitum expoſcebat, gravi conſtituta animadverſione in quemdam Canonicum Joannem Baptiſtam Formicam, qui pro Vicario Generali ejuſdem Eccleſiæ perperam ſe gerebat, ac non modo memoratum Interdictum palam, & audacter contempſerat, verum ut & ab aliis ſimiliter contemneretur, auctor fuerat, eiſdem ſubinde Canonicis vehementer exprobrare non omiſimus, quod quamplures ex eis a priſtina, ac debita Eccleſiæ mandatis obedientia deſciviſſent: Reprobato potiſſimum eo metus obtentu, quo ipſi gravem ſuum lapſum excuſare ſtuduerant, illiſque inſuper injunximus, ut conſcientiarum ſuarum ſecuritati opportune conſulerent: quæ nequiter egerant, debita emendatione corrigerent, nullaque interpoſita mora inuſtam dignitati ſuæ labem abolere contenderent? An ne quempiam latet, quod ſimul ac Nobis innotuerunt errores illi, quibus Magiſtri mendaces, ponentes tenebras lucem, ac lucem tenebras, tanto cum animarum Chriſtifidelium periculo, tantoque cum Eccleſiaſticæ diſciplinæ diſpendio, Interdicti violationem excuſare conabantur: Nos jam adveniſſe rati tempus illud ab Apoſtolo prænunciatum, cum ad Timotheum ſcripſit: *Erit tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi Magiſtros prurientes auribus, & a veritate quidem auditum avertent*: quorumvis Regularium Ordinum, Congregationum, Inſtitutorum, & Societatum, etiam Jeſu, Superioribus Generalibus diſtricte præcepimus, & mandavimus, ut a ſuis quiſque Subditis in Monaſteriis, Conventibus, Collegiis, ac Domibus Regularibus Regni ſupradicti reſpective commorantibus Interdictum præfatum ſub pœnis per Sacros Canones, & Apoſtolicas

Denique preceptum indictum Superioribus Ordinū pro obſervantia Interdicti.

Digitized by Google

Conſtitutiones in eos, qui ſecus feciſſent, præſcriptis, exacte, & inviolabiliter obſervari curarent, & facerent, nec illud quovis titulo, colore, ingenio, cauſa, excuſatione, ſeu prætextu, violari ſinerent, aut permitterent, donec a Nobis, vel juſſu noſtro Interdictum ipſum expreſſe ſublatum, abrogatumque fuiſſet? Quomodo jam publica hæc noſtra, atque alia plurima dicta, iiſque perpetuo reſpondentia facta congruere unquam poſſunt cum iis, quæ ad diuturnam, ac deteſtabilem Contemptorum Eccleſiæ inobedientiam, & pervicaciam fovendam temere confinguntur?

Cauſæ præſentis Conſtitutionis.

§.4. Hæc profecto omnia abunde ſufficere poſſent, ac deberent, ut vera mens, ac voluntas noſtra omnibus hac in re nota fieret, ſimulque apertæ, ac perſpectæ eſſent fallaces artes, quibus filii hujus ſæculi graviora ſemper vulnera Eccleſiæ infligere, acerbioribus ſemper injuriis Apoſtolicam auctoritatem impetere, necnon animas pretioſo Salvatoris, & Domini Noſtri Jeſu Chriſti Sanguine redemptas in majora ſemper pericula conjicere nituntur. Cupientes nihilominus (donec divina Nobis ope ſuffragante, ad funditus extirpandam tot malorum radicem, necnon ad Eccleſiaſticam immunitatem, Sanctæque hujus Sedis dignitatem ab iis, quæ adverſus utramque in ſupradicto Regno Siciliæ enormiſſime attentata fuerunt, cumulate vindicandam, ea validius exequamur, quæ Paſtoralis Officii noſtri ratio poſtulat, quæque aſſiduis, ac ferventibus tam noſtris, quam alienis precibus humiliter imploratum cæleſtis gratiæ lumen oſtendet) omnia interim, & quæcumque, tametſi inania, ac prorſus futilia eorum ſubterfugia, qui debitam Eccleſiaſticis, imo Apoſtolicis, mandatis obedientiam præſtare recuſant, penitus, & omnino præcludere. Et quia nihil obedientia prodeſſe videretur humilibus, ſi contemptus contumacibus non obeſſet; ac juxta Canonicas Sanctiones quædam ſunt culpæ, in quibus culpa eſt relaxare vindictam, contumacium hujuſmodi audaciam, & impudentiam ſeveriori inſimul animadverſione compeſcere, ac cohibere. Hinc eſt, quod Nos illius vices, licet immeriti, gerentes in terris, qui Diſcipulis ſuis dixit: *Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit*: ac alias addidit: *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus*: opportune in præmiſſis providere, ac deſuper conceſſæ Nobis a Domino poteſtatis partes, quantum Nobis ex alto conceditur, interponere volentes: Motu proprio, ac ex certa ſcientia, &

Decretum pro obſervantia Interdicti.

matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, generale Interdictum, cui memoratæ Civitates, ac Diœceſes Cataníenſis, & Agrigentina juſſu noſtro ab earum Præſulibus reſpective, ſicut præmittitur, ſubjectæ fuerunt, omnino, & ab omnibus (exceptis dumtaxat temporibus, & caſibus a jure permiſſis) in quibuſvis Eccleſiis, Locis Piis, Oratoriis, etiam privatis, Civitatum, & Diœceſum prælatarum, prætenſa etiam aſſertæ Monarchiæ Siculæ auctoritate munitis, ſeu alias quocumque Privilegio, Exemptione, & Indulto, etiam prætenſi Juriſpatronatus Regii, tametſi pluries, & quantiſcumque vicibus ab hac Sancta Sede approbati, ſuffultis, exacte, & inconcuſſe obſervandum eſſe, & ab initio fuiſſe, ac in poſterum fore. Nec illud a quoquam, ſive cujuſcumque periculi metu, ſive alio quovis prætextu, titulo, cauſa, vel colore violari unquam potuiſſe, vel poſſe, tenore præſentium decernimus, & declaramus.

Cenſuræ, & pœnæ in contemtores Interdicti cum quibuſdam Ordinationibus.

§.5. Noverint propterea omnes, & ſinguli Eccleſiaſtici tam Sæculares, cujuſvis gradus, præeminentiæ, ac dignitatis fuerint, quam cujuſvis Ordinis, Congregationis, Inſtituti, & Societatis, etiam Jeſu, Regulares, qui præmiſſis contraire, ac Interdictum hujuſmodi violare quovis modo hactenus præſumpſerunt, vel de cætero præſumpſerint, ſe cenſuras omnes, & pœnas adverſus Eccleſiaſtici Interdicti Violatores a Sacris Canonibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis latas, & impoſitas, ac potiſſimum irregularitatem, nec non privationem vocis activæ, & paſſivæ eo ipſo, & abſque alia declaratione incurriſſe, ac reſpective de cætero incurſuros eſſe: adeoque eos ad quæcumque Eccleſiaſtica tam Sæcularia, quam Regularia reſpective officia, beneficia, ac dignitates minime eligi, aut poſtulari, nec cum aliis ad eligendum, ſeu poſtulandum admitti debuiſſe, vel unquam debere, neque demum cenſurarum, ac pœnarum hujuſmodi abſolutionem, ſeu relaxationem a quoquam (præterquam a Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente) obtinere potuiſſe, vel poſſe, prout earumdem tenore præſentium ſimiliter declaramus. Præterea, ut non modo quibuſvis tranſgrediendi prætextibus, ſicut præmittitur, ſublatis, ſed auctis etiam contra Transgreſſorea pœnis, omnes in poſterum ad debitam Nobis, & Eccleſiæ obedientiam exhibendam revocentur, omnibus, & ſingulis Eccleſiaſticis præfatis, quantumvis exemptis, & quovis modo privilegiatis, præter, & ultra omnes alias cenſuras, & pœnas ſuperius enunciatas, ſi Sæculares fuerint, ſub dignitatum, & Beneficiorum Eccleſiaſticorum, cujuſvis generis, ſeu naturæ ſint, ſi vero Regulares, ſub officiorum, dignitatum, & graduum Regularium quorumcumque per eos reſpective obtentorum privationis, perpetuæque inhabilitatis ad illa, & alia ſimilia, vel diſsimilia quæcumque in poſterum quomodolibet obtinenda ipſo facto, & abſque alia declaratione incurrendis pœnis, harum ſerie diſtricte prohibemus, & interdicimus, ne Decreto, ac Declarationi noſtris ſupradictis de cætero contravenire audeant quovis modo, ſeu præſumant. Dignitates autem, & Beneficia hujuſmodi, quorum privationis pœnam propter transgreſsionem præſentis prohibitionis per præfatos Eccleſiaſticos Sæculares contrafacientes quomodolibet incurri contigerit, etiam ipſo facto, & abſque alia declaratione vacare, illaque per quoſcumque impetrari poſſe pariter decernimus; Necnon eorumdem Beneficiorum, & dignitatum ſic vacantium collationem, proviſionem, & omnimodam diſpoſitionem, prout etiam pœnarum de novo ſic additarum relaxationem ſimiliter Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti dumtaxat ſpecialiter reſervamus.

Clauſulæ ampliſſimæ.

§. 6. Decernentes pariter eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis exiſtant, ſeu alias ſpecifica,

& in-

Digitized by Google

& individua mentione, & espreſsione digni illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & anditi, cauſæque, propter quas præſentes emanarint, ſufficienter addnctæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, aut es alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, uullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſu, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac inexcogitato, & inescogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliud ve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe; ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ac quibuſcumqne juris, ſeu facti defectibus, qui adverſus illas a Sæculari potiſsimum poteſtate, ſen prædicto aſſertu Monarchiæ Siculæ Tribunali ad effectum impediendi, ſeu retardandi earum esecutionem, quovis modo, ſen ex qnavis cauſa opponi, ſeu objici poſſent, minime refragantibus, ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere: Eaſque propterea, omnibus, & ſingulis per eamdem Sæcularem poteſtatem, ſive per idem aſſertum Tribunal quomodolibet allatis, ſeu aſſerendis impedimentis penitus, & omnino rejectis, ac nequaquam attentis, ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari: Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & præfatæ Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.7. Non obſtantibus præmiſſis, & quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo, aliiſq; Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus; Necnon quorumcumqne Ordinum, Congregationum, Inſtitutorum, & Societatum, etiam Ieſu, & quorumvis Monaſteriorum, Conventuum, Eccleſiarum, Locorum Piorum, aliiſve quibuſvis etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac præſcriptionibus quantumcumque longiſſimis, & immemorabilibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis, Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, & Societatibus, etiam Jeſu, ac Monaſteriis, Conventibus, Eccleſiis, & Locis Piis prædictis, illorumqne reſpective Superioribus, aliiſve quibuslibet perſonis, etiam quantumvis ſublimibus, & ſpecialiſsima mentione dignis, a Sede prædicta es quacumque cauſa, etiam per viam contractus, & remunerationis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis, etiam moto, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, ſeu ad quarumcumque perſonarum, etiam Imperiali, Regali, aliave qualibet mondana, vel Eccleſiaſtica dignitate fulgentium inſtantiam, aut earum contemplatione, ſeu alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, factis, ac pluries iteratis, ac quantiſcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nibil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & espreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.8. Ut autem eædem præſentes Literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus illas, ſeu earum exempla ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis, ac Baſilicæ Principis Apoſtolorum, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt, affigi, & publicari; ſicque publicatas, & affixas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent; Utque ipſarum literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, mano alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœceſis ſub Annulo Piſcatoris die VI. Novembris MDCCXIV. Pontificatus noſtri Anno Decimoquarto.

CCX.

Confirmantur Decreta Congregationis Epiſc: & Regul: in Cauſa de facultate Aſsiſtentium, & primatu tempore S. Viſitationis inter Priorem Gen: Eremitarum S. Auguſtini, & Vicarium Gen: Congr: Lombardiç. Dat. 22.Nov. 1714. An.14.

Conſt: ed: 1713, Oct:20, P.13 extant nonnulla pro electione, & facultate Diffinitorum, & Vicegerentium dicta Congregationis. Et Benedict. XIII Conſt: edit: 1727, Sep:27, P.4 agitur de Officiis Vicarii, Procuratoris, & Diffinitorum in toto Ordine S. Aug:

CLE-

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EManarunt nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita in Cauſa Romana Viſitationis inter dilectos filios Priorem Generalem Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini, ejuſque Aſſiſtentes ex una, & Congregationem Obſervantiæ Provinciæ Lumbardiæ ejusdem Ordinis ex altera partibus vertente Decreta tenoris, qui ſequitur, videlicet.

I. Decretum Congregationis 1712. ſuper 4. dubiis.

§.1. In Cauſa Viſitationis verten. inter Patres Priorem Generalem totius Ordinis Sancti Auguſtini, ejuſque Aſsiſtentes ea una, & Congregationem Obſervantiæ Provinciæ Lombardiæ ejusdem Ordinis Partibus ex altera, propoſitis infraſcriptis dubiis, videlicet. Primo. An caſu Viſitationis Conventuum Congregationis Obſervantiæ Lombardiæ peragendæ per P. Generalem Ordinis, poſsint intervenire Patres Aſsiſtentes ejusdem Ordinis? Secundo. An, & quando ſe ſe ingerere valeant, & an, & quando Votum eis competat? Tertio. An Vicarius Generalis, ſeu Viſitatur prædictæ Congregationis poſsint in actu Viſitationis a pari, ſeu in æquali gradu procedere cum dicto Priore Generali in ſedendo, genuflectendo, ſeu potius competat locus inferior, & quomodo? Quarto. An, & quis locus competat Patribus Aſsiſtentibus quatenus ipſi poſsint intervenire in actu Viſitationis?

Eorum reſolutionés.

§.2. Sacra Congregatio die 19. Aug. 1712. Patribus ipſis auditis, & informantibus, re mature, & accurate diſcuſſa, & referente Emo Corſino, ad præfata dubia reſpondit. Ad primum. Affirmative, præterquam in Scrutinio ſecreto. Ad Secundum. Proviſum in primo, & competere Aſsiſtentibus Votum conſultivum tantum apud ſolum Priorem Generalem. Ad Tertium. Non liquere. Ad quartum. Competere Aſsiſtentibus locum poſt Vicarium Generalem, ſeu Viſitatorem Congregationis. Repropoſitu ſub die 3. Februarii 1713. ſupradictu tertio Dubio, videlicet. Tertio. An Vicarius Generalis, & Viſitator Congregationis Lombardiæ Ordinis Heremitarum Sancti Auguſtini poſsint in actu Viſitationis a pari, ſeu in æquali gradu procedere cum P. Generali in ſedendo, genuflectendo, ſeu potius competat locus inferior, & quomodo? Sacra eadem Congregatio partibus iterum informantibus, & referente præfato Eminentiſs. Corſino, reſcripſit. Ad mentem, quæ fuit, ut præſcriberetur modus ab Eminentiſsimo Ponente referendus in Sacra Congregatione.

II. Decretum 1713. ſuper d. tertio dubio.

III. Decretum quo approbatur modus ſervandus in caſu tertii dubii a Card. Ponente propoſitus.

§.3. Qui quidem modus in Congregatione habita ſub die 21. Julii dicti anni 1713. ab Eminentia Sua præſcriptus, & relatus fuit, ut infra ſequitur, nimirum — Quoniam S. Congregatio Epiſcuporum, & Regularium ſub die 3. Februar. currentis anni in Cauſa Romana Viſitationis inter P. Generalem totius Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, & Venerabilem Congregationem Lombardiæ ejusdem Ordinis ad Tertium Dubium a me propoſitum — An ſcilicet Vicarius Generalis, & Viſitator Congregationis Lombardiæ Ordinis Eremitarum S. Auguſtini poſsint in actu Viſitationis a pari, ſeu in æquali gradu procedere cum P. Generali in ſedendo, genuflectendo, ſeu potius competat locus inferior, & quomodo? Reſcripſit juxta mentem, & mens fuit, ut præſcriberetur a me modus referendus in eadem Sacra Congregatione, quæ de cætero jure credit, quod idem P. Generalis in quibuſcumque actibus Viſitationis eſſet cum diſtinctione tractandus: dum Viſitationi aſſiſtit P. Vicarius Generalis, & cum majori diſtinctione aſſiſtente ſimplici P. Viſitatore ejusdem Congregationis; Hinc ego auditis etiam deinde Patribus, & re mature perpenſa, crederem, quod poſſet ita præfiniri. Primo. Quod dum Pater Generalis recipitur cum Cruce ante Januam Eccleſiæ, & proceſſionaliter, incedere ipſe debeat poſt Religioſos Conventus, & P. Vicarius immediate poſt Patrem Generalem. Secundo. Quod Pater Generalis habeat paratum genuflexorium cum tapeto, & duobus pulvinaribus, uno brachiis, altero genibus ſupponendis, & Pater Vicarius Generalis aliud pulvinar, non in genuflexorio, ſed in terra ſuperponendum genibus ſuis a ſiniſtris Patris Generalis. Tertio. Quod idem P. Generalis habeat Sedem ſuper ſupremum gradum Altaris dum Religioſi ipſi obedientiam præſtare debent, & Pater Vicarius Generalis aliam Sedem habeat a ſiniſtris Patris Generalis in infimo Altaris gradu poſitam. Quarto. Quod P. Vicarius Generalis ſit primus in præſtandu obedientiam Patri Generali non quidem ante ipſum genuflectendo. ſed tantum ejus manum deoſculando, quem P. Generalis ſtatim amplectatur, & P. Vicarius Generalis una tamen vice obedientiam P. Generali præſtare teneatur, ſcilicet in primo Conventu viſitando, & non in aliis, ſi in ipſis P. Vicarium Generalem adeſſe contingat. Quinto. Quod dum fit Scrutinium ſecretum, conduntur Decreta, & de aliis rebus ad Sacram Viſitationem ſpectantibus fiunt Congregationes, P. Generalis ſedeat in capite Menſæ, & Pater Vicarius Generalis ſedeat pariter a latere ſiniſtro ejusdem menſæ. Si vero aſſiſtat Viſitationi non Pater Vicarius Generalis, ſed ſimpliciter P. Viſitator Congregationis, hic incedere debeat poſt Patrem Generalem, immediate genuflectere in terra ſine pulvinare, obedientiam eidem Patri Generali præſtare ejus manus deoſculando, & habeat Sedem pariter in inferiori gradu Altaris poſt præſtitam obedientiam ipſi Patri Generali, & in Scrutinio ſecreto, aliiſque congreſsibus pro Decretis condendis, cæteriſque ad Sacram Viſitationem urdinandis ſedeat cum P. Generali a latere ſiniſtro menſæ. Sacra Congregatio &c. referente Eminentiſs. Corſino, cenſuit, ac decrevit, ſupradictum modum ab E. S. propoſitum ſervandum eſſe.

IV. Decretum 1714. de cauſa amplius non proponenda.

§.4. Poſtremo repropoſitis iterum omnibus præfatis dubiis, una cum modo per Emum Corſinum, ut ſupra, prœpoſito: Sacra Congregatio Eminentiſsimorum, & Reverendiſsimorum S.R.E. Cardinalium negociis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, partibus ipſis denuo informantibus, & referente eodem Eminentiſs. Corſino ſtetit in Decretis in omnibus, & cauſam hujuſmodi amplius non proponi mandavit. Romæ 28. Septembris 1714. F. Card. de Abdua — Ferdinandus Archiepiſc. Nicenus Secr.

§.5.

Preces Procuratoris Gen. Congregationis Lombardiæ.

§.5. Cum autem, ſicut dilectus filius modernus Procurator Generalis dictæ Congregationis Obſervantiæ Lombardiæ nobis ſubinde exponi fecit, ipſe Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, & ſervetur exactius Apoſtolicæ confirmationis Noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſideret; Nos ejusdem Procuratoris Generalis deſiderio hac in re quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decreta præinſerta, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus: Salva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relatorū decretorum.

Clauſulæ.

§.6. Decernentes eaſdem præſentes literas, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.7. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit Congregationis Lombardiæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XII. Novembris MDCCXIV, Pontificatus noſtri Anno Decimoquarto.

CCXL.

Dat. 29. Nov. 1714. An. 14.

Declaratur nullum Præceptum Delegati Monarchiæ Siciliæ de impedienda executione Reſcriptorum Apoſtol: ſine prævio Regio *Exequatur*.

De obſervantia Interdicti in Catanien: contra Dom: Delegatum extat Conſt: ed: 1714, Nov: 6, P. 14. Conſt: ed: 1714, Sept: 7 P. 14 nullum declaratum fuit Edictum Delegati contra Interdictum in Diœceſi Liparen. Et Conſt: ed: 1715, Jan. 11, P. 15 nullum declaratur Edictum Congr. juncta in Siciliæ Regno contra Reſcripta Apoſt:

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Epitome dicti Præcepti editi ab eo Delegato, a quo an. 1713. nullum declaratū fuit Interdictū cui ſubjecta fuerat Diœceſis Catanien.

Nova ſemper in dies, ut alias non ſemel diximus, & ſemper acerbiora ex Regno Siciliæ ad Nos afferuntur. Nuper ſiquidem Nobis innotuit, quod ille idem Cajetanus Buglio, qui dudum, uti Delegatus prætenſi Tribunalis Monarchiæ Siculæ nuncupati, generale Interdictum, cui Venerabilis Frater Andreas Epiſcopus Cataniensis e ſua Civitate Catanienſi, ejuſque Diœceſi, per execrabilem Sæcularis poteſtatis abuſum ejectus, in actu ejuſmodi ſuæ ejectionis Civitatem, ac Diœceſim præfatas non ita pridem juſſu noſtro ſubjecerat, nullum, irritum, injuſtum, ac illegitimum, ſpeciali ſuo in eadem Civitate Catanienſi ad id promulgato Edicto, temere declaravit. Graviſſimo hoc patrato crimine minime contentus, ſed ſecundum duritiam ſuam, & impœnitens cor, addens peccatum ſuper peccatum, ac theſaurizans ſibi iram in die iræ, animo forſan, ut ſtulte opinabatur, enervandi efficaciam eorum, quæ ex injuncti Nobis Apoſtolici muneris debito adverſus ipſum, ejuſque acta a Nobis decerni contigiſſet, ac potiſſimum eludendi executionem quarumdam noſtrarum in ſimili forma Brevis Literarum die 17. Junii 1713. expeditarum, quibus non modo illius Edictum præfatum, aliaque per ipſum ea occaſione vigore ſuæ aſſertæ Delegationis perperam geſta, cum omnibus inde ſecutis, & quandocumque ſecuturis, damnavimus, reprobavimus, caſſavimus, & irritavimus, ac pro damnatis, reprobatis, caſſatis, & irritis ſemper, & omnino haberi voluimus, & mandavimus: Verum etiam eumdem Cajetanum, nec non Joannem Baptiſtam Perino Magiſtrum Notarium, qui memorato Edicto ſubſcripſerat, cenſuras omnes, & pœnas Eccleſiaſticas a Sacris Canonibus, generalium Conciliorum Decretis, & Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac præſertim Literis die Cœnæ Domini ſingulis annis legi, & promulgari conſuetis contra ſimilia perpetrantes inflictas incurriſſe declaravimus; ſequenti menſe Julio ejusdem anni, in ſuarum iniquitatum cumulum, impudenti non minus, quam deteſtabili auſu, Præceptum quoddam, ſeu Mandatum edidit, illudque typis impreſſum, & ab eodem Joanne Baptiſta Perino ſimiliter ſubſcriptum Eccleſiaſticis tam Sæcularibus, quam Regularibus univerſæ Diœceſis Catanien. transmitti, ac denunciari curavit, per quod inter cætera ipſæmet Apoſtolicæ Literæ, aliaque Decreta, Mandata, Edicta, Cenſuræ, Interdicta, & Reſcripta quæcumque ab hac Romana Curia, hoc eſt, ab hac Sancta Sede provenientia, quorum executionem Sæcularis poteſtas minime permiſiſſet, nulla, irrita, ac, quod horrendum eſt, conſcientiarum Chriſtifidelium tranquillitati adverſantia, impie, & ſacrilege declarantur: gravibus conſtitutis pœnis adverſus eos, qui illa quovis modo executi fuiſſent, & alias, prout uberius continetur in eodem Præcepto, ſeu Mandato, quod non alio quidem, quam illud penitus, & omnino damnandi, & anathematizandi animo præſen-

tibus

Digitized by Google

tibus inſerendum duximus, tenoris, qui ſequitur, videlicet —

Præceptum Delegati, quo ob plures rationes, & ſub certis pœnis interdicitur executio Reſcriptorum Curiæ Rom. ſine Regio Exequatur.

§. 1. *Portiero. D'ordine del Reverendiſſimo Dottor Don Gaetano Buglio Decano, e prima Dignità di queſta Santa Proto-Metropolitana Chieſa di Meſſina, Commiſſario Ordinario del Tribunale del Sant'Offizio, e Santiſſima Inquiſizione, e Delegato del Tribunale della Regia Monarchia di queſto Regno di Sicilia, non ſolo Ordinario in queſta Città di Meſſina, ma ancora Delegato ſpeciale in Cauſa dato dall'Illuſtriſſ., e Reverendiſſ. Dottor D. Franceſco Miranda, e Gayarre del Conſeglio di Sua Maeſtà (che la Divina guardi) e ſuo Giudice Ordinario dell'Apoſtolica Legazia, e Regia Monarchia in queſto Regno di Sicilia, in virtù di lettere ſpedite dal Tribunale della medeſima ſotto il primo Luglio corrente preſentate, ed eſecute nell'Officio dell'iſteſſo Buglio ſotto li 11. del medeſimo, injungi, ed intima con la ſeguente ingiunzione trasmeſſaci dal Tribunale di detto Illuſtriſſimo, e Reverendiſſ. Giudice: Quatenus nel caſo ſi publicaſſero qualſivoglia Editti, Interdetti, Cenſure, o altri qualſiſia Ordini, Decreti, o Reſcritti etiandio forma Brevis della Corte Romana per qualſivoglia via, o ſotto qualſivoglia Titolo, ſenza prima precedervi il Regio* Exequatur; *Per li quali, o qualſivoglia di loro direttamente, o indirettamente, tacita, o eſpreſſamente veniſſero revocati, leſi, e pregiudicati, o in qualſivoglia modo alterati gl'Editti publicati d'ordine di Sua Ecc., o d'altri d'ordine noſtro, ſtante le ſpeciali Commiſſioni per via dell'iſteſſo Tribunale ſotto li 25. Aprile, e 16. Maggio ſcorſi, o che rinovaſſero l'Interdetto, Cenſure, ed altre publicate d'ordine del Rmo Monſignor Don Andrea Reggio Veſcovo di Catania, o d'ordine di qualſiſia Prelato, Vicario Generale, o altro Commiſſionato di ſudetta Corte, o vero, che publicaſſero altri Editti, Interdetti, e Cenſure contra qualſiſia perſona di qualunque ſtato, e condizione, che foſſe, non abbia, nè debba quelli eſeguire, nè oſſervare, nè far'eſeguire, nè oſſervare da' proprj Sudditi:* Et quatenus *foſſero eſeguiti, o in qualſivoglia modo oſſervati, abbia, voglia, e debba ogni coſa ridurre allo ſtato primiero, come ſe mai foſſero ſtati li ſudetti Decreti, Editti, Interdetti, e Cenſure, nè publicati, nè oſſervati, nè affiſſati, e queſto ſotto pena della disgrazia di Sua Maeſtà (che la Divina guardi) di privazione di voce attiva, e paſſiva, e di anni cinque di Carceri formali per ogni Contraventore, ed'altre pene riſervate all'arbitrio di Sua Ecc., e Tribunale ſudetto; e queſto ſtante, che li ſudetti Decreti, Brevi, Interdetti, Reſcritti, e Cenſure non ſono nel Regno eſecuti, anzi tendano contra la publica quiete del Regno, contro la tranquillità delle Coſcienze de' Fedeli del medeſimo, ed in grave pregiudizio delle Regalie di Sua Maeſtà, (che la Divina guardi) del Regno, e di ſudetto Tribunale dell'Apoſtolica Legazia, e Regia Monarchia, con evidente perturbazione de' Popoli, ſcandali, ed inconvenienti, contro la publica quiete, e contro la diſpoſizione delle Leggi del Regno, di più Reali Diſpacci de' Sereniſſimi Monarchi, fondati in evidentiſſime ragioni, avvalorate da antichiſſima, ed immemorabile oſſervanza, mai interrotta nel corſo di più Secoli, uniforme al dritto delle Genti, Sacri Canoni, Privilegj Apoſtolici, Concordie con la Santa Sede, e ſtante, che notoriamente ſono di niſſuna forza, e valore li Decreti, e Reſcritti ſudetti, come quelli, che tengono l'origine d'altri Decreti aſſolutamente non eſecuti nel Regno, ma emanati* de facto, & ex abrupto, nullo Juris ordine ſervato, *e ſenza eſſere inteſe le ragioni di Sua Maeſtà, del Regno, de' Regnicoli, e del Fiſco di ſudetto Tribunale dell' Apoſtolica Legazia, e Regia Monarchia, ſenza verana cognizione, nè diſcuſſione di Cauſa, e ſenza monizione, nè citazione alcuna, aſſolutamente neceſſaria per ogni Legge Divina, ed Umana, e nemmeno ſenza citazione* ad dicendum Cauſam Quare, *ſecondo li Precetti dell'iſteſſa Verità increata, Coſtituzioni Apoſtoliche, e Concilj Generali, e non altrimenti &c. Fiat D. D. Cajetanus Buglio Delegatus: JoamBaptiſta Perino Magiſter Notarius.*

Cauſæ præſentis declarationis.

§. 2. Cum autem in præcepto, ſeu Mandato hujuſmodi nullum plane ſit verbum, per quod tam Eccleſiaſtica Libertas Dei ordinatione, & Canonicis Sanctionibus conſtituta, quam Apoſtolicæ Sedis auctoritas acerbiſſime non lædantur: potiſſimum vero per ea, quæ inibi continentur, illamet ſuprema ligandi, atque ſolvendi poteſtas Beatiſſimo Apoſtolorum Principi, ejuſque Succeſſoribus a Chriſto Domino tradita Sæcularis poteſtatis arbitrio per ſummam injuriam, atque intolerabilem temeritatem manifeſte ſubjiciatur: necnon execrandus abuſus quoquo modo impediendi executionem Literarum Apoſtolicarum per eoſdem Sacros Canones, & plurimas novиſſimas Pontificias Conſtitutiones ſub anathemate damnatus, plene conformis non tam Juri Gentium, quam ipſiſmet Sacris Canonibus, Privilegiis Apoſtolicis, ac Concordiis cum Sede præfata initis, falſo non minus, quam perverſe nuncupetur: adeoque animæ pretioſo Salvatoris noſtri Sanguine redemptæ in maxima pericula conjici poſſint: Hinc eſt, quod Nos, qui quorumcumque tam ejuſdem Apoſtolicæ Sedis, quam Eccleſiæ Jurium Aſſertores in terris a Domino conſtituti ſumus, tametſi credamus Præceptum, ſeu Mandatum præinſertum, omniaque in eo contenta, ſatis, ſuperque tam per ſeipſa, quam vigore eorum, quæ in aliis memoratis noſtris literis pro reprobatione, irritatione, & annullatione Edicti ab eodem Cajetano dudum promulgati, necnon aliorum ab eo in vim ſuæ aſſertæ Delegationis geſtorum, omniumque inde ſecutorum, & quandocumque ſecuturorum, ſicut præmittitur, editis, ampliſſime decrevimus, & mandavimus, pro reprobatis itidem, irritis, & omnino nullis haberi potuiſſe, ac debuiſſe, & forſan a ſanioris ſaltem mentis hominibus jam habita fuiſſe; nihilominus, cum inter tam gravia animarum pericula liberum Nobis non ſit fidelibus populis documenta ſalutis ſubtrahere, nec Nos in tam aperta, atque effrænata Sacrarum Legum violatione turpiter tacere, aut Paſtoralis providentiæ noſtræ miniſterium otioſum eſſe velimus: omnium idcirco, & ſingulorum, quæ in præmiſſis, ſeu eorum occaſione tam ab eodem Cajetano, quam ab aliis quibuſcumque in ſequelam Præcepti, ſeu Mandati præinſerti quovis modo Decreta, acta, & geſta fuerunt, ſeriem, cauſas, & circumſtantias, necnon præfatarum noſtrarum Literarum tenorem, aliave quælibet, etiam ſpecificam, & individuam mentionem, & expreſſionem requirentia, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis, ac ſingillatim ſpecificatis habentes; Motu proprio, ex certa ſcientia, & matura deliberatione Noſtris, deque

Apoſto-

Declaratio nullitatis relati Præcepti, cum illius damnatione.

Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Præceptum, ſeu Mandatum præinſertum, ac quæcumque in eo contenta, necnon alia a memorato Cajetano Buglio in præmiſſis, vel circa ea quomodocumque, & qualitercunque acta, geſta, mandata, decreta, & ordinata, cum omnibus, & ſingulis inde ſecutis, & forſan quandocunque ſecuturis, penitus, & omnino nulla, irrita, & invalida, injuſta, reprobata, damnata, inania, temeraria, & a non habentibus poteſtatem damnabiliter attentata, ac de facto præſumpta, nulliuſque omnino roboris, & momenti, vel efficaciæ eſſe, & ab initio fuiſſe, ac perpetuo fore, neque illa a quoquam obſervari poſſe, vel potuiſſe, adeoque nec ullum ſtatum facere, vel feciſſe, ſed perinde, acſi nunquam emanaſſent, nec facta fuiſſent, pro non extantibus, & non factis perpetuo itidem haberi debere tenure præſentium declaramus.

Clauſulæ ampliſſimæ.

§. 2. Et nihilominus ad majorem cautelam, & quatenus opus ſit, illa omnia, & ſingula, & ſi quæ inſuper præmiſſorum occaſione, ſive in eorum ſequelam a prædicto Cajetano, ſeu ejus juſſu, mandato, vel nomine ab aliis quibuſcumque in futurum (quod Deus avertat) agi, geri, mandari, decerni, & ordinari quomodolibet contigerit, harum ſerie damnamus, reprobamus, revocamus, caſſamus, irritamus, annullamus, abolemus, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuamus, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, caſſatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuis ſemper haberi volumus, & mandamus.

§. 3. Decernentes pariter eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod prædicti, & alii quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis exiſtant, ſeu alias ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, cauſæque, propter quas præſentes emanarint ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe; ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ac quibuſcumque juris, ſeu facti defectibus, qui adverſus illas a ſæculari potiſſimum poteſtate, ſeu prædicto aſſertæ Monarchiæ Siculæ Tribunali, ad effectum impediendi, ſeu retardandi earum executionem, quovis modo, ſeu ex quavis cauſa opponi, ſeu objici poſſent, minime refragantibus, ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere: eaſque propterea, omnibus, & ſingulis per eamdem ſæcularem poteſtatem, ſive per idem aſſertum Tribunal quomodolibet allatis, ſeu afferendis impedimentis penitus, & omnino rejectis, ac nequaquam attentis, ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari: ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & prædictæ Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quacunque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obſtantibus præmiſſis, & quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de Jure quæſito non tollendo, aliiſque Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus; nec non quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac præſcriptionibus quantumcumque longiſſimis, & immemorabilibus; Privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſcumque perſonis, etiam quantumvis ſublimibus, & ſpecialiſſima mentione dignis a Sede prædicta ex quacumque cauſa, etiam per viam contractus, & remunerationis, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, ſeu ad quarumcumque perſonarum, etiam Imperiali, Regali, aliave qualibet mundana, vel Eccleſiaſtica dignitate fulgentium inſtantiam, aut earum contemplatione, ſeu alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, factis, ac pluries iteratis, ac quantiſcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 5. Ut autem eædem præſentes Literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus illas, ſeu earum exempla ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis, ac Baſilicæ Principis Apoſtolorum, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque Genera-

neralis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt, affigi, & publicari; ſicque publicatas, & affixas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent; Utque ipſarum literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXIX. Novembris MDCCXIV. Pontificatus Noſtri Anno Decimoquinto.

CCXII.

Dat.22. Dec. 1714. An.15.

Confirmantur quædam Decreta Congregationis particularis, ac Epiſc., & Regular. de revocatione Decretorum Capituli General: 1703 Congregationis Bethlehemitarum in Indiis Occidental:, ejus erectione in Religionem, aliiſque nonnullis ad regimen pertinentibus.

Erectionem hujus Congregationis, ejuſque Conſtitutiones vide in Inn: XI Conſt: ed: 1687, Mar: 26, P. 11. Erecta fuit in Religionem ab hoc Pontifice Conſt: edit: 1710, Apr: 3, P. 10. Et Bened: XIII Conſt: ed: 1725, Maii 4, P. 1 confirmantur quædam reſolutiones Capituli Gen:

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Species facti.

ALias emanarunt tam a Congregatione particulari nonnullorum ex Venerabilib. fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus a Nobis ſpecialiter deputata, quam a Congregatione eorumdem Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita ad ſupplicationem dilecti filii Franciſci de Sancto Antonio Fratris expreſſe profeſſi, ac Prioris Hoſpitalis, ſeu Domorum Mexican., Angelopolitan., Oaxacan., & S.Chriſtophori de Havana nuncupat. Congregationis Bethlehemitarum in Indiis Occidentalibus Decreta tenoris, qui ſequitur, videlicet -- Cum in aſſerto Capitulo Generali Congregationis Bethlehemitarum habito Guathemalæ die 12. Decemb. 1703. quamplura edita fuerint Decreta contraria Conſtitutionibus dictæ Congregationis Apoſtolica auctoritate erecta anno 1687. confirmatis, adverſos prædicta Decreta nomine Hoſpitalium, ſeu Domorum Mexican., Angelopolitan., Oaxacan., & S.Chriſtophori de Havana nuncupati ejusdem Congregationis, mediante perſona fratris Franciſci a S.Antonio eorum ſpecialis Procuratoris, habito recurſu ad S.Sedem Apoſtolicam, & negotii hujuſmodi cognitione remiſſa ad Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium & per eam deputata Congregatione particulari Eminentiſſimorum DD. Cardinalium S. Clementis, Gabriellii, & Parracciani uſque, & ſub die 12. Aprilis 1709. prodiit Decretum tenoris ſequentis -- Renovatis Decretis aſſerti Capituli Generalis in ea parte, in qua ſunt contraria Conſtitutionibus, Apoſtolica auctoritate confirmatis, ſerventur omnino eædem Conſtitutiones & Archiepiſcopo Limano pro executione, & convocatione Capituli, cui præſideat per ſe, ſive per alium, cum omnibus facultatibus Sac. Congregationis, & quatenus tunc temporis Archiepiſcopus obierit, exequatur, & præſideat Vicarius Capitularis; Quod Decretum ſub die 25. Martii 1710. fuit per ſpeciale Breve a Sanctiſſimo Domino noſtro confirmatum; Et poſtea cum in eadem Congregatione orta fuerit dubietas. An Congregatio Bethlehemitarum eſſet vere, & formalis Religio, habita de tali dubitatione notitia a fratre Michaele a Jeſu Maria, & a fratre Franciſco a S.Antonio, iſti recurſum habuerunt ad Sanctiſſimum, ad hoc, ut erigeret Congregationẽ Bethlehemitarom in veram Religionem, & delegata inſtantia per Sanctitatem Suam eidem Congregationi particulari trium Cardinalium, prodiit ſub die 8. Novembris ejusdem anni 1709. Decretum -- Conſulendum Sanctiſſimo pro erectione Congregationis Bethlehemiticæ in Indiis Occidentalib. in veram Religionem cum votis ſolemnibus emittendis ex integro, etiam ab iis, qui hactenus vota emiſerunt in eadem Congregatione: Ita tamen, ut emittentes nova vota prius certiorentur de inefficacia præcedentium Votorum ad conſtituendos eos veros Religioſos -- Quod Decretum fuit a Sanctitate Sua approbatum per aliud Breve expeditum die 3. Aprilis 1710. Cumque ſub prætextu, quod P. Rodericus a Cruce aſſertus Præfectus Generalis Ord. Bethlehemitarum non fuerit auditus in ſupra relata Propoſitione habita coram dicta Sac. Congregatione deputata Sereniſsimus Rex Hiſpaniarum Philippus V. retentis dictis Brevibus remiſerit Partes ad Sanctiſsimum, ad effectum audiendi ſuper præmiſsis ejus oraculum, porrecto pro parte Fratris Michaelis a Conceptione Procuratoris dicti Patris Roderici Sanctitati Suæ ſupplici Libello, & iterum delegata negotii cognitione Sac. Congregationi deputatæ, & ſuffecto in locum Eminentiſs. Gabriellii, Eminentiſs. D.Cardinali S.Priſcæ, ſub die 5. Februarii 1714., auditis Partibus, tam in voce, quam in ſcriptis, prodiit Decretum tenoris, qui ſequitur -- Sac. Congregatio Particularis prædicta perſtitit in Decretis ſub die 12. Aprilis 1709., nempe quoad revocationem Decretorum aſſerti Capituli Generalis Guathamalæ in ea parte, in qua ſunt contraria Conſtitutionibus Apoſtolica auctoritate confirmatis, ſerventur omnino Conſtitutiones; Et inſuper declaravit, & decrevit, Capitulum Generale omnino eſſe convocandum, in quo eligatur novus Generalis, ſervata forma Conſtitutionum auctoritate Apoſtolica confirmatarum, & per vota ſecreta omnium Capitularium exquiratur, an expediat Religioni, quod in poſterum Generalis ſit ad ſexennium, ſeu potius ad novennium, excluſa omnino perpetuitate Generalatus. Quoad duos Vice-Præfectos Generales Mexici, & Limæ ſerventur Conſtitutiones. Quoad electionem Præfectorum localium pariter ſerventur Conſtitutiones. Quoad votum Aſsiſtentium eſſe deciſivum ad formam Conſtitutionum. Quoad Vicarium Generalem per mortem Generalis pariter ſerventur Conſtitutiones. Quoad ætatem eligendorum in Præfectos, & Magiſtros Novi-

I. Decretum 1709, de revocatione Decretorum Capituli Gener. 1703 Conſtitutionibus adverſantium.

II. Decretum 1709, de erectione Congregationis in veram Religionem.

III. Decretum 1714 de confirmatione relatorum Decretorum, & electione Superiorum, aliiſque nonnullis.

Digitized by Google

Novitiorum detur facultas diſpenſandi Præfecto Generali cum Voto Aſsiſtentium; Quo vero ad concernentia erectionem Congregationis Bethlehemiticæ in veram Religionem, ſatis proviſum per Decretum hujuſmet Congregationis ſub die 8. Novemb. 1709. confirmatum per Breve Apoſtolicum – Et die 27. Februar. 1714., facta relatione Sanctiſsimo Sanctitas Sua approbavit, & mandavit expediri Breve. Adverſus quas reſolutiones pro parte P.Roderici a Cruce, ſeu potius Fratris Michaelis a Conceptione ejus Procuratoris habito uſque de Menſe Martii proxime elapſi recurſu ad Sanctiſsimum Dominum Noſtrum, & per Sanctitatem Suam benigne remiſſa cauſæ cognitione ad Sac.Congregationem Generalem Epiſcoporum, & Regularium, cum pluries pro parte Fratris Franciſci a S.Antonio fuerit intimata propoſitio, ejuſque ſub die 22. Maji mandaverit Sac.Congregatio, quod proponeretur omnino in prima, & ad petitionem Fratris Michaelis a Conceptione duorum, & ultra Menſium ſpatio dilata extiterit, repropoſita Cauſa per eumdem Eminentiſsimum Ponentem.

IV. Decreto 1714 Congregationis ſtandum in deciſis, nec amplius proponendam cauſam.

eadem S.Congregatio, Partibus in voce, & in ſcriptis acerrime informantibus ſuper infraſcriptis Dubiis – Primo. An ſit locus reformationi Brevis Sanctiſs. D. N. ſuper erectione Congregationis Bethlehemiticæ in Religionem editi die 3. Aprilis 1710. – Secundo. An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis ſuper aliis Reſolutionibus capitis in S.Congregatione Particulari die 5. Februar. 1714. – Reſpondit: Primum: Quoad: Nihil de prætenſa Reformatione Brevis, & ad mentem, quæ eſt, quod detur optio iis, qui actu ſunt in Congregatione, vel emittendi Vota ſolemnia, vel remanendi in eadem Congregatione obnoxii prioribus Votis. In reliquis Fratre Franciſco a S.Antonio tantum informante, & Fratre Michaele a Conceptione diu expectato, & continuis intimationibus laceſsito informare recuſante, eadem S.Congregatio in Deciſis in omnibus, & hujuſmodi Cauſam amplius non proponi mandavit, prout præſentis Decreti vigore amplius non proponi mandat, ac præcipit. Romæ 17. Auguſti 1714. F.Card. de Abdua = Ferdinandus Archiep. Nicenus Secr.

Preces Procuratoris partis victricis.

§. 1. Cum autem, ſicut dictus Franciſcus Nobis ſubinde exponi fecit, ipſe Decreta hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtant Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimum deſideret: Nos ſpecialem ipſi Franciſco gratiam facere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati,

Confirmatio relatorũ Decretorum.

Decreta præinſerta auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus.

Clauſulæ cũ deputatione Executorum.

§. 2. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis Liman., & Mexican. in ſolidum, ac dilectis itidem filiis eorum Officialibus, & in eorum defectum primæ Dignitati, ſeu antiquiori Canonico uniuſcujuſque Eccleſiæ Archiepiſcopalis per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte in præmiſſis intereſſe habentium, ſeu alicujus eorum deſuper fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra præſentes literas, & in eis contenta hujuſmodi ab illis ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari, omneſque, & ſingulos, quos ipſæ præſentes Literæ concernunt, præmiſſorum omnium, & ſingulorum commodo, & effectu pacifice, frui, & gaudere, non permittentes illos deſuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, vel inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his haben. ſervatis proceſſibus cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus reaggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachii Sæcularis.

§. 4. Non obſtantibus fel.rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore præſentium in Judicium non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit d. Congregationis Bethlehemitarum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXII. Decembris MDCCXV. Pontificat. noſtri anno Decimo quinto.

CCXIII.

*

Dat. 11. Jun. 1715. An. 15.

Declaratur nullum EdictumCongregationis *Junctæ* in Regno Siciliæ contra executionem Reſcriptorum exterorum ſine *Regio exequatur*, cum aliis declarationibus.

Hoc edictum editum fuit contra Interdictum in Diœceſibus Catanien, & Agrigent: de quo vide Conſt: ed: 1713, Dec: 23, P, 14, Conſt: ed: 1714, Nov: 6, P, 14, Et Conſt: ed: 1714, Nov: 29, P, 15, Conſt: vero ed: 1715, Feb: 20, P, 15, aboletur Monarchia Sicula.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Cauſa ſequentis Edicti editi poſt Breve Apoſt. pro obſervantia Interdicti in Diœceſibus Catanien., & Agrigen.

ACcepimus nuper, quod ſtatim ac in Regno Siciliæ vulgatæ fuerunt quædam noſtræ in ſimili forma Brevis Literæ die VI. Novembris proxime præteriti expeditæ, quas pro omnimoda, ac debita obſervantia Eccleſiaſtici Interdicti, cui Civitates, ac Diœceſes Catanienſis, & Agrigentina juſſu noſtro ſubjectæ reperiuntur, obtinenda, nec non quibuſcumque effugiis ad excuſandam ejuſdem Interdicti tranſgreſſionem exquiſitis penitus præcludendis, noviſſime edidimus: Sæcularis Poteſtatis in eodem Regno Adminiſtri nullam dimittentes occaſionem, quæ eis offeratur, novis ſemper injuriis Pontificiam auctoritatem, ac juriſdictionem Eccleſiaſticam impetendi, ac forſan, tametſi inaniter, arbitrantes poſſe earumdem Literarum Noſtrarum efficaciam eludere, ſimulque executionem illarum ulteriorum, graviorumque deliberationum præpedire, quas Nos, ut Paſtoralis muneris Noſtri debito ſatisfaciamus, omnino ſuſcipere compellimur, quaſque ipſi ſeſe abunde promereri minime ignorant: abſque ulla cunctatione in Panormitana Civitate, ac forſan etiam in aliis prædicti Regni Locis, promulgare præſumpſerunt, præfixo nomine cujuſdam Congregationis, Junctæ nuncupatæ, ſpecialiter deputatæ ſuper conſervatione, ac defenſione jurium, & prærogativarum, quæ eidem Sæculari Poteſtati in illo Regno competere prætenduntur, Edictum, ſeu Bannimentum quoddam Typis impreſſum, tenoris ſequentis, videlicet.

Edictum, in quo aſſerunt erectio Congregationis Junctæ, ac interdicitur ſub certis pœnis executio Reſcriptorum exterorum ſine Regio Exequatur.

§.1. *Bando, e comandamento, d'ordine dell'Illuſtre Giunta deputata da S.S.R.M. (che Dio guardi) ſovra la conſervazione, e defenſione delli Reali dritti, che ha, e poſſiede, come Re Auguſto, e Monarca in queſto Regno, e di quelle prerogative, e Privilegi, che il medeſimo gode, come con ſuo Real ordine in data di 17. Aprile 1714. Invigilando Sua Maeſtà (che Dio guardi) colla ſua Regia protezione ed amore, all'intera conſervazione de' Privilegi, ed antiche conſuetudini di queſto fideliſſimo Regno, come della ſua Real giuriſdizione, ed antichiſſima preeminenza della Legazia Apoſtolica, e Regia Monarchia, ſi per ſoſtegno de' dritti toccanti alla ſua Real Corona, che della giuſta difeſa, e buon governo de' ſuoi Vaſſalli, accordando anche su queſti punti quelle providenze ſupplicateli dal General Parlamento detenuto in queſta felice, e fideliſſima Città di Palermo capo di queſto Regno ſotto li 7. del traſcorſo Marzo compoſto da tre Bracci, Eccleſiaſtico, Militare, e Demaniale rappreſentante il Regno tutto; ha determinato ſtabilire una Giunta di Miniſtri, quali debbono invigilare con particolar zelo, attenzione, e cura, perche venghino ovviati, ed impediti gl'inconvenienti, e riparati tutti i pregiudici, che poteſſero in qualche maniera indurſi, Eſſendoſi ſervita la Maeſtà Sua per ſua Real benignità appoggiare a noi Don Giuſeppe Fernandez Preſidente del Tribunale della Regia Gran Corte, Don Antonino Nigri Preſidente del Tribunale del Conciſtorio della Sacra Regia coſcienza, Conte Borda Conſultore, Don Nicolò Penſabene Preſidente Avvocato Fiſcale del Tribunale della Regia Gran Corte, Don Franceſco Maria Cavallaro Giudice della Gran Corte Civile, e Don Ignazio Perlongo Avvocato Fiſcale del Tribunale del Real Patrimonio l'incumbenza di tanta premura, e rilievo, conferendoci tutte l'opportune poteſtà, e giuriſdizioni neceſſarie ad uſarſi per il conſeguimento di sì importante fine: E perche non ſolo conviene, che foſſe manifeſta a tutti la Real determinazione, ma anche conoſca ogn'uno, come da ſua parte debba corriſpondere all'obligo di buon Vaſſallo di S. M. in l'oſſervanza dell'accennati Privilegi, conſuetudini, preeminenze, e regaglie, e quali ſiino le pene, che s'incorreranno da Traſgreſſori, ſi è divenuto d'ordine noſtro alla preſente general Notificanza, ed Editto in vigore della giuriſdizione, e ſuprema poteſtà Economica conferitaci da S. M., acciocche reſti inteſa, e notificata ogni Perſona di qualſivoglia grado, e condizione sì Secolare, che Eccleſiaſtica, o Regolare, come arrivando in queſto Regno, e ſue Iſole coadiacenti per via diretta, o indiretta qualſiſia legge, reſcritto, diploma, determinazione, bando, editto, diſpaccio, privilegio, breve, proviſione, eſorto, o letera in forma publica, o privata, manuſcritti, o in ſtampa, ſpediti da qualſivoglia Corte, o Poteſtà ſtraniera, quali immediatamente, o mediatamente veniſſero, o ſenza alcuna particolar direzione, ed indi appariſſero clandeſtinamente, o in altra maniera affiſſati in luoghi publici, o privati, o pure con qualche direzione a qualſivoglia Perſona publica, o privata, Giudici, Magiſtrati, Superiore d'ogn'ordine, conſeſſo, e Communità, Rettori particolari, o univerſali di qualunque condizione di ciaſcuna Città, Provincia, Dioceſi, e Univerſità del Regno, o di ſue Iſole Coadjacenti, non ſe li dovrà dare neſſuna fede, eſecuzione, ed oſſervanza, ove prima non foſſero reſi autentici, legali, ed eſequibili nella forma ſempre coſtumata, ſi per dritto di legge particolare, o conſuetudine legitimamente preſcritta in queſto Regno, come per altra univerſal ragione toccante ad ogni Sovrano ne' ſuoi Domini. Avvertendoſi ogn'uno che mai debbano intenderſi reſi autentici, ed eſequibili li reſcritti ſtranieri, ed altri ſovraccennati, ſe prima non fuſſero ſegnati dal Regio Exequatur per via dell'Avvocato Fiſcale del Real Patrimonio, a chi vien commeſſo l'eſame di riconoſcere, ſe racchiudono pregiudizio, o apportino diminuzione, o leſione alcuna agli antichiſſimi Privilegi, Leggi, Conſuetudini del Regno, o pure a dritti della Real Corona di S. M., e preeminenze della Legazia Apoſt., e Regia Monarchia; E dandoſi diverſamente fede, oſſervanza, o eſecuzione, ſi notifica, ed intima in vigor della preſente Notificanza, ed Editto alli Contraventori, e Traſgreſſori, ſe ſaranno Eccleſiaſtici, e Regolari l'occupazione de' beni temporali, e come ſedizioſi, e perturbatori della publica quiete, aveſſero fra il termine di giorni quindici da partirſi da queſto Regno, e non entrare in Parte, Luoco, Terra, e Città del Dominio di S. M. e ſe ſaranno Laici, e Secolari, ſe gli notifica, ed intima la maggior diſgrazia di S. M. ed altre pene le più gravi ad arbitrio noſtro,* etiam uſque ad mortem natu-

ra-

ralē incluſive. *Ed acciocbe venghi alla notizia di tutti, s'ha fatta la preſente publica dichiarazione d'affigerſi ne i luoghi ſoliti, che ſervirà per intima formale ad ogn'uno, e non altrimente, ne in altro modo: Promulgetur: Penſabene Præſes F.P.P.S.P.V. Benza Sindacus: Die ſeptimo Decembris octavæ Indictionis 1714. Conſtat per me Franciſcum Perino publicum Præconem hujus Felicis, & Fideliſſimæ Urbis Panormi, publicaſſe ſupradictum Bannum per loca ſolita, publica, & conſueta, Tubis Regiis &c.*

Cauſæ præſentis Declarationis, & Edicti enormitas pluribus perſtringitur.

§.2. Perſpectum profecto, ac compertum habemus eos, qui præinſertum Edictum, ſeu Bannimentum promulgarunt, Mandata, Literas, aliaque Decreta Apoſtolica in eo complecti, ac forſan præcipue comprehendere voluiſſe; quemadmodum ſatis, ſuperque conjici poteſt nedum ex ejuſdem Edicti tenore, verum etiam ex tot aliis præcedentibus actis, quibus ejuſdem Sæcularis Poteſtatis Miniſtri pravum ſuum animum etiam apertius oſtenderunt, dum minime contenti publicatione aliorum conſimilium Edictorum, Præceptorum, ſeu Mandatorum, quibus libertas Eccleſiaſtica, & Apoſtolica auctoritas manifeſte lædebantur, ac libera hujus Sanctæ Sedis Reſcriptorum executio impediebatur, minis inſuper, atque terroribus, imo etiam carceribus, vinculis, exiliis, bonorum proſcriptionibus, aliiſve pœnis eos fere omnes, qui eidem Sanctæ Sedi debitam obedientiam præſtiterunt, temere non minus, quam ſacrilege afflixerunt; adeoque certi ſumus, quod ex ſola memorati Edicti lectione quilibet ſanæ, rectæque mentis non modo illius evidentem nullitatem, verum etiam manifeſtam injuſtitiam perſpicue intelliget. Ambigere præterea non poſſumus, quin horrore perfundendus ſit quiſquis illud legerit, dum inter cætera perſpiciet, ac animo reputabit eo temeritatis perventum eſſe, ut Poteſtatis exteræ titulus Poteſtati illi adſcribatur, quam Nos per Beatum Petrum, ejuſque Succeſſores a Domino accepimus in Terris maximam, & quæ in indigno hærede non deficit: perinde ac ſi Siciliæ Regnum extra Terrarum Orbem ſitum eſſet, cum neminem pene lateat, verba illa, quibus inclytus Claravallenſis Abbas Eugenium Pontificem allocutus fuit: *Orbe exeundum ei, qui forte voles explorare, quæ non ad tuam pertinent curam.* Illud inſuper omnibus ſatis exploratum, ac plane cognitum fore credimus, ejuſdem Sæcularis Poteſtatis Adminiſtros, dum in memorato Edicto vetitum voluerunt, ne cujuſcumque ſpeciei reſcripta ullo modo executioni demandari debeant, niſi prius ab Advocato Fiſcali Regii Patrimonii recognita, ac approbata fuerint, expreſſe declarando eidem Advocato Fiſcali injunctum eſſe munus, prævio examine, diſcutiendi, an ejuſmodi reſcripta ullum præjudicium Privilegiis, Legibus, & Conſuetudinibus Regni, vel juribus Regiis, aut præeminentiis aſſertæ Regiæ Monarchiæ inferre poſſint, execrabili nimis auſu conatos fuiſſe prædictum Advocatum Fiſcalem Judiciorum Apoſtolicæ Sedis Judicem conſtituere, ac uno, eodemque tempore ſublimem illam Poteſtatem ligandi, atque ſolvendi Nobis, ac Romano Pontifici pro tempore exiſtenti a Domino traditam, quæ non ancilla eſt, ſed libera, ipſius Sæcularis Poteſtatis arbitrio ſubjicere, & mancipare; cum tamen ſciamus, quod Magiſtratui, ac Principi Sacerdotum exprobrantibus: *Præcipiendo præcepimus Vobis, ne doceretis in nomine iſto: & ecce repleſtis Jeruſalem doctrina veſtra*: Petrus, & Apoſtoli reſponderunt: *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.* Demum nec pariter dubitamus, quin quilibet Catholicus, etiam abſque ullius peculiaris noſtræ declarationis, vel admonitionis ope, ſatis agniturus per ſe ſit, quam irregularis, abſona, ac ſcandaloſa exiſtat præfati Edicti concluſio, in qua ad iniquitatis non minus, quam nullitatis ipſius Edicti cumulum Tranſgreſſoribus, & Contraventoribus, illis nempe fidelibus, qui nulla interpoſita mora, promptoque animo Mandata Apoſtolica obſervant, & exequuntur, Romanoque Pontifici Beati Petri Apoſtolorum Principis Succeſſori, & Jeſu Chriſti Vicario veram illam obedientiam, quam ei quicumque Catholicus in profeſſione Fidei ſpondet, præſtare non detrectant, eadem Sæcularis Poteſtas pœnas imponit, ſi Eccleſiaſtici quidem fuerint tam Sæculares, quam Regulares, occupationis bonorum temporalium, ac exilii a Regno, tanquam ſeditioſis, publicæque tranquillitatis perturbatoribus, ſi vero Laici extiterint, indignationis ipſius Sæcularis Poteſtatis, præter alias pœnas illius arbitrio irrogandas uſque ad mortem naturalem incluſive.

S. Bernard. de conſid. l. 3. c. 1.

Act. Apoſtol. c. 5. v. 29.

§.3. Nihilominus Nos, qui quorumcumque tam Apoſtolicæ Sedis, quam Eccleſiæ Jurium Aſſertores in Terris a Domino conſtituti ſumus, probe intelligentes, & recogitantes liberum Nobis non eſſe in tam aperta, ac deteſtabili utriuſque oppugnatione ſilere, ac inſuper ambarum indemnitati, quantum Nobis ex Alto conceditur, opportune conſulere, nec iis tantum, quæ hactenus geſta ſunt, congruum adhibere remedium, verum etiam aliis, quæ ſub iiſdem erroneis, falſis, damnatiſque principiis, tam ab antedicta Congregatione, Juncta nuncupata, quam ab aliis quibuſcumque Miniſtris, ac Delegatis, ſive ejuſdem Sæcularis Poteſtatis, ſive etiam prætenſi Tribunalis Monarchiæ Siculæ deinceps attentari poſſent, tempeſtive occurrere cupientes: Omniumque idcirco, & ſingulorum, quæ in præmiſſis, vel circa ea tam ab iis, qui præinſertum Edictum, ſeu Bannimentum promulgarunt, quam ab aliis quibuſcumque, ſive in ſequelam ejuſdem Edicti, vel Bannimenti, ſive alias ad eumdem finem impediendi in Regno prædicto executionem quarumcumque Literarum, Mandatorum, aliorumve Reſcriptorum Apoſtolicorum quovis modo decreta, juſſa, ordinata, acta, & geſta fuerunt, ſeriem, cauſas, & circumſtantias; ac tam prædictæ, quam alterius cujuſvis Congregationis, ſeu Junctæ, Cœtus, & Tribunalis ejuſdem Regni, nec non quorumcumque Judicum, Miniſtrorum, etiam principalium, ſeu ſupremorum, Officialium, Notariorum, Scribarum, & Perſonarum quarumlibet in eiſdem præmiſſis culpabilium qualitates, dignitates, nomina, & cognomina, aliave quæcumque, etiam ſpecificam, & individuam mentionem, & expreſſionem requirentia, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ſingillatim ſpecificatis habentes: Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine, Edictum, ſeu Bannimentum præinſertum, ac quæcumque in eo contenta, aliaque omnia ſive in illius ſequelam, ſive eodem conſilio, tam ab ipſamet Congregatione, ſeu Juncta, quæ idem Edictum, vel Bannimentum promulgavit, quam ab

Declaratio nullitatis Edicti, cum illius damnatione.

Digitized by Google

abaliis quibuſcumque Congregationibus, Cœtibus, Tribunalibus, Judicibus, Miniſtris, Officialibus, & perſonis prælati Regni Siciliæ forſan acta, geſta, & ordinata, cum omnibus, & ſingulis inde ſecutis, & quandocumque ſecuturis penitus, & omnino nulla, irrita, invalida, injuſta, reprobata, damnata, inania, temeraria, & a non habentibus poteſtatem damnabiliter attentata, ac de facto præſumpta, nulliuſque omnino roboris, & momenti, vel efficaciæ eſſe, & ab initio fuiſſe, ac perpetuo fore, neque illa a quoquam obſervari poſſe, vel potuiſſe, adeoque nec ullum ſtatum facere, vel feciſſe, ſed perinde ac ſi nunquam emanaſſent, nec facta fuiſſent, pro non extantibus, & non factis perpetuo itidem haberi debere, tenore præſentium declaramus. Et nihilominus ad majorem, & abundantiorem cautelam, & quatenus opus ſit, illa omnia, & ſingula, ac ſi quæ inſuper a prędictis, ſeu aliis præmiſſorum occaſione, ſive ad eumdem finem quoquomodo impediendi executionem Literarum, Mandatorum, & Decretorum Apoſtolicorum in eodem Regno quandocunque, & quomodocumque (quod Deus avertat) de cætero ſimiliter agi, geri, & ordinari contigerit, harum ſerie damnamus, reprobamus, revocamus, caſſamus, irritamus, annullamus, abolemus, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuamus, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, caſſatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuis ſemper haberi volumus, & mandamus.

* Obligatio Chriſtifidelium obediendi Apoſtolicis decretis, & reſervatio cenſurarum in eos qui incurrerunt violatores Poteſtatis Eccleſiaſticæ.

§.4. Sciant propterea univerſi Chriſtifideles ejuſdem Regni, memorato, ſive alio quovis Edicto, Mandato, ſeu præcepto, quod a præfatæ ſæcularis poteſtatis, ſive etiam prætenſi Tribunalis Monarchiæ Siculæ Miniſtris quibuslibet in poſterum promulgari contingeret, non obſtante, ſeſe teneri, ac obligatos eſſe Decretis, Ordinationibus, Mandatis, literis, aliiſque proviſionibus Apoſtolicis quibuſcumque, vigore illius poteſtatis Nobis, ac pro tempore exiſtenti Romano Pontifici divinitus conceſſæ tam hactenus editis, quam de cætero quandocumque edendis, veram, integram, & omnimodam obedientiam præſtare, atque exhibere. Præterea cum notorii Juris ſit non tam illos, qui præinſertum Edictum, ſeu Bannimentum ediderunt, ac promulgarunt, quam alios omnes, & ſingulos cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis quantumcumque excelſæ, ac ſublimis fuerint, qui ſive editionem, publicationem, & affixionem ejuſdem Edicti, vel Bannimenti, ſive alia eodem conſilio, ſicut præmittitur, quovis modo geſta mandarunt, ac ordinarunt, ſeu illis conſilium, auxilium, favorem, vel quamvis aliam damnabilem operam præſtiterunt, aut in eorum ſequelam, & executionem ſimiliter geſta approbarunt, & rata habuerunt, ſeu alias in eis quomodolibet culpabiles fuerunt, cenſuras omnes, & pœnas Eccleſiaſticas contra ſimilia perpetrantes a Sacris Canonibus, Generalium Conciliorum Decretis, & Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac præſertim Literis die Cœnæ Domini ſingulis annis legi, & promulgari conſuetis inflictas eo ipſo incurriſſe, illaſque inſuper etiam incurſuros eſſe eos omnes, qui ſimilia ad eumdem finem quoquomodo impediendi executionem Literarum, aliorumve Decretorum Apoſtolicorum in Regno ſupradicto de cætero peregerint, ut præfertur. Noverint idcirco illi omnes, etiam ſpecialiſſima mentione digni, a cenſuris, & pœnis hujuſmodi, poſt debitam, & condignam Eccleſiæ realiter, & cum effectu præſtitam ſatisfactionem, nonniſi a Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente (præterquam in mortis articulo, & tunc cum reincidentia in eaſdem cenſuras, & pœnas eo ipſo, quo convaluerint) abſolvi, & liberari poſſe, prout eorumdem tenore præſentium decernimus, & ſimiliter declaramus.

Clauſulæ ampliſſimæ.

§.5. Decernentes pariter eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod prædicti, & alii quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, pręeminentię, & dignitatis exiſtant, ſeu alias ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, cauſæque propter quas præſentes emanarint, ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudque quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato, quempiam in judico, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe; ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ac quibuſcumque juris, ſeu facti defectibus, qui adverſus illas a ſæculari potiſſimum poteſtate, ſeu prædicto aſſertæ Monarchiæ Siculæ Tribunali, illorumve Miniſtris quibuslibet, ad effectum impediendi, ſeu retardandi earum executionem quovis modo, ſeu ex quavis cauſa opponi, ſeu objici poſſent, minime refragantibus, ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere: Eaſque propterea omnibus, & ſingulis per eamdem ſæcularem poteſtatem, ſive per idem aſſertum Tribunal, eorumve Miniſtros quoſcumque quomodolibet allatis, ſeu afferendis impedimentis penitus, & omnino rejectis, ac nequaquam attentis, ab illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari: Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & præfatæ Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non

§.6. Non obſtantibus præmiſſis, & quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de jure quæſito non tollendo, aliiſque Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; ac præſcriptionibus quantumvis longiſſimis, & immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſcumque perſonis, etiam quantumvis ſublimibus, & ſpecialiſſima mentione dignis a Sede prædicta, ea quacumque cauſa, etiam per viam contractus, & remunerationis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, ſeu ad quarumcumque perſonarum, etiam Imperiali, Regali, aliave qualibet mundana, vel Eccleſiaſtica dignitate fulgentium inſtantiam, aut earum contemplatione, ſeu alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantiſcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis, etiam continentibus quod excommunicari non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Privilegiis, & Indultis hujuſmodi mentionem. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, & infererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.7. Cum autem eædem præſentes Literæ in memorato Regno Siciliæ nequeant tute publicari, ut hactenus experientia compertum eſt, ac ex iis, quæ in præinſerto Edicto, ſeu Bannimento habentur, manifeſto apparet, imo hoc ipſum inſuper per legitimas probationes ſatis, ſuperque Nobis conſtat, prout harum ſerie pariter declaramus. Volumus illas, ſeu earum exempla, ut ad omnium notitiam deveniant, ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis, ac Baſilicæ Principis Apoſtolorum, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt, affigi, & publicari, ſicque publicatas, & affixas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent. Utque ipſarum literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XI. Januarii MDCCXV. Pontificatus noſtri Anno Decimoquinto.

---

* Dat. 20. Feb. 1715. An. 15.

CCXIV.

Aboletur Monarchia Sicula, ſeu Legatio Apoſtolica, cum revocatione Privilegiorum, & pollicitatione modi ſervandi in foro Eccleſiaſtico.

Conſt: præced: nullum declaratum fuit Edictum Congregationis. Junctæ in Regno Siciliæ contra reſcripta Apoſtolica. Et Conſt: ſequenti traditur prad: modus.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

Frœdium ab Officio Romani Pontificis revocādi, quæ perperā inducta, & ex juſta cauſa immutandi, quæ alias rite conceſſa fuere.

ROmanus Pontifex, quem Salvator, & Dominus noſter æqui, bonique ſupremum Aſſertorem in terris conſtituit, ut juxta Propheticum verbum noxia evellat, & deſtruat, utiliaque plantet, & ædificet, ea interdum, quæ non ſolum minus legitimis ſubnixa titulis, in Eccleſiaſticæ libertatis, atque Apoſtolicæ auctoritatis perniciem invecta eſſe cognoſcit, ſed quæ etiam rationabilibus ex cauſis ab hac Sancta Sede aliquando conceſſa fuiſſe non dubitat, ubi rerum experientia ita ſuadeat, gravioreſque cauſæ, quibus præſertim Eccleſiæ rationibus, animarum ſaluti, rectoque rerum ordini opportune conſulitur, hoc ipſum expoſcant, ſapienti conſilio abolet, revocat, reſcindit, & immutat, ac alias deſuper Paſtoralis ſolicitudinis, & providentiæ ſuæ partes interponit, ſicut omnibus, & maturæ conſiderationis trutina perpenſis, conſpicit in Domino ſalubriter expedire.

A Doctis viris firmis rationibus, quæ hic referuntur, everſum eſt infirmum fundamentū Monarchiæ, ſeu prætenſæ Apoſtolicæ Legationis Rogerio Comiti Siciliæ ab Urbano II conceſſæ.

§.1. Sane, cum Divina ordinatione Sacrorumque Canonum definitionibus, Eccleſiaſticæ, ac Sæcularis poteſtatis diſcreta ſint munera, nemo prope eſt, qui ignoret graviſſimos Viros eximia non minus pietate conſpicuos, quam zelo incorruptæ diſciplinæ celebres, ſacræque antiquitatis cognitione præclaros, magnas protuliſſe querelas de eo Regni Siciliæ Tribunali, quod Monarchiam appellant, S. R. E. Primatui ipſamet ſui nominis novitate plurimum injurioſo, in quo ſcilicet, non ſine aperta Sacrarum Legum violatione, Spiritualia Jura Sanctuarii per Sæcularem poteſtatem adminiſtrari noverant, prætenſæque Pontificiæ Legationis titulo acerbiſſima Apoſtolicæ Sedis auctoritati vulnera infligi deplorabant. Ut talem proinde, ac tantam Eccleſiaſticæ juriſdictionis perturbationem, quantum in ipſis erat, funditus everterent, luculentis commentariis primo quidem planum facere ſtuduerunt, non obſcuris indiciis deprehendi Privilegium illud, quo Sæculares Miniſtri Monarchiam Siculam ſuffultam eſſe contendunt, quodque dudum Rogerio Siciliæ Comiti a fel: recor: Urbano Papa Secundo Prædeceſſore noſtro conceſſum ferunt, vel omnino fictum, ac commentitium eſſe, vel ſaltem inſignis alicujus Vetera-

Digitized by Google

ſeratoris fraude corruptum, ac depravatum. Nullum deinde in eo, licet verum eſſet, ac minime vitiatum, ſupradictæ Monarchiæ veſtigium reperiri, ſed pravos potius plerôſque illius Tribunalis uſus ipſiſmet allati Privilegii verbis coerceri declararunt, cum nullam per hujuſmodi Privilegium eidem Rogerio Comiti Eccleſiaſtici Juris dicendi facultatem tributam fuiſſe contenderent, ſed filialis auxilii partes dumtaxat demandatas, ut Apoſtolicas Ordinationes pro ſua in Eccleſiam reverentia exequeretur. Addiderunt præterea, tametſi decantatam illam Apoſtolicæ Legationis poteſtatem, ac Monarchiam, memorato Rogerio Comiti, atque ejus filio Simoni, ſive alteri, qui legitimus illius hæres extitiſſet, idem Urbanus Prædeceſſor conceſſiſſet, imo etiam ad alios ipſius hæredes, quod falſum omnino cenſuerunt, extendiſſet, nunquam profecto illam ad omnes promiſcue Siciliæ Reges propagari potuiſſe, aut ita cum temporalibus juribus Regni coaleſcere, ut in quamdam veluti Sæcularis Imperii prærogativam evaderet. Ad hæc pluribus documentis probarunt prædicti Urbani Prædeceſſoris Privilegium, ſi quod unquam conceſſum fuiſſet, etiam cum ea poteſtatis amplitudine, quam Monarchiæ Magiſtratus temere arripuerunt (quod tamen illi ſine gravi ipſius Urbani Prædeceſſoris, acerrimi Eccleſiaſticorum Jurium, ac fortiſſimi vindicis injuria nequaquam dici poſſe conſtanter aſſerebant) abrogatum poſtea fuiſſe iteratis plurium Romanorum Pontificum etiam Prædeceſſorum noſtrorum literis, ac decretis, quibus nullo obſtante reſcripto, quod ab eadem Apoſtolica Sede fuiſſet impetratum, Romanæ Eccleſiæ jura etiam quoad legationes, & appellationes in Regno prædicto reſtituta fuerunt, ipſis Siciliæ Regibus ſubortos contra Eccleſiaſticam Immunitatem abuſus palam deteſtantibus, atque ejurantibus. Poſtremo, quoniam optima Legum, ac Privilegiorum interpres eſt conſuetudo, hujus etiam plurimis Teſtimoniis Monarchiam præfatam improbare non omiſerunt, recenſentes ſcilicet frequentiſſimas, poſt ejuſdem Urbani Prædeceſſoris tempora, Apoſtolicas in Siciliam miſſas Legationes, delatas ad Sedem prædictam appellationes, alioſque in Siculorum cauſis Pontificiæ auctoritatis editos actus, quibus aſſerta memoratæ Monarchiæ Privilegia cohærere minime poterant. Mirandum idcirco ſibi videri, quo pacto omniſi poſt plurium Sæculorum ſilentium emergere potuerint, & confeſtim ad tantam amplitudinem progredi prætenſæ legationis facultates, quarum diploma ſuperiores Siciliæ Reges nunquam produxerint, iis præſertim in controverſiis, in quibus illud maximo uſui rebus ſuis fuiſſent habituri. Hæc omnia neque illuſtrium Scriptorum auctoritate, nec pluribus hiſtoriarum monumentis, nec valido demum argumentorum robore deſtituta eſſe Majores noſtri probe agnoverunt. Maluit nihilominus hucuſque Apoſtolica Sedes de Catholicorum Principum Religione confiſa, a Siculorum Regum pietate, quos paternis identidem monitis ad id hortari, atque excitare non prætermiſit, optatam, atque integram Eccleſiæ libertatem præſtolari, quam poſita ad radicem ſecuri invectæ ſervitutis cauſas, quas tamen interea nunquam approbavit, imo ſæpius reprobavit, excindere.

Dictæ rationes etſi S. Sedi notæ fuerint, ei tamen placuit ſuſtinere.

§.2. Cum autem ex diuturna patientia adeo in dies ingraveſcere, ac præſertim ab aliquot annis in tantum Apoſtolicæ Poteſtatis contemptum graſſari malum perrexerit, ut in eos noviſſime abuſus eruperit, qui nimium omnibus innoteſcunt, aperteque patefaciunt ultra viſibile illud Eccleſiæ, quod a Fidelibus unicum colitur, novum aliud, ac vere monſtruoſum in Regno Siciliæ oſtentari Caput, eidem Eccleſiæ ſuperinductum, a quo ſcilicet per ſummam, ac intolerabilem temeritatem, vero Eccleſiæ Capiti, ac Jeſu Chriſti Vicario, quaſi infeſtis ſignis, bellum palam indicitur, dum ab eo noſtra, atque hujus Sanctæ Sedis Mandata reſcinduntur; Literæ, ac Reſcripta contemnuntur, cenſuræ revocantur, illi inſuper, qui Nobis, ac Sedi prædictæ debitam obedientiam exhibent, exilii, carceris, bonorum interceptionis, aliiſque gravioribus pœnis ſevere plectuntur; ii demum, qui illa met ligandi, ac ſolvendi poteſtate, quam per Beatum Petrum, ejuſque Succeſſores a Domino accepimus, ligati a Nobis ſunt, nefarie ſolvuntur: aliique contra, qui a Nobis ſoluti ſunt, impudentiſſime ligantur. Explorati vero, ac comperti juris ſit, invaleſcentibus corruptelis, etiam certiſſima ipſa ab eadem Sede conceſſa, ac ſæpius confirmata Privilegia omnino deleri, atque abrogari poſſe, imo etiam debere: cum legum omnium judicio Privilegium mereatur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate, nec unquam ſit inexcuſabilior abuſus, quam cum is, qui Privilegium accepit, adverſus eum, qui illud conceſſit, inſurgit, ejuſque juſſionibus pertinaciter obſiſtere non veretur: merito propterea rec. mem. Alexandro Papa III. etiam Prædeceſſore noſtro quibuſdam Archiepiſcopis, & Epiſcopis ſcribente: *Pro certo ſciatis, quod Nos conceſſa vobis privilegia decurtabimus, Eccleſiæ Romanæ ſcriptis authenticis obviare minime timeatis.* Hinc eſt, quod Nos, pro commiſſi Nobis divinitus Paſtoralis muneris debito, ſacrificare ſacrificium juſtitiæ, & Eccleſiæ Dei jura, ac libertatem, necnon hujus Sanctæ Sedis auctoritatem, dignitatemque conſtanter, ac viriliter propugnare parati, nihil profecto de Nobis, ſed omnia de eo præſumentes, qui Nos confortat, & operatur in Nobis, exurgere tandem in Domino, atque ut judicium noſtrum de vultu illius prodeat, divina ejus ope enixis tam noſtris, quam aliorum precibus, humiliter prius implorata, abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto, Apoſtolicæ diſtrictionis ſarculo radicitus evellere, atque extirpare decreverimus: probe agnoſcentes liberum jam Nobis non eſſe diuturniori longanimitate committere, ut Siculæ Monarchiæ privilegiorum obtentu Eccleſiaſtici Ordinis dignitas penitus collabatur.

Cauſæ præſentis abolitionis poſt diuturnam patientiam, & maturam diſcuſſionem definitæ.

Cap. dilecti Filii de privileg.

§.3. Habita itaque ſuper præmiſſis cum particulari Congregatione nonnullorum Venerabilium Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Immunitati Eccleſiaſticæ, & controverſiis juriſdictionalibus præpoſitorum, necnon quorumdam dilectorum Filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum, qui rem mature diſcuſſerunt, longa, ac diligenti deliberatione: auditiſque inſuper hac in re quampluribus in Sacra Theologia Magiſtris, & in Decretis Doctoribus, qui omnes unanimi voce adverſus Monarchiam præfatam ad Nos clamarunt, Propheticum illud repetentes: *Succidite arborem, & diſſipate*

Daniel. cap. 4. v. 20.

ſpate illam : Omnium denique, & ſingulorum, ſi quæ ſint, Privilegiorum, ſeu Indultorum tam a memorato Urbano, quam ab aliis quibuſcumque Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris eidem Monarchiæ, illiuſque Tribunali quandocumque, & quacumque ex cauſa conceſſorum, ac quantiſcumque vicibus confirmatorum, necnon quarumcumque, ſi quæ pariter ſint, deſuper expeditarum literarum tenores, & datas, ac circumſtantias quaslibet præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis; Perſonarum vero, in quarum favorem Privilegia, ſeu Indulta hujuſmodi conceſſa aſſeruntur, qualitates, ac dignitates quantumcumque ſublimes, & in Laicali Ordine ſupremas, necnon ejuſdem Tribunalis Judicis, Notariorum, Scribarum, Miniſtrorum, ſeu Officialium quorumlibet nomina, & cognomina, aliave quæcumque etiam ſpecificam, & individuam mentionem requirentia pro pleniſſime, & exactiſſime ſpecificatis habentes, de eorumdem Cardinalium conſilio pariter, & aſſenſu, ac etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine: prætenſam Apoſtolicam Regni Siciliæ Legationem, ac Monarchiam nuncupatam, ejuſque aſſertum Tribunal, una cum illius Judicis, Notariorum, Scribarum, Miniſtrorum, aliorumque Officialium quorumlibet quovis nomine nuncupatorum dignitatibus, officiis, & miniſteriis quibuſcumque, omnique eorum titulo, eſſentia, ac denominatione, tenore præſentium perpetuo extinguimus, ſupprimimus, & abolemus. Necnon omnia, & ſingula Privilegia, Facultates, & Indulta, ſi quæ ſint, tam ſpecialia, quam generalia illis, & illorum cuilibet a quibuſcumque Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris ex quacumque cauſa, ac quorumcumque meritorum intuitu, & contemplatione, ſeu alias quomodolibet conceſſa, ac pluries confirmata, & innovata, penitus, & omnino reſcindimus, caſſamus, delemus, revocamus, & abrogamus. Volentes propterea, ac mandantes, ut illa omnia pro extinctis, ſuppreſſis, & abolitis, necnon reſpective reſciſſis, caſſatis, deletis, revocatis, & abrogatis ab univerſis Chriſtifidelibus perpetuo haberi, ac reputari debeant; adeoque eiſdem Chriſtifidelibus, cujuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, qualitatis, ordinis, præeminentiæ, ac dignitatis, ſive Eccleſiaſticæ, ſive Laicalis, etiam ſpecialem, & individuam expreſſionem requirentis, exiſtant, harum ſerie interdicentes, ne aliquid unquam, quod extinctioni, ſuppreſſioni, abolitioni, aliiſque præmiſſis directe, vel indirecte, ſeu alias quomodolibet adverſetur, facere, moliri, ſeu attentare quoquo modo audeant, vel præſumant, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, per Contrafacientes abſque alia declaratione ipſo facto incurrenda, a qua nemo a quoquam, præterquam a Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente, niſi in mortis articulo conſtitutus, abſolvi poſſit.

Abolitio & Monarchiæ, & Tribunalis, cũ revocatione omnium Privilegiorum, & pœnis in contravenientes.

Pollicitatio cujuſdam modi ſervandi in Foro Eccleſiaſtico, donec Apoſt. Sedes aliter provideat.

§. 4. Cæterum, quia ad præmiſſa devenimus, non quidem animo avocandi Siculas cauſas ad noſtra hæc Romanæ Curiæ Tribunalia, licet id cæteroqui perſpicuis, ac notiſſimis hujus Sanctæ Sedis juribus inniteretur, priſcoque Eccleſiæ mori omnino eſſet conſentaneum, ſed eo tantum conſilio, ut Sacroſanctæ Dei Eccleſiæ libertatem tueremur; noſtram, & hujus Sanctæ Sedis auctoritatem vindicaremus; necnon periclitantium animarum ſaluti pro Pontificiæ ſollicitudinis noſtræ debito proſpiceremus: idcirco Chriſtifidelium illarum partium, quos vere in viſceribus gerimus paternæ charitatis, incommodis, ac diſpendiis, quæ eis quomodolibet hinc evenire poſſent, opportunis mediis, quantum Nobis ex alto conceditur, occurrere non omittemus; interea vero modum aliquem propediem præſcribemus, quo cauſæ prædictæ ad Forum Eccleſiaſticum pertinentes, etiam abolito Monarchiæ Siculæ Tribunali, de cætero in eodem Regno Siciliæ, &, quod caput eſt, recte, ac ordine cognoſci poſſint, ſineque debito terminari, donec a Nobis, & Sede Apoſtolica prædicta Nationis Siculæ indemnitati amplioribus gratiis conſulatur.

Clauſulæ ampliſſimæ.

§. 5. Decernentes pariter eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod prædicti, & alii quilibet in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis etiam Regiæ, & Imperialis, exiſtant, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, cauſæque, propter quas præſentes emanarint, ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet etiam quantumvis juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe; ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ac quibuſcumque juris, ſeu facti defectibus, qui adverſus illas a ſæculari potiſſimum poteſtate, ſeu prædicto abolito, & extincto Monarchiæ Siciliæ Tribunali, illorumve Miniſtris quibuslibet, ad effectum impediendi, ſeu retardandi earum executionem quovis modo, ſeu ex quavis cauſa opponi, ſeu objici poſſent, minime refragantibus, ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere: Eaſque propterea omnibus, & ſingulis per eamdem ſæcularem poteſtatem, ſive per idem abolitum, ac extinctum Tribunal, eorumque Miniſtros quoſcumque quomodolibet allatis, ſeu afferendis impedimentis penitus, & omnino rejectis, ac nequaquam attentis, ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari: Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & præfatæ Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fun-

gentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.


§.6. Non obſtantibus præmiſſis, & quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo, aliiſque Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis Generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac præſcriptionibus, quantumvis longiſſimis, & immemorabilibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis, quibuſcumque Regnis, Provinciis, ac Perſonis, etiam Imperiali, Regia, aliave qualibet mundana, ſeu etiam Eccleſiaſtica dignitate fulgentibus, ſeu alias ſpecifica, & individua mentione dignis a Sede prædicta ex quacumque cauſa, etiam per viam contractus, & remunerationis, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, ac conſiſtorialiter, ſeu alias quomodolibet in genere, vel in ſpecie, in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantiſcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis, etiam continentibus, quod excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Privilegiis, & Indultis hujuſmodi mentionem. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis aliâ expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, & infererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.7. Cum autem eædem præſentes literæ in memorato Regno Siciliæ nequeant tute publicari, ut hactenus experientia compertum eſt, ac Nobis per legitimas probationes ſatis, ſuperque conſtat, prout harum ſerie declaramus; volumus illas, ſeu earum exempla, ut ad omnium notitiam deveniant, ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis, ac Baſilicæ Principis Apoſtolorum, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt, affigi, & publicari; ſicque publicatas, & affixas, poſt duos menſes a die earum publicationis, & affixionis computandos, omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent; Utque ipſarum literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§.8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum extinctionis, ſuppreſſionis, abolitionis, reſciſſionis, caſſationis, deletionis, revocationis, abrogationis, mandati, interdictionis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo decimo quarto, decimo Kalendas Martii Pontificatus Noſtri Anno decimoquinto.

✠ Ego Clemens Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.



†

† *N. Epiſcopus Portuen. Card. Acciajolus.*

†

† *Ego F. Epiſcopus Præneſtinus Card. Spada.*

† *Ego F. Epiſcopus Sabinen. Card. Aſtallius.*

† *Ego F. Epiſcopus Albanen. Card. de Abdua.*

† *Ego G. Tit. S. Laurentii in Lucina Prior Presbyterorum Card. Mareſcottus.*

† *Ego B. Tit. S. Praxedis Card. Panciaticus.*

†

†

†

†

† *Ego F. T. M. Tit. S. Clementis Card. Ferrarius.*

† *Ego Joſeph Tit. S. Mariæ Tranſpontinæ Presbyter Card. Sacripantes.*

† *Ego J. B. Tit. S. Cæſarei Cardinalis Spinula S. R. E. Camerarius.*

†

† *Ego F. Tit. SS. Joannis, & Pauli Card. Paulutius Major Pœnitent.*

†

†

† *Ego F. Tit. S. Euſebii Presbyter Cardinalis Marcellus.*

† Ego

Digitized by Google

* *Ego L. Tit. S. Petri ad Vincula Cardinalis Caſonus.*
* *Ego L. Tit. S. Suſannæ Presbyter Cardin. Corſinus.*
*
*
* *Ego T. Tit. S. Mariæ Transtyberim Cardinalis Rufus.*
*
*
* *Ego Joſeph Tit. S. Mariæ Angelorum Cardin. Vallemanus.*
*
*
*
* *Ego C. A. Tit. S. Auguſtini Presbyter Cardin. Fabronus.*
* *Ego M. A. Tit. SS. Quirici, & Julitæ Presbyter Card. de Comitibus.*
*
* *Ego L. Tit. Sancti Silveſtri in Capite Presbyter Card. Picus.*
*
*
*
*
*
*
* *Ego P. M. Tit. S. Joannis ante Portam Latinam Presbyter Card. Corradinus.*
*
*
*
*
* *Ego A. Tit. S. Marci Card. Priolus S. Marci nuncupatus.*
* *Ego Jo: B. Tit. Sancti Stephani in Monte Cælio Presbyter Cardinalis Ptolomæus.*
* *Ego F. M. Tituli S. Priſcæ Presbyter Cardinalis Caſinus.*
*
* *Ego B. S. Mariæ in Via lata Prior Diaconorum Cardinalis Pamphilius.*
* *Ego P. Tit. S. Laurentii in Damaſo Cardinalis Ottbobonus S. R. E. Vice-Cancellarius.*
* *Ego C. S. Agathæ Gothorum Diaconus Cardinalis B'chius.*
* *Ego J. R. S. Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis Imperialis.*
* *Ego Franciſcus S. Angeli in Foro Piſcium Diaconus Card. Barberinus.*
* *Ego L. S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis de Abdua.*
* *Ego C. S. Mariæ de Scala Diaconus Cardinalis Columna.*
*
* *Ego Nicolaus S. Mariæ in Coſmedin Diaconus Cardinalis Grimaldus.*
* *Ego Annibal S. Euſtachii Diaconus Cardinalis A banus.*
* *Ego Curtius S. Mariæ in Domnica Diaconus Cardinalis Origus.*
*

CCXV.

Dat. 10. Febr. 1715. An. 15.

Præſcribitur Modus ſervandus in Foro Eccleſiaſtico pro Regno Siciliæ, cum Tabella Judicum, ſeu Tribunalium.

Part II.

Conſtitut: præcedenti abolita fuit Monarchia Sicula. Et Conſt: ed: 1715, Jun: 8, P. 15 declaratur nulla appellatio Procuratoris Fiſcalis Regni Siciliæ adverſus binas Apoſtolicas Conſtitutiones.

CLEMENS PAPA XI.

Venerabiles Fratres, ac Dilecti Filii ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUM Nos hodie ſpeciali noſtra, ac perpetuo valitura Conſtitutione, graviſſimis, atque juſtiſſimis rationibus adducti, ſeu potius compulſi, prætenſam Apoſtolicam iſtius Regni Siciliæ Legationem, ac Monarchiam nuncupatam, ejuſque aſſertum Tribunal, una cum illius Judicis, Notariorum, Scribarum, Miniſtrorum, aliorumque Officialium quorumlibet quovis nomine nuncupatorum dignitatibus, officiis, & miniſteriis quibuſcumque, omnique eorum titulo, eſſentia, ac denominatione, tradita Nobis ab Omnipotenti Deo auctoritate, extinxerimus, ſuppreſſerimus, & aboleverimus, nec non omnia, & ſingula, ſi quæ eſſent, illis, & illorum cuilibet a quibuſcumque Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris quomodolibet conceſſa, ac pluries confirmata privilegia, facultates, & indulta, penitus, ac omnino reſciderimus, caſſaverimus, revocaverimus, & abrogaverimus; illaque pro extinctis, ſuppreſſis, & abolitis, nec non reſpective, reſciſſis, caſſatis, revocatis, & abrogatis, ab omnibus Chriſtifidelibus perpetuo haberi, ac reputari debere voluerimus, ac mandaverimus: uno, eodemque tempore conſiderantes Apoſtolicæ noſtræ providentiæ eſſe incommodis, ac periculis veſtris mature occurrere, ac interim modum aliquem præſcribere, quo cauſæ ad forum Eccleſiaſticum pertinentes, abolito jam Monarchiæ Siculæ Tribunali, recte, ac ordine, & nihilominus, quantum fieri poteſt, ſine majori Partium litigantium diſpendio cognoſci poſſent, ſineque debito terminari: ejuſmodi modum non aliunde, quam ex Canonicarum ſanctionum cenſura petendum, nec Judices pro earumdem cauſarum cognitione, ac terminatione alibi, quam in iſtomet Regno conſtituendos eſſe cenſuimus: primum quidem, ut teſtatum omnibus faceremus, Nos ad præmiſſa deveniſſe, non quidem animo augendi Siculis cauſis Romanæ Curiæ ſubſellia, ſed ea tantum mente, ut enormibus, & graviſſimis ſcandalis, quibus univerſi propemodum Chriſtifideles ſummopere offendebantur, Apoſtolica falce ſucciſis, Eccleſiæ honori, Pontificiæ authoritatis vindicationi, animarumque ſaluti pro commiſſo Nobis cælitus Paſtorali munere conſuleremus; deinde vero, ut Vobis manifeſtum fieret Nos ea in re pro paterna, qua Regnum iſtud in Domino complectimur, charitate, utilitatis, commodique veſtri congruam habuiſſe rationem; Hinc igitur eſt, quod Nos diuturna, atque matura, ſicut negotii gravitas flagitabat, conſultatione adhibita, auditaque deſuper nonnullorum Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, ac dilectorum Filiorum ejuſdem Romanæ Curiæ Prælatorum, Sacrarum Legum doctrina, rerumque uſu præſtantium ſententia, pro facili, recta, ac ordinata prædictarum cauſarum directione ſequentem normam præſcribere, ac ſancire decrevimus, quam de cætero ab iis omnibus,

Refertur Cōſtitutio abolitionis Monarchiæ, in qua [illegible] indicatus fuit præd. modus, cujus cauſæ hic exponuntur.

Motiva ejuſdem deliberationis refert.

Modus ſervādus uſque ad plenam S. Sedis Ordinationem.

bus, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, inconcuſſe, ac inviolabiliter obſervari volumus, & mandamus, donec alia ratione a Nobis, & ab hac Sancta Sede indemnitati veſtræ plenius, ac uberius proſpiciatur,

In prima Inſtantia cauſarum cognitio ad Ordinariũ.

§.1. Cauſæ omnes ad Forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, cujuſcumque ſint generis, in prima inſtantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoſcantur, nec ab eorum Tribunali avocari poſſint, niſi titulo tantum appellationis a ſententia definitiva, aut ab interlocutoria definitivæ vim habente, cujus gravamen per appellationem a definitiva reparari nequeat, vel niſi integro biennio a die motæ litis computando coram ipſis Ordinariis pependerint indeciſæ, quemadmodum Tridentini Concilii decreto in cap. Cauſæ omnes ſeſſ. 24. de reformat. ſalubriter cautum eſt: Quod ſi ſecus fiat, quævis appellatio, inhibitio, aut ſententia ad ejuſdem Concilii præſcriptum eo ipſo irrita ſit, ac nullius prorſus roboris, vel momenti.

In ſecunda ad Metropolitanum.

§.2. A ſententia Ordinarii ad Metropolitanum, vel ad alium Epiſcopum Metropolitani loco a Nobis ſubrogatum, juxta ordinem inferius præſcribendum, appelletur, ſervata in omnibus forma, quæ a ſupradicto Concilio ſancitur.

In tertia ad Delegatum Apoſt. a ſententia Metropolitani.

§.3. Ubi vero Metropolitanus, vel Epiſcopus Metropolitani loco, ut præfertur, ſubrogatus, in cauſa pronunciaverit, Partibus, vel earum alteri liberum ſit ab illius ſententia ad Apoſtolicum Delegatum provocare, ſervato ordine, de quo infra, ac ipſius Concilii præſcripto.

In quarta ad Romanũ Pontificem, qui cauſam in Partibus cognoſcendam committet.

§.4. Quicumque a ſententia, vel decreto Apoſtolici Delegati gravatum ſe ſenſerit, ad Nos, ſeu Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem poterit appellare, a quo cauſæ cognitio Judici Eccleſiaſtico in partibus Siciliæ committetur per literas Apoſtolicas neceſſariis, & opportunis clauſulis, prout juris fuerit, muniendas, ac ea potiſſimum, quod ſi Partes in illum non conſenſerint, alium ipſe deputare valeat iiſdem Partibus non ſuſpectum.

In cauſis Beneficialibus 24. ducatorũ, & profanis 50. a Delegato ad Judices Synodales.

§.5. In Cauſis Beneficialibus valorem viginti quatuor ducatorum auri de Camera, nec non in profanis ſummam quinquaginta ducatorum ſimilium non excedentibus. Pars, quæ a judicio Delegati Apoſtolici gravamen illatum ſibi fuiſſe conquereretur, ut appellationis remedio conſulere ſibi poſſit, adibit tres Judices Synodales antiquiores Diœceſis ejuſdem Delegati, qui tanquam Arbitri, an appellatio rejici, vel admitti debeat, & quibus clauſulis cauſa ſit committenda, prævio diligenti examine reſpicient. Quod ſi cauſam committendam eſſe cenſuerint, ipſi, tanquam Apoſtolici Delegati, Judicem deputabunt Partibus non ſuſpectum. Hunc autem in finem prædictis Judicibus Synodalibus quaſcumque facultates neceſſarias, ac opportunas concedimus, & impertimur.

In Cauſis Regularium a Conſervatoribus ad Judices Synodales.

§.6. Porro in cauſis, in quibus Conſervatores Regularium decretum, vel ſententiam tulerint, qui ſe ab illis gravatum exiſtimaverit, recurrere ſimiliter poterit ad tres antiquiores Judices Synodales illius Diœceſis, ubi judicium latum eſt: Qui quidem Judices, tanquam Arbitri cognitis utriuſque Partis juribus, ſtatuent, an appellatio rejici, vel admitti, & quibus clauſulis cauſa committi debeat. Quod ſi cauſam committendam eſſe duxerint, tanquam Apoſtolici Delegati, Judicem deputabunt Partibus non ſuſpectum cum omnibus facultatibus neceſſariis, ac opportunis. Cæterum qui a ſententia, aut decreto hujus ſecundi Judicis gravatum ſe ſenſerit, adibit tres antiquiores Judices Synodales Metropolitanæ Diœceſis, vel illius, quæ Metropolitanæ locum obtinebit in ordine inferius præſcribendo: Qui ſane Judices alium deputabunt Judicem ea prorſus ratione, quæ ſupra quoad modum appellandi a judicio Conſervatorum præſcripta fuit. Omnibus autem prædictis Judicibus Synodalibus tam Metropolitanæ, quam alterius Diœceſis, quaſcumque facultates ad præmiſſorum effectum neceſſarias, & opportunas concedimus, & impertimur.

In Criminalibus Regularium ab Ordinario ad Judices Synodales.

§.7. In criminalibus cauſis Regularium, quando hi deliquerint intra clauſtra, Tridentini Concilii, & peculiarium illius Ordinis, quem quilibet Delinquens profeſſus fuerit, Conſtitutionem diſpoſitio exacte ſervetur. Quod ſi delinquant extra clauſtra, vel extra Monaſterium degant, ab Epiſcopis juxta ejuſdem Tridentini Concilii, & Apoſtolicarum Conſtitutionum præſcriptum judicentur, ac puniantur. Qui vero Epiſcopi judicio acquieſcere detrectaverit, provocare poterit ad tres antiquiores Judices Synodales Diœceſis illiuſmet Epiſcopi, a quo judicatus fuit; Qui plane Judices, tanquam Arbitri, an appellatio admittenda, vel rejicienda ſit, & quomodo cauſam committi oporteat, prævio maturo examine decernent. Ubi vero eam committendam eſſe ſtatuerint, Judicem deputabunt Partibus non ſuſpectum cum omnibus facultatibus neceſſariis, & opportunis. Quod ſi quis ab hujus ſecundi Judicis ſententia, vel decreto ſe gravatum putaverit, recurret ad tres Judices Synodales antiquiores Metropolitanæ Diœceſis, vel illius, quæ Metropolitanæ loco in ordine, de quo infra, ſubrogabitur: Hi autem Judices alium deputabunt Judicem ea prorſus ſervata ratione, quæ ſupra quoad modum appellandi a judicio Epiſcopi ſancita fuit. Omnibus pariter antedictis Judicibus Synodalibus tam Metropolitanæ, quam alterius Diœceſis, quaſcumque facultates ad præmiſſorum effectum quomodolibet neceſſarias, & opportunas concedimus, & impertimur.

In cauſis Majoribus immediate ad Sanctam Sedem.

§.8. Caveant tamen Ordinarii locorum, ne cauſis, quæ majores nuncupantur, quæque apud Sedem Apoſtolicam tractari debent, ſive in prima, ſive etiam in alia ulteriori inſtantia, ullo pacto ſe ſe ingerant, aut immiſceant; ſed illæ juxta memorati Tridentini Concilii, Sacrorum Canonum, & Apoſtolicarum Conſtitutionum præſcriptum, in Romana tantum Curia, vel a Judicibus, quos Romanus Pontifex pro tempore exiſtens ſpecialiter deputaverit, cognoſcantur.

Item ad S. Sedem cognitio cenſurarum ſibi reſervatarum, & ab eiſdem abſolutio.

§.9. Nulli præterea ex ſupradictis ſive primæ, ſive ſecundæ, ſive etiam tertiæ Inſtantiæ Judicibus, nec cuiquam alteri Eccleſiaſtico Judici, cujuſcumque gradus, & conditionis exiſtat, tametſi Legati a Latere dignitate inſignitus reperiatur, ullo unquam tempore liceat quempiam abſolvere, etiam cum reincidentia, & ad effectum agendi tantum, a cenſuris Eccleſiaſticis per literas die Cœnæ Domini ſingulis annis legi, & promulgari ſolitas, ſive alias Apoſtolicas Conſtitutiones inflictis, quarum abſolutio ſoli Romano Pontifici reſervatur: Caveant-

Google

veantque omnes antedicti, ne poſtquam eædem cenſuræ ab ipſis declaratæ, ac promulgatæ fuerint, ullo modo ſeſe ingerant, aut immiſceant cognitioni, an illæ, earumve declaratoriæ validæ, aut nullæ, juſtæ, aut injuſtæ ſint; cum ejuſmodi cognitionem Romano dumtaxat Pontifici pro tempore exiſtenti, & Congregationi ejuſdem S. R. E. Cardinalium Immunitati Eccleſiaſticæ, & controverſiis jurisdictionalibus præpoſitæ, ad id ab Apoſtolica Sede ſpecialiter deputatæ, privative quoad omnes alios competere ſatis conſtet.

Abſolutio tamen a cenſuris ob violationem Interdicti cujuſdã conceditur Ordinariis.

§.10. Attento nihilominus ingenti eorum numero, quos iſthic, præſertim ob notam Eccleſiaſtici Interdicti, cui Civitates, ac Diœceſes Catanien. & Agrigentin. juſſu noſtro ſubjectæ fuerunt, violationem in ejuſmodi cenſuras Nobis reſervatas miſere incidiſſe novimus, ut æternæ eorum ſaluti paterna charitate conſulamus, facultatem eos, qui reſipuerint, ac humiliter id flagitaverint, abſolvendi, ad certum tempus duraturam, iſtius Regni Epiſcopis impertiri non detrectabimus, quo facilius, atque commodius iiſdem cenſuris innodati Sacramentis Eccleſiæ, & communioni Fidelium reſtitui poſſint.

Ordo Ordinariorũ, Metropolitanorũ etiam ſubrogatorũ, & Delegatorũ Apoſtolicorum.

§.11. Cauſæ demum omnes, de quibus ſupra actum eſt, coram Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis eo, qui inferius præſcribitur, ordine in poſterum tractandæ erunt.

§.12. Prima inſtantia, juxta Tridentini Concilii diſpoſitionem, ad Ordinarium Loci pertineat. Ab Ordinario autem appellare liceat, & cauſæ in ulterioribus inſtantiis cognoſcantur, ut infra.

§.13. Ab Archiepiſcopo Panormitano appelletur ad Epiſcopum Cephaludenſem, cujus ſit ſecunda inſtantia: Ab Epiſcopo Cephaludenſi ad Epiſcopum Cataniẽſem provocetur, ad quem, ut Delegatum Apoſtolicum, ſpectet tertia inſtantia.

§.14. Ab Archiepiſcopo Montis Regalis appelletur ad Epiſcopum Pactenſem, & ab hoc ad Epiſcopum Mazarienſem, ut Delegatum Apoſtolicum.

§.15. Ab Archiepiſcopo Meſſanenſi appelletur ad Epiſcopum Syracuſanum, & ab hoc ad Epiſcopum Catanienſem, ut Delegatum Apoſtolicum.

§.16. Ab Epiſcopo Catanienſi appelletur ad Archiepiſcopum Montis Regalis, ut Metropolitanum, & ab eo ad Epiſcopum Agrigentinum, ut Delegatum Apoſtolicum.

§.17. Ab Epiſcopo Syracuſano appelletur ad Archiepiſcopum Montis Regalis, ut Metropolitanum, & ab eo ad Epiſcopum Mazarienſem, ut Delegatum Apoſtolicum.

§.18. Ab Epiſcopo Agrigentino appelletur ad Archiepiſcopum Panormitanum, ut Metropolitanum, & ab eo ad Epiſcopum Syracuſanum, ut Delegatum Apoſtolicum.

§.19. Ab Epiſcopo Mazarienſi appelletur ad Archiepiſcopum Panormitanum, ut Metropolitanum, & ab eo ad Archiepiſcopum Meſſanenſem, ut Delegatum Apoſtolicum.

§.20. Ab Epiſcopo Cephaludenſi appelletur ad Archiepiſcopum Meſſanenſem, ut Metropolitanum, & ab eo ad Epiſcopum Agrigentinum, ut Delegatum Apoſtolicum.

§.21. Ab Epiſcopo Pactenſi appelletur ad Archiepiſcopum Meſſanenſem, ut Metropolitanum, & ab eo ad Archiepiſcopum Panormitanum, ut Delegatum Apoſtolicum.

§.22. Ab Archimandrita Meſſanenſi, qui juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in nonnullis Oppidis, ſeu Locis Nullius Diœceſis Provinciæ Meſſanenſis exercere aſſeritur, appelletur ad Epiſcopum Catanienſem, quem loco Archiepiſcopi Meſſanenſis Metropolitani ſubrogavimus, attentis pluribus litibus, quæ, ut etiam aſſeritur, inter eoſdem Archiepiſcopum, & Archimandritam pendent indeciſæ; A dicto autem Epiſcopo Catanien. ad Archiepiſcopum Panormitanum, ut Delegatum Apoſtolicum.

§.23. Ab Abbate demum Sanctæ Luciæ, qui ſimiliter juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in uno, ſeu pluribus Oppidis, vel Locis Nullius Diœceſis Provinciæ Meſſanen. exercere aſſeritur, appelletur ad Archiepiſcopum Meſſanenſem, ut Metropolitanum, & ab eo ad Archiepiſcopum Montis Regalis, ut Delegatum Apoſtolicum.

Præd. Ordinatione haud approbatur juriſdictio quaſi Epiſc. Archimandritæ Meſſan. & Abbatis S. Luciæ.

§.24. Per præmiſſa tamen non intendimus dictorum Archimandritæ Meſſanenſis, & Abbatis Sanctæ Luciæ aſſertam juriſdictionem quaſi Epiſcopalem ullatenus approbare, aut quidquam eis, ſeu eorum alteri in quorumvis aliorum præjudicium novi juris tribuere.

Conceſſio facultatis pro laudatis Prælatis.

§.25. Cæterum omnibus, & ſingulis Archiepiſcopis, & Epiſcopis ſupradictis tam pro ſecunda loco Metropolitanorum ſubrogatis, quam pro tertia reſpective inſtantiis, ſicut præmittitur, delegatis, ut omnes, & ſingulas cauſas ad eorum judicium de cætero, ut ſupra, deferendas cognoſcere, ac legitime definiri poſſint, & valeant, quaſcumque facultates ad id quomodolibet neceſſarias, & opportunas ampliſſime tribuimus, & elargimur.

Clauſula, & hortatione ad executionem præſentis Conſtitutionis.

§.26. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, fel. rec. Bonifacii Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, ita ut vigore præſentium etiam ultra duas, pluresve dietas quilibet in judicium trahi poſſit, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non omnibus, & ſingulis illis, quæ in prædicta noſtra nuper edita Conſtitutione volumus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.27. Vos itaque potiſſimum, Venerabiles Fratres, vehementer hortamur, ac admonemus, ut vigore pleno, quo Epiſcopos agere oportet, ea, quæ ſancivimus, debitæ executioni pro virili parte demandetis, ac etiam ab aliis, qui vobis ſubſunt, demandari ſtrenue ſatagatis, Zelum proinde veſtrum pro Eccleſiæ juribus, ac libertate, proque veſtra, atque ſuprema noſtra, & Apoſtolicæ Sedis auctoritate hoc tam neceſſario tempore roborate, palamque proferte, ambulantes in Domo Domini cum conſenſu, quatenus antiqua vobis, ac per Vos reliquis iſtis Fidelibus veræ pietatis, ac filialis in hanc Sanctam Sedem devotionis laus conſtet, & nos gratulari poſſimus ab electa iſta Dominici Agri parte evulſa prorſus fuiſſe zizania, bonæque frugis integritatem, ideſt veterem Eccleſiæ diſciplinam, debitam Canonicis Sanctionibus reverentiam, Epiſcopalem denique, & Apoſtolicam dignitatem, ope potiſſimum Fraternitatum veſtrarum priſtinum in locum fuiſſe reſtitutam. Quæ omnia ut alacrius exequi valeatis, vobis omni-

Digitized by Google

omnibus, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, Spiritualium charismatum incrementum ex animo a Deo precamur, perpetuumque paternæ charitatis nostræ pignus, Apoſtolicam benedictionem peramanter impertimur.

§.28. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XX. Februarii MDCCXV. Pontificatus noſtri Anno XV.

T A B E L L A

Tribunalium Eccleſiaſticorum Regni Siciliæ.

Juxta modum in ſupradictis Literis Apoſtolicis præfinitum.

PRIMA INSTANTIA.

1 Archiepiſcopi Panormitani.

2 Archiepiſcopi Montis Regalis.

5 Archiepiſcopi Meſſanenſis.

8 Epiſcopi Catanienſis.

11 Epiſcopi Syracuſani.

14 Epiſcopi Agrigentini.

17 Epiſcopi Mazarienſis.

20 Epiſcopi Cephaludenſis.

23 Epiſcopi Pactenſis.

26 Archimandritæ Meſſanenſis, *Nullius Diœceſis Provinciæ Meſſanen.*

29 Abbatis S.Luciæ, *Nullius Diœceſis Provinciæ Meſſanen.*

SECUNDA INSTANTIA.

• Epiſcopi Cephaludenſis, *ut ſubrogati loco Metropolitani.*

3 Epiſcopi Pactenſis, *ut ſubrogati loco Metropolitani.*

6 Epiſcopi Syracuſani, *ut ſubrogati loco Metropolitani.*

9 Archiepiſcopi Montis Regalis, *ut Metropolitani.*

12 Archiepiſcopi Montis Regalis, *ut Metropolitani.*

15 Archiepiſcopi Panormitani, *ut Metropolitani.*

18 Archiepiſcopi Panormitani, *ut Metropolitani.*

21 Archiepiſcopi Meſſanenſis, *ut Metropolitani.*

24 Archiepiſcopi Meſſanenſis, *ut Metropolitani.*

27 Epiſcopi Catanienſis, *ut ſubrogati loco Metropolitani.*

30 Archiepiſcopi Meſſanenſis, *ut Metropolitani.*

TERTIA INSTANTIA.

3 Epiſcopi Catanienſis, *ut Delegati Apoſtolici.*

4 Epiſcopi Mazarien., *ut Delegati.*

7 Epiſcopi Catanien. *ut Delegati.*

10 Epiſcopi Agrigentini, *ut Delegati.*

13 Epiſcopi Mazarienſis, *ut Delegati.*

16 Epiſcopi Syracuſani, *ut Delegati.*

19 Archiepiſcopi Meſſanenſis, *ut Delegati.*

22 Epiſcopi Agrigentini, *ut Delegati.*

25 Archiepiſcopi Panormitani, *ut Delegati.*

28 Archiepiſcopi Panormitani, *ut Delegati.*

31 Archiepiſcopi Montis Regalis, *ut Delegati.*

CCXVI.

Communicantur Provinciæ Bohemiæ, Moraviæ, & Luſatiæ Ordinis Ciſtercien. privilegia a Gregor.XIV Congregationi S.Bernardi Hiſpaniarum conceſſa, & ab Urb. VIII ad Congregationem Superioris Germaniæ ejuſdem Ordinis extenſa. Dat. 7. Martii 1715. An. 15.

Gregorii XIV. Conſtitutio hic refertur. Et Conſtitutio Urb. VIII ed: fuit 1624, Jun. 10. Hujus Pontificis Conſt: ed: 1710, Sept: 25, P. 10. confirmata fuere quædam Officia SS. pro Congregat. S. Bernardi. Conſt: ed: 1716, Oct. 8. P. 16 communicantur indulgentiæ Ordinis Provinciæ Sileſiæ. Et Bened. XIII Conſt: ed: 1728, Jan. 25, P. 5 confirmantur Privilegia Ordinis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dudum a fel. rec. Gregorio PP. XIV. Prædeceſſore noſtro ad favorem totius Congregationis Regularis Obſervantiæ Ordinis Ciſtercien. Regnorum Hiſpaniæ emanarunt literæ tenoris, qui ſequitur, videlicet:

§.1. GREGORIUS PP. XIV. *Ad perpetuam rei memoriam.* Romanus Pontifex Religioſorum Congregationibus, illarumque perſonis, præſertim ſub regulari obſervantia, & reformatione Altiſſimo famulantium a Sede Apoſtolica conceſſa Conſtitutio Greg. XIV.

ceſſa privilegia nedum confirmare, & approbare, ſed & alia aliorum Ordinum Regularibus perſonis, & piis locis conceſſa ad eos quandoque extendere, & ampliare conſuevit, prout eorumdem Religioſorum vota expoſcunt, & ipſe conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Sane dilecti filii Generalis Reformator, Abbates, Priores, & Monachi totius Congregationis Regularis obſervantiæ S. Bernardi Ordinis Ciſtercienſis Regnorum Hiſpaniæ, Nobis nuper exponi fecerunt, quod cum alias per fe: re: Martinum V. Eugenium IV. nonnulloſque alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ſeu Sedem prædictam diverſa privilegia, gratiæ, & Indulta tam eidem Ordini Ciſtercienſi, quam dictæ Congregationi, eorum Monaſteriis, Domibus, perſonis, & locis generaliter, & ſpecialiter, ac particulariter conceſſa, ſeu forſan per eoſdem, & noviſſime per piæ me: Sixtum PP. V. Prædeceſſorem noſtrum confirmata, & approbata, ac innovata, & extenſa, ſeu ampliata fuerint, prout in literis Apoſtolicis deſuper confectis plenius continetur. Cum autem firmius ſubſiſtant ea, quæ ſæpius Apoſtolico fuerint roborata munimine, cupiunt præfati Generalis, Abbates, Priores, & alii utriuſque ſexus dictæ Congregationis perſonæ pro illorum ſubſiſtentia firmiori, per Nos confirmari, & approbari, necnon pro ipſorum Generalis, & perſonarum Regularium ejuſdem Congregationis conſolatione, & Religionis augmento quæcumque tam eidem Ciſtercienſi, quam quibuſvis aliis ſimilium, vel diſſimilium Ordinibus, & Religionibus, eorumque Congregationibus, & Monaſteriis, Domibus, Eccleſiis, piis, ac charitativis locis, illorumque quibuſvis Superioribus, ac utriuſque ſexus Regularibus perſonis conceſſa Privilegia, facultates, & Indulta quæcumque & qualiacumque ſint ad præfatam Congregationem Regularis Obſervantiæ S. Bernardi, illius Monaſteria, & quaſcumque utriuſque ſexus Regulares perſonas extendi, illaſque, & illa eis communicari. Quare pro parte dictorum Generalis, Reformatoris, Diffinitorum, Conſiliariorum, Viſitatorum, Abbatum, & aliarum dictarum perſonarum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eorum deſiderio annuere, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur: Nos qui Regularium votis, præſertim Religionis augmentum cernentibus libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis, ſingulorum privilegiorum, gratiarum, & indultorum, ac deſuper confectarum literarum hujuſmodi tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, necnon Generalem Reformatorem, Diffinitores, Conſiliarios, Viſitatores, Abbates, Priores, Monachos, eorumque utriuſque ſexus Regulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ fuerint ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati omnia, & ſingula cujuſvis generis privilegia, prærogativas, conceſſiones, & facultates, exemptiones, & libertates, conſervatorias, immunitates, & indulta, abſolutiones, diſpenſationes, & peccatorum remiſſiones, Indulgentias, etiam plenarias, cæteraſque gratias ſpirituales, & temporales, etiam per modum communicationis, ac extenſionis dicto Ordini Ciſtercienſi, ac hujuſmodi Congregationi illorumque utriuſque ſexus Monaſteriis, Domibus, Conventibus, Eccleſiis, Collegiis piis, & charitativis locis, rebus, & bonis, necnon Abbatibus, Generalibus, eorumque Capitulis Diffinitoribus, Conſiliariis, Viſitatoribus, Abbatibus, etiam quatuor primis Prioribus, Officialibus, Miniſtris, ac omnibus aliis eorum Superioribus, Prælatis, Monachis, Monialibus, & illorum utriuſque ſexus ſingularibus perſonis in genere, & in ſpecie, ac tam conjunctim, quam diviſim, aut alias per præfatos, & quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & Nos, Sedemque Apoſtolicam, ejuſque Legatos, & Nuncios ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, etiam ad quorumvis inſtantiam quomodolibet conceſſa, ſeu communicata, & extenſa, necnon deſuper confectas literas, ac ſcripturas quaſcumque cum omnibus, & ſingulis clauſulis in eis contentis, quatenus ſunt in uſu, & decretis Concilii Tridentini non adverſantur, Apoſtolica auctoritate, ac ex certa noſtra ſcientia tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti, ac ſolemnitatum quarumcumque omiſſarum defectus, ſi qui forſan intervenerunt in eiſdem ſupplemus, & pro potiori cautela illa omnia, & ſingula in eis contenta, & comprehenſa, cum illarum extenſionibus, communicationibus, & ampliationibus eidem Congregationi S. Bernardi, & ſingulis ejus Monaſteriis, Domibus, Locis, eorumque Superioribus, & utriuſque ſexus Regularibus perſonis de novo concedimus, & de uno Monaſterio eorum ad aliud concedendo ſine ulla differentia extendimus; & inſuper ob ſingularem reformationem, & obſervantiam dictæ Congregationis in ejuſdem Monaſteriis inſtitutam, & conſervatam, eoſdem amplioribus favoribus decorare volentes omnia, & ſingula privilegia, prærogativas, conceſſiones, favores, facultates, declarationes, abſolutiones, relaxationes, diſpenſationes, dationes, & Indulgentias etiam plenarias, ac peccatorum remiſſiones, conſervatorias, immunitates, exemptiones, libertates, præeminentias, & indulta cujuvis generis exiſtentia, cæteraſque gratias ſpirituales, & temporales tam eidem Ciſtercienſi, ejuſque Abbati, & Capitulo, etiam generali, etiam quatuor primis de firmitate Pontiniaco, Claravalle, & Morimundo; quam etiam in S. Benedicti, & quibuſvis aliis ſimilibus, vel diſſimilibus Ordinibus, & religionibus ſub quibuſvis Regulis, Conſtitutionibus, aut Ordinationibus degentibus, ſeu militantibus, & quibuſvis illarum reſpective Congregationibus, Militiis, eorumque Profeſſoribus, ac utriuſque ſexus eorum Monaſteriis, Domibus, Eccleſiis, necnon Collegiis, Univerſitatibus, Confraternitatibus, piis, ac charitativis locis, eorumque in quibuſvis feſtivitatum, ac aliis diebus Eccleſias viſitantibus, ac eorumdem Religioſorum Generalibus, Præſidentibus, & quibuſvis Superioribus, Prælatis, & Capitulis, etiam Generalibus, Provincialibus, ſeu intermediis, ac quibuſvis Officialibus, Rectoribus, Miniſtris, Monachis, Novitiis, Monialibus, Fratribus, Converſis, & Confratribus, Procura-

Referuntur Pontifices a quibus conceſſa fuere privilegia Ordini Ciſtercien. & Congregationi S. Bernardi.

Confirmantur eadē privilegia, & denuo concedūtur d. Congregationi.

Conceduntur & communicantur Congregationi Hiſpaniæ, ad eamque extenduntur Privilegia omnia Ordinum, & Congregationum Religioſorum.

rato-

ratoribus, Familiaribus, Benefactoribus, ac eorum & earum utriuſque ſexus regularibus Perſonis, tam in Urbe, quam in quibuſcumque partibus Mundi conſiſtentia, ſeu conſiſtentibus, etiam illorum interitu, aut alias quomodolibet conceſſa, quibus de jure, uſu, conſuetudine, & privilegio, ſeu conceſſione Apoſtolica, Regia, vel Imperiali, Archiepiſcopali, in genere, vel in ſpecie ac tam conjunctim, quam diviſim, etiam per ſolam Signaturam, vel vivæ vocis oraculo, aut per viam communicationis, & extenſionis, & motu proprio, aut alias quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere quomodolibet poſſunt, quorum tenores præſentibus habere volumus pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, etiamſi talia ſint, vel forent, quæ ſpecialem, & individuam requirerent mentionem, ſeu particularem inſertionem ad primodictam Congregationem regularis Obſervantiæ S. Bernardi, ac ſingula illius tam virorum, quam mulierum Monaſteria, illorumque quoſcumque Superiores Prælatos, & utriuſque ſexus quaſcumque regulares, & ſingulares perſonas, ita, quod dicta Congregatio Sancti Bernardi, ac utriuſque ſexus ejus Monaſteria, Prioratus, Grangiæ, Domus, Eccleſias, Collegia, pia, & charitativa loca, Sanctorumque feſtivitates Conventus, & Capitula, etiam generalia, & particularia, vel intermedia, Generaliſque Reformator, Diffinitores, Conſiliarii, Viſitatores, Abbates, Abbatiſſæ, Priores, & quicumque alii ſuperiores Officiales, & miniſtri Monachi, Moniales, Novitii, Fratres, Converſi, Donati, Oblati, Commiſſi, Familiares, Confratres, Procuratores, ac negotiorum Geſtores, Benefactores, & aliæ ſingulares utriuſque ſexus regulares perſonæ, ac eorum res, & bona ſub eorum cura, & ſecundum ejuſdem Congregationis Inſtituta nunc, & pro tempore viventes, & exiſtentes cum præmiſſis omnibus, & ſingulis æque pariformiter reſpective, & abſque ulla prorſus differentia ſingula ſingulis concernentia, perinde ac ſi ea omnia illis, & eorum ſingulis principaliter, & expreſſe, & non ad inſtar conceſſa fuiſſent, ac ſi in eis talis Ordo, & Congregatio S. Bernardi primodicta, illiuſque Capitula, Monaſteria, Eccleſiæ, dictique Superiores, Prælati, ac utriuſque ſexus dictæ perſonæ, res, & bona expreſſa, & prænominata fuiſſent, & eſſent, ac ſi pro, & in favorem eorumdem a Sede Apoſtolica in principio emanaſſent, & fuiſſent immediate conceſſa (in quantum eidem Congregationi expediat, ejuſque gubernio, Conſtitutionibus, & Definitionibus non adverſentur) uti, frui, & gaudere libere, & licite poſſint, & valeant auctoritate, & tenore præfatis concedimus, & indulgemus, illaque omnia, & ſingula eis, & eorum cuilibet, eiſdem auctoritate, & tenore ſimiliter perpetuo extendimus, & communicamus.

Clauſulæ amplißimæ.

Decernentes præſentes literas nullo unquam tempore quovis quæſito colore, & ingenio de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel alio defectu, notari, argui, vel impugnari poſſe, neque ſub quibuſvis ſimilium gratiarum revocationibus, limitationibus, & ſuſpenſionibus, aut contrariis diſpoſitionibus pro tempore emanandis minime comprehendi, ſed ſemper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validum ſtatum, etiam ſub dat. per ſuperiores dictæ Congregationis S. Bernardi eligen. reſtitutas, & denuo conceſſas fore, ac ſuos plenarios effectus ſortiri, & inviolabiliter obſervari: ſicque, & non aliter per quoſcumque Judices quavis auctoritate fungentes, etiam locorum ordinarios, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-legatos, Sedis Apoſtolicæ Nuncios, & Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, definiri debere; irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quopiam quavis auctoritate fungente, ſcienter, & ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus Venerabilibus Fratribus noſtris Toletano, & Burgenſi Archiepiſcopis, necnon dilectis filiis Salmanticenſis Univerſitatis Scholaſtico, & Abbatibus Monaſteriorum S. Martini Compoſtellanæ, & Sancti Vincentii Orerenſis Diœceſis Ordinis Sancti Bernardi, & Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, vel unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Generalis, Reformatoris, Abbatum, Priorum, & Monachorum præfatorum, aut alicujus eorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque inviolabiliter obſervari, ac plenum effectum ſortiri; necnon Generalem, Abbates, Priores, & Monachos, alioſque præfatos, ac eorum ſingulos omnibus præmiſſis frui, & gaudere, non permittentes, & eorum quemlibet deſuper contra præſentium tenorem ſub quovis prætextu, vel ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel defectu intentionis noſtræ per quoſcumque quomodolibet moleſtari, perturbari, vel impediri: Contradictores quoſlibet, & Rebelles, etiam per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione quacumque poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, & de non expediendis literis ſuper Indulgentiis ad inſtar, ac piæ me: Bonifacii VIII., etiam Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, aliiſque Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac quorumvis Ordinum, Congregationum, Monaſteriorum, & Regularium locorum præfatorum, etiam juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, declarationibus, & inhibitionibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Legatis, Nunciis, & Ordinariis, & Ordinibus præfatis, eorumque Superioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, etiam in fundatione, vel dotatione obtentis, ac cum quibuſvis etiam annullativis, caſſativis, & infectivis, declarativis, exceptivis, modificativis, & mentis attentativis, & etiam communicationis, prohibitionis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & decretis irritantibus, ac etiam derogatoriarum deroga-

rogatoriis in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac alias quomodocumque per Prædeceſſores noſtros, & Nos, Sedemque Apoſtolicam, etiam motu ſimili, & conſiſtorialiter, aut alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet pro tempore conceſſis, confirmatis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis; Quibus omnibus illorum omnium, & ſingulorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur, & inſererentur, & non per clauſulas generales idem importantes præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſit per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Volumus autem, ut earumdem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus ex Scribis præfatorum Abbatum, aut Prælatorum, vel Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Monaſterii dictæ Congregationis S. Bernardi, aut alterius perſonæ in dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides habeatur in judicio, & extra illud, ac ubique locorum, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXVI. Junii Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Relata Conſtitutio extenſa fuit ad eandem Congregationem Superioris Germaniæ.

§.2. Et ſubinde piæ mem: Urbanus PP. VIII. pariter Prædeceſſor Noſter prædictas Gregorii Prædeceſſoris literas toto illarum tenore inſerto ad univerſam Congregationem ejuſdem Sancti Bernardi Ordinis prædicti Superioris Germaniæ ſub certis modo, & forma tunc expreſſis perpetuo extendit, & ampliavit, & alias prout in ejuſdem Urbani Prædeceſſoris deſuper in ſimili forma Brevis die 10. Junii 1624. expeditis literis, quarum tenorem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, ac de verbo ad verbum inſerto haberi volumus plenius continetur.

Preces Monachorum Bohemiæ, Moraviæ, & Luſitaniæ.

§.3. Cum autem ſicut dilecti filii moderni Abbates, & Monachi Provinciæ, ſeu Vicariatus Regni Bohemiæ, Moraviæ, & utriuſque Luſitaniæ Ordinis prædicti Nobis nuper exponi fecerunt, ipſi Privilegiorum, Indultorum, & Indulgentiarum hujuſmodi communicationem ad eorum Monaſteria, & perſonas per Nos extendi plurimum deſiderent. Nos ipſorum exponentium votis in præmiſſis quantum cum Domino poſſumus annuere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium, qui relationem dilecti filii moderni Procuratoris Generalis Ordinis prædicti ſuper præmiſſis eiſdem Cardinalibus factam

Communicatio præd.

attenderunt conſilio, conceſſionem, ſeu communicationem privilegiorum, Indultorum, Indulgentiarum, & peccatorum remiſſionum, aliarumque gratiarum ſpiritualium, & temporalium prædictæ Congregationi Regularis Obſervantiæ S. Bernardi Ordinis Ciſtercien. Regnorum Hiſpaniæ, illiuſque Superioribus Monachis, & perſonis ab eodem Gregorio Prædeceſſore per literas præinſertas factam, & a memorato Urbano Prædeceſſore ad univerſam Congregationem Superioris Germaniæ Ordinis hujuſmodi reſpective extenſas, & ampliatas, ut præfertur ad Provinciam, ſeu Vicariatum hujuſmodi, illiuſque Superiores, Monachos, & perſonas Ordinis prædicti ad limites prædictarum literarum auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium extendimus pariter, & ampliamus, illaque omnia, & ſingula eidem Provinciæ, ſeu Vicariatui, aliiſque ejuſdem Ordinis ſubjectis, & ſubjiciendis Monaſteriis, quatenus tamen ſint in uſu, neque revocata, minuſque ſub aliquibus revocationibus comprehenſa fuerint, communicamus; ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Clauſulæ.

§.4. Decernentes eaſdem præſentes Literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac omnibus, quos illæ concernunt, ac concernent quomodolibet in futurum in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obſtantibus noſtra de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, aliis omnibus, & ſingulis, quæ in præinſertis, & aliis Urbani Prædeceſſoris literis conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.6. Volumus autem, ut præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die VII. Martii MDCCXV. Pontificatus noſtri Anno Decimoquinto.

CCXVII.

Dat. 19. Mar. 1715. An. 15.

Mandatur omnimoda obſervatio reſponſorum editorum in cauſa Rituum Sinenſium cum formula juramenti a Miſſionariis præſtandi, aliiſque ordinationibus.

Laudata reſponſa hic referuntur, quæ confirmata fuere Conſt: ed: 1704., Nov: 29, P. 4. Obſervantia eorum, & decreti Commiſſarii Gen: præcepta fuit quodam Decreto 1710, Sep. 25, P. 10. Conſt: ed: 1711, Mar: 15, P. 11 confirmatum fuit d. Decretum Commiſſarii.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium ab enixo deſiderio dirimendi controverſias inter Apoſtolicos Miſſionarios circa quoſdam ritus.

EX illa die, qua, nullo licet meritorum noſtrorum ſuffragio, Catholicæ Eccleſiæ gubernacula, hoc eſt, munus ſua amplitudine graviſſimum, ac temporum iniquitate moleſtiſſimum, Deo ſic diſponente, ſuſcepimus: nihil Nobis manum clavo admoventibus antiquius fuit, quam acerrimas contentiones jampridem in Imperio Sinarum inter Apoſtolicos illarum partium Miſſionarios exortas, ſemperque in dies magis invaleſcentes, tam circa quaſdam voces Sinicas ad Sanctum, & ineffabile Dei Nomen exprimendum inibi uſurpatas, quam circa nonnullos earum gentium ritus, veluti ſuperſtitioſos a quibuſdam ea Miſſionariis prædictis reprobatos: ab illis vero, utpote eos civiles tantum aſſerentibus, permiſſos Apoſtolici Judicii cenſura opportune dirimere, ut ſublatis diſſidiis, Chriſtianæ Religionis, Catholicæque Fidei propagationem turbantibus, omnes tandem id ipſum dicerent in eodem ſenſu, & in eadem ſententia, unoque ore glorificaretur Deus ab iis, qui ſanctificati ſunt in Chriſto Jeſu.

Hinc edita, & confirmata ſequentia Reſponſa.

§.1. Hoc conſilio reſponſa illa, quæ ad varias quæſtiones ſuper ejuſmodi rebus excitatas, prævio diuturno examine dudum, videlicet tempore fel. rec. Innocentii Papæ XII. Prædeceſſoris noſtri inchoato, ac deinde juſſu noſtro per plures annos continuato, auditiſque utriuſque partis rationibus, necnon complurium Theologorum, & Qualificatorum ſententiis a Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium in tota Republica Chriſtiana Generalium Inquiſitorum adverſus hæreticam pravitatem auctoritate Apoſtolica deputatorum data fuerunt, Nos die XX. Novembris MDCCIV. eadem auctoritate confirmavimus, & approbavimus.

Permittitur unica vox ad Deum ſignificandum.

§.2. Ea autem, quæ in reſponſis hujuſmodi decreta fuerunt, ſunt, quæ ſequuntur: *Cum Deus Optimus Maximus congrue apud Sinas vocabulis Europæis exprimi nequeat: ad eumdem verum Deum ſignificandum, vocabulum* Tien Chu, *hoc eſt, Cæli Dominus, quod a Sinenſibus Miſſionariis, & Fidelibus longo, ac probato uſu receptum eſſe dignoſcitur, admittendum eſſe: Nomina vero* Tien, *Cælum, &* Xang Ti, *Supremus Imperator, penitus rejicienda.*

Idcirco tabellas cum inſcriptione Sinica King Tien, *Cælum colito, in Eccleſiis Chriſtianorum appendi, ſeu jam appenſas in poſterum inibi retineri permittendum non eſſe.*

Interdicuntur oblationes, & cæremoniæ, quæ fiunt in honorem Confucii, vel Progenitorũ Defunctorum, etiamſi procederet proteſtatio de ſolo cultu civili exhibendo.

Ad hæc nullatenus, nulloque de cauſa permittendum eſſe Chriſtifidelibus, quod præſint, miniſtrent, aut interſint ſolemnibus ſacrificiis, ſeu oblationibus, quæ a Sinenſibus in utroque æquinoctio cujuſcumque anni Confucio, & Progenitoribus defunctis fieri ſolent, tanquam ſuperſtitione imbutis. Similiter nec eſſe permittendum, quod in Ædibus Confucii, quæ Sinico nomine Miao *appellantur, iidem Chriſtifideles exerceant, ac peragant cæremonias, ritus, & oblationes, quæ in honorem ejuſdem Confucii fiunt; tum ſingulis menſibus in Novilunio, & plenilunio a Mandarinis, ſeu primariis Magiſtratibus, aliiſque Officialibus, & Literatis: tum ab iiſdem Mandarinis, ſeu Gubernatoribus, ac Magiſtratibus, antequam dignitatem adeant, ſeu ſaltem poſt ejuſdem poſſeſſionem adeptam: tum denique a Literatis, qui poſtquam ad gradus ſunt admiſſi, e veſtigio ad Templum, ſeu Ædem Confucii ſe conferunt.*

Præterea non eſſe permittendum Chriſtianis in Templis, ſeu Ædibus Progenitoribus dicatis oblationes minus ſolemnes eiſdem facere, nec in illis miniſtrare, aut quomodolibet inſervire, vel alios ritus, & cæremonias peragere.

Item nec eſſe permittendum præfatis Chriſtianis oblationes, ritus, & cæremonias hujuſmodi coram Progenitorum tabellis in privatis Domibus, ſive in eorumdem Progenitorum ſepulchris, ſive antequam Defuncti ſepulturæ tradantur, in eorum honorem fieri conſuetas, una cum Gentilibus, vel ſeorſim ab illis peragere, eiſque miniſtrare, aut intereſſe; Imo prædicta omnia, utpote quæ, perpenſis hinc inde deductis, necnon diligenter, ac mature diſcuſſis omnibus, ita peragi comperta ſunt, ut a ſuperſtitione ſeparari nequeant, Chriſtianæ Legis cultoribus ne quidem permittenda eſſe præmiſſa publica, vel ſecreta proteſtatione ſe non religioſo, ſed civili, ac politico tantum cultu erga Defunctos illa præſtare, nec ab eis quidquam petere, aut ſperare.

Permittitur tamen aſſiſtentia mere materialis.

Non tamen per hæc cenſendam eſſe damnatam præſentiam illam, ſeu aſſiſtentiam mere materialem, quam cum Gentilibus ſuperſtitioſa peragentibus, citra ullam ſive expreſſam, ſive tacitam geſtorum approbationem, ac quovis miniſterio penitus ſecluſo, eiſdem ſuperſtitioſis actibus quandoque præſtari contingat a Chriſtianis, cum aliter odia, & inimicitiæ vitari non poſſunt, facta tamen prius, ſi commode fieri poterit, fidei proteſtatione, ac ceſſante periculo ſubverſionis.

Vetantur Tabellæ Defunctorum Progenitorum.

Demum permittendum non eſſe Chriſtifidelibus tabellas Defunctorum Progenitorum in ſuis privatis domibus retinere juxta illarum partium morem, hoc eſt, cum inſcriptione Sinica, qua Thronus, ſeu Sedes Spiritus, vel Animæ N. ſignificetur; imo nec cum alia, qua Sedes, ſeu Thronus, adeoque idem, ac priori, licet magis contracta inſcriptione, deſignari videatur. Quo vero ad tabellas ſolo Defuncti nomine inſcriptas, tolerari poſſe illarum uſum, dummodo in eis conficiendis omittantur omnia, quæ ſuperſtitionem redolent, & ſecluſo ſcandalo, hoc eſt, dummodo qui Chriſtiani non ſunt, arbitrari non poſſint tabellas hujuſmodi a Chriſtianis retinere ea mente, qua ipſi illas retinent, necnon adjecta inſuper declaratione ad latus ipſarum tabellarum apponenda, qua, & quæ ſit Chriſtianorum de Defunctis fides, & qualis Filiorum, ac Nepotum in Primogenitores pietas eſſe debeat, enuncietur.

Permittuntur, quæ mere civilia ſunt.

Per præmiſſa nihilominus non vetari, quominus erga Defunctos peragi poſſint alia, ſi quæ ſint, ab iis Gentibus, peragi conſueta, quæ vere ſuperſtitioſa non ſint, nec ſuperſtitionis ſpeciem præſeferant; ſed intra limites civilium, & politicorum Rituum contineantur. Porro quænam hæc ſint, & quibus adhibitis cautelis tolerari valeant, tum pro tempore exiſtentis Commiſſarii, & Viſitatoris Generalis Apoſtolici, ſeu ejus vices exercentis in Imperio Sinarum, tum Epiſcoporum, & Vicariorum Apoſtolicorum illarum partium judicio relinquendum eſſe; qui tamen interea omni, quo poterunt, ſtudio, ac diligentia curare debebunt, Gentium cæremoniis penitus ſublatis, illi ſenſim a Chriſtianis, & pro Chriſtianis hac in re uſu recipiantur Ritus, quos Catholica Eccleſia pro Defunctis pie præſcripſit.

Relata reſponſa cum Decreto Card:

§.3. Poſt hæc vero labente fere ſexennio, nempe die XXV. Septembris MDCCX., auditis ite-

Digitized by Google

Viſitatoris de Tournon con firmata fuere.

iterum dictorum Cardinalium, qui rem mature, ac diligentiſſime diſcuſſerunt, ſuffragiis, eadem Reſponſa, necnon Mandatum, ſeu Decretum, quod illis expreſſe inhærendo a piæ recordationis Carolo Thoma, dum vixit, ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali de Tournon nuncupato, tunc Patriarcha Antiocheno, Commiſſario, & Viſitatore Apoſtol. Generali in præfato Imperio Sinarum die XXV. Januarii MDCCVII. editum fuit, ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectabat, inconcuſſe, & inviolabiliter ſub cenſuris, & pœnis in Mandato, ſeu Decreto hujuſmodi expreſſis obſervanda eſſe decrevimus, & declaravimus, quovis contrafaciendi quæſito colore, ſeu prætextu penitus ſublato, ac potiſſimum non obſtante quacumque appellatione a quibuſvis perſonis ad Nos, & Sedem Apoſtolicam interpoſita, quam propterea prorſus rejiciendam eſſe ſimiliter decrevimus, ac re ipſa rejecimus, prout in Decreto hac de re edito fuſius continetur.

Cauſa ex permiſſis jam abſoluta fuerat ſed Reſponſorum executio retardata fuit ſiniſtra interpretatione, pluribuſque prætextibus.

§.4. Hæc omnia plene, & abunde ſufficere debuiſſent, ut ea, quæ inimicus homo ſuperſeminaverat zizania ex agro illo radicitus evellerentur, Fideleſque omnes noſtris, & hujus Sanctæ Sedis mandatis ea, qua par erat, humilitate, & obedientia obſequerentur: præſertim cum in calce Reſponſorum prædictorum a Nobis, ſicut præmittitur, confirmatorum, & approbatorum cauſam jam finitam eſſe apertis, & perſpicuis verbis pronunciatum fuerit. Verum cum, ſicuti ex eiſdem partibus, non ſine intimo animi noſtri dolore, ad noſtri pervenit Apoſtolatus auditum, tam cuique a Nobis præſcripta Reſponſorum hujuſmodi executio male a pleriſque ſive vano, falſoque obtentu, quod illa a Nobis ſuſpenſa fuerint, vel minus legitime promulgata, ſive conditionum, ut perperam aſſeritur, in eis inſitarum, & ante executionem ipſam verificandarum, factorumque, ſuper quibus ipſa emanarunt, non juſtificatorum ratione, ſive ulteriorum a Nobis ea in re edendarum declarationum colore, ſive gravium, quæ tam Miſſionariis, quam Miſſioni ipſi ex demandata executione obvenire poſſent, periculorum formidine, ſive demum Decreti dudum, nempe die XXIII. Martii MDCLVI. ſuper ejuſmodi Ritibus, ſeu Cæremoniis Sinicis a præfata Congregatione Cardinalium editi, ac a rec. mem. Alexandro PP. VII., etiam Prædeceſſore noſtro approbati prætextu, non ſine gravi Pontificiæ noſtræ auctoritatis injuria, Chriſtifidelium ſcandalo, ac ſalutis animarum detrimento, ſatis diu, multumque eludatur, aut ſaltem nimium retardetur.

Mandatum de obſervantia Reſponſorum ſub certis pœnis.

§.5. Hinc eſt, quod Nos, ex commiſſæ Nobis divinitus Apoſtolicæ ſervitutis munere, difficultates, tergiverſationes, ſubterfugia, & prætextus hujuſmodi penitus, & omnino e medio tollere, ac rejicere, necnon Chriſtifidelium quieti, animarumque ſaluti, quantum Nobis ex alto conceditur, proſpicere cupientes: de eorumdem Cardinalium conſilio, ac etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnibus, & ſingulis Archiepiſcopis, & Epiſcopis in ſupradicto Sinarum Imperio, aliiſque ei conterminis, ſive adjacentibus Regnis, ac Provinciis nunc, & pro tempore quandocumque exiſtentibus ſub ſuſpenſionis ab exercitio Pontificalium, & interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, eorum vero Officialibus, ac Vicariis in ſpiritualibus Generalibus, aliiſque illorum locorum Ordinariis, ac etiam Vicariis Apoſtolicis, qui Epiſcopi non ſint, eorumve Provicariis, necnon Miſſionariis tam Sæcularibus, quam cujuſvis Ordinis, Congregationis, Inſtituti, & Societatis, etiam Jeſu, Regularibus ſub excommunicationis latæ ſententiæ, a qua nemo a quoquam, præterquam a Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente, niſi in mortis articulo conſtitutus, abſolvi poſſit, & quoad Regulares etiam privationis vocis activæ, & paſſivæ pœnis per Contrafacientes ipſo facto abſque alia declaratione incurrendis, tenore præſentium præcipimus, ac in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus, ut Reſponſa præinſerta, omniaque, & ſingula in eis contenta exacte, integre, abſolute, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervent, ac ab eis, quorum cura ad illos ſpectat, ſimiliter obſervari, quantum in ipſis eſt, curent, & faciant. Neque illis ſive ullo ex ſuperius expreſſis, ſive alio quovis titulo, cauſa, occaſione, colore, vel prætextu contravenire quoquo modo audeant, vel præſumant,

Miſſionarii præſtent juramentum ſuper dicta obſervantia. Nec ante ipſum Miſſiones ineant.

§.6. Præterea motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus, harum ſerie ſtatuimus, & ſub eiſdem excommunicationis reſervatæ, ac privationis vocis activæ, & paſſivæ pœnis ordinamus, ut omnes, & ſinguli Eccleſiaſtici tam Sæculares, quam prædictorum Ordinum, Congregationum, Inſtitutorum, & Societatum etiam Jeſu, Regulares, ad Sinas, aliave præfata Regna, & Provincias, ſive ab hac Sancta Sede, ſive etiam ab eorum Superioribus miſſi, & quandocumque in poſterum mittendi, cujuſvis tandem tituli, aut facultatis vigore illic exiſtant, vel in futurum extiterint: miſſi ſcilicet, ſtatim ac præſentes literæ eis innotuerint, mittendi vero, antequam ibidem aliquod Miſſionarii munus exercere incipiant, juramentum de fideliter, integre, ac inviolabiliter obſervando ejuſmodi Præcepto, ac Mandato noſtro juxta formulam in præſentium literarum calce annotandam, in manibus Commiſſarii, & Viſitatoris Apoſtolici in præfato Imperio Sinarum pro tempore exiſtentis, vel alterius ab illo deputati, ſive eo deficiente, in manibus Epiſcoporum, vel Vicariorum Apoſtolicorum dictarum partium, in quorum reſpective juriſdictione commorantur, vel commorabuntur, aut aliorum ab eis deputatorum: Regulares vero in manibus inſuper Superiorum ſuæ Religionis, vel ab illis deputatorum in eiſdem partibus exiſtentium, præſtare omnino debeant, ac teneantur, itaut ante præſtationem juramenti hujuſmodi, & ſubſcriptione ſub eadem formula ab unoquoque, qui juramentum ipſum præſtiterit, propria manu faciendam, nullum Miſſionarii munus continuare, aut exercere, imo nec tanquam deputati ab Epiſcopis, ſeu Ordinariis locorum, aut tanquam ſimplices ſuæ Religionis Presbyteri, ſive alio quovis titulo, cauſa, ſeu privilegio, de quibus expreſſa, ſpecialis, & ſpecialiſſima eſſet facienda mentio, Chriſtifidelium confeſſiones audire, concionari, aut Sacramenta quomodolibet adminiſtrare ullo modo valeant, nulliuſque omnino facultatibus, ſive ſibi ſpeciatim, ſive ſuis reſpective Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, & Societatibus, etiam Jeſu, hujuſmodi generaliter a Sede præfata conceſ-

ſis uti poſſint, ſed quoad eos, præter, & ultra ſuperius espreſſas pœnas, omnes, & ſingulæ facultates prædictæ omnino ceſſent, nulliuſque roboris ſint, & eſſe cenſeantur.

Prædicta juramenta tranſmitti debent ad Sac. Congregationem Sanctiſſimæ Inquiſitionis.

§.7. Omnia autem juramenta hujuſmodi per quoſcumque Miſſionarios tam Sæculares, quam Regulares in memoratorum ſive Commiſſarii, & Viſitatoris Apoſtolici pro tempore exiſtentis, ſive Epiſcoporum, aut Vicariorum Apoſtolicorum manibus, ſicut præmittitur, præſtanda, poſt quam ſubſcriptione munita fuerint, vel ſaltem authentica illorum exempla per eoſdem Commiſſarium, & Viſitatorem Apoſtolicum pro tempore exiſtentem, Epiſcopos, & Vicarios Apoſtolicos ad præfatam Congregationem Cardinalium, quantocitius fieri poterit, tranſmittantur. Superiores vero Regulares, cujuſvis Ordinis, Congregationis, Inſtituti, & Societatis, etiam Jeſu, illic nunc, & pro tempore exiſtentes ſub eiſdem pœnis teneantur non ſolum idem juramentum in præfatorum, ſive Commiſſarii, & Viſitatoris Apoſtolici pro tempore exiſtentis, ſive Epiſcoporum, aut Vicariorum Apoſtolicorum manibus, juxta modum præſcriptum, præſtare, ejuſque formulæ ſubſcribere, ſed etiam illius præſtationem a ſuis reſpective Subditis exigere, ac authentica ea ſuper re documenta quamprimum tranſmittere ad ſuos reſpective Superiores Generales, qui illa memoratæ Congregationis Cardinalium ſtatim tradere debebunt.

Clauſulæ ampliſſimæ.

§.8. Decernentes eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod prædicti, & alii quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis exiſtant, ſeu alias ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, cauſæque, propter quas præſentes emanarint, ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſu, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe; ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ac quibuſcumque juris, ſeu facti defectibus, qui adverſus illas, etiam quorumvis a Sede præfata conceſſorum privilegiorum prætextu, ad effectum impediendi, ſeu retardandi earum executionem, quovis modo, ſeu ex quavis cauſa opponi, ſeu objici poſſent, minime refragantibus, ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere; Eaſque propterea, omnibus, & ſingulis quomodolibet allatis, ſeu afferendis impedimentis penitus, & omnino rejectis, ac nequaquam attentis, ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari: Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & præfatæ Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.9. Non obſtantibus præmiſſis, & quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo, aliiſq; Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus; Necnon quorumcumque Ordinum, Congregationum, Inſtitutorum, & Societatum, etiam Jeſu, ac quarumvis Eccleſiarum, & aliis quibuslibet, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac præſcriptionibus quantumcumque longiſſimis, & immemorabilibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis, Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, & Societatibus, etiam Jeſu, ac Eccleſiis prædictis, aliiſve quibuslibet perſonis, etiam quantumvis ſublimibus, & ſpecialiſſima mentione dignis, a Sede prædicta ex quacumque cauſa, etiam per viam contractus, & remunerationis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ſeu ad quarumcumque perſonarum, etiam Imperiali, Regali, aliave qualibet mundana, vel Eccleſiaſtica dignitate fulgentium inſtantiam, aut earum contemplatione, ſeu alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, factis, ac pluries iteratis, ac quantiſcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Formula juramenti præſtandi, ut ſupra.

§.10. Formula autem juramenti, ſicut præmittitur, præſtandi eſt, quæ ſequitur, videlicet: *Ego N. Miſſionarius ad Sinas, vel ad Regnum N. vel ad Provinciam N. a Sede Apoſtolica, vel a Superioribus meis juxta facultates eis a Sede Apoſtoli-*

ſtolica conceſſas miſſus, vel deſtinatus, Præcepto, ac Mandato Apoſtolico ſuper Ritibus, & Cæremoniis Sinenſibus in Conſtitutione Sanctiſſimi Domini Noſtri Domini Clementis divina providentia Papæ XI. hac de re edita, qua præſentis juramenti formula præſcripta eſt, contento, ac mihi per integrum ejuſdem Conſtitutionis lecturam optime noto, plene, ac fideliter parebo, illudque exacte, abſolute, ac inviolabiliter obſervabo, & abſque ulla tergiverſatione adimplebo, ſi autem (quod Deus avertat) quoquo modo contravenerim, toties, quoties id evenerit, pœnis per prædictam Conſtitutionem impoſitis me ſubjectum agnoſco, & declaro. Ita tactis Sacroſanctis Evangeliis promitto, voveo, & juro. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Ego N. manu propria.

§. 11. Cæterum volumus, & expreſſe mandamus, ut eædem præſentes Literæ, ſeu earum exempla, etiam impreſſa, notificentur, & intimentur omnibus, & ſingolis memoratorum Ordinum, Congregationum, Inſtitutorum, & Societatum, etiam Jeſu, Superioribus Generalibus, & Procuratoribus Generalibus, ad hoc, ut tam ſuo, quam prædictorum eis reſpective Subditorum, ſeu inferiorum nomine, ipſas literas fideliter exequi, & obſervare ſpondeant, actumque ſponſionis hujuſmodi in ſcriptis reddant: earum vero exempla prædicta pluribus viis, quanto citius fieri poterit, tranſmittant ad eoſdem ſuos Subditos, ſeu Inferiores in Sinis, aliiſque Regnis, & Provinciis ſupradictis degentes, cum arctiſſimis præceptis eaſdem literas, & in eis contenta quæcumque plenario, & integre, ac vere, realiter, & cum effectu in omnibus, & per omnia ſimiliter exequendi, & obſervandi. Quia vero difficile foret literas hujuſmodi originales ubique oſtendi, & publicari, volumus pariter, & decernimus illarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud, ubique locorum haberi, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIX. Martii MDCCXV. Pontificatus noſtri Anno Decimoquinto.

---

*

CCXVIII.

Dat. 30. Maji 1715. An. 15. Indicitur Jubilæum univerſale contra Turcas.

Idem Jubilæum indictum fuit ab Inn: XI. Conſt: ed: 1683, Aug: 11, P. 7. Item ob hoc Pontifice pro pace inter Principes Chriſtianos Conſt: ed: 1706, Dec: 2, P. 7. Et ab Inn: XIII Conſt: ed: 1721, Maji 27, P. 2 indicitur Jubilæum initio ſui Pontificatus.

CLEMENS PAPA XI.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes Literas inſpecturis ſalutem, & Apoſtol. benedictionem.

Exordium a narratione piorum operum jam peractorum, & neceſſitate aliorum peragendorū adverſus bellicum apparatum, & minas Turcarum.

UBi primum non ſine graviſſimo animi noſtri dolore accepimus nefarium Turcas Tyrannum tot, ac tantarum ante aliquot annos, cum immortali Chriſtiani nominis gloria, acceptarum cladium bene memorem, ac de iis vindictam ſumere ſerio cogitantem, collectis tot Provinciarum, ac Regnorum, quæ tyrannide ſua opprimit, viribus, efferatiori, quam umquam rabie, bellum inſtaurare velle, maximiſque tam maritimis, quam terreſtribus copiis Chriſtianorum fines formidabili ſua potentia irrumpere decreviſſe: Nos imminentibus fideli populo periculis paterna charitate vehementer commoti, primum quidem privatis noſtris Sacrificiis ad Deum toto corde clamare non ceſſavimus, ut effunderet iram ſuam in gentes, quæ illum non noverunt, & in Regna, quæ nomen ejus non invocaverunt: verba illa Joſaphat Regis, cum ab Ammonitis, & Moabitis impeteretur, humiliter uſurpantes: *Domine Deus Patrum Noſtrorum, tu es Deus in Cælo, & dominaris cunctis Regnis gentium: in manu tua eſt fortitudo, & potentia, nec quiſquam tibi poteſt reſiſtere. In Nobis quidem non eſt tanta fortitudo, ut poſſimus huic multitudini reſiſtere, quæ irruit ſuper Nos. Sed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, ut oculos noſtros dirigamus ad te.* Indictis deinde publicis precibus Chriſtifideles non ſolum in Alma Urbe noſtra, ſed etiam in univerſa Italia, eique adjacentibus Inſulis degentes ad iram Dei, quæ peccatis hominum aſſidue laceſſitur, per ſalutaris pœnitentiæ lamenta, jejunia, eleemoſynas, ſinceraſque obſecrationes placandam excitare ſtuduimus. Id ipſum nunc demum a toto Chriſtiano populo faciendum eſſe arbitramur, ut concordi charitatis fervore accedant omnes cum fiducia ad thronum gratiæ, ſciſſiſque per veram pœnitentiam cordibus, ac auctis per jejuniorum labores, & eleemoſynarum largitiones viribus orationis, Divinam opem in his urgentiſſimis Eccleſiæ neceſſitatibus unanimiter implorare connitantur. Potens eſt enim oratio Eccleſiæ ſupplicantis ad Dominum, qui pius eſt, ac miſericors, & propitiatur invocantibus eum in veritate. Opportuno igitur recurrente tempore, quo Divinus Spiritus repentino ſonitu ſuper Apoſtolos venit, menteſque carnalium in ſui amorem permutavit, & foris apparentibus linguis igneis, facta ſunt intus corda flammantia, Patrem miſericordiarum, & Deum totius conſolationis ſuppliciter invocemus, ut Fideles ſuos, ac præſertim Catholicos Principes, veræ charitatis indiſſolubili nexu firmiter vinciat, induatque illos fortitudine, quæ de Cælo eſt; unde hoſtes Chriſtiani nominis, qui in multitudine contumaci, & ſuperbia venientes, Regna, Provincias, & Principatus evertere, cladibuſque involvere meditantur, protegente Domino, in cujus manu eſt ſalvare in multis, & in paucis, diſſipentur, & diſperdantur, atque a Chriſtianorum cervicibus longe repellantur.

Ex Pſal. 78. v. 6.

2. Paralipom. c. 20. v. 6. & 12.

§. 1. Hæc autem, ut fructuoſius, ac promptius ab omnibus peragantur, ex priſco Romanæ Eccleſiæ omnium Matris, & Magiſtræ more, cæleſtium munerum theſauros, quorum diſpenſationem fidei noſtræ commiſit Divina dignatio, aperire, & liberali manu erogare decrevimus. Itaque de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, ex illa ligandi, atque ſolvendi poteſtate, quam Nobis Dominus, licet indignis contulit, univerſis, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus in præfata Urbe degentibus, qui ſolem-

Indictio Jubilæi feria 2. Pentecoſtes.

ſolemni Proceſſioni, quam feria ſecunda proximi Feſti Pentecoſtes a Baſilica Principis Apoſtolorum ad Eccleſiam Sancti Spiritus in Saxia de eadem Urbe una cum Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, quos in Romana Curia adeſſe contigerit, ac Chriſtianorum Regum, & Principum Oratoribus apud Nos exiſtentibus, Prælatis quoque, & Officialibus ejuſdem Curiæ, univerſoque Clero, & Populo, benedicente Domino, de more agemus, devote interfuerint, vel Sancti Joannis in Laterano, ejuſdem Principis Apoſtolorum, & Sanctæ Mariæ Majoris dictæ Urbis Eccleſias, ſeu Baſilicas, vel earum aliquam intra ſpatium duarum proximarum hebdomadarum a Dominica infra currentem Octavam Aſcenſionis inchoandarum, ſaltem ſemel devote viſitaverint, (*reliqua vide*)

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXXI. Maji MDCCXV. Pontificatus noſtri Anno Decimoquinto.

CCXIX.

* Dat. 8. Junii 1715. An. 15.

Declaratur nulla appellatio, & Proteſtatio Procuratoris Fiſcalis in Regno Siciliæ adverſus binas Conſtitutiones Apoſtolicas, cum pœnis in contravenientes.

Laudatæ Conſtitutiones editæ fuere 1715, Febr: 20, P. 15, quarum una aboletur Monarchia Sicula, & altera præſcribitur modus pro Foro Eccleſiaſtico. Conſtit: ed: 1717, Oct: 20, P. 17 declaratur nullum edictum Sæcularis Poteſtatis in Sabaudia Dominio S. Sedis præjudiciale.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

* Hujuſmodi Appellatio edita fuit poſt abolitionem Monarchiæ Siciliæ, & deſtinationẽ Judicij pro cauſis Eccleſiaſticis.

INnotuit Nobis nuper, quod ſtatim ac ad Siciliæ Regnum deferri contigit quaſdam Noſtras decimo Kalendas Martii proxime præteriti ſub plumbo expeditas Literas, quibus, ob graviſſimas in eis expreſſas rationes, prætenſam Apoſtolicam ejuſdem Regni Legationem, ac Monarchiam nuncupatam, ejuſque aſſertum Tribunal, una cum illius Judicis, Notariorum, Scribarum, Miniſtrorum, aliorumque Officialium quorumlibet dignitatibus, officiis, & miniſteriis quibuſcumque, omnique eorum titulo, eſſentia, & denominatione perpetuo extinximus, ſuppreſſimus, & abolevimus: ſimulque etiam vulgatæ ibidem fuerunt aliæ Noſtræ in ſimili forma Brevis Literæ ad Venerabiles Fratres Archiepiſcopos, & Epiſcopos, necnon dilectos Filios tam Sæcularem, quam Regularem Clerum, reliquoſque omnes Chriſtifideles Regni præfati ea ipſa die, videlicet XX. Februarii nuper elapſi directæ, quibus pro Noſtra erga illos populos charitate, certum præſcripſimus modum, quo Cauſæ dicti Regni ad Forum Eccleſiaſticum pertinentes de cætero, etiam abolito Monarchiæ ſupradictæ Tribunali, cognoſci, & definiri poſſent, ac deberent in ipſomet Regno, donec alia ratione a Nobis, a Sede Apoſtolica indemnitati, ac commodis Nationis Siculæ uberius conſuleretur, ac alias, prout in ambabus Noſtris Literis prædictis plenius continetur; Sæcularis Poteſtatis in illo Regno Adminiſtri, in omnem ſibi datam occaſionem lædendi Noſtram, & ejuſdem Sedis auctoritatem ſemper intenti, dictarumque Noſtrarum Literarum vim, & efficaciam, quantum in ipſis eſt, tametſi irrito conatu, eludere, ac evertere ſatagentes: nulla interpoſita mora, ſub nomine Procuratoris Fiſcalis ejuſdem Regni in Civitate Panormitan. edere, ibique, & forſan etiam in aliis ipſius Regni locis pervulgare præſumpſerunt ſuper præmiſſis Actum quemdam appellationis, & proteſtationis typis impreſſum tenoris, qui ſequitur, videlicet:

Appellatio, & proteſtatio, e qua repetitur cauſa pro revocatione prædd. Conſtitutionum, quarum executio ſuſpenditur.

Atto di Appellazione, e Proteſta del Regio Procurator Fiſcale del Regno di Sicilia. Il Regio Procurator del Regno di Sicilia, cui ſpetta invigilare per la difeſa delli Privilegj, Regalie, Dritti, e Conſuetudini antiquate del Re, e del Regno, avendo avuta notizia, che nell' Alma Città di Roma ſotto li 20. Febbraja del corrente Anno 1715. ſi publicò una Bolla del Sommo Pontefice Clemente XI. concernente l' Abolizione della Legazia della Monarchia di queſto Regno con termine di due meſi, ed un Breve, che dona il ſiſtema delle Cauſe Eccleſiaſtiche di eſſa Legazia, e conſiderando, che dette aſſerte Bolla, e Breve furono emanati ſenza citazione, ed audienza, ed in oltre che ſono orrettizj, e ſurrettizj, e vengono a levare al Re, ed al Regno una prerogativa, e giuridizione poſſeduta, ed eſſercitata per tempo immemorabile di tanti Secoli paſſata in legitima conſuetudine, ed approvata non ſolo con la fama di antichiſſimo Privilegio, ma anche confirmata colla Bolla del Pontefice Urbano Secondo, e colli concordati così dal Pontefice Adriano Quarto, come nel tempo del Santo Pontefice Pio Quinto, e con più atti ſuſſecuti sì eſpreſſi, che taciti, dalli Pontefici Succeſſori ſino al regnante Pontefice Clemente XI. nel 1705. ratificati, ed oſſervati per lo ſpazio di ſei Secoli, e non mai vulnerati, per eſſere ſtati conceſſi per cauſa onerosa (paſſata in forza di contretto) alla glorioſa memoria di quel Grande Eroe il Conte Rogiero Nortmanne conquiſtatore di queſto Regno di Sicilia da potere dell' Infedeli, e Fondatore di tante belle Baſiliche, Veſcovati, ed Abbazie, con averle dotate della terza parte di eſſo; e che con tale oſſervanza, e poſſeſſione ſi è ſempre continuato, ſendo li ſuoi Popoli già connaturalizati a queſta forma di vivere, in maniera che con detti aſſerti Bolle, e Breve vengono ad inferirſi graviſſimi pregiudizj alla Real Corona, ed a' Regnicoli, e perche la detta Bolla di Abolizione, ed in conſequenza detto aſſerto Breve, come orrettizj, e ſurrettizj, contengono in ſe ingiuſtizia, privandoſi il privilegiato delle riferite prerogative, e giuriſdizione godute per lo corſo di tanti Secoli, motivo per il quale crede eſſo Regio Procurator Fiſcale, che la mente del Sommo Pontefice non ſii ſtata bene informata, e che ſe foſte ſtata, non averebbe devenuta ad una tale riſoluzione coll' abolizione di un dritto, e conſuetudine immemorabile comprovata colli cennati Privilegj, e concordati già inviſcerati ne i Regnicoli. Per tanto eſſo Regio Procurator Fiſcale, come quello, a cui carico corre invigilare alla difeſa delle Regalie, Dritti, Conſuetudini, e Privilegj della Corona, e del Regno, ed al rifleſſo, che variandoſi il coſtume antiquato diſturbarebbe la publica quiete, e produrrebbe molti ſconcerti, ha giudicato in vigor del preſente Atto con tutti li riſpetti dovuti alla Santa Sede, ed al Sommo Pontefice (di cui li Popoli di que-

ſto

ſto fideliſſimo Regno ſono ubbidientiſſimi figli) fare la preſente ſupplica, ed appellazione dal Sommo Pontefice male informato, allo ſteſſo Sommo Pontefice meglio informando, ſeu alla Santa Sede Apoſtolica, ſeu a chi, ed i quali ſi poſſono fare li legitimi ricorſi, ed appellazione, ſecondo la diſpoſizione delli ſacri Canoni per la revocazione delli riferiti due aſſerti Bolla, e Breve per riceverne la giuſtizia, E perche ſecondo la diſpoſizione delle Leggi pendente l'appellazione non ſi deve innovar coſa alcuna; Perciò ſtante la preſente ſupplica, ed appellazione s'intenda ipſo jure ſoſpeſa la eſecuzione di detti aſſerti Bolla, e Breve; proteſtandoſi eſſo Regio Procurator Fiſcale nel caſo contrario di tutte le coſe lecite, e permeſſe a proteſtarſi ſecondo la diſpoſizione del dritto Naturale, Canonico, e Civile: Implorans &c. Salvo Jure &c. Cum poteſtate &c. Onde per futura teſtimonianza, e per paſſare alla notizia di tutti li Prelati Secolari, e Regolari, ed altri Eccleſiaſtici, e Popoli di queſto Regno, e d'ogn'altro, dove tocca, ſiè fatto il preſente Atto. In Palermo oggi li 20. Marzo 1715. die vigeſimo Martii 1715. Fuit, & eſt redactus in Actis Magnæ Curiæ præſens Actus Supplicationis, & Appellationis, & Proteſtationis: D. Salvator Biſſo pro Mag. Not.

Cauſæ præſentis declarationis.

§.1. Licet autem minime dubitemus, quin abſque ullius novæ noſtræ declarationis ope, ſatis omnibus perſpectum, exploratumque futurum ſit, quantum præinſertus appellationis, & proteſtationis Actus, ſolo ejus tenore perpenſo, Sacrorum Canonum, & Apoſtolicarum Conſtitutionum diſpoſitioni adverſetur: ideoque quam abſonus, quam irregularis, quam ſcandaloſus, ac prorſus inanis, & nullus, nulliuſque roboris, & efficaciæ exiſtat: attentiſque inſuper tot derogatoriis, aliiſque ampliſſimis, & efficaciſſimis clauſulis, ac decretis, quæ in præfatis Noſtris Literis leguntur, manifeſto contemnendus, ac nihili faciendus ſit; Nihilominus, ne intolerandam per eumdem Actum Nobis, & huic Sanctæ Sedi illatam injuriam ſilentio præterire, ac quodammodo diſſimulare videamur, ex injuncto Nobis divinitus Apoſtolicæ ſervitutis munere, memoratæ Sæcularis Poteſtatis Siculæ, abrogatæque Monarchiæ Miniſtris omnem, & quamcumque ſub obtentu præinſerti Actus in injuſto abolitæ juriſdictionis exercitio continuandi anſam, ſeu prætextum omnino tollere; illoſque, ſi qui ſint, qui ob appellationem, ac proteſtationem hujuſmodi præfatarum Noſtrarum Literarum effectum, vel ſuſpenſum fuiſſe, vel ſaltem ſuſpendendum eſſe falſo crederent, ab ejuſmodi errore penitus eripere, ac removere volentes; nec iis tantum, quæ hactenus geſta ſunt, congruum adhibere remedium, verum etiam aliis, quæ eodem damnabili conſilio tam a prædicto Procuratore Fiſcali, quam ab aliis, ſive ejuſdem Sæcularis Poteſtatis Siculæ, ſive etiam eſtinctæ Monarchiæ Officialibus, & Miniſtris quibuſcumque deinceps attentari poſſent, quantum Nobis ex Alto conceditur, tempeſtive occurrere cupientes: omniumque idcirco, & ſingulorum, quæ in præmiſſis, vel circa ea tam ab iis, qui præinſertum appellationis, & proteſtationis Actum ediderunt, & pervulgarunt, quam ab aliis quibuſcumque, ſive in ſequelam ejuſdem Actus, ſive alias ad eundem finem impediendi, ſeu ſuſpendendi executionem prædictarum Noſtrarum Literarum quovis modo decreta, juſſa, ordinata, & geſta fuerunt, ſeriem, cauſas, & circumſtantias; necnon quorumcumque Judicum, Miniſtrorum, etiam principalium, ſeu ſupremorum, Officialium, Notariorum, Scribarum, & Perſonarum quarumlibet in eiſdem præmiſſis culpabilium qualitates, dignitates, nomina, & cognomina, aliave quæcumque, etiam ſpecificam, & individuam mentionem, & expreſſionem requirentia, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ſingillatim ſpecificatis habentes: Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine, Actum præinſertum, ac quæcumque in eo contenta, aliaque omnia, & ſingula ſive in illorum ſequelam, ſive eodem conſilio tam a memorato Procuratore Fiſcali, quam ab aliis quibuſcumque Judicibus, Miniſtris, Officialibus, & Perſonis dicti Regni, etiam ſpeciali, ac individua mentione dignis quovis modo forſan acta, geſta, & ordinata, cum omnibus, & ſingulis inde ſecutis, & quandocumque ſecuturis penitus, & omnino nulla, irrita, invalida, injuſta, reprobata, damnata, inania, temeraria, nulliuſque omnino roboris, & momenti, vel efficaciæ eſſe, & ab initio fuiſſe, ac perpetuo fore, neque illa ullum ſtatum facere, vel feciſſe, ſed perinde ac ſi nunquam emanaſſent, nec facta fuiſſent, pro non extantibus, & non factis perpetuo itidem haberi debere, tenore præſentium declaramus. Et nihilominus ad majorem, & abundantiorem cautelam, & quatenus opus ſit, illa omnia, & ſingula, ac ſi quæ inſuper a prædictis, ſeu aliis præmiſſorum occaſione, ſive ad eumdem finem quoquomodo impediendi, ſeu ſuſpendendi executionem Literarum Noſtrarum prædictarum quandocumque, & quomodocumque (quod Deus avertat) de cætero ſimiliter agi, geri, & ordinari contigerit, harum ſerie rejicimus, damnamus, reprobamus, revocamus, caſſamus, irritamus, annullamus, abolemus, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuamus, ac pro rejectis, damnatis, reprobatis, revocatis, caſſatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribuſque, & effectu penitus, ac omnino vacuis ſemper haberi volumus, & mandamus. Sciant propterea Archiepiſcopi, & Epiſcopi ſupradicti, nec non uterque Clerus tam Sæcularis, quam Regularis, ac reliqui omnes Chriſtifideles ejuſdem Regni, memorato appellationis, & proteſtationis Actu, ſive alio quovis Edicto, Decreto, Mandato, ſeu Præcepto, quod ſive a Sæculari Poteſtate dicti Regni, ſive ab illius, aut etiam abrogatæ Monarchiæ Miniſtris quibuslibet hactenus hac in re promulgatum eſſet, vel in poſterum promulgari contingeret, non obſtante, ſeſe teneri, ac obligatos eſſe Literis Noſtris ſupradictis abſque ulla mora, retardatione, vel ſuſpenſione etiam minima, veram, integram, & omnimodam obedientiam præſtare, atque exhibere, & ſi ſecus fecerint, omnes, & ſingulas pœnas in illis adverſus Contrafacientes præfinitas ſeſe noverint eo ipſo incurſuros.

Declaratio nullitatis prædict. appellationis, cum ejuſdem damnatione, & pœnis in præfatis Conſtitutionibus pœnæ declaratis.

Cenſura in auctores, ac participes d. appellationis Rom. Pontifici reſervatæ.

§.2. Præterea cum explorati juris ſit non tam illos, qui præinſertum Actum ediderunt, ac promulgarunt, ſeu ei ſe ſubſcripſerunt, quam alios omnes, & ſingulos, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis, quantumcumque excelſæ, ac ſublimis fuerint, qui ſive editionem, & divulgationem ejuſdem Actus, ſive alia eodem conſilio, ſicut præmittitur,

Digitized by Google

tur, quovis modo geſta mandarunt, ac ordinarunt, ſeu illis conſilium, auxilium, favorem, vel quamvis aliam damnabilem operam præſtiterunt, aut in eorum ſequelam, & executionem ſimiliter geſta approbarunt, & rata habuerunt, ſeu alias in eis quomodolibet culpabiles fuerunt, non ſolum ſupradictas, ſed etiam alias omnes cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas contra ſimilia perpetrantes a Sac. Canonibus, Generalium Conciliorum Decretis, & Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac præſertim Literis die Cœnæ Domini ſingulis annis legi, & promulgari conſuetis inflictas eo ipſo incurriſſe, illaſque inſuper etiam incurſuros eſſe eos omnes, qui ſimilia ad eumdem finem quoquomodo impediendi, ſeu ſuſpendendi executionem earumdem Noſtrarum Literarum de cætero peregerint, ut præfertur. Noverint idcirco illi omnes, etiam ſpecialiſſima mentione digni, a cenſuris, & pœnis hujuſmodi, poſt debitam, & condignam Eccleſiæ realiter, & cum effectu præſtitam ſatisfactionem, nonniſi a Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente (præterquam in mortis articulo, & tunc cum reincidentia in eaſdem cenſuras, & pœnas eo ipſo, quo convaluerint) abſolvi, & liberari poſſe, prout earumdem tenore præſentium decernimus, & ſimiliter declaramus.

Clauſulæ. §. 3. Decernentes pariter eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari: ſicque de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet, etiam quantumvis formali, ac individuam expreſſionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, redargui, in controverſiam vocari, ſeu ad terminos juris reduci, aut adverſus illas reſtitutionis in integrum, aperitionis oris, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel intentari, ſeu impetrato, aut etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus conceſſo, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo unquam poſſe; ſicque & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & præfatæ Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obſtantibus præmiſſis, necnon omnibus, & ſingulis illis, quæ in binis Noſtris Literis ſupradictis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Cum autem præſentes Literæ in memorato Regno Siciliæ nequeant tute publicari, ut hactenus experientia compertum eſt, ac Nobis per legitimas probationes ſatis, ſuperque conſtat, prout harum ſerie declaramus:

§. 5. Volumus illas, ſeu earum exempla, ut ad omnium notitiam deveniant, ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, ac in acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt, affigi, & publicari; ſicque publicatas, & affixas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent: Utque ipſarum præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die VIII. Junii MDCCXV. Pontificatus noſtri Anno Decimoquinto.

CCXX

Confirmantur Conſtitutiones Inſtituti, & Academiæ Scientiarum in Urbe Bononien. cum conceſſione privilegiorum, & nonnullis Ordinationibus.

Dat. 12. Junii 1715. An. 15.

Conſt: ed: 1711, Oct. 8, P. 11 confirmata fuere Statuta Academiæ Pictorum, Sculptorum, & Architectorum in d. Urbe. Et Conſtitut: edit. 1718. Apr. 23, P. 18 confirmantur Conſtitutiones Academiæ Theologicæ Romanæ Urbis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpet. rei memoriam.

Exordium a ſtudio promovendo laudabilium diſciplinarũ, & bonarum artium.

SUperni diſpoſitione conſilii, quo cæleſtia pariter, ac terrena omnia providentiſſime gubernantur, in ſublimi Apoſtolicæ dignitatis faſtigio meritis licet imparibus, collocati, inter multiplices Paſtoralis vigilantiæ noſtræ curas, excitandis ubilibet, ac promovendis laudabilium diſciplinarum, bonarumque artium ſtudiis libenter intendimus, per quæ depulſa ignorantiæ caligine, mortalium mentes luce veritatis illuſtrantur, populorum bonum augetur, juventutis ingenia ob otii torpedine, vitiorumque illecebris avocantur, ac ingenuis, & Reipublicæ utilibus ſcientiis exculta, ad eam honoris amplitudinem aliquando perveniunt, ut non ſibi tantum, ſed ſuo etiam natali ſolo præclaram, nulloque annorum decurſu abolendam nominis famam, atque celebritatem concilient: peculiarem tamen Pontificii muneris noſtri ſolicitudinem adhibemus, ut ad eadem ſtudia in illis præſertim locis impenſius exerceantur, & vigeant, quæ ad optatum fructum producendum magis idonea, ac opportuna eſſe poſſunt; ſicut omnibus maturæ conſiderationis trutina perpenſis ad omnipotentis Dei gloriam, ac hujus S. Sedis dignitatem, noſtrorumque potiſſimum, & ejuſdem Sedis etiam in temporalibus, ſubditorum decorem, commodum, ac utilitatem expedire in Domino arbitramur.

Laus Urbis Bononien.

Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Comes Philippus Aldrovandus Civitatis noſtræ Bononien. apud nos, & dictam Sedem Orator,

Orator; quod non ita pridem in eadem Civitate, quæ omni ſane tempore multis, magniſque refulſit ornamentis, in primis autem perantiquo, nobiliſſimoque inſignita Gymnaſio, Doctorum, & Scholarium ex omnibus Orbis Chriſtiani partibus illuc confluentium multitudine, necnon illuſtrium in omni doctrinarum, artiumque genere virorum copia ita ſemper eximie floruit, quemadmodum, divina favente clementiâ, adhuc in præſens floret, ut honorificum illud, ac plane glorioſum *Matris Studiorum* vocabulum omnium conſenſu merito adepta fuerit; Civeſque præterea genuit, in quibus tum ſingularis veræ Religionis cultus, tum etiam debita Romanis Pontificibus, dictæque Sedi fides, atque devotio mirum in modum perpetuo eluxerunt; Dilecti filii Reformatores ſtatus libertatis ipſius Civitatis Nobis annuentibus, ac ſub auſpiciis noſtris erigendam curarunt in Ædibus ad id ex pecunia a Nobis præſcripta comparatis Academiam, Inſtitutum Scientiarum nuncupatam, quæ Mathematicarum, aliarumque ingenuarum diſciplinarum, necnon Philoſophiæ naturalis, & experimentalis ſtudiis, & exercitiis, ac obſervationibus præcipuam, ſedulamque navat operam: Ac in eiſdem Ædibus collocari, & opportune, apteque diſponi fecerunt magnam vim ſelectorum voluminum variarum, præſertim Orientalium linguarum, tam typis editorum, quam manu conſcriptorum, veteres inſuper non paucas ex marmore, ac ære Statuas, Artium, munitionumque modulos, Teſtacea, Metallica, & mineralia, ſeu foſſilia, aliaque plurima conſpicui valoris utenſilia, tum ad Mathematicas diſciplinas, tum etiam ad militarem Architecturam, phyſicaque experimenta rerum naturalium, & ad cognitionem antiquitatis pertinentia, quæ dilectus etiam filius Comes Aloyſius Ferdinandus Marſilius Nobilis Bononienſis, ac dudum primus ex Generalibus Pontificiæ noſtræ Militiæ Præfectis ſumma cura, ingentique ſumptu hunc ipſum in ſcopum ex variis mondi regionibus a ſe conquiſita, ac in unum collecta, pro ſingulari, perpetuoque ſuo erga Patriam, & bonas artes ſtudio, non ſine magna ſui nominis gloria prædictæ Academiæ liberaliter dono dederat, ut in publicis ejuſmodi donationis tabulis die 11. Januar. anni 1712. per dilectos pariter filios Jacobum Antonium Bergamorum, & Joſephum Cajetanum Gardinum publicos dictæ Civitatis Notarios confectis uberius dicitur contineri; Quia etiam iidem Reformatores præfati Donatoris voluntati inhærentes, Accademiæ Præſidem, Secretarium, Profeſſores Artium, & alios opportunos Miniſtros elegerunt, a quibus præſcripta ſtudia laudabiliter exerceri jam cœpta ſunt; Ac inſuper ex ipſorum Reformatorum numero Cœtum, ſeu Congregationem aſſumptorum nuncupatam deputarunt, quæ ejuſmodi Academiæ ſtudiorum ſalubri directioni, necnon illius bonorum, & proventuum quorumcumque, ac præſertim redditum quorundam Officiorum in eadem Civitate olim erectorum, quæ nos peculiari noſtro Chirographo die 16. Februarii proxime præterito expedito ſub certis modo, & forma tunc expreſſis abolevimus, extinximus, & ſuppreſſimus, eorumque emolumenta tam ordinaria, quam extraordinaria, & alia quæcumque Regimini, ſeu Magiſtratui ejuſdem Civitatis perpetuo applicavimus, & aſſignavimus, ea ſpeciali adjecta lege, ut in uſum, commodum, & utilitatem prædictæ Academiæ, & alios uſus, ex integro perpetuis futuris temporibus erogari debeant, rectæ, providæque adminiſtrationi præeſt, & diligenter incumbit. Noviſſime vero prædicti Reformatores, ut eadem Academia felicius in poſterum gubernetur, & majora in dies, benedicente Domino, ſuſcipiat incrementa, nonnullas Conſtitutiones, ſeu Statuta condi, ac in unum volumen redigi fecerunt, eaque matura præhabita deliberatione, ſubinde approbarunt peculiari Decreto, cujus necnon earumdem Conſtitutionum, ſeu Statutorum tenor eſt, qui ſequitur, videlicet.

Erectio Academiæ ſub titulo: *Inſtitutum Scientiarum*, ejuſque deſcriptio, ac de ea benemeriti.

Conſtitutiones ann. 1711 editæ, & poſtea reformatæ, approbatæ fuerunt a Reformatoribus ſequenti Decreto.

§. 2. Die 23. Martii 1715. congregatis Illuſtriſſimis DD. Reformatoribus ſtatus libertatis Civitatis Bononiæ in Camera Eminentiſs., & Reverendiſs. Domini Cardinalis Legati in numero 31. in ejus præſentia, ac de ipſius conſenſu, & voluntate inter ipſos infraſcriptum partitum poſitum, & legitime obtentum fuit, videlicet. Cum jam pridem, & ſub die 12. Menſis Decembris anni 1711. ex Senatus conſulto approbatæ fuerint Conſtitutiones, & Sanctiones tunc indictæ pro novo Scientiarum Inſtituto dirigendo, quod a primis uſque ſuis exordiis Sanctiſs. D. N. Domini Clementis XI. per plura Sanctitatis Suæ diplomata liberaliſſime ornatum, & ſucceſſive ad luculentiorem ſui felicitatem, majuſque in poſterum incrementum, Paternæ ejuſdem munificentiæ, & amoris tutela, noviſque ſemper beneficentiæ monumentis æmulatum in hac ipſa Civitate tali propoſito erectum fuit, ut ex majori ſemper ſcientiarum, & diſciplinarum ubertate in eadem, & priſcæ præſtantiæ permanerent, & majoris ſemper in ævum ornamento tanto auſpice augerentur: Cumque pro explorato habitum fuerit ex illis nonnullas planiorem, & ineluctabilem ſibi ipſis accepturas obſervantiam, ſi vel illæ in aliqua parte clariores factæ, vel aptiori diſpoſitione ſubiectæ in aliquibus adauctæ, in aliquibus repurgatæ fuiſſent. Patres Conſcripti per ſuffragia omnia affirmativa Conſtitutiones, & Sanctiones prædictas ex collatis in ipſas ſtudiis ubi earumdem ratio id expoſcere viſa fuit nonnullis in locis declarando, in nonnullis immutando, & ſive etiam in aliis extendendo in omnibus, & per omnia ad infraſcriptam methodum juxta recentem ipſarum extenſionem in pleno Senatu reduxerunt, & approbarunt. Tenor vero ipſarum Conſtitutionum, eſt, qui ſequitur, videlicet.

Decreti prædict. 1715. editum.

LE COSTITUZIONI

DELL' INSTITUTO

DELLE SCIENZE,

Eretto in Bologna ſotto li 12. *Decembre* 1711.

Da tempi antichiſſimi fino alla noſtra età avendo ſempre avuta l'Alma Città di Bologna cura particolare di allevare nel ſuo grembo le Scien-

Proœmium: Erectio Inſtituti, ejus deſcriptio, &c. ut ſupra, & fuſius.

Digitized by Google

Scienze, e di eſercitare una diligente cultura, conforme ha fatto conoſcere nella fondazione, e mantenimento del pubblico Studio, quale avendo prodotti a benefizio di tutto il Mondo moltiſsimi Uomini celebratiſsimi per le Virtù, per le Dottrine, e per qualunque Scienza è ſtato degno d'eſſer confermato, e privilegiato dalle Bolle de'Sommi Pontefici, e da'diplomi degl'auguſtiſsimi Imperadori, e conſervando tuttavia per naturale iſtinto, e benefica influenza de'Cieli queſt'indole generoſa a gli Studj in tutti i ſuoi Figli, e ſpecialmente nel ſuo Eccelſo Senato; andava queſti con matura gravità conſultando qualch'Opera memorabile, la quale manifeſtaſſe la ſua magnifica liberalità, e benevolenza alla Filoſofia, alle Matematiche, e conſecutivamente all'Arti più coſpicue della moderna Mecanica,

Donatio amplorum rerū a Conte Marſilio facta,

Quando il Generale Conte Luigi Ferdinando Marſilj nobiliſsimo Cittadino di queſta Patria, che nelle ſue cariche, e frequenti ſpedizioni Militari eſercitate, ed intrapreſe a varie, e diſtanti parti d'Europa, per ardui affari, e di Guerre, e di Paci in ſervigio della Sag. Ceſarea Maeſtà di Leopoldo I. Imperatore di glorioſa memoria, e dopoi della Santa Sede Apoſtolica, avendo avuto genio di raccogliere, e di fornirſi con applicazione diſpendioſa di molti rari Iſtromenti per le Matematiche, e Filoſofia eſperimentatale; d'un Muſeo di foſsili; d'una Storia de'Semi, e vegetazione delle Piante terreſtri, e maritime; d'una longa ſerie di Teſtacci; di una Biblioteca di Libri delle megliori edizioni; di gran numero di manoſcritti Arabi, Perſiani, Turcheſci, e Greci; d'un Muſeo d'antica erudizione; d'uno Studio militare di Modelli per fortificare, e per fondere; d'Iſtromenti neceſſarj a diverſe Arti, e di molte antiche Statue di Marmo; d'un ſortimento di ſcelti caratteri per le Stampe, e parecchi altri Arneſi, con fine ſempre da lui inteſo di recare con l'uſo loro utile, e gloria alla ſua amatiſsima Patria, ed agl'ingegni ſtudioſi; Ed avendo poc'anzi ſodisfatto a queſto ſuo deſiderio, con fare autentico dono al Pubblico del compleſſo di tanti Capitali da lui radunati,

Li Padri conſcritti hanno abbracciata queſta congiuntura per mettere in eſecuzione, ed in viſta di tutti i Secoli avvenire le idee, le quali andavano diſegnando nelle loro menti, per beneficare principalmente le Scienze, e poi l'Arti, Ed avendo conoſciuto, che la migliore utilità, che apportar ſi poſſa all'une, e all'altre è quella d'illuſtrarle con le oſſervazioni, con le ſperienze, e con le prattiche opportune, e d'inſtruire tutti quelli, così proprj Nazionali, che Foraſtieri, quali foſſero volonteroſi d'apprenderle;

Laudes Clem. XI, & Card. Caſoni Legati

Quindi è che col prudentiſsimo conſiglio, e benigniſsimo favore dell'Eminentiſs. Cardinal Caſoni Legato a Latere di Bologna inſigne fautore de'Studj, avendo eſsi fatto ricorſo per mezzo del loro Ambaſciatore ordinario reſidente in Roma Conte Filippo Aldrovandi alla Santità di Noſtro Signore Papa Clemente XI, che Dio lungamente feliciti, perchè ſi degnaſſe d'approvare quelle ſtrade, che ſe le proponevano, per condurre a queſti lodevoliſsimi fini: E ſua Beatitudine moſſa da quella magnanima, e beneficentiſsima propenſione, per la quale ha reſtituito all'antico ſuo credito la celebre Univerſità dello Studio d'Urbino; fomentata l'Accademia Romana degl'Arcadi Letterati; eſaltata a' ſuoi primi gradi l'Accademia di Roma delle tre arti liberali Pittura, Scoltura, ed Architettura, e decoratane qui in Bologna altra ſimile coll'onore del ſuo nome, eſſendo clementemente condeſceſa a ſegnare in un ſuo Chirografo ſpedito ſotto li 18. dell'ultimo paſſato Luglio, la grazia richieſta; Hanno per Senato Conſulto decretato d'aprire ſotto li fauſti auſpicii d'un Pontefice maſsimo fautore sì glorioſo de'Studj più inſigni e ſopra il valido appoggio d'un Legato Apoſtolico Protettore sì benemerito de'Studj medeſimi una nuova Sede alle Scienze, con profitto ancora dell'Arti, e di eriggervi un Iſtituto, dove liberamente ſi poſſa mettere in uſo la ricca ſuppelletile di tanti capitali ſcientifichi, e Mecanici donati dal General Conte Luigi Ferdinando Marſilj; ſono perciò paſſati all'elezione d'Uomini per coſtumi, e per dottrina riguardevoli con l'aſſegnamento a ciaſcheduno di un congruo annuo ſtipendio; L'uno de'quali col nome di Preſidente avrà la generale ſopraintendenza di tutto l'Iſtituto, l'altro come Segretario terrà regiſtro degl'Atti dell'Iſtituto; e li rimanenti, che ſi chiameranno Profeſſori, averanno l'Officio di eſercitarſi in quei titoli, che profeſſaranno, ed inſegnare a chiunque voleſſe apprendere le Scienze da loro profeſſate.

Li titoli delle Scienze, e facoltà, ciaſcuna delle quali avrà il ſuo Profeſſore, ſaranno d'un Aſtronomo, d'un Matematico, d'un Fiſico ſperimentale, d'un Iſtorico della Natura, d'un Spargirico, e di un Bibliotecario.

Ed affinche dall'amplo apparato di tante coſe, e dalla ſcelta di Soggetti sì accreditati, ſiaſi certo di ritrarre quel giovamento univerſale, che è ſtato il primario oggetto di queſta nuova fondazione: Dopo maturo eſame, ſi è venuto dall'Eccelſo Senato alla legitima approvazione, ed intimazione de'ſeguenti Capitoli da oſſervarſi inviolabilmente, tanto dal Preſidente, e Segretario, quanto da'Profeſſori, ed Officiali dell'Iſtituto delle Scienze, e fino a tanto, che per miglior bene a lui piaceſſe di diſporre altrimenti.

CAPITOLO I.

Del culto Sagro.

ARTICOLO I.

Sancti Tutelares, atque Patroni.

Li Profeſſori, e qualunque Perſona, ſi eſercitarà in queſto Iſtituto, dovranno riconoſcere per autore Dio Ottimo Maſſimo, ed implorarne da lui a maggior ſua gloria, la conſervazione, e gl'avanzamenti mediante l'interceſſione della Santiſsima Vergine Maria; ed acciochè ſi provi efficace Protettrice di queſt'Opera, ed in tutti gl'Iſtromenti, e Scritture, ſi praticherà l'Epoca *ab Incarnatione*; laſciando per altro, che in ciò, che riguardano l'oſſervazioni Aſtronomiche, ſi uſi la pratica, e lo ſtile dell'Era corrente.

II.

Saranno pure riconoſciuti, e venerati per Protettori S. Tomaſo d'Aquino, S. Carlo Borromeo,

Digitized by Google

romeo, e la noſtra S. Caterina de Vigri, e nella Cappella domeſtica, che ſi eriggerà nell'Iſtituto, dovrà ſolennizzarſi da' Profeſſori, ed altri Studenti la feſta della Santiſs. Annunziata colla celebrazione d'una Meſſa in rendimento di grazia a S.D.M. de' beni, che ſi ritraggono dall'Iſtituto, e dalle ſue infinite miſericordie uſate ſpecialmente in tal giorno al Generale Conte Luigi Ferdinando Marſilj.

CAPITOLO II.

Dell'elezione del Preſidente, Segretario, e Profeſſori.

ARTICOLO I.

Item de eorū officiorū duratione, confirmatione, & amotione.

Tanto il Preſidente, quanto il Segretario dell'Iſtituto ſaranno eletti dal Senato. I loro officj ſaranno vitalizj, purchè poſſano eſercitare, ed effettivamente eſercitino il loro miniſtero in conformità delle preſenti Coſtituzioni, quando però non foſſero impediti per giuſte cagioni, da approvarſi dall'Aſſonteria dell'Iſtituto, ed occorrendo, dal Senato.

II.

Li Profeſſori ſaranno eletti dal Senato per un ſolo quinquennio. Nelle vacanze de' poſti de' Profeſſori, che ſuccederanno, abbiano li medeſimi Profeſſori facoltà di nominare, e proporre tre ſoggetti abili al Senato, quale ne ſcelga uno a ſuo arbitrio. Giudicando il Senato di rigettarli tutti, ſi nominino dalli Profeſſori altri tre Soggetti, e ſi preſentino di nuovo al Senato, quale ſimilmente ne ſcelga uno a ſuo piacere; e ſtimando di doverli rigettare tutti tre; in tal caſo poi l'elezione del Soggetto reſti in piena libertà del Senato.

III.

Due Meſi avanti, che ſpiri queſto termine, dovranno li Profeſſori domandare al Senato la conferma, e non domandandola, li poſti s'intenderanno vacanti, e s'aprirà il campo al Concorſo,

IV.

Sarà però ſempre in libertà del Senato di rimnovere dall'Iſtituto qualunque Soggetto, che aveſſe notabilmente demerito.

CAPITOLO III.

Del Preſidente.

ARTICOLO I.

Ejus domicilium, ſtudiū, & munus.

Dovrà il Preſidente tenere la ſua abitazione dentro il Palazzo dell'Iſtituto, per poter meglio aſſiſtere alle ſue incombenze.

II.

Invigilerà, che fra tutti li Profeſſori paſſi reciproca corriſpondenza, e procurerà, che tutte le Coſtituzioni vengano con bell'ordine, e quiete eſattamente oſſervate.

III.

Regolarmente in fine d'ogni bimeſtre dovrà informare l'Aſſonteria ſopraſtante all'Iſtituto di tutto ciò, che dalla medeſima gli veniſſe richieſto.

IV.

Se il Preſidente foſſe ancora Profeſſore di alcun Titolo, o Cuſtode ſpeciale d'alcun Capitale dell'Iſtituto, dovrà oſſervare quei Capitoli, che competeranno a tale Profeſſione, e Cuſtodia.

CAPITOLO IV.

Del Segretario.

ARTICOLO I.

De eius facultate, munere, debito, & ſubjectione.

Il Segretario avrà facoltà d'intervenire a tutti gl'eſercizj, e li Profeſſori dovranno in ogni tempo, e ad ogni ſua richieſta darli comodo delle loro Stanze.

II.

Terrà memoria diſtinta di tutte l'operazioni più rimarcabili, che ſi fanno negl'eſercizj dell'Iſtituto, facendo menzione degl'Autori, e principalmente Manipolatori; Ed a queſto fine li Profeſſori dovranno dargli in ſcritto ragguaglio dell'operazioni, che anderanno facendo ne' loro eſercizj. Quando li Profeſſori eſibiranno il foglio delle materie, come al Capit. V. il Segretario porgerà in ſcritto all'Aſſonteria un diſtinto racconto del frutto ricavatoſi dagl'Eſercizj dell'anno antecedente, e di tutto ciò, che di remarcabile ſarà ſeguito.

III.

Dovrà tenere aperto commercio con le Accademie Oltramontane a nome dell'Iſtituto, e regiſtro di tutte le Lettere, oſſervando per le Lettere, e ſpedizioni quanto ſi è ordinato nell'Artic. V. del Capitolo XII.

IV.

Avrà come tutti li Profeſſori dipendenza dal Preſidente, e lo terrà eſattamente ragguagliato di quello, che ſuccede.

V.

Il Segretario dell'Iſtituto ſervirà ancora di Segretario l'Accademia delle Scienze dell'Iſtituto.

CAPITOLO V.

De' Profeſsori.

ARTICOLO I.

De eorum numero, rebus tractandis, ſocio eligendo, rebus ſibi creditis, & libris evulgandis.

Li Profeſſori, che dovranno eſercitarſi in queſto lodevole Iſtituto, ſaranno ſei, cioè un Aſtronomo, un Matematico, un Fiſico ſperimen-

Digitized by Google

mentale; un Iſtorico della natura; un Spargirico, e un Bibliotecario, come ſi è accennato nel Proemio.

I I.

Nel principio del Meſe di Ottobre il Preſidente, e Profeſſori ſi raduneranno a congreſſo nella Sala dell'Iſtituto, per conferire, e diviſare con comune conſiglio le materie, che ciaſchedun di eſſi, ſecondo li ſuoi titoli, voleſſe trattare negl'eſercizj dell'imminente anno ſcolaſtico, e fattaſi da ciaſcheduno ſcelta di quella materia, che ſarà da lui giudicata più profittevole, e neceſſaria, circa la metà del ſudetto Meſe, ſi preſentaranno tutti inſieme all'Aſſonteria dell'Iſtituto, e le proporranno le loro materie con il ſcritto della ſpeſa, che ſeparatamente crederanno ſiano per importare gli Studj di ciaſcheduno, per riceverne la pubblica approvazione.

I I I.

Eſsendo ſtate approvate le materie dell'Aſſonteria dell'Iſtituto ciaſcun Profeſſore ne' giorni, ed ore preſcritte al Capitolo VI. dovrà trovarſi alla ſua Stanza dell'Iſtituto, per ivi operare intorno alla materia a lui ſpettante per lo ſpazio continuato delle due ore deſtinate, dimoſtrando amorevolmente a tutti quelli, che vorranno imparare, ſiano Cittadini, o Foraſtieri; s'incarica però loro d'uſare una diſtinta parzialità per quelli della Famiglia Marſilj, che bramaſſero d'eſſer iſtrutti.

I V.

Averanno li Profeſſori particolare avvertenza di non fare negl'eſercizj alcun ſtudio, o diſcorſo ſcientifico, che conveniſſe alla formola d'una Lezione, o che ſi poteſſe chiamare una vera Lezione propria delle Catedre del publico Studio, dovendo gl'eſercizj verſare principalmente nella prattica delle oſſervazioni, operazioni, eſperimenti, ed altre coſe di ſimile natura: s'imputerà a gran colpa la traſcuraggine di queſt'Articolo.

V.

Se il Senato faceſſe iſtanza alli Profeſſori dell'Iſtituto di qualche eſame, ſperimento, o altro, dovranno ſubito ſervirlo; E ſe da qualche Cittadino, Scolaro, Artefice, Foraſtiero, o altra perſona privata foſſero pregati di direzione, ed aſſiſtenza in coſe della loro Profeſſione, dovranno ſodisfarli ſegretamente.

V I.

Eſſendo ricercati li Profeſſori di ſomminiſtrare il comodo per fare qualche eſperimento creduto profittevole, dovranno compiacere l'iſtanza, ed aſſiſtere in perſona all'eſperimento; quando però l'eſperimento foſſe diſpendioſo, dovranno li Profeſſori chiedere licenza al Preſidente, quale avrà la facoltà di concederla fino alla ſomma . . . . . . , ſe importaſſe maggior ſpeſa, il Preſidente dovrà prendere licenza dall'Aſſonteria dell'Iſtituto.

V I I.

Ogni Profeſſore dovrà eleggerſi un Compagno di ſua ſodisfazione, che l'aſſiſterà negl' eſercizj. Eletto, che l'abbia, dovrà darlo in nota al Preſidente, e pregarlo, che ſia da lui accettato, e ſeguendo l'accettazione, s'intenda il Profeſſore obbligato, che per il ſuo Compagno non patirà alcun danno l'Iſtituto. Non potrà mutare il Compagno ſenza l'approvazione del Preſidente.

V I I I.

Ogni Profeſſore avrà la Chiave delle proprie Stanze, e l'inventario di tutte le coſe contenute nella Stanza, o Stanze deſtinate alla ſua Profeſſione. Nel tempo delle vacanze eſtive dovrà rincontrarlo in compagnia del Preſidente, ed ogni volta, che egli foſſe ordinato dall'Aſſonteria dell'Iſtituto.

I X.

Ogni Profeſſore goderà del comodo de' Libri della Biblioteca, e particolarmente di quelli, che foſſero pertinenti alla ſua Profeſſione, ſalvo però la diſpoſizione dell'Articolo V. del Capitolo XIII.

X.

Conſervaranno li Profeſſori diligentemente nelle proprie Stanze a diſpoſizione dell'Aſſonteria dell'Iſtituto tutte quelle opere, che a ſpeſe dell'Iſtituto foſſero ſtate nell'eſercizio da loro fabricate, e di tal'opere, che faceſſero, daranno in ſcritto una nota diſtinta al Segretario, che dovrà tenere un Regiſtro.

X I.

Giudicandoſi di comun conſenſo de' Profeſſori di pubblicare qualch'Opera alle Stampe, dovrà prima eſſere riveduta da' Cenſori, che ſaranno ſtati deſtinati dall' Aſſonteria dell' Iſtituto.

C A P I T O L O V I.

De' giorni, ed ore degl' Eſercizj.

A r t i c o l o I.

Sarà officio del Preſidente l'avere formato avanti il principio dell'anno ſcolaſtico il Calendario de' giorni degl'Eſercizj dell'Iſtituto, regolando ſempre in forma, che ogni Settimana abbia un eſercizio in un giorno, che non ſia impedito dalle Lezioni del pubblico Studio, nè dalle Radunanze dell'Accademia delle Scienze. Il Calendario ſarà eſpoſto nell' Iſtituto a comodo di tutti. Ubi de Calendario, & Tabella.

I I.

Oltre alli giorni, che ſaranno ſtati aſſegnati nel Calendario agl'Eſercizj, ciaſcun Profeſſore dovrà eleggerſi a ſuo piacimento un giorno della Settimana per li ſuoi Eſercizj, ed avanti, che ter-

termini l'eſercizio del giorno elettivo, avviſarà li ſuoi Studenti, qual ſarà il ſuo giorno elettivo per l'eſercizio della Settimana ſeguente, e lo notarà in una Tabella, che pubblicamente ſtarà appeſa per avviſo, e comodo di tutti quelli, che voleſſero intervenire.

III.

Le ore degl'eſercizj ſaranno dal principio dell'anno ſcolaſtico fino a Quareſima dalla prima ora della notte in punto fino alle trè.

IV.

Dal principio di Quareſima fino a tutto Aprile dalle ore 24. fino alle due.

V.

Dal principio di Maggio fino all'Aſſunzione della Beatiſs. Vergine dalle ore 20. fino alle 22.

CAPITOLO VII.

Delle vacanze.

ARTICOLO I.

Vacationes ordinariæ, & extraordinariæ.

Il Preſidente regiſtrarà nel Calendario i tempi delle vacanze, con avvertimento, che quelle di Natale non principiano prima della feſta di Santa Lucia fino all'Epifania. Quelle di Carnevale dalla Settuageſima fino al ſecondo di Quareſima. Quelle di Quareſima dalla Domenica delle Palme fino all'Ottava di Paſqua. L'Eſtive dalla Madonna d'Agoſto fino a tutti li Santi.

II.

Saranno ancora vacanti tutti quei giorni, ne'quali ſi faceſſe la Notomia ſul Pubblico Studio.

III.

Se però in tempo di ferie, o di vacanze, ed ancora nel corſo degl'eſercizj foſſero li Profeſſori avviſati dal Preſidente a traſferirſi all'Iſtituto per ſervire qualche Foraſtiero, o per qualch'urgente biſogno, o pubblico comando, dovranno eſſer pronti ad andarvi.

CAPITOLO VIII.

De'ſtipendj.

ARTICOLO I.

Item de remunerationibus.

Dipenderà dall'arbitrio del Senato il determinare lo ſtipendio d'aſſegnarſi a'Profeſſori dell'Iſtituto, ed anco l'accreſcerlo a proporzione del merito di ciaſcheduno, e ſi pagarà loro la rata dello ſtipendio ad ogni tre Meſi compiti.

II.

Non eſſendo permeſſo dalli tenui redditi dell'Iſtituto di ſtabilire preſentemente que'ſtipendj, che converrebbero alla fatiga, e valore de'predetti Profeſſori, ſarà atto proprio della paterna providenza, e benignità del Senato di avere particolar riguardo alli medeſimi Profeſſori nella deſtinazione delle Letture del Pubblico Studio, e quando ſi diſtingueſſero con oſſervazioni riguardevoli di coſe nuove, e con opere celebri, di premiarli nel modo più proporzionato, affinchè eccitati dalla ſperanza del premio, fatichino più volontieri a pubblico beneficio, ed a maggior gloria, e ſplendore dell'Iſtituto.

CAPITOLO IX.

De'negligenti.

ARTICOLO I.

Negligentes removendi.

Se alcun Profeſſore, o altro Officiale dell'Iſtituto mancherà a giudicio dell'Aſſonteria notabilmente al debito ſuo, ſarà dal Senato rimoſſo perpetuamente dall'Offizio, e ſurrogatovi altro Soggetto.

CAPITOLO X.

De'Cuſtodi.

ARTICOLO I.

Cuſtodis munus, partes, & debitum.

Quelli, che ſaranno deſtinati a cuſtodire que'Capitali dell'Iſtituto, che non cadono ſotto l'uſo de'Titoli delle Profeſſioni, dovranno fedelmente, e con pulitezza conſervarli; Dare occorrendo diſcreto comodo alli Profeſſori di prevalerſene; moſtrarli corteſemente alli Foraſtieri, ed alle perſone di qualche diſtinta qualità.

II.

Avranno preſſo di loro un Inventario di tutte le coſe commeſſe alla loro Cuſtodia per rincontrarle con il Preſidente nel tempo delle vacanze eſtive, e ſempre che gli foſſe ordinato dall'Aſſonterià dell'Iſtituto.

CAPITOLO XI.

Dell'Accademia delle Scienze dell'Iſtituto Bologneſe.

ARTICOLO I.

Unio Academiæ cum Iſtituto, novũ ejus nomen, & Præſes proprius.

Eſſendo, che l'Accademia degl'Inquieti vadi con molto onore di queſta Patria allevando Uomini inſigni in tutte le facoltà, ſi dichiara, che debba eſſere aggregata, ed unita in perpetuo a queſt'Iſtituto.

II.

Laſciando la ſua prima denominazione di Accademia degl'Inquieti, dovrà chiamarſi Accademia delle Scienze dell'Iſtituto Bologneſe, ed ivi

ed'ivi ſarà liberamente le ſue Radunanze nel luogo, che le ſarà deſtinato.

III.

Non dipenderà dal Preſidente dell'Iſtituto, ma ſolamente dal proprio Preſidente, anzi tanto il Preſidente, quanto li Profeſſori dell'Iſtituto dovranno far godere all' Accademia un comodo più ſpeciale de'Studioſi comodi dell'Iſtituto, ed'in tutto aſsiſterla, e compiacerla, ſenza però mai derogare alla diſpoſizione delle preſenti Coſtituzioni.

IV.

Eſſendoſi preſentate al Senato le ſeguenti leggi formate per regolamento di d. Accademia delle Scienze in futuro, la benignità del medeſimo Senato, dopo il dovuto eſame, è favorevolmente condeſceſa ad approvarle, e permettere, che s'inſeriſcano nel corpo delle preſenti Coſtituzioni, affinche ſiano in avvenire da tutti quelli, a' quali appartengono inviolabilmente oſſervate; E come dal ſeguente altro Senato Conſulto, cioè:

Die 23. Martii 1715.

Decretum Senatus Conſulti, quo approbatæ fuere ſequentes leges.

Congregatis Illuſtriſſimis DD. Reformatoribus Status libertatis Civitatis Bononiæ in Camera Eminentiſs., & Reverendiſs. Domini Cardinalis Legati in numero 31. in ejus præſentia, ac de ipſius conſenſu, & voluntate inter ipſos infraſcriptum partitum poſitum, & legitime obtentum fuit, videlicet -- Inſtitutum Scientiarum in hac Civitate, SS.Dom.N. Clemente XI. benigniſſime annuente, imo etiam, & munificentiſsime favente, locatu, cum pro perſpecto habitum fuerit nihil magis congruum ad majorem Studiorum honorem, hujuſque Patriæ celebritatem, quam ſi, & Inſtitutum prædictum, & Academiæ alias ordinata, ſociali ad invicem hoſpitalitate jungerentur, tali propoſito jam ad effectum redacto, dictaque Academia Scientiarum Bononienſis Inſtituti ad præſens nuncupatæ; Patres Conſcripti leges illas, quæ pro eadem Academia ad perfectam cum eodem Inſtituto normam redigenda expræſcripto extenſæ & in Senatu jam lectæ fuerunt per ſuffragia omnia affirmativa approbarunt, & quarum Legum tenor eſt ſequens, videlicet.

Academiæ Scientiarum Bononienſis Inſtituti Leges.

Leges Academiæ Scientiarum.

Bononienſis Inſtituti Scientiarum Academiæ in hac Urbe erectæ, atque ab ampliſsimo Bononiæ Senatu in patrocinium ſuſceptæ, hæ leges deinceps moderantur.

I.

Numerus Academicorum

Academicorum quatuor Claſſes ſunto. Ordinarii, Honorarii, Numerarii, Alumni.

II.

Ordinarii duodecim ſunto. Tituli eorum ſex. Phyſici, Mathematici, Anatomici, Medici, Spargirici, Naturæ hiſtorici. Bini in ſingulos Titulos.

III.

Honorariorum nullus eſto certus numerus. Suntoque Viri, vel genere, vel doctrina, vel dignitate conſpicui.

IV.

Numerarii viginti quatuor ſunto. Quaterni in ſingulos Titulos. Quod Academiæ Præſes, rei literariæ ergo, juſſerit, agunto.

V.

Alumni duodecim ſunto. Singuli ſingulis ordinariis addicti.

VI.

De eorum, ac Officialium electionibus, & munere.

In electionibus major ſuffragiorum numerus plus valeto.

VII.

Academiæ Præſidem Ordinarii, Honorarii, & Numerarii ex Claſſe Ordinariorum eligunto. Qui annuus eſto. Pro-præſes a Præſide eligitur ex eadem Claſſe.

VIII.

Ordinarii trium Academicorum delectum habento, exque iis, quem a ſecretis Literarii Inſtituti Senatus aſciverit, is, & Academiæ a Secretis eſto, inque officio ſemper maneto, Senatu annuente. Idem, & Inſtituti Præſes Ordinariorum jura tenento, onera libere ſubeunto.

IX.

Inſtituti Profeſſores inter Ordinarios conſtanter ſunto. Creatio Ordinariorum, quum in Profeſsorea ceciderit Senatui libera eſto. At extra Profeſſores, Ordinarii Ordinarios creanto, eumque ex tribus duæ creantium partes conſenſerint, creatio rata eſto.

X.

Quiſquis Ordinariorum ex propria Claſſe exierit, ſtatim in cenſum Honorariorum referator.

XI.

Electio Honorariorum penes Ordinarios; & Honorarios eſto.

XII.

Numerarii ab Academia creantor ſic. Ordinarii ex Alumnis, vel extra Sodalium ordinem quos probaverint deligunto; ex iiſque Academia Numerarios creato.

XIII.

XIII.

De jure adeundi Academiam.

Alumnos ſingulos ſinguli Ordinarii libere creanto, illorumque nemini Academiam adeundi Jus non eſto, etiam quas Ordinariorum ex propria Claſſe exierit.

XIV.

Ad illam quoque libere adeunto veteris Inquietorum Academiæ Socii, qui in Academico deſcripti ſunto, idemque Juris, quod Numerarii tenento.

XV.

De Academicis removendis, & Regularibus admittendis.

Quicumque ex Ordinariis, Numerariis, aut Alumnis ab Urbe diu abfuturus ſit, aut quatuor continuis Seſsionibus non interfuerit, nec de juſta cauſa admonuerit, ejus ſedes vacua eſto.

XVI.

Regularium in Academiam adſciſci petentium, qui Doctrina rerum, quæ in eadem coluntur, celebris fuerit ejus adſcindendi poteſtas eſto, quatuor conſentientibus è quinque ſuffragiorum partibus.

XVII.

De rebus Academiæ peragendis.

Literaria negotia Ordinarii ſoli peragunto. De cæteris rebus Præſes Academiæ ad eas Claſſes, quarum res fuerint, referto, eumque eiſdem deliberato. Alumni neque deliberanto neque deliberantibus præſentes ſunto.

XVIII.

In quam ſententiam major deliberantium numerus venerit, ea rata eſto.

XIX.

De exercitationibus, ſeſſionibus, & vacationibus.

Literariæ exercitationes in Inſtituti Aula Academiæ adſcripta obeuntor.

XX.

Exercitationum juſtus numerus eſto ſaltem duodecim in annos ſingulos, quæ privatim aguntor.

XXI.

Legitimæ Seſſiones habentor die Jovis, vel proxima non impedita a Kalen. Novembris ab hora prima, a Paſchate ad ferias æſtivas hora vigeſima. Feſtis diebus, Anatomes tempore, & in quam horam legitima lectio in publicis Scholis inciderit, ſeſsiones ne jubentor.

XXII.

Academiæ feriæ ſunto a die vigeſima Decembris ad feſtam Januar. Baccanalia. Hebdomada major, Paſchale tempus, Feſta Corporis Chriſti. Æſtivæ feriæ abſolutis duodecim annuis Seſsionibus ineunto uſque ad Kalendas Novembris. Ea die Academicus annus ineat.

XXIII.

Legitimæ Seſsiones hanc rationem ſervanto. Primum e re Academica, quæ fuerint, ea paucis aguntor. Mox recitantor Epiſtolæ ad Academiam ſcriptæ, reſponſa decernuntor. Poſtremo habetor Academica exercitatio.

XXIV.

Hanc illi Ordinariorum obeunto, quorum vices fuerint. Poſtrema anni Seſsione ſortito ſtatuuntor ſingulorum vices in ſequentem annum, atque in album referuntor.

XXV.

Ordinario, qui non aderit, qua die vices ejus erunt, curæ eſto ſcriptam Diſſertationem ad Academiam mittere, ut eamdem a ſecretis recitet. Præſes curato ne exercitatio ſit vacua.

XXVI.

Experimenta, vel quæ quis obſervaverit, ad rem facientia, inter ipſam exercitationem, vel poſt, ſi erit commodum, Academiæ exhibentor. Sin minus: Academia mittito, coram quibus experimenta fiant, quique de illorum exitu referant.

XXVII.

Abſoluta Diſsertatione, alia de rebus philoſophicis in medium afferre Academicis licitum eſto, ſervato dignitatis ordine.

XXVIII.

Is etiam, qui dicta fuerint, addere, demere, uti, & veritatis ergo, aliquid amice opponere licitum eſt, ſervato, ut ante, dignitatis ordine, Jurgia, cavillos, & inutiles contentionum tricas Præſes amoveto.

XXIX.

Alumnis non permittente Academię Pręſide nulla de re verba facere licitum eſt.

XXX.

Diſſertationes quicunque in Seſsionibus habuerint, eas, vel earum ſummam ſcripto exaratam Academiæ relinquunto.

De iis, quæ ſervanda, & notanda erūt.

XXXI.

Ea ſcripta a ſecretis ordine cuſtodito, memoriæque tradito dicta quæque in Seſsionibus memoratu digna, & in ſingula nomen Authoris & tempus notato. At ne ullius in manus, præſertim non Academici, veniant caveto. Bene autem Ordinariis, Honorariis, Numerariiſque ea ſcripta videre cupientibus oſtendito: ſed exſcribi ne unquam ſinito, niſi ſiquando placuerit Academiæ Præſidi, ſcriptique Authori.

XXXII.

Digitized by Google

XXXII.

Epiſtolas item, & literaria quæcomque ſpecimina ad Academiam miſſa, omnemque ejus ſupellectilem fide cuſtodito.

XXXIII.

Com viris Literarum, & abſentibus Academicis communicato per Epiſtolas; Communia etiam habeto Academica Studia, & inveota.

XXXIV.

Res eujuſcomque Seſſionis, & Academicos quotquot convenerint io actis deſcribito.

XXXV.

Has etiam Leges, & quidquid in poſterum Academia ſtatuerit, in Decretum Codicem referto.

XXXVI.

De libris editis & edendis. Libros de re philoſophica recenter editos, Præſes Academiæ legendos dato uni, pluribuſve Academicis, qui ſcitu digna candide, & ſummatim referant; ſalibus, & verborum aculeis neminem laceſſant.

XXXVII.

Librorum, ſcriptorumve judicium, quod quis interdum ab Academia quæſiverit, Cenſores ferunto, quos ſecreto Præſes eligito, eorumque eenſuram ad Ordinarios referto. Nemo quidquam in lucem edito nomine Academici, de quo non ante judicium tuleriot Ordinarii, deque eo edendo cooſeoſeriot.

XXXVIII.

Elucobrationom, quæ totius anoi curſo traditæ fuerint ab Academieis, delectus habetor, ut quæ lucem meruerint, in publicum emitti poſſint.

XXXIX.

Porro ſi pro communi Academiæ bono aliquid in his Legibus addere, demere, aut motare cenſueriot Academici, jus, rectumque eſto quiquid denuo ſtatuerint. Contrariis haud obſtantibus quibuſcumque.

L. ✠. S.

Ita eſt Jacobos Antonius de Bergamoriis Illuſtriſs. Senatus Bononiæ Secretar.

CAPITOLO XII.

Della ſopraintendenza all'Iſtituto, ed'Ammiaiſtrazione delle ſue Entrate.

ARTICOLO I.

De incremento Inſtituti, regimine Oeconomico, & impenſis. Sopraiotenderà al buon governo, e regolamento dell'Iſtituto l'Aſſonteria già deputata dal Senato, la quale invigilarà con la dovuta attenzioue, ehe ciaſchedun Profeſſore, ed Officiale dell'Iſtituto compiſca lodevolmente le proprie parti, ed a tal fioe viſitarà almeno ogni tre Meſi una volta il Palazzo dell'Iſtituto, e tutte le ſue Stanze, ed Officine, e Capitali, che in eſſo ſi cooſervaoo.

II.

Promoverà con ogni ſtudio l'accreſcimento, ſplendore, e glòria dell'Iſtituto, e parteciparà al Senato diſtinto raccooto del frutto ricavatoſi dagl'Eſercizj, che nel fine di ciaſcun'anno, ſi dovrà dar in ſcritto dal Segretario alla medeſima Aſſonteria, come altrove ſi è detto.

III.

Il Governo Economieo di tutti li Fondi, Proventi, e Capitali fruttiferi di qualſivoglia ſorte, ſi ammioiſtrarà dall'Aſſonteria, quale dovrà diligentemente invigilare alla conſervazione, e mantenimento de'medeſimi Capitali, e deputarà Perſone abili per teoere la Scrittura, e far le riſcoſſioni neceſſarie.

IV.

Per le ſpeſe, che occorreranno negl'Eſercizj dell'Iſtituto, l'Aſſonteria ſopraſtante ſpedirà li ſuoi Mandati in teſta del Preſidente, il quale teneodo preſſo di sè il denaro riſcoſſo, l'impiegarà in provvedere quanto ſarà di biſogno alli Profeſſori ne'loro Studj ordioarj.

V.

Dovrà il Preſidente far riſcuotere le Lettere, o Stampe, che foſſero dirette all'Iſtituto, o Accademia di Scienze, ed egli con il Segretario aprirà li Plichi, e le Lettere, per vederne il contenuto; ed all'incontro farà francare, e ſpedire quelle Lettere, o Stampe, che dall'Iſtituto, o dall'Accademia foſſero indrizzate ad altri Paeſi.

CAPITOLO XIII.

De' Capitali, e delle Suppellettili.

ARTICOLO I.

Conſervarà il Preſideote oo Ioventario Generale di tutti li Capitali, e Suppellettili dell'Iſtituto, e nel tempo dell'ultime vacanze eſtive dovrà rincontrarlo diligentemente a capo per capo, ed avanti il principio degl' Eſercizj riferirne lo ſtato all'Aſſonteria dell'Iſtituto. De conſervatione inſtrumentorũ, ſupellectilium, & aliorumque.

II.

Sia però pronto a farne ſempre il rincontro ogni volta gli veniſse ordinato dalla ſuddetta Aſsooteria.

III.

Il Preſidente aggiuogerà ſubito al ſuo Inventario generale tutto ciò, che l'Iſtituto acquiſtaſse, e lo farà ſubito aggiungere all'Inventario particolare di quella Profeſsione, alla quale tal coſa acquiſtata apparteneſse. Dell'acquiſto fatto ren-

renderà immediatamente conſapevole l'Aſsonteria dell'Iſtituto.

IV.

Se per alcun accidente mancaſſe alcun mobile, Iſtromento, o altra coſa dell'Iſtituto farà memoria in uo libro a parte, e ne avviſarà ſubito l'Aſſonteria dell'Iſtituto.

V.

Dalli Profeſſori non ſi traſporterà capricciosamente alcuna coſa da un luogo all'altro, ma ſolameote per uſo de'medeſimi, e per quel tempo, che avranno biſogno, nel qual caſo dovranno gl'eſtranei laſciare una Ricevuta in mano del Profeſſore, o Cuſtode di quella Staoza, dalla quale ſi dovrà traſportare.

VI.

Sotto qualſivoglia preteſto non ſi potrà mai portare alcun Capitale, o altro Mobile fuori del Palazzo dell'Iſtituto, ſenza eſpreſſa licenza del Senato. Derogaranno però ſempre a queſta Legge le riverite iſtanze del Sig. General Marſilj, alle mani del quale avrà facoltà il Preſidente di conſegnare perſonalmeote, e dare impreſtito ciò, che richiedeſſe con prendere da lui un atteſtato in ſcritto della ſua Ricevuta.

VII.

Si permetterà pure al Profeſsore, che avrà la Stanza delle Statue, di fare all'Accademia Clemeotina della Pittura il preſtito di que'marmi, che per ſuo Studio domandaſſe, ma però coll'obligazione in ſcritto de'principali Officiali dell'Accademia, di reſtituire il pigliato ad ogni richieſta di eſſo Profeſſore: e perchè l'Accademia Clementina, ſi moſtri grata all'Iſtituto, compiacendolo, ricercata di qualche Diſegno, o Configurazioοe; eſſendo dovere, che fra l'una, e l'altra paſſi una lodevole corriſpondeoza.

CAPITOLO XIV.

Del Cuſtode dell'Officine, e del Palazzo dell'Iſtituto.

ARTICOLO I.

De ejus electione, habitatione, munere, & debito.

La ſua Elezioοe ſi farà dall'Aſſonteria dell'Iſtituto. Dovrà tenere la ſua abitazioοe nel Quartiero, che gli ſarà deſtinato dentro il Palazzo dell'Iſtituto.

II.

Coſtodirà tutte l'Officine dell'Arti, facendo buon governo di tutti gl'Iſtromenti delle medeſime. Serbarà un Inventario di tutte le coſe commeſſe alla ſua Cuſtodia, ed ad ogni iſtanza del Preſidente, o dell'Aſſonteria ſarà pronto a fare il rincontro,

III.

Con la permiſſione del Preſideute, darà comodo a totti li Profeſsori di poter adoprare gl'Iſtromenti dell'Officine, ma però dentro la Stanza dell'Officine, e non fuori della medeſima.

IV.

Deſiderando qoalche Eſtraneo di prevalerſi di tali Officine, non potrà ſodisfarlo ſenza licenza del Preſidente.

V.

Dipenderà dagl'ordioi del Preſidente, che dovrà ſempre pontualmente eſeguire, e procurerà, che ſiοo ſerviti li Profeſsori nel tempo degl'Eſercizj.

VI.

Farà mettere in pronto le illuminazioni, e tutto ciò, che per preparamento degl'Eſercizj gli ſarà ordinato dal Preſidcote.

VII.

Farà aprire, e chiudere il Palazzo a'debiti tempi,

VIII.

Farà, che ſi mantenga monda, e pulita tutta l'abitazione dell'Iſtituto.

IX.

Farà, che ſiano portate le Polize, ed avviſi alli Profeſsori, quando li ſarà comaodato.

CAPITOLO XV.

Dell'Oſſervanza delle preſenti Coſtituzioni.

ARTICOLO I.

De obſervantia, mutatione, & declaratione harum Conſtitutionum.

Si dovranno le preſenti Coſtituzioni tutte, ed in ogni ſua parte inviolabilmente far oſservare dall'Aſsonteria ſopraſtante al Preſidente, Segretario, Profeſsori, Cuſtodi, ed Officiali dell'Iſtituto, ne ad alcuno ſarà mai lecito traſgredirle ſotto qualſivoglia preteſto.

II.

Sia nondimeno permeſso al Senato con l'intervento del Sig. Card. Legato pro tempore di variarle, e d'abrogarle, come pure di aggiungere, e ſcemare quel, che giudicaſse opportuno ſecondo le contingenze de'tempi futuri; ed in tal caſo il Preſidente, il Segretario, Profeſsori, Cuſtodi, ed Officiali ſudetti ſaranno obbligati all'oſservanza di quelle nuove Coſtituzioni, che veoiſsero ad elli preſcritte.

III.

Incontrandoſi nelle preſenti Coſtituzioni, o nelle future contingenti qualche Capitolo, Articolo, paragrafo, o particella, o parola di dubia intelligenza, ſpettarà unicamente all'Aſ-

ſouteria dell'Iſtituto d'interpretarla, e dichiararla, ed alle ſue diehiarazioni, ed interpretazioni tutti li Miniſtri dell'Iſtituto dovranno quietarſi. Contrariis haud obſtant. quibuuſcumque.

L. ✻. S.

Ita eſt Jacobus Antonius de Bergamoriis Illuſtriſs. Senatus Bonouiæ Secretar.

Precet Reformatorum, & Comitis Marſilii pro cenfirmatione relatarum Conſtitutionum.

§.3. Cum autem, ſicut eadem espoſitio ſubjungebat, tam Reformatores, quam Aloyſius Ferdinandus Comes prædicti Conſtitutiones, ſeu Statuta præinſerta, quo firmius ſubſiſtant, & ſerventur esactius, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri, ac alias deſuper Paſtoralis providentiæ noſtræ partes interponi plurimum deſiderent: Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§.4. Nos igitur, qui prædictæ Academiæ proſperum ſtatum, & directionem, ac uberiora in dies incrementa ſinceris esoptamus affectibus, eorumdem esponentium votis hac in re, quantum eum Domino poſſumus, benigne annuere, eoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & illorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtasat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, bujuſmodi ſupplicationibus incliuati, Conſtitutiones, ſeu ſtatuta præinſerta, omniaque, & ſingula in eis contenta, & espreſſa, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, atque irrefragabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ampliſſime ſupplemus.

Confirmatio præd.

Electio Præſidis Clericalis in S. Sedis Notarium.

§.5. Præterea memoratæ Academiæ, ſeu Inſtituti ſcientiarum modernum Præſidem Dilectum Filium Lelium Triumphettum Philoſophiæ Doctorem, ac in dicto Bononienſi Gymnaſio ſimplicium medicinalium Lectorem emeritum, hortoque publico Præfectum, necnon Collegiatæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Majoris prædictæ Civitatis, Canonicum, ejuſqoe futuros in eodem Præſidis officio, quod cæteroquin ad vitam conferendum erit, ſucceſſores, dummodo tamen in Clericali ſtatu conſtituti ſint, ut ad idem Officium laudabilius gerendum incitentur, ſpecialis favore gratiæ decorare volentes, eumdem Lælium, ejuſque ſucceſſores quoslibet noſtros, dictæque Sedis Notarios, ſine tamen præjudicio dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium, eum omnibus juribus, juriſdictionibus, prærogativis, & inſignibus debitis, & conſuetis creamus, & conſtituimus, ac in numerum, & conſortium aliorum noſtrorum, & ejuſdem Sedis Notariorum referimus, & conſcribimus, illiſque etiamſi habitum, & rocchettum Notariorum dictæ Sedis justa deereta Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati non deferant, ut omnibus, & quibuſcumque privilegiis, & faculatibus, exemptionibus, immuoitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus cæteri omnes Notarii noſtri, etiam de numero participantium, eitra tamen esemptiones a Concilio Tridentino ſublatas, itaut nedum quoad criminalia, ſed etiam quoad eivilia ſubjaceant Ordinariis, ac citra facultates legitimaodi, ad gradus promovendi, & Notarios, ſeu Tabelliones ereandi, aliaque bujuſmodi privilegia eiſdem Notariis de numero participantium conceſſa, ſeu ab eis prætenſa, itaut illis nullibi uti valeant, ac irritum, & inane exiſtat quidquid ſecus per eos, aut eorum quemlibet reſpective attentari contigerit, utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non ſolum ad eorum inſtar, ſed pariformiter, & æque principaliter, ae ſi privilegia, facultates, esemptiones, gratiæ, & indulta hujuſmodi pro illis emanaſſent, uti, potiri, & gaudere, ac omnibus, & ſingulis Apoſtolicis, aliiſque literis, inſtrumentis, & ſcripturis publicis, & privatis deinceps eorum nomine conficiendis Notarios ſeſe inſcribere, & illis ſubſcribere valeant, ac pro veris, & non fictis Notariis ab omnibus habeantur, nihilque qualecumque illud fuerit, cum iis ſubſcriptionibus ſubreptitium, vel obreptitium, aut invalidum, ſed illud idem efficax in omnibus cenſeatur, auctoritate Apoſtolica earumdem tenore præſentium concedimus, & indulgemus.

Electio Præſidis Laici in Equitem Auratæ Militiæ.

§.6. Quod ſi ejuſdem Academiæ, ſeu Inſtituti ſcientiarum pro tempore Præſes in Laicali ſtatu conſtitutus reperiatur, ac in eo permanere velit, ipſum, ſtatim ae ad ejuſmodi Officium aſſumptus fuerit, auratæ Militiæ Equitem facimus, conſtituimus, & creamus, ae aliorum Equitum Militiæ hujuſmodi numero, & conſortio favorabiliter aggregamus, eique, ut Torquem aureum, ae enſem, ae aurata Calcaria geſtare, necnon omnibus, & ſingulis privilegiis gratiis, indultis, esemptionibus, & prærogativis, quibus alii Equites hujuſmodi de jure, uſu, vel conſuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pari modo (citra tamen facultates a prædicto Concilio Tridentino ſublatas) uti, frui, & gaudere libere, & licite valeat, auctoritate, & tenore prædictis ſimiliter indulgemus.

Præceptum conficiedi ſingulis annis ſtatum œconomicum, & relationem obſervationum, & experimentorum.

§.7. Inſuper quo plenius, ae uberius felici prædictæ Academiæ, ſeu Inſtituti ſcientiarum ſtatui, atque gubernio, necnon rectæ illius bonorum, & proventuum quorumeumque adminiſtrationi perpetuis futuris temporibus conſultum ſit, harum ſerie ſtatuimus, & mandamus, ut a memorato eœtu, ſeu Congregatione Aſſumptorum nuncupatorum in fine cujuslibet anni, qua par eſt, ſedulitate, ac fide conficiatur ſtatus Œconomicus ejuſdem Academiæ, necnon accurata exaretur relatio obſervationum, ae esperimentorum factorum, ſingularumque rerum memorabilium, quæ in eadem Academia eo anno contigerunt, ut fructus, qui es peractis ſtudiis perceptus fuerit, conſtare poſſit. Ejuſmodi vero ſtatum Œconomicum, & relationem ab eodem cœtu, ſeu Congregatione Aſſumptorum exhiberi ſubinde volumus antedictis Reformatoribus, necnon moderno, & pro tempore exiſtenti in Civitate, & Comitatu Bononienſi noſtro, dictæque Sedis de Latere Legato, quibus injungimus, ut tam ſtatum Œeo-

œconomicum; quam relationem prædicta ſimul diligenter examinent, atque diſcutiant, & ſi quid pro meliori dictæ Academiæ regimine corrigendum, præcipiendum, ſeu ſtatuendum eſſe cenſuerint, pro tradita ſibi a Domino prudentia corrigere, præcipere, atque ſtatuere non omittant, ejuſque bonum, utilitatem, & incrementa, quantum in ipſis erit, omni cura, ſtudio, ac ope promoveant.

Clauſulæ. §.8. Decernentes eaſdem præſentes literas, & Conſtitutiones, ſeu ſtatuta præinſerta ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, ſublata eis, ac eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.9. Non obſtantibus prædicti Lateranen. Concilii noviſſime celebrati de certo Notariorum numero cui per hoc alias derogare non intendimus, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, Collegii dictorum Notariorum, ac prædictæ Civitatis, aliiſque quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & Conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſse derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Mandatum emittendi profeſſionem Fidei per Præſidem Academiæ. §.10. Volumus autem, quod dictus Lælius modernus, ac pro tempore exiſtens prædictæ Academiæ, ſeu Inſtituti ſcientiarum Præſes, antequam gratia creationis in noſtrum, & Sedis prædictæ Notarium illi, ut ſupra, conceſſa perfrui valeat, in manibus alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ profeſſionem fidei juxta articulos pridem a dicta Sede propoſitos expreſſe emittere, & ſolitum fidelitatis juramentum præſtare omnino teneatur.

§.11. Quodque earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides ubique locorum, & gentium tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XII. Junii MDCCXV. Pontificatus noſtri Anno Decimoquinto.

CCXXI.

Confirmatur Decretum Capituli Gen: Monachorum Congregationis Fulien. de mutatione Sandaliorum in calceos. Dat. 15. Julii 1715. An. 15

A Paulo V. Conſt: ed: 1608, Mar: 28. P. 3 conceſſa fuit facultas conficiendi Ceras Agnus Dei.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Decretum præd. cum ejus cauſis. EXponi nobis nuper fecit dilectus filius Petrus a S. Catharina Prior Provincialis Provinciæ Aquitaniæ Monachorum Congregationis Fulien. Ordinis Ciſtercien., quod cum habito in noviſſimo Capitulo Generali ejuſdem Congregationis anno proxime præterito in Abbatia S. Maximini prope Civitatem Aurelianen. celebrato, ſuper uſu deferendi Sandalia, pluribus ab hinc annis in dicta Congregatione introducto, matura deliberatione, compertum fuiſſe, uſum Sandaliorum hujuſmodi, non ſolum generali Monachorum cæterarum Congregationum Monaſticarum, ac præſertim Congregationis Reformatæ S. Bernardi Ordinis præfati, qui calceos communiter geſtant, conſuetudini contrarium eſſe, verum ipſimet etiam Regulæ S. Benedicti Cap. 55. ſub qua Monachi primodictæ Congregationis vivunt, adverſari, plurimumque ipſorum Monachorum valetudini obeſſe, aliaque multiplicia exinde incommoda in laudabilium ſupradictæ Congregationis Inſtitutorum perniciem provenire, his omnibus in prædicto Capitulo Generali Seſſ. XIII., & XIV. rite diſcuſſis, & accurate perpenſis, pro bono ejuſdem Congregationis regimine, ac Monaſticæ in ea diſciplinæ progreſſu chariſſimo etiam in Chriſto filio noſtro Ludovico Francorum Rege Chriſtianiſſimo id ipſum ſuadente, decretum fuit (reſervato tamen noſtro, & hujus Sanctæ Sedis beneplacito) ut uſus Sandaliorum ejuſmodi in uſum calceorum, deinceps commutaretur, ſicque ſublato Sandaliorum diſcrimine inter utramque Congregationem prædictam memorati Ordinis Ciſtercien., in uſu, ac delatione calceorum uniformitas induceretur. Quare præfatus Petrus Prior Provincialis Nobis humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Preces Prioris Provincialis.

§.1. Nos igitur ipſius Petri Prioris Provincalis votis hac in re quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui dilectum pariter filium Procuratorem Generalem Congregationis, & Ordinis præfatorum audiverunt, conſilio, prænarratum Decretum ſuper commutatione uſus Sandaliorum in uſum calceorum a d. Capitulo Generali, ut præ- Confirmatio relati Decreti.

ut præfertur, editum ita tameo ut calcei per Monachos Congregationis, & Ordinis hujuſmodi geſtandi humilitatem, & ſimplicitatem Monaſticam omoino præſeferant, auctoritate noſtra Apoſtolica tenore præſeotium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint ſupplemus.

Clauſula.

§. 2. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces eaiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & iotegros effectus ſottiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore qoandocomque ſpectabit, in omoibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. prædictæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & dictæ Sedis Nuncios judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obſtantibus præmiſſis, ac Cooſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non quatenus opus ſit Congregationis Fulien., & Ordinis prædictorum, aliiſve quibuſvis, etiam jorameuto, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter eapreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & eapreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu esemplis, etiam impreſſis, manu alicujos Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XV. Junii MDCCXV. Pontificatus noſtri anno Decimoquinto.

CCXXII.

* Dat. 15. Junii 1715. an. 15.

Confirmantor declarationes, proviſiones, & Decreta ſuper ſportulis, quæ Tribunalibus perſolvi debent.

Hac de re vide Inn: XI. Conſt. ed: 1689, Jan: 58, P. 13. Inn: XII. Conſt: ed: 1693, Dec: 3, P. 3, Bened: vero XIII. Conſt: ed: 1726, Feb: 3, P. 2 extat quadam ordinatio pro recta juſtitiæ adminiſtratione.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſa deputandi Congregationem particularem.

CUm ad aures Sanctiſſimi Domini Noſtri plurimæ pervenerint litigantium querelæ ſuper inobſervantia Reformationis Tribonalium Urbis a felicis recordationis Paulo Papa V. editæ, necnon Literarum Apoſtolicarum rec. mem. tum Inooceotii Papæ XI. Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo octogeſimo oono, quarto Kalendas Julii, tum Innocentii Papæ XII. pridie nonas Decembris Anno præfatæ Incarnationis milleſimo ſeacenteſimo nonageſimo tertio eapeditarum, in ea præſertim parte, in qua Judicibus Commiſſariis, Rotæ, & aliis Tribnnalibus ejuſdem Urbis taxantur Sportolæ: Simulqoe delatum fuerit, quod ea de cauſa germanum præfatarum Reformationis, & Literarum Apoſtolicarum iotellectum, & claram Romanorum Pontificum mentem fallacibus argumentis, & minus veris interpretationibus, variſque ſubterfugiis, ac prætextibus, non ſine maximo ipſorum litigantium, & præſertim pauperum diſpendio, everti, eludi, & retardari contingit. Comque Sanctitas Sua, ea, qua cæteris indeſinenter præeſt, pervigili cura, & eaimia, qua pauperes proſequitor, charitate, Congregationem particolarem plurium Prælatorum ex Senioribus Romanæ Curiæ, necnon de ſtylo, ſeu praai ejuſdem Curiæ apprime ioſtructorum ſpecialiter, nt infra, ad id deputaverit, attributa eis facultate, quibuſcumque minus veris interpretationibus, inſubſiſtentibus titulis, & prætextibus penitos ſublatis, & rejectis, præfatorum Pontificum literas juxta eorum mentem, & ſenſum, declarandi, interpretandi, & debitæ, prout par eſt, eaecutioni demandandi, reſervata tamen ſibi facultate eaſdem declarationes, proviſiones, & decreta approbandi, & confirmandi: Eadem Congregatio, re mature diſcoſſa, ſub diebus decima, & decimaoctava Februarii proaime præteriti, & ſecunda Junii currentis, infraſcriptas edidit declarationes, proviſiones, & Decreta.

Deputatio d: Congregationis.

De ſportulis, ſeu propinis in cauſis commiſſis.

Primo. In Cauſis, in quibus Judices Delegati, & Urbis Tribunalia procedunt vigore unius domtaaat Commiſſionis, non liceat eis exigere, oiſi unicam tantum propinam juata Taxam in dicta Reformatione Pauli V. editam, ac in literis Innocentii XI., & Innocentii XII. confirmatam, etiamſi in Commiſſionibus fuerint expreſſa, & incluſa diverſa credita, ſeu bona, diverſæ actiones, & diverſæ perſonæ. Ac etiam non obſtante, quod ad inſtantiam Collitigantinm, vel alterius ipſorum fuerint diviſa, & diſputata diverſa dubia, ſeparatæ prodierint Deciſiones, latæque ſeparatæ ſententiæ.

In cauſis creditorum.

II. In Cauſis, in quibus fuit in ſententia declaratum cooſtare de credito unius ex Collitigantibus in aliqua certa, & determinata ſumma, reſervata alia majori ſumma in Monitorio, ſeu Commiſſione petita, diſcotienda in alia inſtantia, ſeu Judicio, taxatio Sportularum erit regulanda a rata ſummæ in Sententia definitæ, non autem a tota ſumma in Monitorio, ſen Commiſſione petita.

In cauſis concurſus eorumdem.

III. In Cauſis concurſus Creditorum non percipiatur, niſi unica propina, habito reſpectu ad totam ſummam, ſolvenda tamen proportionabi-

Digitized by Google

nabiliter ab omnibus creditoribus per contributum.

In cauſis pauperum.

IV. In Cauſis, in quarum Commiſſionibus fuit demandatum, ut docto de paupertate unius ex Collitigantibus, Judex procedat abſque ſolutione ſportularum, ſeu propinæ, nullo modo liceat exigere ſportulas, ſeu propinam ab ulla ex partibus, quamvis divite, aut ſponte dante.

In expeditionibus cauſarum.

V. In expeditionibus Cauſarum ſervetur in Rotæ Auditorio antiquus ſtylus. Nec cogantur partes eadem die, qua inſtant pro expeditione, tradere Judici, vel Notario cedulam Sententiæ, vel citationem pro Decreto definitivo, ut ſtatim, & contemporanee in eadem Rota, qua fuerit decreta expeditio cauſæ, ſubſcribatur ſententia, ſeu Decretum definitivum hujuſmodi, minuſque cogantur ante emanatam reſolutionem Rotalem pro expeditione Cauſæ ſolvere, aut deponere ſportulas, ſed liberum ſit Collitigantibus inſtare in Rota pro expeditione Cauſæ, etiam nulla tradita cedula, nec reproducta, imo nec executa citatione pro habendo Decreto definitivo, nec ullo ſportularum facto depoſito, itaut Victori, ſeu Victoribus, etiam poſt editam reſolutionem Rotalem pro Cauſæ expeditione, liceat citare, & reproducere citationes in die, qua illæ cadunt, ac tradere cedulam infra terminum *Proſervato*, & ſolvere, ſeu deponere ſportulas pro obtinendis ſubſcriptione ejuſdem Cedulæ Sententiæ, ſeu Decreto definitivo, prout juxta antiquum laudabilem ſtylum, ſeu conſuetudinem practicari conſuevit, dummodo tamen Parti victæ poſt decretam expeditionem Rotalem ſemper, & in quocumque caſu remaneat tempus congruum ſaltem tridui ad renunciandum, non obſtantibus quocumque Decreto contrario etiam ejuſdem Rotę, & contraria praxi noviſſime introducta.

In renunciatione litis.

VI. Facta renunciatione litis, non liceat recipere quidquam pro ſportulis, ſeu propina ſub quovis prætextu, etiam taxationis expenſarum, ſublatis, ac penitus revocatis quocumque Decreto ejuſdem Rotæ, uſu, ſeu conſuetudine contraria, & quibuſcumque aliis in contrarium facientibus.

In cauſis earumdem ſportularum.

VII. Quamvis in præinſertis Innocentii XII. Literis diſpoſitum ſit, ubicumque in hac ſportularum materia quæſtio aliqua emergeret ſuper interpretatione, declaratione, aut executione ſuarum, & dictorum Pauli V., ac Innocentii XI. Literarum, ſtandum eſſe judicio, & declarationi Gubernatoris Urbis pro tempore, & duorum in ordine ſuccedentium ex Congregatione Reformationis Tribunalium Urbis. Nihilominus, quia experientia compertum eſt, quam raro præfati Gobernator, & alii duo in ordine ſuccedentes ex Congregatione Reformationis convenire, & congregari valeant; Ideo pro majori, & faciliori Litigantium commoditate viſum fuit conſulendum Sanctiſſimo, ut prævia revocatione, & abrogatione in hac dumtaxat parte ſupra relatæ Conſtitutionis Innocentii XII., tam præmiſſorum, quam aliorum in præfatis literis Pauli V., Innocentii XI., & Innocentii XII. diſpoſitorum, executionem mandet, deleget, & committat ſuo, & Pontificum Succeſſorum pro tempore Auditori, ad quem facilior, & quotidie patet aditus. Quo vero ad earumdem literarum declarationem, & interpretationem mandet ſtari judicio, & declarationi ejuſdem Auditoris, necnon Decani pro tempore tum Signaturæ Gratiæ, tum Signaturæ Juſtitiæ, quovis alio recurſu, & appellatione penitus ſublatis.

Confirmatio relatorũ omnium.

Et facta Sanctiſſimo Domino Noſtro declarationum, proviſionum, & Decretorum præmiſſorum relatione, Sanctitas Sua ea approbavit, & ab omnibus Judicibus Commiſſariis, Rota, aliiſque Tribunalibus Urbis omnino ſervari mandavit, revocatis, & reprobatis quocumque Decreto, etiam ejuſdem Rotæ, uſu, & conſuetudine contraria, & aliis quibuſcumque in contrarium facientibus. Ac inſuper, prævia derogatione literis Innocentii XII. in hac parte tantum, Suo, & Pontificum Succeſſorum pro tempore Auditori illarum executionem, prout etiam eidem Auditori, & Decanis pro tempore Signaturæ Gratiæ, & Juſtitiæ earumdem interpretationem, ac declarationem ſpecialiter commiſit, & delegavit, omni, & quacumque appellatione, & recurſu rejectis, & ſublatis, ea tamen adjecta declaratione, quod Sanctitas Sua non intendit per hujuſmodi declarationum, proviſionum, & Decretorum approbationem, ſeu confirmationem, quoquomodo liberare, ſeu eximere eos, qui in aliquo contrafecerunt, ſeu contravenerunt diſpoſitis in Reformatione Pauli V., & memoratis ſuorum Prædeceſſorum literis, a reſtitutione ſummæ, ſi quæ ab illis foret indebite exacta, nec ab illis pœnis per eos quomodolibet incurſis. Datum hac die 22. Junii 1715.

Proſper Epiſcopus Cyrenen. Sanctiſſimi Domini Noſtri Auditor.

Nomina autem eorum, qui prædictæ Congregationi interfuerunt, ſunt hæc

R. P. D. Ferdinandus Nuptius Archiepiſcopus Nicenus Sac. Congr. Epiſcoporum, & Regularium Secr.

R. P. D. Vincentius Petra Archiepiſcopus Damaſcenus, Sacræ Congregationis Concilii Secr.

R. P. D. Silvius de Cavaleriis Archiepiſcopus Athenarum, Sacræ Congregationis de Propaganda Fide Secr.

R. P. D. Proſper Marefuſcus Epiſcopus Cyrenen. SS. D. N. Auditor.

R. P. D. Fattinellus de Fattinellis R.C.A. Clericus.

R. P. D. Proſper de Lambertinis Utriuſque Signaturæ Referendarius, & Promotor Fidei.

R. P. D. Gaſpar Turchus R. C. A. Commiſſarius Gener.

Salvator Paparozzius A. C., & Sacri Palatii Apoſt. Notarius.

CCXXIII.

Confirmatur Decretum Magiſtri Gen: Ordinis Prædicatorum pro abolitione alternativæ in electione Provincialis Provinciæ S. Antonini Novi Regni Granaten.

Dat. 22 Oct. 1715. An. 15.

Conſt: ed: 1712, Jul: 2, P. 12 conceſſum fuit ſuffra-

frogium ſingulis Prioribus dictæ Provinciæ. Et Inn: XIII Conſt: ed: 1722, Apr: 24, P. 1 conceduntur octo gradus Magiſterii pro Provincia Mexicana.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Referunt de Alternativa a Magiſtris Gen. ſtabilita, ejuſque abolitionis cauſæ.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Joannes de Olarte Diffinitor, & Procurator, necnon Fratres Provinciæ Sancti Antonini Novi Regni Granaten. in Indiis Occidentalibus Ordinis Prædicatorum, quod cum occaſione confirmationis actorum Capituli Provincialis an. 1710. ſuper electione Prioris Generalis celebrati nonnullæ difficultates ſuper executione Alternativæ a dilecto filio Antonino Cloche Magiſtro Generali dicti Ordinis ad favorem Fratrum filiorum Conventus de Tunza nuncupat. Provinciæ, & Ordinis prædictorum conceſſæ tam pro parte eorumdem exponentium, quam etiam dilectorum itidem filiorum Fratrum Sanctæ Fidei, & Carthaginen., ac ejuſdem de Tunza Conventuum Ordinis prædicti memorato Antonino Magiſtro Generali repreſentatæ, eique alia ioconveoientia, circa novam, & autiqoam Alternativam allegata fuiſſent, ad hoc, ut ipſe circa præmiſſa pro ſua prudentia illud, qood in Domino espedire cenſeret, decerneret, prædictus Antoniuus Magiſter Generalis quamcumque Alternativam pro electione dicti Prioris Provincialis tam a ſe, quam a prædeceſſoribus ſuis Magiſtris Generalibos, & præſertim a bon. mem. Joanne Thoma Roccaberti, dum visit Archiepiſcopo Valentin., qui in minoribus conſtitutus Magiſtri Generalis dicti Ordinis Officio functus fuerat, ſtabilitam, abolevit, caſſavit, & revocavit, ac obſervari minime voluit, & præcepit. Itaut in poſterum ii ſolum, qui ex filiis cujuſcumque Conventus dictæ Provinciæ digniores, & aptiores ad Provincialatus munus obſervandum judicabuntor, nullo habito reſpectu filiationis hujus, vel alterius Conventus in Priores Provinciales eligantur, & alias prout uberios continetur in ipſius Antonini Magiſtri Generalis Decreto deſuper edito, tenoris, qui ſequitur, videlicet =

Decretū Magiſtri Gen. pro abolitione præfatæ Alternativæ an: 1715. editū.

In Dei filiis ſibi dilectis RR. Admodum PP. Magiſtris, Prioribos, Præſentatis, Prædicatoribus Generalibus, cæteriſque Patribus, & Fratribus Provinciæ noſtræ S. Antonini de Novo Regno Granat. Ordinis Prædicatorum = Fr. Antoninus Cloche Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac ejuſdem Ordinis humilis Magiſter Generalis, & Servus = Cum occaſione oovæ Altetnativæ in favorem filiorum Conventus de Tunza pro electione Provincialis ſervaodæ, & a Nobis conceſſæ in confirmatione actorum Capituli Provincialis anni 1710. Nobis esponatis plures difficultates occurrere io illius conceſſionis executione, ac pro parte filiorum Conventus Sanctæ Fidei, filiorum Conventus de Catthagena, ac filiorum Conventus de Tunza, circa Alternativam tam novam, quam antiquam aliqua allegata ſint, ut noſtro judicio relinquentes, quod magis expediens fuerit reſolveremus; Ideo bono Provinciæ regimine, & gubernio providere volentes, viſis, & conſideratis pro utraque parte allegatis, ac ipſarum petitionibus tenore præſentium, noſtraque auctoritate officii abolemus omnem, & quamcumqoe Alternativam pro electione Provincialis in veſtra Provincia ſtabilitam, ſive a Nobis, ſive a Prædeceſſoribus noſtris, præſertim bon. mem. Reverendiſſimum de Roccabertis, illamque omnino revocamus, ac in poſterum non obſervari volumus. Itaut in Provinciales eligantur ii ſolum, qoi ex filiis cujuſcumque ſint Conventus, digniores, & aptiores ad prædictom officium judicabuntur, nullo habito reſpectu filiationis hujus, vel alterius Conventus, ſic de cætero fieri præcipimus ſub pœna nullitatis electionis, ſi aliter fiat, imponentes partibus ſuper hujuſmodi negotio perpetuum ſileotium. In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Non obſtantibus dictis conceſſionibus, & aliis quibuſcumque. In quorum fidem &c. Datum Romæ in Conventu noſtro Sanctæ Mariæ ſuper Minervam die 13. Auguſti 1715. = Fr. Antoninus Cloche Magiſter Ordinis = Fr. Thomas Ripoll Magiſter Provincialis Terræ Sanctæ, & Socius = Locus Sigilli = Regiſtrat. fol. 8.

Preces Patrū Provinciæ.

§. 1. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat dicti exponentes Decretum hujoſmodi, quo firmius ſubſiſtat, & ſervetur exactius, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſiderent. Nos ipſos Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homioe, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium domtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regolarium, qui dilectum filium modernum Procuratorem Generalem dicti Ordinis ſuper præmiſſis audiverunt, conſilio, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qoi deſuper quomodolibet intervenerint ſupplemus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti.

Clauſulæ.

§. 2. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia ioviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctotitate, ſcienter, vel ignoranter contigerit atteotari.

§. 3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit Conventuum, Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel qoavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis qooque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis,

& inno-

& innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die II. Octobris MDCCXV. Pontificatus noſtri Anno Decimoquinto.

CCXXIV.

Dat. 26. Oct. 1715. An. 15. Confirmatur Conſtitutio Innoc: XI approbans Statuta Card. Protectoris pro Reformatione Provinciæ Pedemontanæ Fratrum Carmelitarum Reformatorum.

Laudata Conſt: ed: fuit 1687, Mar: 27, P. 11. Et hic refertur. Eadem Statuta confirmata fuere pro Provincia Poloniæ ab eodem Innoc: XI. Bened: XIII Conſt: ed: 1724, Jul. 27, P. 1 inſtituitur reformatio in Provincia S. Alberti Regni Siciliæ. Et Conſt: ed: 1728, Mar: 26, P. 5 extant quædam Ordinationes pro Reformatione dictæ Provinciæ Pedemontanæ.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perp. rei memoriam.

Exordium. INjuncti Nobis divinitus Paſtoralis Officii ratio poſtulat, ut illis, quæ ad confovendum Religioſorum Virorum, eorum præſertim, qui arctioris vitæ zelo ducti primævum Religionis ſuæ rigorem ſervare laudabiliter ſatagunt, propoſitum, juvandaque eorum religioſa ſtudia, & in via Domini progreſſus ab hac Sancta Sede, pie, prudenterque emanarunt, quo firmius ſubſiſtant, Apoſtolici muniminis Noſtri patrocinium adjungamus, ſicut in Domino expedire arbitramur.

§. 1. Dudum ſiquidem fel. rec. Innocentius Papa XI. Prædeceſſor Noſter nonnulla Decreta pro Reformatione tunc exiſtentium Fratrum Provinciæ Pedemontanæ Ordinis Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo a bo: mem: Palutio dum vixit S. R. E. Cardinali de Alteriis nuncupato dicti Ordinis apud eumdem Innocentium Prædeceſſorem, & Sedem præfatam Protectorem edita per ſuas Literas in ſimili forma Brevis confirmavit, tenoris qui ſequitur, videlicet:

Tenor ipſarū literarum. Cauſæ reformationis ab Inn. XI inſtitutæ, & a Card. Protectore executioni mandatæ. INNOCENTIUS PAPA XI. *Ad futuram rei memoriam*. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Reformati Provinciæ Pedemontanæ Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, quod dilectus filius Noſter Palutius S. R. E. Presbyter Cardinalis de Alteriis nuncupatus, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protector, pro Reformatione dictæ Provinciæ juſſu Noſtro inſtituta auctoritate ſibi ad id per Congregationem Venerabilium Fratrum Noſtrorum ejuſdem S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitam, attributa, nonnulla Decreta edidit tenoris, qui ſequitur, videlicet = Palutius de Alteriis S. R. E. Cardinalis totius Ordinis Carmelitarum Protector: Cum expoſitum fuiſſet Sanctitati Suæ Reformationes primum in Conventu Taurinenſi Ordinis Fratrum Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, deinde in aliis Conventibus Provinciæ Pedemontanæ a quadraginta circiter annis ſucceſſive inſtitutum ſub obſervantia Conſtitutionum, a fel. mem. Urbano VIII. & Innocentio X. pro Conventibus in eodem Ordine Reformatis, & Reformandis, ita dilapſam eſſe, ut vix illius, vel leve manſiſſet veſtigium, illa Nobis injunxit, ut iſti Reformationi reſtaurandæ omnino provideremus. Ideo ad dictam Provinciam ablegavimus Rev. Patrem Valentinum a S. Joanne, Sacerdotem Profeſſum Provinciæ Aquitaniæ, & Sacræ Theologiæ Profeſſorem emeritum, qui poſtquam a menſe Julio proxime præterito Viſitationi ſingulorum Conventuum accurate, & diligenter incubuiſſet, eorum ſtatum in ſpiritualibus, & temporalibus ad Nos tranſmiſit, quo dignovimus, Diſciplinæ Regulari in iſta Provincia propemodum extinctæ prompto, ſalutarique remedio ſubveniendum eſſe. Quocirca ut juſſioni Suæ Sanctitatis pareamus, auctoritate per Sacram Congregationem Nobis commiſſa, ſequentia ordinanda eſſe duximus = Primo = Quia in præſenti rerum circumſtantia vix ſperari poteſt, 1. Statutum, quo deſignantur quædam Cœnobia pro reformatione. ut in omnibus Conventibus exacta præfatarum Conſtitutionum praxis reſtitui queat, tum ob quædam Decreta, quæ Leges Municipales vocant, in variis ſucceſſive Congregationibus condita, & pluribus dictarum Conſtitutionum articulis adverſantia, ideoque ab una parte Provinciæ impugnata, & per aliam propugnata, tum ob tenuem affectum, quem plures Alumnorum Provinciæ habent ad obſervandam diſciplinam in iiſdem Conſtitutionibus contentam, & aliunde nonnulli prædictorum Alumnorum ardenter aſpirant ad ſinceram, exactamque illarum obſervantiam, & a Nobis efflagitant, ut in uno, alterove Conventu congregati, & ab aliis ſejuncti in perfecta, & literali Conſtitutionum praxi, prout Deo in ſua profeſſione polliciti ſunt, viventes ſuæ obligationi ſatisfacere queant; Nos inhærentes Decretis pro Provincia Narbonenſi antehac factis per bo: me: Cardinalem Ginnettum Protectorem Ordinis, ac fel. rec. Urban. VIII. confirmatis per Breve datum 24. Februar. 1664. & Articulis conditis per P. Joannem Antonium Philippum Generalem 29. Septembris 1640. pro introducenda ſtrictiori obſervantia in Conventibus, & Provinciis ex parte Reformatis, & Reformandis in dicto Ordine, ordinamus præfato Viſitatori, ut eos, quos in conſcientia ad id idoneos arbitrabitur, in Conventibus Aſtenſi, Doglianenſi, & Claraſcenſi conſtituat, & ſinguli illorum poſt recollectionem decem dierum ſolemniter coram Sanctiſſimo Sacramento unam profeſſionem renovabunt, & juxta *Artic. 15. cap. 5. part. 3. Conſtit., & art. 6. cap. fin. quæſt. 3.* dictarum Conſtitutionum juramento promittent, & in carta renovationis ſubſcribent, ſe illas ad literam rurſus amplecti, & cum Dei gratia ſe fideliter obſervaturos, manebuntque eo ipſo immunes a quibuſcumque legibus municipalibus, conſuetudinibus, ac Decretis Congregationum Diffinitorialium Capitulorum Provincialium, & Generalium, etiam auctoritate Apoſtolica firmatis, conformiter dict. art. 6. part. 4. Conſtitutionum in quantum ſunt dictis Conſtitutionibus adverſa, aut diverſa = Secundo. Quia compertum 2. Quo Præ-

minentiæ, & honorum gradus adimuntur.

tum eſt iſtius Reformationis excidium, & perniciem potiſſime ex uſu Privilegiorum, & præmioentiarum, quæ Graduatis conſervata fuere, perveniſſe, ne illa, quam Sanctiſſimus Dominus vult inſtitui, ſimili periculo exponatur, ordinamus, quod nullus deinceps poterit ullum gradum ſcholaſticum ſuſcipere, niſi modo, & forma, ac ſub conditionibus, exacteque ſervatis omnibus, quæ Art.10. Cap.9. part.1. dictarum Conſtitutionum præſcribuntur: & ſi qui es illis, qui in præfatis tribus Conventibus collabuntur, ſint aliquo gradu ſcholaſtico inſigniti, omnibus privilegiis, exemptionibus, & quibuſcumque præeminentiis, quæ ſuis reſpective gradibus ea quacumque conceſſione, etiam Sanctæ Sedis, & Sacræ Congregationis competunt, in perpetuum ſcripto renunciabunt, quod & facient alii, qui ad dictam ſtrictiorem obſervantiam ea aliis Conventibus ſervatis ſervandis poſtbac tranſire volent, omneſque ſe jurejurando adſtringent nunquam in reſtitutioue dictorum Privilegiorum ob quamcumque cauſam ſe conſenſuros, ſed illi ſemper obſtituros, & ſi qui contra facerent (quod Deus avertat) eo ipſo tanquam perjuri, & infames abſque alia declaratione ſubjacebunt omnibus pœnis *dict. art.10, cap.9. part.1. Conſtitutionum expreſſis*. Tertio. Præfatos tres Conventus colendæ illi ſtrictiori obſervantiæ addicimus, & in Aſtenſi Novitiatum inſtituimus, extra quem nullus ſub pœna nullitatis pro dicta Provincia inveſtiri, & probari poterit, in aliis duobus, vel Seminarium Juniorum Profeſſorum, vel ſtudia collocabuntur, qui omnes cum aliis poſtea aggregandis perpetuo regentur ab uno Vicario Provinciali immediate ſubjecto Patri Generali Ordinis pro tempore exiſtenti cum poteſtate, & juriſdictione, nempe independenter a Provinciali, poſtulantes ad habitum, & Novitiatum, ac Novitios ſervatis ſervandis ad profeſſionem admittendi, Semioaria Juniorom Profeſſorum inſtituendi; illos ad ſtudia in Conventibus Reformatis mittendi; dignos ad Sacros Ordines præſentandi, necnon ad Conciones, & Confeſſiones audiendas admittendi, Fratres de uno Conventu ad alium Reformatom transferendi, & generaliter faciendi alia, latius eapreſſa in dictis Brevi, & Articulis, quæ exacte in omnibus, & per omnia ſervanda erunt io dicta Provincia Pedeoiontana, ae ſi pro ea nominatim conceſſa, vel ordinata eſſent, niſi præſentibus ſint contraria. Quarto. Vicarius Provincialis eligetur a perſonis, & modo præſcriptis §. 20. artic. P. Philippi, non tamen is, qui in Capitolo terminabit Officium Provincialis, oec etiam in Provincialem eligi poterit, qui in Capitulo deſinet eſſe Vicarius Provincialis. Quinto: ſemper Vicarios Provincialis manebit, etiamſi Provincialis eſſet Reformatus, & independenter ab illo ſua auctoritate fruetnr, donec eſacta Conſtitutionum obſervantia, perfectaque Reformatio in omnibus Conventibus Provinciæ inſtituta fuerit, habebitque vocem, & locum in Capitulo Provinciæ poſt Provincialem abſolutum, & recens electum. Sexto: poterit ſingulis trienniis, ſine cujuſcumque conſeoſu unum aliorum Conventuum Provinciæ iſtis tribus adjungere, ſi opportunum judicaverit, ſuoſque Subditos, aliis remiſſis ad Patrem Provincialem, ut illis de Conveotu provideat, collocare, excepto aliquo ſeſagenario, ſi quis forſan ibi reperiretur, quo ſic paulatim non fucata, ſed ſincera Reformatio introducatur. Septimo: Juxta Articulos P. Philippi ſemper erunt, ſaltem duo Diffinitores ea Reformatis, qui in ſingulis Capitulis Provinciæ eliguntur es quinque, quos Vicarius Provincialis, & duo Diffinitores abſolvendi, & Priores Reformatorum cum ſuis Diſcretis oominaverint; ſi ſecus factum fuerit, primi duo ex nominatis eo ipſo erunt primi Diffinitores Provinciæ. Similiter Provincialis electus, etiamſi eſſet Reformatus, tenebitur eligere pro ſuo Aſſiſtente, ſeu Socio unum ex tribus, qui ſibi a præfato Vicario duobus Diffinitoribus recens electis, & Prioribus præſentabuntur. Octavo: Non poterit Vicarius conſentire, ut ullus ſuorum ſubditorum a qiiocumque Superiore Ordinis miſſus, etiam Studiis, Concionum, aut Regeotiæ, vel alia quacomque cauſa vadat habitatum in Conventu, oon obſervaote dictas Conſtitutiones ſub pœna depoſitionis ab Officio per Vicarium, & perpetuæ privationis vocis, & loci a Religioſo migrante ubicumque inhabites, incurrenda, qui etiam habebitur pro Deſertore Reformationis, nec viciſſim Vicario fas erit aliquem noo obſervantem dictas Conſtitutiones, a quocumque miſſus fuerit in Conventibus ſibi ſubditis ad habitandum admittere, niſi præmiſſa annua probatione, aut forſan ad Conciones habendas tempore Adventus, & Quadrageſimæ. Nono: Nullus etiam ex aliis Conventibus in iſtis tribus, & aliis ſucceſſive aggregandis admitti poterit, niſi conformiter Conſtitutionibus §.5. de regimine Provinciarum part.3. Conſtitutionum, & 5. Artic. P. Philippi probatus fuerit per annum, gaudebit tamen, durante probatione ſuis voce, & loco, ſed ſolum cum Patribus, & non cum Novitiis converſabitur. Decimo. Conventus ſemel in anno viſitabuntur, oiſi caſus extraordinarius aliud eaigat, & quidem a ſolo Vicario Provinciali, cum Aſſiſtente ſingulis trienniis de conſilio piorum Reformatorum a ſe aſſumendo. Undecimo: Virtute ſupraſcriptorum Decretorum nec ſunt, nec erunt liberi ab obſervatione Cooſtitutionum Strictioris Obſervantiæ, qui illam in ſua profeſſione promiſerunt, nec ab obligatione ſervandi vitam communem it, qui jurejurando ipſi juxta Decretum fel. rec. Urbani Papæ VIII. de die 24. Februarii 1644. obſtricti ſunt, quia ab iſtis obligationibus eos ſolvere nec intendimus, nec poſſumus: Anteſcripta Decreta in præfata Provincia Pedemontana præcepimus perpetuo ſervari. Datum Romæ in Palatio Noſtro die 24. Jaouarii Anno Domini 1686. ſic ſignatum Palutius Cardinalis de Alteriis Protector = Loco ✳ Sigilli, & infra Georgius Gripparius Secretarius = concordat cum originali: Sic teſtor Romæ 27. Decembris 1686. Frat. Damaſcenus a Nativitate Beatæ Virginis Mariæ Notarius Apoſtolicus Ordinis Carmelitarum. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Decreta hujuſmodi ſubinde per Commiſſarios a Capitulo Generali Ordiois prædicti, noviſſime, celebrato deputatos, poſt exactum illorum examen, digua reperta fueriot, quæ pro validiori introductione, & feliciori progreſſu dictæ Reformationis, Apoſtolicæ Confirmationis patrocinio, ſi ita Nobis placeret, munirentur: quinimo idem Capitulum Geoerale Decreta præinſerta in Provincia Poloniæ dicti Ordinis obſervari ordinaverit. Et Nos illa per quaſdam noſtras in ſimili forma Brevis Literas pro eadem

3. Quo inſtituitur Vicarius Provincialis, & Cœnobia pro juventute determinantur.

4, 5, 6 in quibus de electione præd. Vicarii, ejus munere, tempore, ſuffragiis, & facultate.

7. In quo de electione Diffinitorum, & Socio Provincialis.

8, 9, in quibus de habitatione Fratrum.

10, in quo de Viſitatione.

11, in quo de obſervantia Conſtitutionum, & vitæ communis.

Relata Decreta confirmata fuere pro Provincia Poloniæ.

eadem Provincia Poloniæ confirmaverimus; Nunc vero dicti Eſponentes vereantur ne ſimilis Apoſtolicæ Confirmationis defectu eorum Provinciæ Reformatio ſtatim pereat, ſicut alia, quæ annos triginta, vel circiter inſtituta fuerat, & multi Fratres, qui ad reformationem hujuſmodi anhelant, non audeant illam amplecti, niſi petita, & obtenta prius decretorum hujuſmodi Apoſtolica Confirmatione. Nobis propterea Exponentes prædicti humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſibi in præmiſſis opportune provideri, & ut infra, indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur; Nos igitur ipſos Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati,

Item pro Provincia Pedemontana.

Decreta præinſerta pro Reformatione præfatæ Provinciæ Pedemontanæ a memorato Palutio Cardinale, & Protectore edita, ut præfertur, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, & expreſſis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, ac in eadem Provincia Pedemontana ſervari mandamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces eſiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab illis reſpective inviolabiliter obſervari: Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit Ordinis, & Provinciæ Pedemontanæ hujuſmodi, aliiſve quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXVII. Martii MDCLXXXVII. Pontificat. Noſtri Anno Undecimo.

Proces Provinciæ, & cauſa ſequentis Confirmationis.

§.2. Cum autem, ſicut dilecti filii Fratres dictæ Provinciæ Nobis nuper exponi fecerunt, ipſi duos Conventus, ultra tres alios, quos poſſident, eidem Provinciæ uniri obtinuerint, ac proinde præinſertas Innocentii Prædeceſſoris Literas, quo ſerventur exactius, & regularis obſervantia in eadem Provincia firmius ſolidetur, Apoſtolicæ confirmationis Noſtræ præſidio communiri ſummopere deſiderent: Nos ipſos Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſuper diſciplina Regulari deputatorum conſilio, præinſertas memorati Innocentii Prædeceſſoris Literas, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium confirmamus, & approbamus, & innovamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Confirmatio Conſtitutionis Inn.XI.

Clauſula.

§.3. Decernentes eaſdem præſentes Literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obſtantibus omnibus, & ſingulis illis, quæ in præinſertis Innocentii Prædeceſſoris Literis conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœceſis ſub Annulo Piſcatoris die XXVI. Octobris MDCCXV. Pontificatus Noſtri Anno Decimoquinto.

CCXXV.

Confirmatur Decretum Congregationis Epiſc., & Reg. quo denegatur ſeparatio 5. Cœnobiorum a Provincia Aragoniæ Fratrum Ordinis B. M. de Mercede.

Die. 16. Dec. 1715. An. 16.

Conſt: ed: 1702, Mar: 29, P. 2 confirmatum fuit Decretum Card: Protectoris pro reformatione Conſtitutionum. Et Conſt: edit: 1719, Dec: 6, P. 20 confirmatur Decretum ſuper habitu Fratrum Donatorum Congregationis Hiſpaniæ.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Petitio facta pro ſeparatione 5. Cœno-

EManavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium

biorum Provinciæ Navarræ, ac erectionis a'iæ Provinciæ.

lium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita in cauſa dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum inſtantibus Religioſis quinque Conventuum Regni Navarræ dicti Ordinis pro gratia ſeparationis, & diſmembrationis dictorum quinque Conventuum a Provincia Aragoniæ ejuſdem Ordinis, eorumque erectionis in particularem ſeparatam, ac novam Provinciam pro tempore exiſtenti Magiſtro Generali Ordinis hujuſmodi ſubjectam Decretum

Decretũ prædict. editum 1715, in ſpecies facti refertur.

tenoris, qui ſequitur, videlicet = In Cauſa Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede inſtantibus Religioſis quinque Conventuum Regni Navarræ pro gratia ſeparationis, & diſmembrationis dictorum quinque Conventuum a Provincia Aragoniæ, eorumque erectionis in particularem, ſeparatam, ac novam Provinciam P. Generali Ordinis exiſtenti pro tempore ſubjectam. = Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita attenta relatione Eminentiſſimi Otthoboni ejuſdem Ordinis apud Sanctam Sedem Protectoris, & audito P. Procuratore Generali, referente Eminentiſſimo Paracciano, diſtulit reſolutionem, & cenſuit exquirendum Votum Capituli Generalis. Romæ 6. Septembris 1709. = Iterum propoſita Cauſa, & viſo Voto Capituli Generalis, necnon perpenſis rationibus per utramque partem informantem deductis, referente Eminentiſſimo Corſino in locum Eminentiſſimi Paracciani ſuffecto, Sacra eadem Congregatio reſcripſit negative, & cauſam hujuſmodi amplius non proponi mandavit. Romæ 29. Novembris 1715. F. Cardinalis de Abdua = F. Archiepiſcopus Nicenus Secret.

Preces Prioris Generalis.

§.1. Cum autem ſicut pro parte dilecti etiam filii Magiſtri Franciſci Mariæ Bichi Vicarii, & Prioris Generalis dicti Ordinis Nobis ſubinde expoſitum fuit, ipſe Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, & ſervetur exactius Apoſtolicæ Confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimum deſideret: Nos ipſum Franciſcum Mariam Vicarium, & Procuratorem Generalem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio ſolau Decreti

Clauſulæ.

§.2. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XVI. Octobris MDCCXV. Pontificatus Noſtri Anno Decimoſexto.

CCXXVI.

Conceditur Indulgentia plen: perp: etiam pro Defunctis in Eccleſia Montis B. M. V. Monachorum Congregationis Montis Virginis.

Dat. 2. April. 1716. An. 16.

Alex: VII Conſt: ed: 1659, Jun: 27, P. 4 eſt contra ambientes. Et Bened: XIII Conſt: ed: 1728, Mar: 26, P. 5 agitur de delinquentibus extra Clauſtra.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpet. rei memoriam.

CÆleſtium munerum theſauros, quorum diſpenſationem fidelitati Noſtræ commiſit Divina Dignatio libenter erogamus, cum id ad augendam Fidelium Religionem, & Animarum ſalutem ſperamus in Domino profuturum; ſupplicationibus itaque dilecti filii moderni Procuratoris Generalis Congregationis Montis Virginis Monachorum Ordinis Sancti Benedicti nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus ad Eccleſiam Monaſterii dicti Montis Beatæ Mariæ Virginis Conſtantinopolitanæ nuncupat. dicatam peregrinantibus, qui vere pœnitentes, & confeſſi, ac Sacra Communione refecti, Eccleſiam hujuſmodi devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, ſemel in anno, quo præmiſſa peregerint plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem, quam animabus Fidelium Defunctorum, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint per modum ſuffragii applicare poſſint, miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Preces Procuratoris Gen.

Conceſſio d. Indulgentiæ ſemel in anno

Clauſulæ.

§.1. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum

Digitized by Google

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 11. Aprilis MDCCXVI. Pontificatus noſtri Anno Decimoſexto.

CCXXVII.

Dat. 8. Maji 1716. An. 16.

Adſcribitur Beatorum Catalogo Servus Dei Franciſcus Regis Societatis Jeſu cum Officio, & Miſſa.

Clem: X Conſt: ed. 1670, Aug. 16, P. 1 extat Indultum de Officio, & Miſſa B. Stanislai Koſtkæ. Inn: XI Conſt: ed. 1687, Sep. 7, P. 6 confirmata fuit electio S. Ignatii in Patronum Regionis Cantabriæ. A Bened: XIII Conſt: ed: 1725, Jan. 21; P. 2 conceditur Scholaribus facultas eligendi Beatum Aloyſium Gonzagam in Patronum. Et Conſtit: ed: 1724, Jun.... P. 1 eſt Canonizatio Sancti Franciſci Borgiæ.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

VIros glorioſos, qui divites in virtute adepti ſunt gloriam in converſatione gentis, hoc eſt: Sanctos, & electos Domini, quos clarioribus multiformis ſuæ gratiæ chariſmatibus exornavit, Divina dignatio, laudandos eſſe monet Spiritus Sanctus; Decet ſiquidem eis, quos æternus Judex immarceſcibilis gloriæ corona donat in Cælis, & quorum Sanctitatem ſequentibus ſignis teſtatam facit in terris, debitæ venerationis cultum etiam a Fidelibus exhiberi, ut ſapientiam ipſorum narrent populi, & laudem eorum nuntiet Eccleſia.

Epitome virtutum, & meritorum dicti Servi Dei.

§. 1. Hos inter, cum longe, lateque refulſerit Dei Servus Joannes Franciſcus Regis Sacerdos profeſſus Societatis Jeſu, qui nimirum virtute indutus ex alto, portanſque jugum ab adoleſcentia ſua, pœnitentiæ auſteritatem cum innocentiæ candore uſquequaque conjunxit: ac, jugiter dilatante cor ejus Spiritu Sancto, in omnibus exhibuit ſeipſum, ſicut Dei Miniſtrum in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis, in plagis, in laboribus in vigiliis, in jejuniis, in ſcientia, in ſuavitate: præcipue vero in charitate non ficta, qua in Deum, & proximos mirabiliter æſtuavit; Apoſtolici muneris, quod nos, viribus licet, & meritis longe impares, gerere voluit Altiſsimus, ratio exigit, ut illius honorem, ac venerationem, ad Omnipotentis Dei gloriam, Catholicæ Eccleſiæ decus, Chriſtianique populi ſpiritualem ædificationem, quantum nobis ex alto conceditur, promovere ſtudeamus.

Judicium Congregationis Rituum, & preces quamplurium, præſertim Regis Francorū pro Beatificatione

§. 2. Cum itaque mature, diligenterque diſcuſſis, atque perpenſis per Congregationem Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpoſitorum proceſſibus rite, ac recte confectis ſuper vitæ Sanctitate, & Virtutibus heroicis, quibus idem Servus Dei Joannes Franciſcus multipliciter claruiſſe, nec non miraculis, quæ ad ejus interceſſionem, & ad manifeſtandam hominibus illius Sanctitatem a Deo patrata fuiſſe aſſerebantur, eadem Congregatio coram Nobis conſtituta, auditis etiam Conſultorum ſuffragiis, uno ſpiritu, unaque voce cenſuerit poſſe, quandocumque nobis videretur, prædictum Servum Dei Beatum declarari, cum conſuetis indultis: Hinc eſt, quod Nos piis, atque enixis quamplurium Venerabilium Fratrum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Regni Galliarum, ac potiſſimum Provinciæ Occitaniæ, necnon dilectorum filiorum Magiſtratuum, Procerum, & Populorum Provinciæ hujuſmodi, ac totius inſuper Societatis Jeſu ſupradictæ ſupplicationibus (quas dudum etiam claræ mem. Ludovicus XIV., dum viveret, Francorum Rex Chriſtianiſſimus devotarum ſuarum precum acceſſione roboraverat) Nobis ſuper hoc humiliter porrectis paterna benignitate annuentes, de memoratorum Cardinalium conſilio pariter, & aſſenſu, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium indulgemus, ut idem Dei Servus Joannes Franciſcus Regis in poſterum Beati nomine nuncupetur, ejuſque Corpus, & Reliquiæ venerationi fidelium (non tamen in Proceſſionibus circumferenda) exponantur; Imagines quoque radiis, ſeu ſplendoribus exornentur, ac de eo recitetur Officium, & Miſſa celebretur de Confeſſore non Pontifice ſingulis annis, juxta Rubricas Breviarii, & Miſſalis Romani, die 24. Maji, cum dies 31. Decembris, qua ipſe Servus Dei ſpiritum Creatori reddidit, & aliæ plures illam ſubſequentes, ut notum eſt, impeditæ reperiantur. Porro recitationem Officii, & Miſſæ celebrationem hujuſmodi fieri concedimus in locis dumtaaat infraſcriptis, videlicet: in Oppido de *Foncovverte* Narbonenſis Diœceſis, in quo dictus Servus Dei natus eſt, in Pago *Lalovesci* Viennenſis Diœceſis in Delphinatu, unde ad Cælos evolavit, & ubi venerabile ejus Corpus requieſcit, ac in Civitate Anicienſi, in qua plurium annorum ſpatio, & pene uſque ad ſuum obitum habitare conſuevit, ab omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus tam Sæcularibus, quam Regularibus, qui ad horas Canonicas tenentur, necnon in univerſa Societate præfata, & quantum ad Miſſam attinet, etiam a Sacerdotibus ad Eccleſias ejuſdem Societatis confluentibus. Præterea primo dumtaaat anno a datis hiſce literis, & quoad Indias a die, quo eædem literæ illuc pervenerint, inchoando, in Eccleſiis Oppidi, Pagi, Civitatis, & Societatis hujuſmodi reſpective Solemnia Beatificationis ejuſdem Servi Dei cum Officio, & Miſſa ſub Ritu Duplici majori, die ab Ordinariis reſpective conſtituta, & intra ſex menſes promulganda, poſtquam tamen in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe celebrata fuerint eadem Solemnia: pro qua re ſupradictam diem 24. currentis menſis Maji aſſignamus, pariter celebrandi facimus poteſtatem.

Adſcriptio Franciſci Regis Beatorum Catalogo cū Officio, & Miſſa die 24. Maji in certis dumtaxat locis, & tota Societate.

Clauſulæ.

§. 3. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac decretis de non cultu editis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſsis, manu Secretarii prædictæ Congregationis Cardinalium ſubſcriptis, & ſigillo Præfecti ejuſdem Congregationis munitis, eadem prorſus fides ab omnibus, & ubique tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die VIII. Maji MDCCXVI. Pontificatus noſtri Anno decimoſexto.

CCXXVIII.

Dat. 3. Junii 1716. An. 16.

Confirmatur Decretum Congregationis Epiſc:, & Reg: ſuper aſſociatione cadaverum ad Eccleſias Regularium pro Provincia S. Joannis Baptiſtæ Ord: Fratrum Prædicatorum in Regno Peruviano, contra Parochos, & Clerum ſæcularem.

Idem conceſſum fuit Societati Jeſu a Clem: X Conſt: ed: 1672, Aug: 3, P. 3. Inn: XII Conſt: ed: 1699, Oct: 9, P. 9 mandata fuit obſervantia Conſtitutionum circa Fratres conjunctos dictæ Provinciæ. Et Bened: XIII Conſt: ed: 1724, Sept: 22, P. 1 extenditur privilegium liberandi animas a Purgatorio ad omnes Sacerdotes Ordinis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Referentur varia decreta Congregationis quibus interdicitur Parochis, & Clero ſæculari ingredi Eccleſias quorumdam Regularium in aſſociatione cadaverum, ſuper ea functiones peragere, & pro iis majorem eleemoſynam accipere.

NUper pro parte dilecti filii Bernardini Solorzani Procuratoris Generalis Provinciæ Sancti Joannis Baptiſtæ Ordinis Prædicatorum Regni Peruani in Indiis Occidentalibus Congregationi Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ expoſito, quod alias prædicta Congregatio die 7. Decemb. 1640. inſtante tunc exiſtente Commiſſario Curiæ Fratrum Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia nuncupatorum declaraverat, Parochos, & Presbyteros Terræ de Lauretano, ac alios Diœceſ. Brunduſin. accipere non poſſe majorem eleemoſynam pro Defunctis, qui in Eccleſiis dictorum Fratrum ſepeliebantur, quam accipiebant pro iis, qui in Eccleſiis dictorum Parochorum, & Presbyterorum ſæcularium. Similiter die 31. Auguſti anni 1658. inſtantibus Fratribus Provinciæ Dalmatiæ ejuſdem Ordinis decreverat, functiones generales ſuper cadaveribus Defunctorum, quæ itidem ſepeliebantur in Eccleſiis Regularium, poſtquam ipſa cadavera ad Eccleſias ipſorum Regularium perveniſſent ad eoſdem Regulares, non autem ad Parochos pertinere, eodemque modo die 16. Decembris 1661. pariter declaraverat ſuper controverſiis, quæ inter Parochos Civitatis Placentinæ, & Monachos Monaſterii S. Siati Congregationis Caſſinen. Ordinis S. Benedicti occaſione funerum exortæ fuerant, prout ſtatuerat, & decreverat die 17. Decembris 1671. ad inſtantiam tunc exiſtentis Procuratoris Generalis eorumdem Fratrum S. Franciſci Parochis, qui aſſociabant cadavera Defunctorum, quæ in Eccleſiis Regularium pariter ſepeliebantur non licere ea occaſione ingredi Eccleſias Regularium, ſed a januis ipſarum Eccleſiarum dimittere debere cadavera hujuſmodi, & ſolum poſſe benedicere, & dare ultimum vale, officia vero, & alia munia, quæ in ſimilibus fieri ſolebant a Regularibus non autem a Parochis fieri debere, his vero non obſtantibus cum Parochi in partibus Hiſpaniarum, & Indiarum alter in Eccleſiis Presbyterorum, ſeu Clericorum Regularium Societatis Jeſu in grave eorum præjudicium prætenderent, tunc pariter exiſtens Procurator Generalis earumdem Hiſpaniarum, & Indiarum ejuſdem Societatis memoratæ Congregationi tunc exiſtentium ejuſdem S.R.E. Cardinalium die 6. Maji 1672. ſupplicaverat, ut ad removenda omnia, & quæcumque ſcandala benigne declararet; ſupradicta omnia Decreta, & declarationes ad unguem in Eccleſiis ſuarum Domorum, & Collegiorum ſervanda fore, ac ſi ad ipſius Societatis Inſtantiam emanaſſent, dicta vero Congregatio Cardinalium indulſerat decernendo, dandas eſſe prædictas declarationes alias editas, eaſque in dictis Eccleſiis Societatis omnino ſervandas eſſe, ejuſque Decretum poſtmodum per fel: rec: Clementem PP. X. Prædeceſſorem noſtrum per quaſdam ſuas in ſimili forma Brevis expeditas literas confirmatum, ac pro eorumdem literarum, ac pro decreti hujuſmodi executione Monitorium a tunc etiam exiſtente Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditore expeditum fuerat.

Præd: Decreta extenſa fuere ad Eccleſias Societatis Jeſu in Hiſpaniis, & Indiis, necnon a Clem: X cõfirmata.

Cauſa Decreti Congregationis pro Provincia S. Joannis Baptiſtæ.

Et in eadem expoſitione ſubjuncto, quod dilecti filii Parochi ejuſdem Regni Peruani in prædictis Indiis prætenſiones dictis decretis, & reſolutionibus contrarias, & oppoſitas habebant in Eccleſiis Domorum, & Conventuum dictæ Provinciæ S. Joannis Baptiſtæ, & ſignanter Oppidi de Potoſi, & Civitatis de Cuquiſache reſpective nuncupat., nempe exigendi majorem eleemoſynam pro Defunctis, qui in Eccleſiis Parochorum, & Presbyterorum ſæcularium ibidem ſepeliebantur, ac rurſus peragendi ſuper ipſos functiones generales ſuper Defunctorum Cadaveribus, quæ in eorumdem Fratrum Eccleſiis tumulabantur, poſtquam ipſa cadavera ad eorum Eccleſias pervenerant, & tandem ingrediendi ſuas Eccleſias occaſione dictorum funerum, & aliorum ſimilium, ideoque ad removenda ſcandala, aſſiduaſque diſcordias, quæ in dies oriebantur pro parte ejuſdem Bernardini Procuratoris Generalis eidem Congregationi Cardinalium ſupplicato, ut ſuper præmiſſis in omnibus, & ſingulis Eccleſiis ſupradictæ ſuæ Provinciæ, eodem modo, quo ad favorem eorumdem Presbyterorum, ſeu Clericorum Societatis prædictæ in partibus Hiſpaniarum, & Indiarum proviſum fuerat, ut præfertur, provideret, Decretaque ad eorum, & aliorum favorem edita ad dictas Eccleſias memoratæ Provinciæ S. Joannis Baptiſtæ, & ſignanter Oppidi de Potoſo, & Civitatis de Cuquiſache Provinciæ, & Ordinis hujuſmodi in poſterum eadem forma exacte, ac ſi ad eorumdem Fratrum Prædicatorum Provinciæ Oppidi, ac Civitatis prædictorum favorem emanaſſent extendi, ac obſervari, ac executioni demandari præciperet. Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui ſequitur videlicet = Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, attentis, narratis, ac referente Eminentiſſimo S. Priſcæ, cenſuit, ac decrevit danda eſſe Decreta alias edita, & ſignanter illud emanatum ſub die 6. Maji 1672. ad inſtantiam D. Alonſi de Alarcos Procuratoris Generalis Hiſpaniarum, & Indiarum Societatis Jeſu, videlicet = Sacra &c. Oratoris precibus benigne indulgens, cenſuit dandas eſſe petitas declarationes ſæpe alias editas, eaſque etiam in prænarratis Eccleſiis Societatis eſſe obſervandas, nimirum Parochis in aſſociatione, ſive occaſione aſſociationis cadaverum non licere ingredi Eccleſias Regularium, ſed teneri dimittere eadem cadavera ad januam Eccleſiarum ibique ſolum poſſe

Decretum præd: 1716. quo extenduntur ſupradicta Decreta etiam ad Provinciã S. Joann: Baptiſtæ.

poſſe benedicere, & dare ultimum vale. Officia vero, & alia munia, quæ in hujuſmodi miniſteriis adhiberi ſolent, ab ipſis Regularibus peragi debere, non autem a Parochis. Epiſcopos, ſeu Ordinarios locorum permittere non debere, ut Parochi, aliique de Clero ſæculari majorem eleemoſynam ſibi attribui faciant ab hæredibus Defunctorum, qui in Eccleſiis Regularium ſepulturam ſibi elegerint, quam percipere poſſent, ſi in Parochiali, ſeu alia ipſius Cleri ſæcularis Eccleſia ſepeliri voluiſſent. Functiones Funeralium ſuper cadavera Defunctorum, quæ in Eccleſiis Regularium contingit ſepeliri, poſtquam ad eaſdem Eccleſias pervenerint, ad ipſos Regulares, non ad Parochos pertinere. Contrariis quibuſcumque circa ſupra ſcripta omnia minime obſtantibus. Romæ 24. Aprilis 1716. F. Cardinalis de Abdua Archiepiſcopus Damaſcenus Secretarius.

Preces Procuratoris Provinciæ. §.1. Cum autem, ſicut dictus Bernardinus Procurator Generalis Nobis ſubinde exponi fecit, ipſe Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, & ſervetur exactius Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſideret. Nos ipſius Bernardini Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum Confirmatio relati Decreti. præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium.

Clauſulæ. §.2. Decernentes eaſdem præſentes literas, firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari, ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die III. Junii MDCCXVI. Pontificatus noſtri Anno Decimoſexto.

CCXXIX.

Dat. 19. Julii 1716. An. 16.

Conceditur Indulgentia plen: perp: in feſto S. Petri de Alcantara pro Eccleſiis Fratrum Min: Conventualium.

Hæc Indulgentia pro Eccleſiis totius Ordinis conceſſa fuit a Clem: X Conſt: ed: 1670, Maji 11, P. 1. Item ab Inn: XII Conſt: ed: 1695, Aug: 18, P. 5 alia plenaria pro Eccleſia Civitatis Aſſiſien. & a Bened: XIII Conſt: ed: 1724, Jun: , P. 1 ubi de Canonizatione B. Catharinæ a Bononia.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. INjunctæ Nobis divinitus Apoſtolicæ ſervitutis ratio poſtulat, ut cæleſtium munerum theſauros diſpenſationi noſtræ a Domino creditos fideliter erogemus, cum id ad augendam in Terris Sanctorum in Cælis cum Chriſto regnantium venerationem, excitandamque, & confovendam erga illos fidelium devotionem, ac ad animarum ſalutem ſperamus in Domino profuturum.

Preces Procurator. Gen: §.1. Supplicationibus itaque dilecti filii moderni Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci Conventualium nuncupatorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ac de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione Conceſſio præd: Indulgentiæ. refectis, qui aliquam ex Eccleſiis quorumcumque Conventuum dicti Ordinis tam hactenus erectis, quam in poſterum quandocumque erigendis, ac ubicumque locorum exiſtentibus die feſto Sancti Petri de Alcantara, a primis veſperis, uſque ad occaſum ſolis diei hujuſmodi ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Clauſulæ.

§.1. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides ubique habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXIX. Julii MDCCXVI. Pontificatus Noſtri Anno Decimoſexto.

CCXXX.

Dat. 19. Aug. 1716. An. 16.

Uniuntur tres Parochiales Eccleſiæ de Jurepatronatus Regis Portugalliæ Regiæ Capellæ in Civitate Ulyſſiponen., cum nonnullis ordinationibus.

Alex: VIII Conſt: ed: 1690, Apr: 10, P. 1 erecta fuit Eccleſia de Peakim, & Nenkim de jurepatronatus d. Regis. Inn: XII Conſt: ed: 1696, Oct: 15, P. 6 ſeparatæ fuere quædam Provinciæ a dd. Diœceſibus. Et hujus Pontificis Conſt: ed: 1716, Nov: 17, P. 16 erigitur Patriarchalis Eccleſia Ulyſſiponen. de jurepatronatus regio.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum DEI,

Dilectis Filiis Venerabilium Fratrum noſtrorum Archiepiſcopi Bracharen., & Epiſcopi Lamacen. Officialibus ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium a zelo promovendi divinū cultum præſertim in Collegiatis insignibus.

IN Supremo Apoſtolicæ Dignitatis Solio Divina favente clementia meritis licet imparibus conſtituti ad ea, per quæ quarumdam Collegiatarum Eccleſiarum, quæ inter præcipuas Univerſi Orbis Eccleſias, utpote Regio nomine inſignitas, ac alicui ex Divis Apoſtolis dicatas conſpicuo honore illuſtrantur, & frequenti Nobilium interventu, atque Regalium Perſonarum præſentia decorantur, gloriæ, & ornamento, & Eccleſiaſticorum Miniſtrorum in illis Divini cultus inſiſtentium indigentiis conſulitur, Paſtoralis Officii noſtri ſolicitudinem favorabiliter interponimus, ut eiſdem Eccleſiis, ubi debita venerationis officia, ea qua par eſt cura, religione, & reverentia, præſtantur, additis majoribus redditibus, ipſorumque Eccleſiaſticorum Miniſtrorum adauctis commodis, & utilitatibus pro majori illorum decore, onerumque illis incumbentium ſupportatione ad uberiorem æterni nominis gloriam Divinus cultus, ac Fidelium pietas latius in diem multiplicetur.

Regia Capella erecta fuit ab hoc Pontifice in insignē Collegiatam, cum privilegiis, dote, 6 Dignitatibus, 18. Canonicatibus, 12 beneficiatibus a Rege nominandis, & nōnullis Mansionariis ab eodem amovibilibus.

§.1. Aliam ſiquidem Nos Regiam Capellam Divo Thomæ dicatam Regii Palatii Civitatis Ulyſſiponen. totius Portugalliæ, & Algarbiorum Regnorum Metropolis in Sæcularem, & Inſignem Collegiatam Eccleſiam ſub ejuſdem Divi Thomæ invocatione, & in ea Decanatum Primam, & Principalem, cujus octoginta octo cum duobus tertiis, computatis vero diſtributionibus quotidianis, ducentorum, & ſexaginta ſex, ac alias quinque Dignitates, & octodecim Canonicatus, totidemque Præbendas, quarum, & quorum cujuslibet ſexaginta ſex cum duobus tertiis, computatis vero diſtributionibus quotidianis, ducentorum, necnon duodecim perpetua ſimplicia, perſonalemque reſidentiam requirentia Beneficia Eccleſiaſtica, quorum cujuslibet trigintatrium ducatorum auri de Camera cum uno tertio alterius ducati ſimilia, computatis vero eiſdem diſtributionibus quotidianis centum ducatorum auri ſimilium, reſpective fructus, redditus, & proventus valorem annuum non excederent, pro totidem Clericis, ſeu Presbyteris futuris in ea reſpective Dignitatibus, ac Canonicatibus, & Præbendis, & Beneficiis hujuſmodi ad nominationem infraſcripti Joannis Regis, & ejus in dictis Regnis Succeſſorum Regum per Ordinarium loci, aut alias inſtituendis, qui apud dictam Collegiatam Eccleſiam reſidere, illique in Divinis, ac alias deſervire deberent, Apoſtolica auctoritate ereximus, & inſtituimus, eidemque infraſcripto Joanni Regi, ejuſque in dictis Regnis Succeſſoribus Regibus præfatis deputandi nonnullos Clericos Manſionarios nuncupatos ad ejus, eorumque reſpecti e nutum amovibiles, qui eidem Collegiatæ Eccleſiæ una cum Dignitatibus, Canonicis, & Beneficiatis præfatis inſervire tenerentur, facultatem tribuimus, & pro majori dictæ Collegiatæ Eccleſiæ, ubi Rex, & Regina quotidie functionibus Eccleſiaſticis aſſiſtunt, decore, & honore, & magnificentia alia indulta, privilegia, & prærogativas conceſſimus, pro Menſæ vero Capitularis ejuſdem Collegiatæ Eccleſiæ, ac Dignitatum, & Canonicatuum, & Præbendarum, necnon Beneficiorum hujuſmodi dote, nonnullos tunc expreſſos redditus, & proventus applicavimus, & appropriavimus.

Preces Regis pro unione Parochialiū de regio jurepatronatus vacantium Menſæ Capitulari d. Capellā ob ejus majorem cōſpicuitatem, & ſplendorē.

§.2. Nuper vero Chariſſimus in Chriſto Filius noſter Joannes modernus Portugalliæ, & Algarbiorum Regnorum Rex animadvertens, fructus, redditus, & proventus Menſæ Capitulari dictæ Collegiatæ Eccleſiæ, ut præfertur, applicatos, & appropriatos ob illius conſpicuitatem, & ſplendorem impares exiſtere, eique de illis, quantum in ſe eſt, providere anhelans, ad hoc, ut Capitulum dictæ Collegiatæ Eccleſiæ ſe honorificentius manutenere valeat, ac Dignitates, & Canonicatus, & Præbendas, necnon Beneficia hujuſmodi, nunc, & pro tempore obtinentes in functionibus Eccleſiaſticis peragendis, & Divinis Officiis celebrandis Altiſſimo, Deiparæque Virgini Mariæ, Divoque Thomæ, quotidie, & aſſidue etiam honorifice, & ſplendide præſtent famulatum, & provide conſiderans, quod ſi una Sancti Petri de Alſan Degada Fee, cujus ſeptingentorum, & ſex, una vero cum incertis ſeptingentorum, & quadraginta unius, ſuper quibus una nonaginta duorum, & alia Sancti Bartholomæi Oppidi de Villaſſor Bracharen., cujus ſeptingentorum, & viginti ſex cum duobus tertiis, una vero cum incertis ſeptingentorum, & octoginta unius, ſuper quibus altera penſiones annuæ, antiquæ, perpetuæ centum, & triginta ducatorum auri de Camera, cum uno tertio alterius ducati hujuſmodi olim dictæ Capellæ Regiæ in Collegiatam erectæ Apoſtolica auctoritate reſervatæ, poſt vero erectionem, & inſtitutionem præfatas Menſæ Capitulari præfatæ Collegiatæ Eccleſiæ hujuſmodi aſſignatæ reſpective reperiuntur, quæ per præſentem gratiam extinctæ, & cum fructibus, ut infra, applicandis conſolidatæ remanebunt, necnon reliquæ Parochiales Eccleſiæ Sancti Jacobi Oppidi de Leomil Lamacen. reſpective Diœceſis, cujus, & illis forſan reſpective annexorum, etiam reſpective fructus, redditus, & proventus tercentorum, & novem una vero cum incertis tercentorum, & quinquaginta unius inſimul deducta congrua pro infraſcriptis Vicariis mille ſexcentorum, & nonaginta quatuor ducatorum auri de Camera cum duobus tertiis alterius ducati ſimilis ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum, ut aſſeritur, non excedunt, & quæ, ſicut accepimus, de jurepatronatus præfati Joannis Regis ex fundatione, vel dotatione, aut privilegio Apoſtolico, cui non eſt hactenus in aliquo derogatum, fore dignoſcuntur; & ad præſens primo, & ſecundo dictæ, videlicet per obitum illorum ultimorum Poſſeſſorum extra Romanam Curiam defunctorum. Tertio dictæ vero Parochiales Eccleſiæ hujuſmodi certo modo extra eamdem Curiam vacantes prævia illarum, & cujuslibet earum tituli collativi ſuppreſſione, & extinctione de conſenſu ejuſdem Joannis Regis eidem Menſæ Capitulari dictæ Collegiatæ Eccleſiæ auctoritate noſtra Apoſtolica perpetuo unirentur, ex hoc profecto decori, majorique ſplendori præfatæ Eccleſiæ Collegiatæ, & Divini Cultus in ea augmento

Digitized by Google

mento conſuleretur. Quare pro parte dicti Joannis Regis, & ejus nomine dilecti Filii Nobilis Viri Roderici Annes de Saa Almeida, & Menezes Marchionis de Fontes præfati Joannis Regis apud Nos Oratoris extraordinarii, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus Collegiatæ Eccleſiæ præfatæ venuſtati, & decori in præmiſſis providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Unio prædd: Eccleſiarum, cum earum ſuppreſſione, & mandato officialibus Archiep: Bracharen., & Epiſcopi Lamaun. ſervanda.

§.3. Nos igitur, qui Collegiatarum Eccleſiarum quarumlibet præſertim in Regiis Palatiis erectarum, ſtatum felicem, & manutentionem ſinceris promovere deſideramus affectibus, ipſumque Joannem Regem ſpecialis gratiæ favore proſequi volentes, verumque, & ultimum dictarum Eccleſiarum vacationis modum, etiamſi ex illo quævis generalis, reſervatis etiam in corpore juris clauſa reſultet, præſentibus pro expreſſo habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis omnibus, qui fuerint evocandi, Parochiales Eccleſias præfatas, ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo, aut ex aliorum quorumcumque Perſonis, ſeu per liberas reſignationes dictorum defunctorum, & quoad tertio dictam Parochialem Eccleſiam illius ultimi poſſeſſoris, vel quorumvis aliorum de illis in dicta Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & Teſtibus ſponte factas, aut Conſtitutionem felicis recordationis Joannis Papæ XXII. Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit *Execrabilis*, vel aſſecutionem alterius Beneficii Eccleſiaſtici ordinaria auctoritate collati vacent, etiamſi tanto tempore vacaverint, quod earum collatio juxta Lateranen. Statuta Concilii, ad Sedem præfatam legitime devoluta, dictæque Parochiales Eccleſiæ diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter reſervatæ exiſtant, & ſuper eis inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, illarumque titulum collativum, ſtatum, & eſſentiam, & denominationem, eadem auctoritate noſtra etiam perpetuo ſupprimatis, & extinguatis, ita quod illæ ex nunc collativæ eſſe deſinant, & uti tales in titulum collativum quavis auctoritate conferri, & de illis diſponi quovis modo amplius nequeant, & ſi illas deinceps conferri, aut impetrari, aut alias de illis diſponi contigerit, collationes, proviſiones, & quævis aliæ diſpoſitiones de illis quovis modo faciendæ, nullæ, & invalidæ exiſtant, nullique ſuffragentur, nec cuiquam coloratum titulum poſſidendi tribuant, necnon dictarum Parochialium Eccleſiarum reſpective fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, bona, proprietates, aliaque emolumenta quæcumque in quibuslibet rebus conſiſtentia, & undecumque provenientia, cum infraſcriptis tamen legibus, & conditionibus Menſæ Capitulari dictæ Collegiatæ Eccleſiæ pro Decanatus, & aliarum Dignitatum, ac Canonicatuum, & Præbendarum, necnon Beneficiorum hujuſmodi dotis, & diſtributionum quotidianarum augmento, ita quod liceat Decano, aliiſque Dignitatibus, & Canonicis, necnon Beneficiatis prædictis eorum, ac dictæ Menſæ Capitularis nomine, corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem bonorum, jurium, & pertinentiarum, ac annexorum quorumcumque ad Parochiales Eccleſias præfatas ſpectantium, & pertinentium libere apprehendere, & apprehenſam perpetuo retinere, illarumque omnium, & ſingularum fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque percipere, exigere, & levare, ac in eorumdem Dignitates, ac Canonicatus, & Præbendas, ac Beneficia hujuſmodi pro tempore obtinentium, communes uſus, & utilitatem, modo tamen infra dicendo, ac ſalvis infraſcriptis, convertere, Diœceſani locorum, vel quorumvis aliorum licentia deſuper minime requiſita, dicta auctoritate noſtra etiam perpetuo uniatis, annectatis, & incorporetis.

Erectio trium Vicariarum in loco Parochiarum de jurepatronatus Regio cum aſſignatione congruæ.

§.4. Necnon in primodictam unam, & in ſecundodicta aliam, ac tertiodicta Parochialibus Eccleſiis uniendis præfatis reliquam perpetuas Vicarias pro tribus Presbyteris futuris Parochialium Eccleſiarum uniendarum hujuſmodi Vicariis perpetuis in eis ad præſentationem dicti Joannis Regis, ejuſque in dictis Regnis ſucceſſorum Regum præfatorum per Ordinarium loci inſtituendis, & per eumdem Ordinarium prius examinandis, & approbandis, qui apud Parochiales Eccleſias, ut præfertur, uniendas, hujuſmodi continuo perſonaliter reſidere, ac omnia, & ſingula munia, & onera Parochialia eiſdem Parochialibus Eccleſiis, ut præfertur, uniendis, & earum cuilibet quomodolibet incumbentia ſubire, & adimplere reſpective debeant, & teneantur, etiam perpetuo erigatis, & inſtituatis, illiſque ſic erectis, & inſtitutis pro illarum congrua, & competenti dote, eaſque pro tempore obtinentium congrua ſubſtentatione ex Parochialium Eccleſiarum uniendarum præfatarum fructibus, redditibus, & proventibus ſupradictis primo, & ſecundodictis, videlicet ſummam centum millium Regalium monetæ Portugalliæ pro qualibet, tertiodictæ vero Vicariis erigendis hujuſmodi congruam portionem alias Rectori tertiodictæ Parochialis Eccleſiæ in actu applicationi illius fructuum, redditnum, & proventuum Conventui Villæ de Batalha Ordinis Fratrum Sancti Dominici Prædicatorum nuncupatorum Ulyſſiponen. Diœceſis pro illius reparatione ad certum tunc expreſſum tempus auctoritate noſtra, & ob lapſum temporis hujuſmodi jam ceſſatæ, aſſignatam videlicet octoginta millium Regalium dictæ monetæ Portugalliæ cum pede Altaris ſummam centum ducatorum auri de Camera reſpective conſtituentium quotannis per Capitulum, & Canonicos præfatos reſpective perſolvendam, & per Vicarias erigendas hujuſmodi pro tempore obtinentes annuatim reſpective percipiendam, exigendam, & levandam, ac in cujuslibet eorum reſpective uſus, & utilitatem convertendam, etiam perpetuo applicetis, & appropríetis, ita tamen, quod dictarum Parochialium Eccleſiarum, ut præfertur, uniendarum fructus, redditus, & proventus a die vacationis cujuslibet earum uſque, & per totam diem vigeſimam ſecundam menſis Octobris anni Domini milleſimi ſeptingenteſimi undecimi decurſi in Paramentorum Eccleſiaſticorum, ſacrarumque ſupellectilium emptionem, ſeu illorum ſarcitionem, ac pro fabrica, aliiſque neceſſitatibus, & indigentiis dictæ Collegiatæ Eccleſiæ erogari debeant, reliqui vero poſt dictam diem vigeſimam ſecundam Octobris dicti anni, uſque nunc etiam decurſi, necnon annui redditus dictarum Parochialium Eccleſiarum, ut præfertur, uniendarum, deducta tamen ea eis ſupra-

Applicatio fructuum præfatarum Parochiarum decurſorum, & recurrendorum.

prædictæ congruæ centum millium pro qualibet ex primo, & ſecundodictis, ac octoginta millium reſpective Regalium dictæ monetæ pro tertiodicta Vicariis, ut præfertur, erigendis inſimul mille ſexcentorum nonaginta quatuor ducatorum auri ſimilium valorem annuum, ut præfertur, non excedentium pro illorum ſexta parte, videlicet pro ſumma ducentorum octoginta duorum ducatorum auri de Camera hujuſmodi, & juliorum octo monetæ pro Præbendarum dotis augmento, ita quod Decano, & aliis quinque Dignitatibus, & Canonicis præfatis novem ducati auri hujuſmodi, & julii ſeptem monetæ cum uno tertio alterius julii pro quolibet, cuilibet vero ex dictis Beneficiatis quatuor ducati auri hujuſmodi cum dimidio alterius ducati paris, & julii tres monetæ cum dimidio alterius julii ſimilis annuatim reſpective obveniant, reſiduum vero pro diſtributionum quotidianarum, etiam augmento inter Decanum, aliaſque Dignitates, Canonicos, & Beneficiatos præfatos eodem modo proportionabiliter dividendum reſpective diſtribuatur.

Conceſſio juris præſentandi ad præfatas Vicarias Regi facta, cum contrariorum derogatione.

§.5. Et ad dictas Vicarias ſic, ut præfertur, erigendas tam hac prima vice ab earum primæva erectione, & inſtitutione, ut præfertur, faciendis vacantes, quam quoties ex tunc deinceps alias quovis modo, etiam ex quorumcumque perſonis, etiam noſtri, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, ſeu cujuſvis etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, etiam tunc viventis familiarum continuorum Commenſalium, ſeu Sedis præfatæ Notariorum, Protonotariorum nuncupatorum, & aliorum Romanæ Curiæ Officialium, & Conclaviſtarum, Curialiumque, & aliorum quorumcumque ſpecialiſſimas qualitates habentium, per quas ex uno, vel pluribus capitibus tam perſonalibus, quam realibus quæcumque reſervatio, vel affectio Apoſtolica inducatur, etiam ex vacatione apud Sedem Apoſtolicam, & in quibuſvis menſibus Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, Sedique prædictæ per quaſcumque Conſtitutiones Apoſtolicas, aut Cancellariæ Apoſtolicæ regulas nunc, & pro tempore reſervatis, ſeu Ordinariis Collatoribus, etiam per Conſtitutiones, & regulas eaſdem, ſeu literas alternativarum, aut alia Privilegia, & Indulta hactenus conceſſa, & in poſterum concedenda, aut alias de jure quomodolibet competentia, ubicumque, qualitercumque, & quomodocumque vacare contigerit juſpatronatus, & præſentandi ad Vicarias erigendas hujuſmodi perſonas idoneas per Ordinarium loci inſtituendas præfato Joanni Regi, ejuſque in dictis Regnis ſucceſſoribus Regibus prædictis eadem Apoſtolica auctoritate, eo, quo ante ad dictas Parochiales Eccleſias, ut præfertur, uniendas competebat, modo ſimiliter perpetuo reſervetis, concedatis, & aſſignetis, ac juſpatronatus, & præſentandi hujuſmodi præfato Joanni Regi, ejuſque in dictis Regnis ſucceſſoribus Regibus præfatis, non ex Privilegio Apoſtolico, ſed uti ex vera, primæva, reali, & actuali, plena, integra, & omnimoda fundatione, & perpetua dotatione laicali ex bonis mere laicalibus, Regiique Patrimonii redditibus factis tantum competere, & uti tale ſub derogatione juriſpatronatus ex Privilegio Apoſtolico, vel conſuetudine, aut præſcriptione acquiſiti, nullatenus comprehendi, nec illi ullo unquam tempore, etiam cujuſvis litis pendentiæ, vel vacationis præfatarum Vicariarum apud Sedem eamdem etiam ex reſignationis cauſa, permutationis, aut alio quocumque prætextu ex quavis alia cauſa quamvis urgentiſſima, & legitima, etiam per Nos, & quoſcumque Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros pro tempore exiſtentes derogari poſſe decernatis, ac eaſdem præſentes, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod cauſæ, propter quas præmiſſa omnia, & ſingula facta fuerint coram Ordinariis locorum, tanquam Sedis præfatæ Delegatis, vel alias examinatæ, verificatæ, approbatæ, juſtificatæ non fuerint, ac quicumque in præmiſſis jus, vel intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes cujuſvis gradus, ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis, ſeu alia ſpecifica, & individua mentione digni exiſtant eiſdem præmiſſis, eorumque ſingulis non conſenſerint, ſeu ad ea vocati, ſeu auditi fuerint, etiamſi conſentire, ſeu vocari, & audiri debuiſſent, aut ex alia quantumvis juridica, legitima, & privilegiata cauſa, & quovis alio colore, prætextu, & capite etiam in corpore juris clauſo, ullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, aliove quolibet, etiam quantumvis ſubſtantiali defectu notari, impugnari, infringi, & in controverſiam vocari, ad terminos juris reduci, aut adverſus illas quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari nullatenus poſſe, ſuosque plenarios, & integros, & irrevocabiles, perpetuoſque effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & quandocumque pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari.

Clauſulæ ampliſſimæ.

§.6. Sicque, & non alias per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos Sediſque præfatæ Nuncios, judicari, & definiri debere; ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane, eadem auctoritate noſtra decernatis. Non obſtantibus noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ præfatæ regulis de Jure quæſito non tollendo, ac de unionibus, aliiſque ſimilibus gratiis, ad partes committendis, vocatis iis, qui fuerint evocandi, ac de exprimendo vero annuo valore, necnon Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis, fieri prohibentis, & aliis Apoſtolicis, etiam in Univerſalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, vel edendis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus; Privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque clauſulis, & decretis, in contrarium præmiſſorum conceſſis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, vel aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum tenores pro plene, & ſufficienter, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris,

latiſ-

latiſſime, & pleniſſime hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe harum ſerie derogamus cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Septingenteſimo Sextodecimo, quartodecimo Kalendas Septembris, Pontificatus noſtri Anno Sextodecimo.

CCXXX.

Dat. 9. Sept. 1716. An. 16.

Confirmantur nova Statuta Congregationis Muſicorum Romanæ Urbis.

Antiqua Statuta confirmata fuere ab Inn: XI Conſtit: ed: , Maji 18, P. . Ab Inn: XII Conſt: ed: 1599, Jul: 16, P. 9 approbata fuere quædam Decreta Collegii Cantorum Capellæ Pontificiæ. Ab hoc Pontifice Conſt: ed: 1712, Maji 12, P. 12 confirmata fuerunt Statuta Univerſitatis Barbitonſorum Urbis. Et Conſt: ed: 1718, Apr: 23, P. 18 approbantur Conſtitutiones Academiæ Theologicæ Rom: Urbis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

AD Paſtoralis dignitatis faſtigium meritis licet imparibus per ineffabilem Divinæ Sapientiæ, atque Clementiæ abundantiam evecti illa, quæ pro felici Societatum quarumlibet, præſertim in Alma Urbe noſtra, ex qua bonorum operum exempla in omnes Chriſtiani Orbis partes promanant, inſtitutarum, uberèſque pietatis, & Chriſtianæ charitatis fructus, adjuvante, & incrementum largiente Domino proferre laudabiliter ſatagentium regimine, & directione provide conſtituta, atque ordinata eſſe noſcuntur, ut firma ſemper, atque illibata permaneant, Apoſtolici muniminis noſtri patrocinio, cum id a Nobis petitur, libenter conſtabilimus.

Statuta ſequentia approbata fuere a Congregat: an: 1711, & 1715.

§ 1. Nuper pro parte Dilectorum Filiorum Congregationis Muſicorum ſub titulo, ſeu invocatione Sanctæ Cæciliæ in Urbe prædicta canonice, ut aſſeritur, erectæ, ſuaſque functiones in Eccleſia Sancti Caroli ad Catenarios nuncupat. de eadem Urbe Congregationis Clericorum Regularium Sancti Pauli Decollati Barnabitarum nuncupat. de præſenti exercentis Nobis expoſitum fuit, quod ipſi pro ſalubri directione, rectaque adminiſtratione dictæ Congregationis Muſicorum, & piorum operum, quibus incumbit, ultra ſtatuta, quæ a fel: rec: Innocentio Papa XI. Prædeceſſore noſtro per quaſdam ſuas deſuper in ſimili forma Brevis die 18. Maji expeditas literas confirmari obtinuerunt, cum plena approbatione ſupradictæ eorum Congregationis, ac ſubſcriptione Dilecti Filii noſtri Petri S.R.E. Cardinalis Otthoboni nuncupat. dictæ Congregationis Muſicorum apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protectoris, aliorumque hujuſmodi Congregationis Officialium facta fuerunt nonnulla alia nova Decreta, & Statuta tenoris, qui ſequitur, videlicet =

Ab omnibus exceptis Muſicis Pontificiis, ſervari debere hæc, & alia Statuta ſub pœnis infra deſignandis.

Primo. Si è ſtabilito, inerendo al Capitolo ottavo de' noſtri Statuti, che qualunque perſona tanto Eccleſiaſtica, quanto Secolare, che al preſente eſercita, ed in avvenire eſercitarà la ſudetta Profeſſione della Muſica, sì nelle Cappelle di ſervitio continuo, come in ogn'altra Chieſa di Roma, debba oſſervare li Statuti della noſtra Congregazione, ed ubbidire non ſolo a' preſenti Decreti, ma a tutti gl'altri ordini, e Decreti da farſi in avvenire dalla medeſima, ſotto le pene, che ſi diranno in appreſſo. Volendo, che il preſente Decreto comprenda indifferentemente i Maeſtri di Cappella, Organiſti, Cantori, ed Iſtromentiſti, intendendoſi però ſempre eccetuati li Muſici della Cappella Pontificia, li quali formano tra di loro un Collegio affatto diſtinto dalla noſtra Congregazione, e però non ſono, nè devono eſſere mai compreſi ſotto alcuni de' paſſati, e de' preſenti infraſcritti Decreti, e queſta dichiarazione, e proteſta s' intenda ſempre ripetita in ciaſcheduno delli ſeguenti Capitoli.

De iis, qui Congregationi ſunt adſcribendi.

Secondo. Per miglior dichiarazione del primo Capitolo de' noſtri Statuti, ove ſi diceva, che non debba ammetterſi in Congregazione, ſe non quelli, che hanno ſervigio, o ſervono Cappelle ferme, ſi ſtabiliſce, che anche quelli, che non hanno il ſervigio fermo di ſimili Capelle poſſano eſſere ricevuti in arbitrio della Congregazione, e quando non foſſero ammeſſi pur ſi poſſa dall'iſteſſa Congregazione dar loro licenza di poter cantare nelle Muſiche ogni volta, che ſi obligaranno di oſſervare li noſtri Statuti: ma ſe un Profeſſore ſarà ſtato permanente in Roma un Anno ſenza eſſerſi fatto aggregare noſtro Fratello, e ſenza aver pagato nell'ingreſſo una libra di cera alla noſtra Congregazione non poſſa più eſſere ammeſſo a Muſiche Eccleſiaſtiche, ſotto pena al Maeſtro di Cappella, che l'inviterà, o riceverà a dette Muſiche, di pagare ſcudi tre del proprio da applicarſi in opere pie ſolite farſi dalla noſtra Congregazione.

De numero ſodalium pro firmitate Congregationum.

Terzo. Ampliando il ſudetto Capitolo de' noſtri Statuti, ove ſi dice, che per eſſer valida la Congregazione Generale dovrà paſſare il numero di 40., e tra queſti dovranno eſſer preſenti due Guardiani almeno, e ſia in arbitrio dell' Eminentiſſimo Protettore, o di Monſig. Primicerio ſupplire all'aſſenza dell' altri due Guardiani, come ſe foſſero ſtati preſenti tutti quattro ſi ſtabiliſce, e ſi aggiunge, che ſia in facoltà dell' Eminentiſſimo Protettore, o Primicerio ſudetti di ſupplire anco al numero delli ſudetti 40. Profeſſori quando ne mancaſſero due, o tre, ed anche quattro, ma non più, di modo che, colla diſpenſa, o approvazione di uno delli ſudetti Superiori, baſti l'intervento di due Guardiani, e di 36. Profeſſori per fare, che ſia valida la ſudetta Congregazione Generale.

De 4. Guardianis eligendis.

Quarto. Per migliore eſecuzione del Capitolo ſecondo de' noſtri Statuti, dove ſi dice, che dovranno eſſervi ogn' Anno quattro Guardiani, cioè un Maeſtro di Cappella, l'altro Organiſta, l' altro Cantore, e l' altro Iſtromentiſta. Si determina, che delli quattro Guardiani due ne debbano reſtare confermati nell' Anno ſeguente per miglior iſtruzzione delli due nuovi, che ſi elegerranno, e così di Anno in Anno, e però eſſendo ſtati nel preſente Anno confermati il Maeſtro di Cappella, ed il Muſico nell' Anno ſeguente, ſi confermeranno l' Organiſta, ed Iſtromentiſta, e così in avvenire.

Profeſſores in Tabella deſcribendi.

Quinto. Si è ſtabilito, che ſi debbano deſcri-

Digitized by Google

ſcrivere una Tabella tutti li Profeſſori di Muſica aggregati alla medeſima Congregazione, e detta Tabella debba ſtare eſpoſta perpetuamente nella ſtanza dell' Archivio della noſtra Congregazione.

De renuentibus ſuſcipere officia.

Seſto. Che ciaſchedun Fratello ſia tenuto accettare l'Offcio, che li ſarà conferito dalla Congregazione, e ricuſandolo ſenza giuſte cauſe da approvarſi dalla medeſima, ſe ſarà Officio di Feſtarolo ſia penato di ſcudi tre, ſe di Guardiano, ſia penato di una piaſtra, e ſe altro Officio ſia penato di due libre di cera da applicarſi le dette pene, come ſopra.

Qui intereſſe debeant Congregationibus Generalibus.

Settimo. Che da ciaſcheduna Cappella ſi debba eleggere la metà de' Muſici proviſionati, li quali ſiano obligati intervenire a tutte le Congregazioni Generali, e quelli, che ſaranno di Congregazione ſegreta, ſiano tenuti tanto all' una, come all'altra, e mancando alcuno ſenza cauſa legitima da allegarſi in tempo almeno appreſſo uno delli Guardiani, debba pagare per ogni volta una libra di cera alla Congregazione. Terminato l'Anno dell'eſazione, ſucceda l'altra metà all'obligo medeſimo, o più, o meno, che ſaranno in caſo di numero diſparo, e così vicendevolmente ſi continui Anno per Anno, eleggendo la metà de'Maeſtri di Cappella, ed Organiſti col medemo obligo, e con l' Alternativa di un Anno per ciaſcheduno, così anche gl'Iſtromentiſti, che ſi elegeranno fino al numero di 24.; cioè tra Violini, Viole, e Baſſi, ed altri Iſtromenti, la metà de'quali abbia li medeſimi peſi, e pena, come ſopra.

De tempore Congregationum.

Ottavo. Così anche, ſi è riſoluto, che ogni Meſe, ſi abbia da fare la Congregazione particolare, o ſegreta per ſopraintendere alle coſe, che occorreranno.

De annua, & menſtrua eleemoſyna.

Nono. Inerendo agl'altri Decreti fatti per l'addietro ſopra l'oſſervanza del pagamento del annua elemoſina, nuovamente ſi decreta, che tutti li Maeſtri di Cappella di Roma, ed altri, quali ſono di Congregazione Generale, e Profeſſori, dovranno pagare mezzo groſſo il meſe, non eccettuando alcuno, tanto Iſtromentiſta di Arco, come di fiato, e Timpani, e di qualunque altra ſorte, così per ordine dell'Eminentiſſimo, e Reverendiſſimo Sig. Cardinale Protettore dato in voce a tutti li Maeſtri di Cappella, li quali dalla Congregazione ſono perpetuamente dichiarati Camerlenghi delle loro Cappelle per l'eſazione di quanto ſi commanda in queſto Decreto, con obligo di dover renderne conto al Camerlengo Generale, da deputarſi dalla Congregazione d' Anno in Anno, dovendo queſto denaro ſervire all'opere pie, ed altri oblighi della Congregazione, e perche gl'Iſtromentiſti non ſono proviſionati menſualmente nelle Cappelle di Roma, ſi provede anche a queſto deputandoſi dalla Congregazione Anno per Anno quattro di eſſi per l' eſazione ſudetta, li quali dovranno render conto al Camerlengo Generale, come ſopra, il quale ſarà ſindicato ogn'Anno.

De profeſſoribus pauperibus.

Decimo. E perche ſi è ſtabilito, e ſi vole, che detta elemoſina ſi paghi indiſpenſabilmente da tutti quelli, ch' eſercitaranno in qualſivoglia modo la noſtra Profeſſione, e potrebbe darſi il caſo, che ci foſſe alcuno, così povero, il quale non poteſſe corriſpondere a queſta, benche tenue contribuzione, in tal caſo non ſia tenuto farla del proprio; ma ſi ritenga nell'elemoſina, ch' alli Profeſſori poveri ſi diſtribuiſce dalli Guardiani pro tempore, e non altrimente.

De Libris Decretorum.

Undecimo. Si è decretato, che li fogli, ove ſi ſcrivono i Decreti, e riſoluzioni della Congregazione detti communemente *ſtracciafogli*, ſi debbano ſottoſcrivere almeno da uno delli Guardiani, e ſubito, che ſaranno regiſtrati al Libro della Segretaria, ſi portino, e ſi laſcino nell'Archivio della Congregazione.

De ſervando Congregationis ſecreto.

Duodecimo. Che tutti quelli di Congregazione ſegreta, non poſſano nè paleſare, nè diſcorrere de' trattati, che ſi ſono fatti, e delle riſoluzioni, che ſi ſon preſe, ſe non con chi ſarà ſtato preſente, e contravenendo ſia penato ad arbitrio della Congregazione ſegreta.

De Officialibus munus explentibus.

Decimoterzo, che gl'Officiali, che ritengono appreſſo di loro denari, Libri, Scritture, e coſe ſimili della noſtra Congregazione, dentro il termine di un meſe, dal giorno, che uſciranno dall'Officio debbano farne la conſegna al ſucceſſore, ed in caſo di contravenzione ſiano penati ad arbitrio della Congregazione ſegreta, come ſopra.

De munere, ac debito Camerarii.

Decimoquarto. Che il Camerlengo, *pro tempore*, debba tenere un Libro in buona forma, nel quale dovrà notare tutti li nomi, e cognomi delli Maeſtri di Cappella, Cantori, Iſtromentiſti, e Profeſſori, come ſopra, nel quale dovrà diligentemente regiſtrare tutti li denari, che ſi eſigeranno per la ſudetta annua elemoſina, in modo tale, che portandoſi detto Libro nella Congregazione, ſi poſſa da ciaſcheduno vedere, chi avrà pagato, e ſodisfatto, e così pure debba tenere il conto a parte delle pene, che ſi saranno riſcoſſe, ed eſatte in tutto l' Anno, con rendere doppo finito l' Anno il Conto delli ſudetti denari.

In quæ eroganda Congregationis proventus.

Decimoquinto. In fin d'ogn'Anno tutto il denaro, ch' avanzerà dell' eſigenza, dopo avere il Camerlengo *pro tempore* pagati tutti li peſi, ſpeſe, ed ogni biſognevole per la medeſima Congregazione, ſi debba immediatamente impiegare in eſtinguere il debito, caſo, che la Congregazione ne abbia.

Decimoſeſto. E dopo, che la Congregazione ſarà libera dalli ſudetti peſi, overo debiti, tutti li denari, che ſopravanzeranno, detratte le ſpeſe neceſſarie, ſiano depoſitati al Sagro Monte di Pietà, o Banco di S. Spirito di Roma dal Camerlengo *pro tempore* in credito della Congregazione a diſpoſizione delli Guardiani, e Congregazione ſegreta, li quali denari non ſi poſſino riſcuotere, ſenza mandato ſottoſcritto dalli Guardiani ſudetti, ed i medeſimi mandati ſiano ſpediti in congregazione ſegreta con il conſenſo della medeſima Congregazione, perche così &c.

Quando Officiales mutandi.

Decimoſettimo. Che la mutazione dell'Offiziali, ſi debba fare nella Congregazione Generale più proſſima avanti la feſta di S. Cecilia, ed in tal forma oſſervarſi d'Anno in Anno, nel modo, che preſcrivono li noſtri Statuti.

De Feſtis Solemnibus.

Decimo ottavo. Trovandoſi ſtabilito nel Capitolo nono dell' antichi Statuti, che per il buon regolamento delle feſte ſolenni della noſtra Congregazione ſi eleggano due Prefetti delle feſte comunemente detti, *Feſtaroli*, dichiarando, ed ampliando il ſudetto Statuto, ſi determina, che li ſudetti Feſtaroli debbano eſſere ſei, accioche, ripartito fra più perſone, ſia minore l'in-

l' incommodo, e la ſpeſa, e nella Solennità di S. Cecilia alli due Veſperi, ed alla Meſſa Solenne, debbano trovarſi in Chieſa pronti li Guardiani, per incontrare, e ricevere li Signori Cardinali, che vengono ad onorare la Feſta, e ſi abbia da procurare, che le Feſte, e le funzioni rieſcano con il maggior decoro poſſibile.

De ſervitio præſtandoCapellæ S. Ceciliæ, & Eccleſiæ S. Caroli adCatenarios.

Decimonono. In ordine poi al ſervigio, che tutti ſiamo tenuti preſtare alla noſtra Cappella di S. Cecilia, ed alla Chieſa di S. Carlo alli Catenari, ove abbiamo fabricata detta Cappella, ſi debba eleggere, ed avviſare per tempo, chi dovrà operare nelle noſtre Solennità, tanto Maeſtro di Cappella, quanto Organiſti, Cantori, ed Iſtromentiſti, affinche ogn'uno, ſi poſſa preparare, e tale elezione debba farſi dalla Congregazione ſegreta, come di già ſi preſcrive negl' antichi Statuti al Capitolo nono, ed i deſtinati, ed intimati per tempo, in caſo, che manchino al loro obligo, ſiano indiſpenſabilmente penati dalla medema Congregazione ſegreta, cioe il Maeſtro di Cappella in pena di ſcudi ſei, l'Organiſta di ſcudi tre, ed il Muſico, ed Iſtromentiſta di giulj quindici, e per incorrere detta pena baſti l'atteſtazione del Mandataro della noſtra Congregazione di averli intimati, ed in caſo, che nel tempo dell'intimazione vi foſſe, o doppo ſopragiungeſſe legitimo impedimento, debbano detti intimati mandare l' avviſo per tempo alli Guardiani, acciò ſi poſſa accettare la ſcuſa, ſe ſarà legitima, o pure procedere alla pena, ed in tanto in caſo d'imminente funzione, che mancaſſe il Maeſtro di Cappella, ſuppliſca il primo Guardiano, come ſi diſpone anco negl' antichi Statuti al Capitolo nono, e ciò ſi è ſtabilito da oſſervarſi inviolabilmente per evitare in avvenire lo ſcandalo, nel quale ci ſiamo altre volte trovati in occorrenza di funzioni, non eſſendoſi potuto, nè principiare, nè proſeguire con publico diſordine, e ſcandalo.

Pro di ſervitio Profeſſorum numerus ſtabiliendus.

Vigeſimo. Che per le ſudette Muſiche della noſtra Chieſa, ſi debba ſtabilire un numero ſiſſo tanto delli Maeſtri di Cappella, come de' Muſici, ed Iſtromentiſti, a guiſa di turno, ripartendoſi ugualmente le parti, e ſi debbano avviſare tutti con viglietti, o Bolettino, il qual viglietto ciaſcheduno debba portarlo ſeco, e venire al ſervizio della noſtra Chieſa, e conſegnarlo al Camerlengo, Mandataro, o altri, che ſarà deputato a tal effetto, acciòche poſſa rincontrarſi chi ſarà mancato, e volendo alcuno mandare un altro in ſuo cambio, debba ſcrivere dall' altra parte del medemo bolettino il nome di chi mandarà, acciò ſi riconoſca, ſe ſarà ſtato equivalente, e niuno poſſa partire dal ſervizio ſenza licenza del Maeſtro di Cappella, e chi traſgredirà ſia penato di una libra di cera.

Nemo Muſicam in Urbis Eccleſiis exerceat niſi a 4. Magiſtris approbatus.

Vigeſimoprimo. Inerendo al Decreto fatto ſotto li 13. Gennaro 1686., come nel Libro de' Decreti approvati dalla Congregazione Generale, e ſottoſcritti dall'Eminentiſſimo Protettore in quel tempo &c. ſi è ſtabilito, e novamente decretato, che in avvenire non ſia più lecito ad alcun Muſico, o Iſtromentiſta di qualſiſia ſorte di fare Muſiche nelle Chieſe di Roma, ſenza eſſere ſtato prima abilitato, ed approvato per idoneo dalli quattro Maeſtri di Cappella, che a queſt' effetto ſi elegeranno dalla Congregazione ogn'Anno, dovendo la medeſima invigilare, che nelle Muſiche, che ſi faranno dalli Maeſtri di Cappella, ed abilitati, come ſopra, ſiano le Compoſizioni di vero ſtile Eccleſiaſtico, ed in tutto uniforme alla mente del Regnante Sommo Pontefice Clemente XI, ed agl' Editti emanati ſopra le Muſiche, e per togliere ad ogn'uno, che non ſia approvato, ed abilitato, come ſopra, il modo di poter far Muſiche, ſi dichiara ch' ogni Cantore, o Iſtromentiſta, il quale andarà a cantare, o ſuonare alle Muſiche di queſti non approvati, ſia penato in ſcudi tre per ciaſcheduna volta, che anderà a cantare, e ſuonare a dette Muſiche, e perche ſi potrebbe far fraude, e uno non abilitato potrebbe pregare un Maeſtro di Cappella, o abilitato, che li preſtaſſe il nome, e faceſſe la battuta in ſua vece, ſcoprendoſi ciò ſia penato tanto il Profeſſore, quanto il Maeſtro di Cappella, o abilitato ad arbitrio della Congregazione ſegreta.

De nondum approbatis a Congregatione.

Vigeſimoſecondo. E perche preſentemente vi ſono molti, che già ritengono poſti, e da molto tempo in quà ſono tolerati, e fanno Muſiche, ſenza eſſer ſtati abilitati dalla Congregazione ſudetta, ſe ne ſono conſiderati dodici, i nomi de' quali ſi terranno per ora eſpoſti in Catalogo a parte nell' Archivio della noſtra Congregazione, e ad effetto di non recare alli medeſimi pregiudizio, nè danno, in levar loro detti poſti, che da molto tempo in quà già ritengono, la detta Congregazione ha ſtabilito, e decretato, che vengano in detta noſtra Congregazione a domandare la licenza di potere operare, che gli ſarà conceſſa ſubito *gratis*, e queſta gratia, che farà la noſtra Congregazione, s'intenda fatta ſolamente per li ſudetti, ma per l'avvenire non ſi darà più licenza a perſona alcuna, ſe prima non ſaranno abilitati, ed approvati dalli Signori Maeſtri di Cappella a tal' effetto deputati, come ſi è detto di ſopra.

De iis, qui alicui Capellæ addicuntur.

Vigeſimoterzo. Che ciaſchedun Cantore, o Iſtromentiſta, che entrarà, o paſſerà in alcuna Cappella di ſervizio fermo, debba pagare nel ſuo ingreſſo, o paſſaggio una libra di cera a beneſizio della Congregazione, e ſe ſarà Maeſtro di Cappella ne paghi due.

De eleemoſyna ſide a ſodalibus perſolvenda, pœnaſque exigendi ratione.

Vigeſimoquarto. Eſſendoſi negl' antichi Statuti, e reſpettivamente ne' preſenti nuovi Decreti ſtabilita l'elemoſina di un groſſo il meſe per ciaſchedun Profeſſore, e così pure eſſendoſi ſtabilite diverſe pene pecuniarie contro chi ricuſa gl'Offizj, o manca alla deſtinate funzioni, o in altro modo contraviene agl' antichi e nuovi Decreti, quali elemoſine, e pene ſono la maggiore, e quaſi l'unica entrata della noſtra Congregazione per mantenimento del noſtro Altare di S. Cecilia, e per le Solennità, e funzioni, e ſpeſe, che occorrono, ſi ſtabiliſce, e determina, che ogn'Anno debba pagare puntualmente le ſudette elemoſine decorſe, o pene incorſe, come ſopra, ſenz'eccezione, o dilazione alcuna, altrimenti paſſati otto giorni, doppo finito il meſe, o doppo incorſo la pena ſi procederà all'eſecuzione ſenza citazione, o intimazione alcuna, ma ſolamente, ſi porti nell' Offizio di uno de' Notari dell' Eminentiſſimo Cardinal Vicario la nota delli contravenienti firmata da due Guardiani, e ſottoſcritta dal Camerlengo, e ſecondo la detta nota eſibita in dett' Offizio, ſenz' altra citazione, ſi ſpediſca, e ſi eſiguiſca il mandato per le ſomme, e contro le perſone in detta nota contenute irremiſſibilmente, perche ſi tratta di elemo-

elemoſina, e di cauſa pia, e coſì ſi è a pieni voti ſtabilito, e ſe qualche Profeſſore per abitar in qualche riguardevole Corte, o per avere familiarità di qualche gran perſonaggio, o per riſpetto, che in altra maniera eſigeſſe dalli eſecutori, voleſſe concio eſimerſi dall'elemoſina, e pene ſudette in odio di queſta ſua oſtinata contumacia di non voler fare quel che gl'altri fanno, ſia caſſato dalla Congregazione, nè poſſa alcun Maeſtro di Cappella chiamarlo in avvenire ad alcuna Muſica, ſotto pena di ſcudi ſei, e ſe il contumace foſſe Maeſtro di Cappella, neſſun Muſico, o Iſtromentiſta poſſa andare a ſervirlo ſotto pena di ſcudi tre d'applicarſi in beneſizio del noſtro Altare, come ſopra &c.

Approbatio accenſitorum Statutorum.

Vigeſimoquinto. Tutti li ſopradetti Decreti ſono ſtati approvati a viva voce per Congregazione Generale ſotto li 9. Ottobre 1711. coll'intervento di ſeſtantadue Congregati, e poi di nuovo ſotto li 13. di Marzo 1715. coll'approvazione ancora dell'Eminentiſſimo Sig. Cardinal Ottoboni noſtro degniſſimo, e zelantiſſimo Protettore, e ſi è ordinato, che tanto gl'antichi Statuti, quanto queſti nuovi Decreti debbano inviolabilmente oſſervarſi, ed eſeguirſi, ſotto le pene in eſſi contenute, ſe bene ſi ſpera, che ogn'uno ſarà per eſattamente oſſervarli, non già per la ſogezione, e per il riguardo di queſte piccole pene, ma benſi per il ſolo amore della virtù, e per il buon regolamento della noſtra Congregazione, e per mantenere, ed accreſcere ſempre più il culto, e la devozione verſo la noſtra Vergine, e Martire Santa Cecilia noſtra Protettrice nel Cielo.

PIETRO CARDINALE OTTOBONI PROTETTORE.

L. Sergardi Uditore.

Pietro Paolo Bencini Guardiano.

Io Biagio Iearci Guardiano.

Gio: Domenico Gratiani Guardiano.

Giuſeppe de Carolis Guardiano.

Domenico Antonio Mancini Segret.

Preces Congregationis.

§.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dicti exponentes Statuta, & Decreta hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtant, & ſerventur exactius, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimum deſiderent. Nos ſpecialem ipſis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati de Venerabilium Fratrum noſtrorum ejuſdem S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum conſilio, & attenta relatione per prædictum Petrum Cardinalem Protectorem eidem Congregationi Cardinalium ſuper præmiſſis facta, omniaque, &

Confirmatio relatorum Statutorum.

ſingula Statuta, & Decreta præinſerta, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Clauſulæ.

§.3. Decernentes ipſas præſentes literas, ac Statuta, & Decreta præinſerta ſemper firma, valida, & efficacia eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit dictæ Congregationis Muſicorum, aliiſve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum, & Gentium habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die IX. Septembris MDCCXVI. Pontificatus noſtri Anno Decimoſesto.

CCXXXI.

Reſervatur Summo Pontifici diſpenſatio a Voto perſeverantiæ pro Congregatione Clericorum Doctrinæ Chriſtianæ.

Dat. 28. Sept. 1716. An. 16.

De diſpenſatione Voti, ac juramenti horum Clericorum vide Inn: XII Conſt: ed: 1699, Jun: 23, P. 8. De ſuffragio deliberativo pro Definitore adjuncto hujus Pontificis Conſt: ed: 1714, Jun: 11, P. 14. Et Bened: XIII Conſt: ed: 1723, Nov: 24, P. 1 extat eadem reſervatio pro Congregatione in Regno Neapolitano.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt Dilecti Filii Præpoſitus, Diffinitores, ac Presbyteri Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ de Urbe, quod ipſi ad augendam, & conſervandam eorum Congregationem in Capitulo Generali die 14. Maji anni proxime præteriti habito, illique præſidente dilecto filio noſtro Franciſco Maria Caſini tituli Sanctæ Priſcæ S. R. E. Presbytero Cardinali Sanctæ Priſcæ nuncupato Viſitatore Apoſtolico Con-

In Capitulo Gen: 1715 decretum fuit, ut Novitii emitterent ſtabilitatis votū, cujus diſpenſatio ſpectaret ad Rom. Pontificem.

Congregationis hujuſmodi a Nobis deputato decreverunt, ut de cætero Novitii poſt probationis annum votum ſtabilitatis, cujus diſpenſatio Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti reſervata ſit, emittere teneantur. Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Preces Congregationis.

§.1. Nos igitur dictos Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, qui ad Dubium propoſitum, an & quomodo præfatorum exponentium precibus eſſet indulgendum in caſu &c. affirmative pro ingreſſuris tantum, reſponderunt conſilio, diſpenſationem ſuper dicto Voto perſeverantiæ Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti dumtaxat auctoritate Apoſtolica tenore præſentium reſervamus, & quatenus e dicta Congregatione ſine diſpenſatione hujuſmodi egrediantur ab exercitio Sacrorum Ordinum ſuſpenſi remanere debeant, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Reſervatio diſpenſationis pro ingreſſuris tantum ſecundum Congregationis Concilii Decretum.

§.2. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ.

§.3. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXVIII. Septembris MDCCXVI. Pontificatus noſtri Anno Decimoſexto.

CCXXXII.

Dat. 8. Oct. 1716. An: 16.

Conceditur Provinciæ Sileſiæ Monachorum Ciſtercien. communicatio Indulgentiarum totius Ordinis, & Monaſteriorum Superioris Germaniæ.

Eamdem communicationem quinimo ampliorem vide conceſſam pluribus Provinciis Conſt: ed: 1715, Mar: 7, P. 15. Et Bened: XIII Conſt: ed: 1728, Jan: 25, P. 5. confirmantur privilegia Ordinis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpet. rei memoriam.

Exordium.

Paſtoralis officii, quod Authore Deo gerimus, debitum exigit, ut paternam Chriſtifidelium divinis obſequiis ſub ſuavi monaſticæ vitæ jugo mancipatorum curam gerentes, felicibus eorum in via Domini progreſſibus, quantum Nobis ex alto conceditur, conſulere jugiter ſtudeamus.

Preces Prælatorũ pro privilegiis univerſis.

§.1. Cum itaque, ſicut dilecti filii moderni Viſitator, & Vicarius Generalis, aliique Prælati Provinciæ Sileſiæ Ordinis Ciſtercien. Nobis nuper exponi fecerunt, ipſi privilegia, gratias, & indulta quibus dictus Ordo Ciſtercien., ejuſque Monachi Germaniæ Superioris fruuntur, ſibi, ac omnibus dictæ Provinciæ Monaſteriis, quemadmodum aliis Monaſteriis Ordinis hujuſmodi a Sede Apoſtolica conceſſum fuiſſe memoratur a Nobis communicari plurimum deſiderent. Nos ipſos exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui relationem dilecti, etiam filii moderni Procuratoris Generalis dicti Ordinis ſuper præmiſſis eiſdem Cardinalibus factam attenderunt conſilio, enarratam communicationem privilegiorum quoad Indulgentias tantum prædictis Prælatis, & Monaſteriis Provinciæ Sileſiæ hujuſmodi, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus; ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Conceſſio quoad Indulgentias tantum.

§.2. Decernentes ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit pleniſſime ſuffragari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ.

§.3. Non obſtantibus noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die VIII. Octobris MDCCXVI. Pontificatus noſtri Anno Decimoſexto.

CCXXXIII.

CCXXXIII.

Dat. 15.Oct. 1716. An. 16.

Confirmatur Decretum Congregationis Epiſc., & Regul. de alternativa inter duas filiationes Fratrum Eremit. S. Auguſtini Diſcalc. Congregatiouis SS. Conceptionis M.V. in Regnis Luſitaniæ, & Algarbiorum ſervanda.

Conſt: ed:1702, Nov:24, P.2 extat prohibitio ne duo conſanguinei ſuffragentur. Conſt: edit:1708, Aug:14, P.8 abolita fuit alternativa in Provincia B. M. de Gratia. Conſtit: ed:1715, Sept.14, P.15: Et Conſt: ed:1716, Mar:31, P.16 Statutum fuit tempus Vicarii Gen: hujus Congregationis. Inn: XIII Conſt: ed:1723, Sep:20 P.3 extat moderatio Conſtitutionis de conſanguineis. Et Benedict: XIII Conſt: ed:1727, Feb:27, P.2 extenditur præd: alternativa.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Epitome duarum Conſtit: Clem. XI. de triennio Vicarii Gen. ad triennium contracto, Superiorumque electione.

ALias Nos ad ſupplicationem chariſſimi in Chriſto filii noſtri Joannis Portugalliæ, & Algarbiorum Regis illuſtris gubernium ſexennale Vicarii Generalis Congregationis Sanctiſſimæ Conceptionis B.M.Virg. Immaculatæ Fratrum Diſcalceatorum nuncupatorum Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini in Regno Portugalliæ ad triennale cum vacante triennali in futurum reduximus, omneſque ejus Superiores Generales conſtituimus, & deputavimus, cum ſolitis tamen vacantiis poſtquam iidem Superiores in eorum reſpective officiis, ſpatium ſex annorum explevisſent, ac Superioribus Generalibus ſic a Nobis electis, & conſtitutis, alios Superiores ſubalternos, nempe Priores, Subpriores, Magiſtros Novitiorum, & Lectores ejusdem Congregationis, ſervata tamen forma circa eorumdem officiorum vacationem Conſtitutionis fel. rec. Urbani Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit = *Circumſpectis*, etiam pro Fratribus Diſcalceatis Provinciæ Italiæ dicti Ordinis editæ, ſubſtituendi facultatem elargiti fuimus, ea tamen lege, ut triennium Dominica ſexta poſt Paſcha Reſurrectionis Dominicæ proximæ præteritum incipere deberet, & alias, prout in binis noſtris primis quidem die 14.Septembris anni proxime præteriti, noviſſimis vero die 31.Martii currentis anni deſuper in ſimili forma Brevis reſpective expeditis literis, quarum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis haberi volumus uberius continetur: Et ſubinde pro parte ipſius

Preces Regis pro triplici filiatione, & tripartita alternativa, cujus modus deſcribitur.

Joannis Regis Nobis expoſito, quod ipſe pro perpetuo ejusdem Congregationis, quæ decem Conventibus, & quatuor Vicariis conſtabat, ſtabilimento, duas particulares filiationes in eadem Congregatione, nempe unam in *Extremaduræ*, alteram vero in *de Alentejo*, & *Algarbiorum* reſpective Provinciis nuncupandas aſſignando unicuique ex eis quinque Conventus, & & duas Vicarias introduci deſiderabat, quemadmodum Fratribus ejusdem Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, & Sancti Franciſci de Obſervantia Reformatorum, ac Tertii Ordinis ejusdem Sancti Franciſci reſpective nuncupat. per Nos conceſſum fuiſſe memorabatur, itaut eidem Provinciæ Extremaduræ Regius Conceptionis Montis Oliveti Ulyſſiponen. Caput totius Congregationis, itidem Regius B.M.V. de Pietate de Santarem, Aſſumptionis ejusdem B.M. Virginis de Sobreda, Boni Jeſu Villæ Portus de Mos, Beatæ Mariæ de bon'hora Curiæ, & dictæ Civitatis Ulyſſiponen. reſpective nuncupat. Conventus, necnon de Palma Civitatis Bahien. omnium Sanctorum in Braſilia, Sancti Jacobi Inſulæ Sancti Thomæ Vicariæ; ac Provinciæ de Alentejo, & Regni Algarbiorum, de Beira, Mintro, & de frans de Montes, B. M. de Mercede Civitatis Elboren. prædictæ Provinciæ de Alentejo Metropolis ejusdem Beatæ Mariæ de Orada, de Manſaras, B.M.V. de Conſolatione Villæ de Extremos, Conceptionis ejusdem B. M. Virg. Ville de Monte Mox il Novo, S.Mariæ Civitatis Portalegren., etiam reſpective nuncupat. Conventus, necnon ejusdem B. M. V. della bona hora Ville de Setubal, ac ejusdem B.M.Virgin. de i Poveri, Villæ de Laulæ Regni prædicti Algarbiorum Vicariæ concedantur. Utque prima filiatio una cum ſuis Conventibus, etiam Inſularum adjuncta cum ſupradicto Regio Conventui Conceptionis Montis Oliveti Ulyſſiponen., Secunda vero filiatio Provincia de Alentejo, & Algarbiorum nuncupat. memorato Conventui ejusdem B.M.V. de Mercede addictæ eſſe debeant, atque in celebratione Capituli Generalis alternativa inter dictas duas filiationes ſervetur itaut Vicarius Generalis pro uno, ex prima, altero vero triennio ex ſecunda filiatione hujuſmodi, prout cæteri Superiores Generales, Priores, Vicarii, Subpriores, Magiſtri Novitiorum, & Lectores, ſervata tamen æqualitate Officiorum inter Religioſos dictarum filiationum dividendorum aſſumantur. Si autem Vicarium Generalem ante ultimum annum triennii ſui Gubernii præmori contigerit, cum novus Vicarius juxta Conſtitutionum Apoſtolicarum diſpoſitionem eligendus ſit ex ea filiatione, cujus erat Defunctus, eligi debeat, idque etiam in caſibus magni momenti, vel renunciationis, aut depoſitionis ab officiis dicti Vicarii Generalis, aliorumque Superiorum Generalium, Priorum, Subpriorum, Magiſtrorum Novitiorum, & Lectorum ſervandum ſit. Si vero progreſſu temporis, novos Conventus in poſterum in eadem Congregatione augeri contigerit, primus ſcilicet primæ filiationi Extremaduræ, alius vero erigendos Conventus hujuſmodi alteri filiationi de Alentejo accreſcat, & ſi Conventus hujuſmodi in Provincia de Beyta Minho, & de tras dos Montes nuncupat. numero quatuor, vel plures eſſent, tertia filiatio uni ex hujuſmodi Conventibus erectis addicta, ubi filii dictarum Provinciarum congregabuntur, fiat, & tunc turnus, ſeu circulus tripartitus conficietur, ita ut tunc Vicarius Generalis in uno ex Conceptionis, in altero ex Beatæ Mariæ de Mercede & in reliquo triennio ex nova filiatione aucta eligetur, idque etiam in aliorum Officiorum ſubalternorum repartitione ſervari debeat: Ideoque pro parte ejusdem Joannis Regis Nobis ſupplicato, ut pro communi ejuſdem Provinciæ pace, & tranquillitate, ac perpetua Conſtitutionum Apoſtolicarum obſervantia alternativam prædictam confirmare dignaremur. Nos ſupplicem Nobis ſuper præmiſſis porrectam ad Congregationem Venerabilium Fratr. Noſtror. S.R.E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus

Epi-

Epiſcoporum, & Regularium, præpoſitam: Eadem vero Congregatio Decretum edidit tenoris ſequentis, videlicet -- Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, ad quam Sanctiſſimus D. N. ſupplicem hunc libellum benigne remiſit, attentis narratis, referente Eminentiſſimo Sanctæ Priſcæ, petitam gratiam alternativæ inter duas filiationes exiſtentes benigne impertita eſt, in reliquis inſtantiam rejecit. Romæ 25. Septembris 1716. -- F. Cardinalis de Abdua -- R. Archiepiſcopus Damaſcenus Secretarius.

Decretū Cōgregationis pro duplici dumtaxat filiatione, & bipartita alternativa.

§. 1. Cum autem, ſicut pro parte ejusdem Joannis Regis Nobis ſubinde expoſitum fuit, ipſe Decretum hujuſmodi quo firmius ſubſiſtat Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimum deſideret; Nos piis ejusdem Joannis Regis votis annuere volentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus; Salva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium.

Preces Regis pro Decreti confirmatione.

Confirmatio relati Decreti

Clauſulæ.

§. 2. Decernentes eaſdem præſentes Literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit, dictorum Conventuum, Congregationis, & Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXVI. Octobris MDCCXVI. Pontificatus noſtri Anno Decimoſexto.

CCXXXIV.

*

Dat. 7. Nov. 1716. An. 16.

Erigitur inſignis Collegiata in Palatio Regis Portugalliæ in Archiepiſcopalem, & Patriarchalem Eccleſiam Ulyſſiponen. Occidentalem, cum plurimis privilegiis, & ordinationibus.

Huic Eccleſiæ unitæ fuere tres Eccleſiæ Parochiales Conſt: ed: 1716, Aug: 19, P. 16. Et Conſtit: edit: 1717, Feb: 18, P. 17 confirmantur acta Delegati Apoſtolici pro executione præſentis Conſtitutionis.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN ſupremo Apoſtolatus ſolio, meritis licet imparibus, divina diſpoſitione conſtituti, paſtoralis officii noſtri partes circa ea libenter interponimus, per quæ Orthodoxis Regibus, aliiſve de Apoſtolica Sede, & Catholica Religione optime meritis Principibus, illuſtria grati animi noſtri argumenta exhibere poſſimus, illoſque præ cæteris, qui validis ſubſidiis communem Chriſtianæ Reipublicæ cauſam adverſus teterrimos illius Hoſtes adjuvare ſatagunt, præcipuis, ac vere ſingularibus Pontificiæ largitatis gratiis proſequimur.

Exordium ab officio gratias elargiēdi Principibus de Catholica Religione optime meritis.

§. 1. Sane cum immaniſſimus Turcarum Tyrannus, poſtquam divinis omnibus, ut notum eſt, atque humanis legibus infractis, dirum, atroxque bellum ſuperiori anno dilectis Filiis Nobilibus Viris Duci, & Dominio Venetorum nequiſſime intulerat, felici, ac celeri Peloponnenſi expugnatione ſummopere elatus, ac nihil jam ſibi impervium fore confidens, non Venetas tantum, ſed alias Chriſtianorum Principum Provincias ingenti, & forſan antehac inaudito terreſtrium, maritimarumque copiarum apparatu, hoc præſenti anno aggredi, ac cladibus involvere, potiſſimum vero Inſulam, & Civitatem Corcyræ, ſecuritatis Italicæ propugnaculum, oppugnare moliretur; Nos tot, tantiſque Eccleſiæ, ac Reipublicæ, imo, & temporalis noſtræ Ditionis periculis vehementer commoti, primum quidem ad eum, qui potens eſt in prælio, toto corde clamavimus, ut ſecundum multitudinem miſerationum ſuarum redimeret Nos a malis, nec daret hæreditatem ſuam in opprobrium, deinde vero Catholicos Principes, omni paternæ charitatis contentione hortari non prætermiſimus, ut labenti rei Chriſtianæ opem ferrent, ac eadem, et, quibus nuper inter ſe digladiati fuerant, arma in Barbaros converterent. Cum autem inter illos, Chariſſimus in Chriſto Filius noſter Joannes Portugalliæ, & Algarbiorum Rex illuſtris eximiæ, non minus ſuæ pietatis ſtimulis, quam Officiis noſtris adductus, in primis vero clariſſimis Majorum ſuorum Portugalliæ Regum, de Orthodoxæ Fidei tuitione, ac propagatione meritiſſimorum exemplis excitatus, nullis incommodis, nulliſque expenſis, quantumvis graviſſimis, parcens, ſummo zelo, ſummaque, ac pene incredibili liberalitate, & alacritate, in auxilium Chriſtianæ Claſſis validiſſimum quamplurium bellicarum, munitiſſimarumque Navium ſubſidium quam citiſſime transmiſerit: Nos probe ſcientes prædictum Joannem Regem pluribus ab hinc annis, pio deſiderio motum habendi in ſuo Palatio Regio Ulyſſiponen. unam Cathedralem Eccleſiam, ſummopere exoptaſſe, ut ſæcularis, ac inſignis Collegiata Eccleſia in eodem Palatio, ſub invocatione divi Thomæ Apoſtoli, alias a Nobis erecta, & inſtituta in Cathedralem Eccleſiam hujuſmodi, ſub invocatione Aſſumptionis Beatiſſimæ Mariæ Virginis eri-

Adverſus Turcarum apparatus preces Deo oblatæ fuere ab hoc Pont. Catholicique Principes excitati

Hinc a Portugalliæ Rege plures naves miſſæ ſunt

Ejus deſideriū erigendi novum Archiepiſcopatum in Capella Palatii, ac proinde dividendi Ulyſſiponen. Diœceſim, quæ ampliſſima exiſtit, & prærogativis referta.

Digitized by Google

erigatur; propptereaque Civitas, & Diœceſis Ulyſſiponen., in duas partes dividantur, & in eis duo Archiepiſcopatus conſtituantur, Civitatem vero Ulyſſiponen. prædictam, Luſitaniæ Metropolim, tum ob maritimum Portum, continuam frequentiam omnium Gentium, & Nationum, omnigenam mercaturam, ac divitiarum abundantiam, tum ob ingentem numerum Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Conventuum, tam Virorum, quam Mulierum, Confraternitatum, Hoſpitalium, aliorumque Locorum piorum, tum denique ob plurimas nobiliſſimas familias, multoſque Viros in illuſtribus gradibus conſtitutos, & tam literis, quam armis conſpicuos, toto Orbe Terrarum celeberrimam eſſe proindeque hujuſmodi prærogativa ſummopere dignam, ipſaſque Civitatem. & Diœceſim Ulyſſiponen., tam ob laicalem Populum, quam ob Clerum ſecularem, & regularem valde numeroſas, nec non fructus, redditus, & proventus Menſæ Archiepiſcopalis Ulyſſiponen., cujus Eccleſia ad præſens Paſtoris ſolatio deſtituta, ut accepimus, exiſtit, ad duorum Archiepiſcuporum, poſtquam Civitas, & Diœceſis Ulyſſiponen. hujuſmodi in duas partes diviſæ fuerint, & in prædictis duabus partibus, mediante unius novi Archiepiſcopatus erectione, duo Archiepiſcopatus conſtituti fuerint, commodam, congruamque ſubſtentationem ſufficientiſſimos exiſtere.

Diviſio Civitatis Ulyſſiponen. & Diœceſis in partē Orientalem pro antiquo Archiep. Orientali nuncupando, & in partem Occidentalē pro altero novo, & Occidentali.

§.2. Volentes eidem Joanni Regi aliquod ſingulare noſtri grati animi argumentum præbere, ad majorem Dei gloriam, & divini cultus augmentum, attenta amplitudine ejuſdem Diœceſis Ulyſſiponen., motu proprio, non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Civitatem, & Diœceſim Ulyſſiponen. præfatas in duas partes dividimus, ac unam tam Civitatis, quam Diœceſis diviſarum hujuſmodi partem verſus Orientem, antiquo Archiepiſcopatui Ulyſſiponen. relinquimus, alteram vero partem verſus Occidentem, novo Archiepiſcopatui per Nos, ut infra erigendo, aſſignamus; itaut in poſterum perpetuis futuris temporibus pro tempore exiſtens Archiepiſcopus Ulyſſiponen., qui medietatem Civitatis, necnon medietatem Diœceſis Ulyſſiponen. verſus Orientem habuerit, Archiepiſcopus Ulyſſiponen. Orientalis; futurus vero, ac pro tempore exiſtens Archiepiſcopus Ulyſſiponen., qui medietatem Civitatis, itidemque medietatem Diœceſis Ulyſſiponen. verſus Occidentem pariformiter habuerit, Archiepiſcopatus Ulyſſiponen. Occidentalis reſpective nuncupari debeant, Diviſionem autem prædictæ Civitatis Ulyſſipo..en. in duas partes, ut infra, faciendam eſſe decen..imus, prout vigore præſentium facimus, una..nque partem ab altera dividimus, & ſeparamus, itaut Civitas Ulyſſiponen. antiquior, cum ſuo ..aſtello, & Suburbio Orientali, ad pro tempore exiſtentem Archiepiſcopum Ulyſſiponen. Orienta..m, Suburbium vero Occidentale, quod nova U..lyſſi..no noncupatur, ad futurum, & pro tempore ..xiſt..ntem Archiepiſcopum Ulyſſiponen. Occiden..ale..m reſpective nuncupandos, reſpective perti..nea..nt, unaque pars ab altera diſtinguatur per an..tiq..uiores muros Civitatis, nempe per murum Ci.. ..ta..s Portæ Conſolationis, per murum Coſtæ de Caſtello, ac per murum, & Portam Sancti Andreæ, & quidquid inde eſt, cum Civitate antiquiori in parte Orientali, unacum Parochialibus, aliiſque Eccleſiis, Monaſteriis, Conventibus, & Locis Piis quibuſcumque ad Orientalem, quidquid vero exiſtit in parte Occidentali, ſeu nova Ulyſſipone, ſimiliter cum Parochialibus, aliiſque Eccleſiis, Monaſteriis, Conventibus, pariterque Locis Piis quibuſcumque, ad Occidentalem reſpective nuncupandum Archiepiſcopum pro tempore exiſtentem ſpectare, & pertinere debeat; Diœceſim vero Ulyſſiponen. pariformiter in duas partes dividimus, ac partem Diœceſis Ulyſſiponen. verſus Orientem pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Ulyſſiponen. Orientali, partem vero ejuſdem Diœceſis Ulyſſiponenſis verſus Occidentem futuro, ac pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Ulyſſiponen. Occidentali reſpective nuncupandis ſubjicimus, & aſſignamus. Linea autem diviſoria dictæ Diœceſis Ulyſſiponen. incipit a Locis de Arrojos, Campogrande, Povoa Sancti Adriani, & Arruda, cum toto Territorio de Alenquer, qua parte terminat cum Territorio Villarum de Ribatejo, & exinde Moinho novo, Otta, Cercal, Sancheira, cum Coutos de Alcobaza, uſque ad Confinia Epiſcopatus Leyrien., includendo omnia prædicta Loca, Oppida, & Villas, cum ſuis Territoriis, Dependentiis, Terris, Populationibus, omniaque alia, quæ intra hanc lineam, & littora Maris Oceani reperiuntur, ad pro tempore exiſtentem Archiepiſcopum Ulyſſiponen. Occidentalem nuncupandum, ſpectare, & pertinere debeant: Cætera vero Loca, Oppida, & Villas, quæ ex hac linea excluſive reperiuntur, uſque ad Ripas Tagi, & confinia Juriſdictionis de Thomar, cum omnibus ſuis Territoriis, Diſtrictibus, & dependentiis ad pro tempore exiſtentem Archiepiſcopum Ulyſſiponen. Orientalem pariter nuncupandum, ſpectare, & pertinere debeant; ex altera autem parte Tagi, Territorium de Setual, qua ſe extendit intra Flumina Sado, & Canha uſque ad confinia Archiepiſcopatus Elboren. cum omnibus Locis, Oppidis, & Villis, eorumque Territoriis, & dependentiis, ad pro tempore exiſtentem Archiepiſcupum Ulyſſiponen. Occidentalem; Territorium vero de Sanctarem ultra Tagum intra Flumina Divor, & Caſtellum de Almourol, uſque ad confinia Epiſcopatus Portalegren., etiam cum Locis, Oppidis, & Territoriis ad pro tempore exiſtentem Archiepiſcopum Ulyſſiponen. Orientalem reſpective nuncupandos, ſimiliter reſpective ſpectare, & pertinere debeant.

Erectio Archiepiſcopatus Occidentalis in Capella Regia S. Thomæ ſub invocatione Aſſumptionis B. V. S. Sedi immediate ſubjecti, cum tribus novis dignitatibus a Rege deſignandis, ac facultate pro hac vice amovendi nonnullos ex Capitulo.

§.3. In prædictis autem parte Civitatis, ac parte Diœceſis Ulyſſiponen. verſus Occidentem pro futuro Archiepiſcopo Ulyſſiponen. Occidentali nuncupando ſic, ut præfertur, conſtitutis, & aſſignatis novum Archiepiſcopatum Ulyſſiponen. Occidentalem nuncupandum pro uno vero, & futuro Archiepiſcopo Ulyſſiponen. Occidentali noncupando ad nominationem prædicti Joannis Regis, ejuſque in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Succeſſorum Regum pro tempore exiſtentium, ut infra, eidem Archiepiſcopatui Ulyſſiponen. Occidentali nuncupando Apoſtolica auctoritate præficiendo, qui novus Archiepiſcopus Ulyſſiponen. Occidentalis nun-

nuncupandos in nullo penitus alteri Archiepiſcopo Ulyſsiponen. Orientali nuncupando, aliiſque quibuſcumque Archiepiſcopis, Prælatis, & Superioribus quocumque nomine nuncupatis ſubjectus ſit; ſed ab eis, eorumque jurisdictione, & Superioritate penitus, & omnino exemptus, ac dumtaxat Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjectus exiſtat, erigimus, & inſtituimus; dictamque ſæcularem, & inſignem Collegiatam Eccleſiam ſub invocatione divi Thomæ Apoſtoli in prædicto Palatio Regio, ut præfertur, exiſtentem, prævia ſuppreſsione denominationis, & Tituli inſignis Collegiatæ Eccleſiæ ejuſdem divi Thomæ Apoſtoli, in veram Archiepiſcopalem Sedem, & Eccleſiam Metropolitanam Ulyſsiponen. Occidentalem nuncupandam ſub invocatione Aſſumptionis Beatiſsimæ Virginis Mariæ pariformiter erigimus, & inſtituimus, ac nomine Archiepiſcopali, & Metropolitano Ulyſsiponeo. Occidentali inſignimus, & decoramus; ac volumus, quod ipſa Collegiata Eccleſia, quæ ex ſex Dignitatibus, octodecim Canonicatibus, totidemque Præbendis, quas, & quos obtinentes illius Capitulum conſtituebant, nec non ex duodecim perpetuis Beneficiis Eccleſiaſticis conſtituebatur, in Cathedralem erecta eodem numero Dignitatum, Canonicatuum, & Præbendarum, quas, & quos etiam obtinentes illius Capitulum ſimiliter conſtituant, necnon eodem numero Beneficiorum conſtituatur, quorum tamen Canonicatuum tres in Pœnitentiarium, Theologalem, & Doctoralem reſpective Canonicatus per ipſum Joannem Regem deſignandi erunt, ſervatis tamen in præſentatione, collatione, & inſtitutione Canonicatuum Pœnitentiarii, Theologalis, & Doctoralis bujuſmodi, tam circa ætatem, quam circa idoneitatem, aliaſque qualitates Concilii Tridentini decretis. Cumque dicta Cathedralis Eccleſia Ulyſſiponen. Occidentalis nuncupanda, olim, ut præfertur, Collegiata Eccleſia, nunc ad bujuſmodi ſublimitatem, honorificamque excellentiam ſublimata exiſtat, dictuſque Joannes Rex, ut accepimus, in ea Dignitates, & Canonicos babere, qui certas, & peculiares qualitates habeant, ad hoc ut ad altiores Dignitates, & Cathedralium Eccleſiarum regimina promoveri, ſeu præſentari poſſint ſummopere deſideret, eidem Joanni Regi, ut nonnullos ex Dignitates, & Canonicatus, & Præbendas hujuſmodi, ac Beneficia præfata nunc obtinentibus pro bac vice tantum ab eis removere, alioſque in eorum locum ſubrogare, dummodo tamen prius indemnitati eorum, qui ſic remoti fuerint, ſaltem æquivalenter, conſultum fuerit, libere, & licite poſsit, & valeat, & ſi remoti a Dignitatibus, aut Canonicatibus, & Præbendis, ſeu Beneficiis bujuſmodi quavis ratione, & ſub quovis prætextu, etiam Triennalis poſſeſſionis juvari non poſsint, nec remotioni hujusmodi contradicere, & ſe opponere valeant, de pro remotis Apoſtolica auctoritate haberi volumus, & mandamus, tenore præſentium, motu pari concedimus, & indulgemus.

Juriſdictio, & facultas Archiepiſcopi Orientalis.

§. 4. Ad hoc autem, ut tam Archiepiſcopus Ulyſſiponen. Orientalis, quam Archiepiſcopus Ulyſſiponen. Occidentalis pro tempore exiſtentes ultra propriam, & diſtinctam Diœceſim, ac proprium, & diſtinctum Territorium cum propria, vera, & particulari auctoritate, jurisdictione, & poteſtate in cujuſque eorum Subditos, & Diœceſanos habere valeant, Archiepiſcopo Ulyſſiponen. Orientali pro tempore exiſtenti, ut auctoritatem, jurisdictionem, & ſuperioritatem in Clerum, & Populum, in Caſtra, Oppida, Villas, Territoria, Diſtrictus, Eccleſias, & Perſonas tam Sæculares, quam Eccleſiaſticas exiſtentes, & exiſtentia in medietate Civitatis, & medietate Diœceſis Ulyſſiponen. verſus Orientem ei, ut præfertur, aſſignatis, habere debeat, & eas libere, & licite exercere valeat, ac Loca, & Perſonas bujuſmodi ejus Jurisdictioni, ſubjectioni, viſitationi, & correctioni ſemper, & perpetuo ſubjecta remaneant, citra tamen præjudicium Perſonarum, ſeu Locorum, forſan habentium privilegia exemptionis ab hujuſmodi viſitatione, quæ firma, & illæſa remanere, & ut antea ab hujuſmodi viſitatione exempta reſpective eſſe debeant. Nec non eidem pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Ulyſſiponen. Orientali ultra jurisdictionem, & auctoritatem in Perſonas, & Loca in medietate Civitatis, & medietate Diœceſis Ulyſſiponen. hujuſmodi verſus Orientem ſic, ut præfertur, ei aſſignatis, collationes, proviſiones, & omnimodas alias diſpoſitiones Dignitatuum, Canonicatuum, & Præbendarum, Perſonatuum, Adminiſtrationum, Officiorum, cæterorumque omnium, & ſingulorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura, ac Præſentationes, Electiones ad illa, confirmationes, & Inſtitutiones in eiſdem antea in tota Civitate, & tota Diœceſi Ulyſſiponen. prædefunctis Archiepiſcopis Ulyſſiponen. competentes, ſalvis tamen, & illæſis ſemper remanentibus reſervationibus, & affectionibus Apoſtolicis, & abſque præjudicio præſentationis Beneficiorum Juriſpatronatus Regii, & Laicalis in poſterum pro medietate tantum Civitatis Ulyſſiponen., & medietate Diœceſis Ulyſſiponen. hujuſmodi verſus Orientem ſic, ut præfertur, ſibi aſſignatis, relinquimus, & aſſignamus. Eidemque pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Ulyſſiponen. Orientali Egitanien., Portalegren., Promontorii Viridis, Sancti Thomæ, & Congen. Epiſcopales Eccleſias, modernoſque, & pro tempore exiſtentes illarum reſpective Præſules, ſeu Adminiſtratores pro ſuis, & pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi Ulyſſiponen. Orientalis Suffraganeis, qui tanquam membra capiti pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Ulyſſiponen. Orientali jure metropolitico ſubſint, deſignamus, & deputamus; ita quod idem pro tempore exiſtens Archiepiſcopus Ulyſſiponen. Orientalis in eiſdem Egitanien., Portalegren., Promontorii Viridis, Sancti Thomæ, & Congen. Civitatibus, & Diœceſibus jus metropoliticum ſibi vindicet, & Egitanien., Portalegren., Promontorii Viridis, Sancti Thomæ, & Congen. pro tempore exiſtentes Epiſcopi eidem pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Ulyſſiponen. Orientali ad omnia, & ſingula teneantur, & ſint adſtricti, ad quæ Suffraganei quicumque ſuis Metropolitis Eccleſiis, & Metropolitanis juxta canonicas ſanctiones tenentur, & obligati exiſtunt, ac eidem pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Orientali prædictos ſuos Suffraganeos conſecrandi, Provinciales Synodos evocandi, ac cum eiſdem Suffraganeis Eccleſiaſtica negocia agendi, & definiendi, cauſas quarumcumque appellatio-

num, ſive qoerelas juxta Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini Decreta cognoſcendi, omniaque alia, & ſiogula quæcumque, quæ de jure, uſu, conſuetudine, aut alias quoquomodo ad Archiepiſcopos, & Archiepiſcopale munus ſpectare, & pertinere ſolent, & præcise ad antiquum Archiepiſcopum Ulyſſiponen. antea ſpectabant, & pertinebaot in medietate tantum Civitatis Ulyſſiponen. verſus Orieotem, & medietate tantum Diœceſis Ulyſſiponen. hujuſmodi etiam verſus Orientem ſic ei pro ſuis Archiepiſcopato, & Territorio, a Nobis per præſentes relictis, & aſsignatis, gerendi, & exercendi plenam, liberam, & omnimodam facultatem, & auctoritatem relinquimus pariter, & aſsignamus.

Juriſdictio, & facultas Archiepiſc. Occidentalis, qui eſſe debet Sacellanus Major Regiæ Capellæ.

§.5. Pro tempore vero exiſteuti Archiepiſcopo Ulyſsiponen. Occidentali, qui ſemper eſſe debeat Sacellanus major dictæ Regiæ Capellæ, ut ultra gratias, privilegia, prærogativas, & indulta, quibus frui debebit oti Sacellanus major dictæ Capellæ, & præcise ultra juriſdictionem ſpiritualem, & temporalem, quæ ei competere debebit ſuper Familiaribus Regiis, aliiſque Perſonis juxta formam, & tenorem privilegiorum eidem Sacellano majori alias conceſſorum, ubicumque domicilium habentibus, ſeu habituris, etiam ipſe jurisdictionem, & auctoritatem in Clerum, Populum, Caſtra, Oppida, Villas, Territoria, Diſtrictus, Eccleſias, & Perſonas tam ſæculares, quam Eccleſiaſticas, & Regulares exiſtentes, & exiſtentia in medietate Civitatis, & medietate Diœceſis Ulyſsiponen. hujuſmodi verſus Occidentem ei ſic, ut præfertur, aſſignatis, habere debeat, ac ea slibere, & licite exercere valeat, ac Loca, & Perſonæ hujuſmodi ejus ſubjectioni, viſitationi, & correctiooi ſemper, & perpetuo ſubjecta remaneant, citra tameo præjudicium Perſooarum, ſeu Locorum forſan habentium privilegia exemptionis ab hujuſmodi viſitatione, quæ firma pariter, & illæſa remanere, & ut antea ab hujuſmodi viſitatione exempta reſpective eſſe debeant: Nec non eidem pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Ulyſſiponeo. Occidentali ultra juriſdictionem, & auctoritatem in Perſonas, & Loca in medietate Civitatis, & medietate Diœceſis Ulyſsiponen. hujuſmodi verſus Occideotem ſic, ut præfertur, ei aſsignatis, collationes, proviſiones, & omnimodas alias diſpoſitiones Dignitatum, Canonicatuum, & Præbendarum, Perſonatuum, Adminiſtrationum, Officiorum, cæterorumque omnium, & ſingulorum Beoeficiorum Eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura, ac præſentationes, electiones ad illa, confirmationes, & inſtitutiones in eiſdem antea in tota Civitate, & tota Diœceſi Ulyſsiponen. prædefunctis Archiepiſcopis Ulyſsiponen. competentes, ſalvis tamen, & ſemper illæſis pariter remanentibus reſervationibus, & affectionibus Apoſtolicis, & abſque præjudicio præſentationis Beneficiorum Juriſpatronatus Regii, & Laicalis, in poſterum pro medietate tantum Civitatis Ulyſsiponeu., ac medietate taotum Diœceſis Ulyſsiponen. verſus Occidentem ſic, ut præfertur, pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Ulyſsipooen. Occidentali aſsignatis, ſimiliter concedimus, & reſpective indulgemus. Eidemque pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Ulyſsiponen. Occideotali Leyrien., Lamacen., Funchalen., & Angren. Epiſcopales Eccleſias, modernoſque, & pro tempore exiſtentes illarum reſpective Præſules, ſeo Adminiſtratores pro ſuis, & pro tempore exiſtentis Archiepiſeopi Ulyſsiponen. Occideotalis Suſtraganeis, qui tanquam membra Capiti, eidem pro tempore exiſteoti Archiepiſcopo Ulyſsiponen. Occidentali jure Metropolitico ſubjaceant, eique obedientiam, & reverentiam, tanquam proprio Metropolitano, præſtare debeant, ſimiliter deſignamus, & deputamus; ita quod idem pro tempore exiſtens Archiepiſcopus Ulyſsiponen. Occideotalis in eiſdem Leyrieo., Lamacen., Fuochalen., & Angren. Civitatibus, & Diœceſibos jus Metropoliticum habeat, & habere debeat, & Leyrien., Lamacen., Funchalen., & Angren. Epiſcopi eidem pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Ulyſsiponen. Occidentali ad omnia, & ſiogula teneantur, & ſint adſtricti ad quæ Suſtraganei qoicumque de jure, oſo, aut conſuetudine tenentur, & obligati exiſtunt, ipſique pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Ulyſsiponen. Occidentali præfatos ſuos Suffraganeos conſecrandi, Provinciales Synodos evocaodi, ae eum eis etiam Eccleſiaſtica negocia agendi, & terminandi, eauſas quarumcumque appellatiooum, ſive querelas juxta Sacrorum Canonum ſtatuta, & Concilii Tridentini decreta cognoſcendi, omoiaque alia, & ſingula, quæ ſimiliter de jure, uſu, conſuetudine, aut alias quomodolibet ad Archiepiſcopos, & Archiepiſcopale munus ſpectare, & pertioere ſolent, & præciſe ad antiquum Archiepiſcopum Ulyſsiponen. aotea in tota Civitate, & Diœceſi Ulyſsiponen. ſpectabant, & pertinebant, in poſterum in medietate tantum Civitatis, & medietate tantum Diœceſia Ulyſsiponen. hujuſmodi verſus Occidentem ſic ei pariter pro ſuis Archiepiſcopatu, & Territorio, a Nobis per præſentes aſsignatis, gerendi, & exerceudi, plenam, & omoimodam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur.

Taxa pro expeditione Literarum Apoſtolicarum, ac redditus utriuſque Archiepiſcopatus, & Capituli.

§.6. Ut autem tam Archiepiſcopus Ulyſsiponen. Orientalis, quam Archiepiſcopus Ulyſſiponen. Occidentalis pro tempore exiſtentes in actu expeditionis literarum Apoſtolicarum ſuper eorum promotione ad dictos Ulyſſiponen. Orientalem, & Ulyſſiponen. Occidentalem Archiepiſcopatus ad nominationem dicti Joaoois Regis, ejuſque Succeſſorum Regnm præfatorum, ut infra, faciendam, taxam fixam, & invariabilem in libris Cameræ Apoſtolicæ, ac certos, & diſtinctos fructus habere valeant, eum taxa antiqui Archiepiſcopatus Ulyſſiponen. in libris Cameræ Apoſtolicæ ad bis mille florenos auri deſcripta reperiatur, & æquom ſit, quod ſicuti dividuntur Civitas, & Diœceſis, ita etiam dividantur fructus, & onera, volumus, & ordinamus, quod in poſterum fructus Archiepiſcopatus Ulyſſiponen. Orientalis ad alios mille florenos ſimiles reſpective in libris Cameræ Apoſtolicæ taxati reſpective eaiſtant. Unicuique autem ex prædictis duobus Archiepiſcopis Ulyſſiponen. Orientali, & Oceidentali pro tempore exiſtentibus illi fructus ex decimis, & aliis quibuſcumque redditibus, proventibus, bonis ſtabilibus, cenſibus, & aliis hujuſmodi provenientes obveniaot, qoi provenire poteruut ex illa medietate Civitatis, & medietate Diœceſis Ulyſſiponen. ei ſic, ut præfertur, aſſignatis; & ne antiquum Capitulum Ulyſſiponen. ex hac diviſione, & diſmembratione, ac novi Archiepiſcopatus Ulyſſiponcu. Occidentalis erectione quoad

infra

infraſcriptos fructus, & alia emolumenta ei, ut infra, ſpectantia, aliquod detrimentum patiatur, tam fructus, quam decimæ, & alia emolumenta, quæ antea eidem antiquo Capitulo ſpectabant, & pertinebant, etiam poſt diviſionem Civitatis, & Diœceſis Ulyſſiponen., ac novæ Metropolitanæ Eccleſiæ hujuſmodi erectionem, ut antea, ſpectare, & pertinere debeant, abſque eo quod Capitulum, & Canonici novæ Metropolitanæ Eccleſiæ præfatæ ex prædictis decimis, fructibus, & emolumentis ad antiquum Capitulum Ulyſſiponen., ut præfertur, ſpectantibus quidquam exigere, ſeu prætendere valeant, etiamſi fructus, decimæ, & emolumenta hujuſmodi ex quibuſcumque bonis, rebus, & Perſonis in medietate Civitatis, & medietate Diœceſis Ulyſſiponen. verſus Occidentem exiſtentibus quomodolibet proveniant.

Statuit nonnulla pro pace conſervanda inter utrumque Archiepiſcopum.

§. 7. Ad effectum vero, ut ex diviſione Civitatis, & Diœceſis Ulyſſiponen. præfatarum, & exiſtentia duorum Archiepiſcopatuum intra limites ejuſdem antiquæ Civitatis, ejuſdemque Diœceſis, diſcordiæ, & diſſenſiones non oriantur, cupientes pacem, & tranquillitatem inter Perſonas Eccleſiaſticas, ſummopere conſentaneam, confovere, omnia, & ſingula infraſcripta, quæ juriſdictionem, ſuperioritatem, aliaſque pro quiete, & concordia amborum Archiepiſcopatuum reſpicere poſſunt, perpetuis futuris temporibus tam ab Archiepiſcopo Ulyſſiponen. Orientali, qoam ab Archiepiſcopo Ulyſſiponen. Occidentali, eorumque reſpective Vicariis, Officialibus, & Miniſtris quocumque nomine nuncupandis, ac quavis auctoritate, ſuperioritate, juriſdictione, & facultate pollentibus, necnon Subditis, & Diœceſanis tam Sæcularibus, quam Eccleſiaſticis, firmiter, & inviolabiliter obſervari debere mandamus.

De Confeſſariis, & Concionatoribus.

Primo, videlicet, quod Confeſſarii, & Concionatores, ſi a proprio ex duobus prædictis Archiepiſcopis pro tempore exiſtentibus approbati, & idonei reperti fuerint ad Confeſſiones audiendas, & verbi Dei prædicationes faciendas in una parte Civitatis, & Diœceſis Ulyſſiponen., in qua exiſtit dictus proprius Archiepiſcopus, tunc, & eo caſu, exhibendo coram altero Archiepiſcopo approbationem proprii Archiepiſcopi, poſſint in altera parte Civitatis Ulyſſiponen., ejuſque diſtrictu Confeſſiones audire, & Verbum Dei prædicare abſque ullo examine, aliaque approbatione, ſed habita tantum licentia ab Archiepiſcopo loci, in quo Confeſſiones hujuſmodi audire, & Verbum Dei prædicare voluerint.

De caſibus reſervatis.

Secundo, quod omnes, & quicumque caſus, qui in uno ex prædictis duobus Archiepiſcopatibus erunt reſervati, vel in poſterum reſervabuntur, pariformiter ſint, & eſſe debeant etiam reſervati in alio ex prædictis duobus Archiepiſcopatibus, ne Subditi unius ex præfatis duobus Archiepiſcopatibus hujuſmodi committentes exceſſus, qui in ſuo Archiepiſcopatu ſint reſervati, facile abſolvi poſſint in alio ex præfatis duobus Archiepiſcopatibus, in quo ſimiles caſus reſervati non fuerint.

De aſſociatione Cadaverū.

Tertio in eventum ſepeliendi aliquem defunctum unius partis Civitatis, vel Diœceſis in altera parte ejuſdem Civitatis, vel Diœceſis, vel quia in hac altera parte ſibi elegerit ſepulchrum, vel quia in hac altera parte ſepulchrum ſuorum Majorum, & Conſanguineorum exiſtat, tunc Parochus Defuncti aſſociare debeat cadaver uſque ad limites illius Archiepiſcopatus, in quo deceſſit, illudque exinde aſſociabitur a Parocho, intra cujus limites ſita eſt Parochia, ſive Eccleſia, in qua cadaver prædictum erit ſepeliendum, dividendo tamen inter utrumque Parochum emolumenta debita ratione funeris.

De functionibus a Religionibus, & Confraternitatibus fieri ſolitis.

Quarto Religiones, & Laicorum Confraternitates totius Civitatis, quæ ad præſens in eadem Civitate reperiuntur, in poſterum aſſociando Cadavera, & in aliis quibuſcumque functionibus, tam eundo, quam redeundo incedere poſſint per totam Civitatem proceſſionaliter eiſdem modo, & forma, quibus ad præſens incedunt. Illæ vero Religiones, & Laicorum Confraternitates, quæ in futurum de novo fundatæ, & inſtitutæ fuerint, ad hoc ut in prædictis functionibus incedere poſſint per totam Civitatem proceſſionaliter, ab utroque Archiepiſcopo licentiam petere debeant, & facultatem.

De denunciationibus ſuper matrimoniis, & Ordinationibus.

Quinto quotieſcumque opus fuerit facere denunciationes ſuper matrimoniis contrahendis, & ſuper Ordinibus conferendis pro Perſonis in dicta Civitate Ulyſſiponen. commorantibus, denunciationes hujuſmodi, quamvis matrimonium contrahere, & ad Ordines hujuſmodi promoveri volentes unius partis dictæ Civitatis, ut præfertur, diviſæ, habitatores exiſtant, non ſolum in eorum Parochiali Eccleſia, verum etiam in una ex Parochialibus Eccleſiis alterius partis ejuſdem Civitatis, ut præfertur, diviſæ, ad hoc ut fraudibus obviari poſſit, fieri debeant, nec ullo unquam tempore matrimonia contrahi, ac Ordines tam minores, quam ſacri conferri poſſint abſque fide Notariorum, vulgo *Folha Corrida* nuncupata utriuſque Archiepiſcopatus, in qua expreſſe caveatur, quod tam illi, qui matrimonia contrahere voluerint, quam illi, qui ad Ordines præfatos erunt promovendi, nullo canonico impedimento irretiti exiſtant, nullave criminis infamia quoad Ordines hujuſmodi laborent.

De Proceſſionibus.

Sexto, quod publicæ Proceſſiones, tam in die ſolemnitatis Corporis Chriſti ab utraque Cathedrali faciendæ, quam quæ ex conſuetudine, vel voto aliis diebus fiunt, vel de cætero fieri poterunt, nequaquam fieri valeant extra limites proprios uuius Archiepiſcopatus abſque expreſſa licentia, & facultate alterius Archiepiſcopi.

De delatione Inſignium, & exercitio juriſdictionum.

Septimo Miniſtri, & Officiales unius Archiepiſcopatus non poſſint, nec debeant in alia parte, & in alio Dominio, & Territorio alterius Archiepiſcopi deferre inſignia denotantia juriſdictionem, & Juſtitiam, nec facere per ſe ipſos executiones, aut aliquem, quamvis ſibi Subditum, in carceribus conjicere, ſed adhibendæ erunt Literæ hortatoriæ juxta ſtylum Regni Portugalliæ; excepto tamen caſu, quo Rei reperti fuerint, vel in actu fugæ, vel in fragranti crimine, in quibus caſibus Rei conſignandi erunt Officiali illius Archiepiſcopi, in cujus ditione capti fuerint, ad hoc, ut iſte, vel eos puniat, ſi de jure ei competat facultas illos puniendi, vel eos remittat ad Judicem ſuum, qui de jure debebit procedere ad cognitionem criminis a Reis hujuſmodi commiſſi.

De commiſſione pro executione Literarum Apoſtolicarum.

Octavo omnes, & quæcumque Literæ Apoſtolicæ tam ſub Plumbo, quam ſub Annulo Piſcatoris in poſterum expediendæ, & tam gratiam, quam juſtitiam ſimul, vel ſeparatim concernentes, quæ pro illarum exequutione committendæ erunt Archiepiſcopo, ſeu Officiali Ulyſſiponen., quotieſcumque ex eiſdem Literis non conſtabit, an illarum exequutio

quutlo Archiepiſcopo, ſeu Officiali Ulyſſiponen. Orientali, aut Archiepiſcopo, ſeu Officiali Ulyſſiponen. Occidentali commiſſa fuerit, tunc, & eo caſu hujuſmodi eaequutio commiſſa eſſe intelligatur illi Archiepiſcopo, qui juriſdictionem habuerit, vel ſupra perſonam, ſi materia ſit perſonalis, vel ſupra rem, ſi realis. Nono omnes, & quæcumque cauſæ, & litium controverſiæ, quæ ad præſeos introductæ, & indeciſæ reperiuntur, continuari, & terminari debeant uſque ad ſententiam diffinitivam coram eiſdem Officialibus, ſeu Judicibus, coram quibus introductæ fuerunt; exequutiones vero faciendæ erunt ab Officiali illius Archiepiſcopi, cui juata prædictam diviſionem ſpectabunt, mediantibus tamen ſolitis Literis hortatoriis juxta ſtylum Regni Portugalliæ: Illæ vero lites, & controverſiæ, quæ de novo movendæ, & introducendæ erunt, judicari, & definiri debebunt ab Officiali illius Archiepiſcopi Ulyſſiponen, aut Orientalis, ſeu Occidentalis, qui debebit de jure eas cognoſcere, & ſuper eis judicare, vel ratione perſonæ ei ſubjectæ, vel ratione rei in ſuo Archiepiſcopatu, & in ſua Diœceſi exiſtentis. Decimo novus Archiepiſcopus Ulyſſiponen. Occidentalis poterit creare, & eligere omnes, & ſingulos Officiales, qui ibidem creari ſoleot, aut confirmare, & approbare jam creatos, & electos eum eiſdem juriſdictione, & poteſtate aliis Officialibus in parte Civitatis, & Diœceſis ſibi aſſignata competentibus, nec per hoc Officiales antiqui Archiepiſcopatus Ulyſsiponen. aliquam relevationem prætendere poſſint, præterquam in caſu, quo officia ab eis empta fuiſſent, quia tunc novus Archiepiſcopus Ulyſsiponen. Occidentalis decernere debebit, quod Officiales ab eo noviter electi reficiant damna, quæ Officiales antiqui Archiepiſcopatus Ulyſſiponen. ex hac nova erectione, & electione Officialium pati poſſent, & inſtaſcripti Judices Exequutores ſummarie, & ſola facti veritate inſpecta pretium eiſdem antiquis Officialibus debitum perſolvere faciant. Undecimo, quia in utraque parte Civitatis, & Diœceſis Ulyſſiponen. tam Orientalis, quam Occidentalis reperiuntur Dignitates, Canonicatus, & Beneficia, quæ perſonalem reſidentiam requirunt, ne ob prædictam Civitatis, & Diœceſis Ulyſsiponen. diviſionem, Dignitates, Canonicatus, & Beneficia hujuſmodi pro tempore obtinentes in aliquo præjudicentur, volumus, quod ſi Profeſſores Dignitatum, Canonicatuum, & Beneficiorum in una parte Civitatis, ſeu Diœceſis hujuſmodi habitaverint, nihilominus habeantur, & reputati debeant præſentes in loco Dignitatum, Canonicatuum, & Beneficiorum hujuſmodi; ipſi vero, non tamen eorum Familiæ, & Familiares Subditi illius Archiepiſcopi exiſtant, in cujus Civitate, ſeu Diœceſi Dignitates, aut Canonicatus, ſeu Beneficia hujuſmodi exiſterint. Duodecimo, quod omnes, & ſingolæ controverſiæ, quæ in poſterum occaſione hujuſmodi diviſionis, ac novi Archiepiſcopatus erectionis oriri poterunt, ſummarie abſque ſtrepitu, & figura judicii, ac ſola facti veritate inſpecta ab eiſdem infraſcriptis Judicibus Exequutoribus definiri, & judicari debeant. Inſuper, quod ex omnibus ſupradictis nullum præjudicium inferatur, nec ullo unquam tempore in futurum inferri poſſit juriſdictioni jam competenti novo Archiepiſcopo Ulyſſiponen. Occidentali, uti Sacellano Majori Cappellæ Regiæ Ulyſſiponen., quæ juriſdictio ſemper, & omni tempore immunis, & illæſa remaneat in ſuo primævo ſtatu, exercenda tamen a dicto novo Archiepiſcopo Ulyſſiponen. Occidentali, uti Præſule dictæ Capellæ ſuper Familia Regia, eademque Capella, & ejus Officialibus, ac Familiaribus ipſius Joannis Regis, ad formam Indultorum, & Privilegiorum Apoſtolicorum, uſque nunc conceſſorum ad favorem Sacellani Majoris pro tempore exiſtentis, quibus nullo modo derogatum, ſeu præjudicatum intelligatur, ſed novus Archiepiſcopus Ulyſſiponen. Occidentalis, uti Capellanus Major dictæ Regiæ Capellæ ad formam Indultorum, & Privilegiorum Apoſtolicorum hujuſmodi privative quoad omnes alios Judices, ſeu Superiores, quavis auctoritate, & dignitate fungentes, ſuam juriſdictionem Sacellani Majoris abſque ulla diminotione, & controverſia exercere valeat.

De litibus, & causis.

De creatione novorum Officialium in Archiep. Occidentali.

De residentia Canonicorum Beneficiatorum &c.

De litibus occasione divisionis motis, & jurisdictione Sacellani Regii.

§.8. Denique conſiderantes prædictam Metropolitanam Eccleſiam Ulyſſiponen. Occidentalem, ſic, ut præfertur, a Nobis per præſentes erectam, & inſtitutam in Regio Palatio Ulyſſiponen. conſtituta exiſtere, inibique ipſas Perſonas Regias functionibus Eccleſiaſticis ſæpiſſime adeſſe poſſe, valde congruum exiſtimamus, ut eadem Metropolitana Eccleſia Ulyſſiponen. Occidentalis, ejuſque pro tempore exiſtens Archiepiſcopus Ulyſſiponen. Occidentalis, uberioribus Indultis, privilegiis, & prærogativis ex ſpeciali noſtra, & Sedis Apoſtolicæ Indulgentia condecorentur: hinc prædictum Joannem Regem amplioribus favoribus, & gratiis proſequi volentes, firmis tamen, & illæſis remanentibus ſupradictis omnibus, & ſingulis indultis, & privilegiis eidem Capellæ Regiæ, ejuſque Sacellano Majori, ſic, ut præfertur, a Nobis, & Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris conceſſis, necnon citra ullum præjudicium, ſeu diminutionem auctoritatis, juriſdictionis, præeminentiarum, ac jurium quorumcumque, etiam honorificorum, & mere cæremonialium nunc, & pro tempore exiſtenti noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Nuncio, ſeu alteri ejuſdem Sedis in eiſdem Regnis pro tempore ſimiliter exiſtenti Legato competenti, quæ Nuncius, & Legatus ſupradicti, quoad dictum Archiepiſcopum Ulyſſiponen. Occidentalem pariformiter, & abſque ulla prorſus differentia, ac quoad alios Archiepiſcopos, & Epiſcopos dictorum Regnorum exercere poſſint, ac debeant, motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus eamdem ſecularem, & inſignem Collegiatam Eccleſiam, ſic a Nobis in Archiepiſcopalem Eccleſiam Ulyſſiponen. Occidentalem erectam, & inſtitutam nomine, & titolo, & prærogativa Patriarchalis Eccleſiæ, ejuſque Archiepiſcopum Ulyſſiponen. Occidentalem pro tempore exiſtentem ſimiliter nomine, & titulo, & prærogativa Patriarchæ Ulyſsiponen. Occidentalis, ad inſtar Venerabil. Fratris noſtri moderni Patriarchæ Venetiarum, quoad Provinciam tamen Archiepiſcopatus Ulyſsiponen. Occidentalis tantum inſignimus, & decoramus cum facultate utendi inſigniis, & ſtemmate propriæ Eccleſiæ Archiepiſcopalis Ulyſſiponen. Occidentalis, aliiſque ornamentis, quibus idem Patriarcha Venetiarum de jure, uſu, & conſuetudine utitur, necnon in eiſdem Portugalliæ, & Algar-

Præmittuntur causæ sequentis erectionis, & præservatio jurium Nuncii, ad Legatum Apost.

Erectio d. Archiepiscopatus Occident. in Patriarchatum ad instar illius Venetiarum pluribus prærogativis.

garbiorum Regnis deferendi Crucem, & Rocchettum apertum, Populum benedicendi, Thronum, & Baldachinum habendi, Pontificalia exercendi, intraſcriptas indulgentias concedendi, & ſupra Bracharen., Ulyſſiponen. Orientalem, ac Elborenſ. Archiepiſcopos. Necnon Portugallenſ., Colimbrienſ., Viſen., Mirandenſ., Lamacenſ., Egitanienſ., Leirienſ., Funchalenſ., Angrenſ., Promotorii Viridis, Sancti Thomæ, Congenſ., Algarbienſ., Portalegrenſ. & Eluenſ. Epiſcopos, alioſque omnes, & ſingulos Regnorum hujuſmodi Prælatos, in omnibus actibus, & functionibus, etiam in eorum Eccleſiis præcedentiam habendi, quorum nullus etiam in eorum Eccleſiis, eo preſente, aliquem juriſdictionis, honoris, vel facultatis actum gerere poſſit, quem coram Legato prædictæ Sedis Apoſtolicæ gerere non valeret, quo vero ad alias juriſdictiones, & facultates aliis Patriarchis, ſeu prædictæ Sedis Legatis competentes, nullas idem pro tempore exiſtens Archiepiſcopus Ulyſſiponen. Occidentalis Patriarcha nuncupatus habere, ſeu exercere poſſit, exceptis ſupradictis, niſi alia juriſdictio, ſeu facultas hujuſmodi, prius per Nos, aut Succeſſores noſtros, Sedemque præfatam declarata, & reſpective ei conceſſa fuerit, necnon utendi Pallio non ſolum in diebus, feſtivitatibus, & functionibus in Pontificali Romano deſcriptis, & deſignatis, ſed etiam in Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, in Inventionis, & Exaltationis Sanctæ Crucis, Sancti Joſephi, Sanctæ Annæ, Sancti Michaelis Arcangeli, Sancti Vincentii Civitatis Ulyſſiponen. Protectoris, Sanctæ Eliſabethæ Reginæ Portugalliæ, Sancti Antonii Uliſſiponen., Sancti Angeli Cuſtodis, & Sancti Georgei Regni Portugalliæ Denfenſorum Feſtivitatibus, quæ omnes in ipſa Collegiata Eccleſia in Cathedralem, & Metropolitanam Eccleſiam Ulyſſiponen. Occidentalem erectam, & in toto Regno Portugalliæ ſolemniter celebrantur, necnon in qualibet alia die, ſi quæ fuerit ſolemnior in Eccleſia, in qua per totum Regnum prædictus Archiepiſcopus Ulyſſiponen. Occidentalis Patriarcha nuncupatus Pontificalibus uſus fuerit, ac in benedictionibus nuptiarum, & in ſolemni Baptiſmate filiorum, & deſcendentium Regiorum, ac in aliis ſimilibus, & ſolemnibus Regis functionibus, quæ intra, vel immediate poſt Miſſarum ſolemnia celebrabuntur. Quodque prædictus pro tempore exiſtens Archiepiſcopus Ulyſſiponen. Occidentalis Patriarcha nuncupatus, ſic à Nobis per præſentes creatus, & inſtitutus, ac nomine, & prærogativa Patriarchæ decoratus habitu purpureo ad inſtar Venerabilis etiam Fratris noſtri moderni Archiepiſcopi Salisburgen., indui poſſit, eaſque indulgentias concedere valeat, quas noſtri, & prædictæ Sedis Apoſtolicæ Nuncii in prædictis Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis ejuſdem Sedis auctoritate concedere ſolent; videlicet, centum, aut plures alios dies, non tamen ultra annum, necnon in uno Feſto dumtaxat, a primis uſque ad ſecundas Veſperas, & occaſum ſolis diei Feſti hujuſmodi, quinque annos, & quinque quadragenas, aut infra, ita tamen, ut ſemel tantum pro una Eccleſia, vel Capella fiat, etiam concedimus, & indulgemus.

Privilegia Capitulo Occident. conceſſa.

§.9. Capitulo vero dictæ Collegiate Eccleſiæ, ſic a Nobis in Cathedralem, & Metropolitanam Eccleſiam erectæ, ac titulo, denominatione, & prærogativa Patriarchalis Eccleſiæ decoratæ, ejuſque Dignitatibus, & Canonicis, ut ipſi in poſterum habitum Prælatitium violacei coloris ſerici, aut lanei ſupra Rocchettum, ubique terrarum extra tamen Romanam Curiam, & ubi non fuerit Romanus Pontifex, ad inſtar Canonicorum Eccleſiarum Patriarcalium de Urbe, quodque ipſi, qui jam vigore Indulti Apoſtolici habent uſum Cappæ magnæ violacei coloris, in poſterum hyemali Cappam etiam magnam rubeam; æſtivo vèro temporibus Mozzettam ſupra Rocchettum ſimiliter rubeam ad inſtar Canonicorum Eccleſiæ Piſanæ reſpective in ſingulis Horis Canonicis, Miſſis, & aliis Divinis Officiis, necnon Proceſſionibus tam intra, quam extra eorum Eccleſiam peragendis, necnon actibus Capitularibus publicis, & privatis geſtare, & deferre poſſint, quodque Capitulum, & Canonici dictæ Eccleſiæ Ulyſſiponen. Occidentalis tam habitu Prælatitio, quam Canonicali induti, & capitulariter exiſtentes, ſeu incedentes omnia Capitula, etiam in eorum Eccleſiis, omneſque Canonicos quarumcumque Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum totius Regni Portugalliæ, ſimiliter, ſi unus, vel plures dictæ Eccleſiæ Ulyſſiponen. Occidentalis cum alio, vel aliis, Dignitate, ſeu Canonico, aut Dignitatibus, ſeu Canonicis alterius cujuſque Eccleſiæ Regni Portugalliæ incedent, ſeu in aliqua functione Eccleſiaſtica aderunt, etiam in eorum Eccleſiis præcedere debeant: necnon, ut ipſi, eorumque in Dignitatibus, ac Canonicatibus, & Præbendis hujuſmodi Succeſſores perpetuis futuris temporibus, ac tam in parte Civitatis, & Diœceſis Ulyſſiponen. Occidentalis, quam in toto Regno, & Dominus præſente Rege, eoque abſente de licentia Ordinarii, in Miſſis, ac Horis Canonicis, ſolemniter decantandis, & perſolvendis; ac etiam in Proceſſionibus, benedictionibus Candelarum, Cinerum, Palmarum, & Fontis Baptiſmalis, ac in reliquis Eccleſiaſticis functionibus, in quibus ſacra adhibentur paramenta, præſente, vel abſente Archiepiſcopo, Mitra, aliiſque indumentis, vel paramentis, ad inſtar Abbatum uſum Mitræ habentium, uti, necnon in eorum Armis, & Inſigniis gentilitiis Mitram opponi facere, ad inſtar Dignatum, & Canonicorum Archiepiſcopalium Eccleſiarum Beneventanæ, & Mediolanen., quodque ipſius Eccleſiæ Ulyſſiponen. Occidentalis Dignitates, & Canonici præfati, eorumque Succeſſores indumenta, & paramenta, aliaſque res Eccleſiaſticas, in quibus Sacri Olei, vel Chriſmatis unctio non requiritur, non tamen Calices, neque Patenas benedicere, ad inſtar Canonicorum Eccleſiæ Neapolitanæ, eiſdemque prædictæ Eccleſiæ Ulyſſiponen. Occidentalis Canonicis cauſæ quæcumque, & ſuper quibuſcumque Litibus, & controverſiis motæ, vel movendæ, committi, reſpective, libere, & licite poſſint, & valeant, etiam concedimus, & indulgemus,

§.10. Ulterius, firmo remanente Jurepatronatus Regio, & præſentandi, ut antea, ad Dignitates, Canonicatus, & Præbendas, ac Beneficia dictæ Collegiatæ Eccleſiæ, ſic a Nobis in Metropolitanam. Eccleſiam Ulyſſiponen. Occidentalem erectæ, ad Archiepiſcopatum Ulyſſiponen. Occidentalem, tam hac prima vice a primæva illius erectione hujuſmodi vacantem,

Jus nominandi, & præſentandi Archiepiſcopum Occident. Regi reſervatum.

quam

quam in poſterum in quibuſcumque aliis vacationibus, quandocumque, & quomodocumque, etiam apud ſedem Apoſtolicam occurrentibus, Juriſpatronatus Regium, & nominandi, & præſentandi Perſonam idoneam Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, ac per Nos, & eumdem Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem dicto Archiepiſcopatui Ulyſſiponen. Occidentali Apoſtolica auctoritate, & mediantibus Literis Apoſtolicis præficiendum, prædicto Joanni Regi, ejuſque in dictis Regnis Succeſſoribus Regibus ſimiliter perpetuo reſervamus, concedimus, & aſſignamus, ac Juſpatronatus, & præſentandi hujuſmodi, prædicto Joanni Regi, ejuſque in dictis Regnis Succeſſoribus, Regibus præfatis, non ex privilegio Apoſtolico, ſed uti ex vera, primæva, reali, & actuali, plena, integra, & omnimoda fundatione, & perpetua dotatione laicali, ex bonis mere laicalibus factis, competere, & pertinere, & uti tale ſub derogatione Juriſpatronatus ex privilegio Apoſtolico, vel conſuetudine, aut præſcriptione acquiſiti, nullatenus comprehendi, aut illi nullo unquam tempore, etiam ex cauſa vacationis apud Sedem præfatam, aut quocumque alio prætextu, aut ex quacumque alia cauſa, quantumvis legitima, etiam per Nos, & prædictos Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros pro tempore exiſtentes, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus decernimus.

Firmitas Archiepiſcopatus, & Patriarchatus in d. Regia Capella.

§. 11. Denique, ut in eventum, in quem prædictus Joannes, aut pro tempore exiſtens Portugalliæ, & Algarbiorum Rex, ejuſque ſucceſſores alibi Curiam, eorumque Regias Perſonas, vel perpetuo, vel per aliquod temporis ſpatium reſpective tranſtulerint, nihilominus firma, & illæſa remanere debeant, tam Cathedralitas dictæ Collegiatæ Eccleſiæ, ſic a Nobis in Metropolitanam, & Patriarchalem Eccleſiam Ulyſſiponen. Occidentalem erectæ, quam omnia, & ſingula privilegia, & indulta eidem Cathedrali Eccleſiæ Ulyſſiponen. Occidentali ſic, ut præfertur, conceſſa, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus decernimus, & declaramus.

Deſignatio Executorum præſentium Literarum, cum mandato aſſervandi Plantam Diviſionis in Cancellariis, & compeſcendi contradictores per cenſuras.

§. 12. Ad hoc autem, ut omnia, & ſingula ſupradicta a Nobis conceſſa, & ordinata, ac in præſentibus contenta, & expreſſa debitæ exequutioni demandentur, ac perpetuis futuris temporibus ab omnibus, & ſingulis firmiter, & inviolabiliter obſerventur, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, Venerabilibus Fratribus noſtris Elven., Algarbien., & Miranden. eiſque deficientibus, ſeu impeditis, Angolen., & Lamacen. Epiſcopis tenore præſentium mandamus, quatenus ipſi, vel unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, etiam quatenus difficultate occurrente, & a Nobis non prævisa, quæ effectum earumdem præſentium minime retardare valeat, eaſdem præſentes literas, nulla interpoſita mora, debitæ exequutioni demandent, ſeu demandari faciant, ac unam partem tam Civitatis, quam Diœceſis Ulyſſiponen. præfatæ verſus Orientem pro propria Diœceſi, ac proprio Territorio Archiepiſcopatus Ulyſſiponen. Orientalis, alteram vero partem Civitatis, & Diœceſis Ulyſſiponen. hujuſmodi verſus Occidentem, ſimiliter pro propria Diœceſi, & proprio Territorio Archiepiſcopatus Ulyſſiponen. Occidentalis conſtituant, & aſſignent, ac plantam cum Confinibus, & menſuratione per Peritos faciendam, juxta formam a Nobis deſuper præſcriptam, tam partis Civitatis, & Diœceſis Ulyſſiponen. Orientalis, quam partis Civitatis, & Diœceſis Ulyſſiponen. Occidentalis hujuſmodi, tam in Cancellaria eorum Epiſcopatuum, quam in Cancellariis Archiepiſcopatus Ulyſſiponen. Orientalis, ac Archiepiſcopatus Ulyſſiponen. Occidentalis ad perpetuam rei memoriam, reponere, & aſſervare debeant, quodque ultra diviſionem præfatam ſic, ut præfertur, factam, omnia, & ſingula ſupradicta ab omnibus, & ſingulis perpetuis futuris temporibus per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac alia opportuna juris remedia, & quacumque appellatione remota, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio Brachii ſæcularis, adimpleri, & inviolabiliter obſervari faciant.

Clauſulæ ampliſſimæ, & particulares.

§. 13. Decernentes propterea eaſdem præſentes literas, ſemper, & perpetuo validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet cauſa, quantumvis legitima, & juridica, etiam ex eo, quod Sedes Archiepiſcopalis Ulyſſiponen. ad præſens vacet, & proprio Paſtore, & Defenſore deſtituta exiſtat, ipſiuſque Capitulum, & Canonici, ſeu quicumque alii cujuſcumque dignitatis, gradus, conditionis & præeminentiæ, in præmiſſis, & circa ea quomodolibet, & ex quavis cauſa, ratione, & actione, vel occaſione jus, vel intereſſe habentes, aut habere prætendentes, illis non conſenſerint, aut ad id vocati, & auditi, & cauſæ propter quas eædem præſentes emanaverint, adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, ſeu invaliditatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut jus, vel intereſſe habentium conſenſu, aut quolibet alio, quantumvis magno, ſubſtantiali, inexcogitato, & inexcogitabili, ac ſpecificam, & individuam mentionem, & expreſſionem requirente defectu, ſive etiam ex eo, quod in præmiſſis, eorumque aliquo ſolemnitates, & quævis alia ſervanda, & adimplenda, ſervata, & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite a jure, vel facto, aut ſtatuto, vel conſuetudine aliqua reſultante, ſeu etiam enormis, enormiſſimæ, totaliſque læſionis, aut quocumque alio colore, prætextu, ratione, vel cauſa, etiam in corpore juris clauſa, occaſione, aliave cauſa, etiam quantumvis juſta, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmiſſorum neceſſario exprimenda foret, aut quod de voluntate noſtra, & aliis ſuperius expreſſis nullibi appareret, ſeu alias probari poſſet, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adverſus illas reſtitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ, vel juſtitiæ remedium impetrari, ſeu quomodolibet, etiam motu ſimili conceſſo, aut impetrato, vel emanato uti, ſeu ſe juvare in judicio, vel extra poſſe; neque ipſas præſentes ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliiſque contrariis diſpoſitionibus, etiam

per-

per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore eaiſtentes, & Sedem Apoſtolicam præfatam, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter ex quibuslibet cauſis, & ſub quibuſvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiamſi in eis de eiſdem præſentibus, earumque toto tenore, ac data, ſpecialis mentio fiat, pro tempore factis, & conceſſis, ac faciendis, & concedendis, comprehendi, ſed tanquam ad majus bonum tendentes, ſemper, & omnino ab illis escipi, & quoties illæ emanabunt, toties io priſtinum, & validiſſimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant, ſtatum, reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam ſub quacumque poſteriori data, quandocumque eligenda, conceſſas eiſe, & fore. Sicque, & non alias in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunque Judices Ordinarios, vel Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-legatos, dictæque Sedis Nuncios, ac alios quoſcumque quavis auctoritate, poteſtate, prærogativa, & privilegio ac honore, & præeminentia fulgentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate in quocumque judicio, & in quacumque inſtantia, judicari, & definiri debere; & ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

§.14. Non obſtantibus quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo, aliiſque in contrarium præmiſſorum quomodolibet editis, vel edendis, etiam in Synodalibus, Provincialibus, Univerſalibuſque Conciliis, ſpecialibus, vel generalibus, ac quatenus opus ſit, etiam illa Pauli Papæ Secundi ſimiliter Prædeceſſoris noſtri de rebus Eccleſiæ non alienandis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac antiquæ Cathedralis Eccleſiæ Ulyſſiponen. aliarumque Eccleſiarum, & aliorum locorum piorum antiquæ Diœceſis Ulyſsiponen., etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, ſtylis, uſibus, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis illis, eorumque Superioribus, & perſonis, ac locis quibuſcumque, etiam ſpecifica, & expreſſa, ac individua mentione dignis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & ioſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu pari, ac conſiſtorialiter, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus in contrarium præmiſſorum conceſſis, approbatis, confirmatis, & innovatis, etiamſi in eis caveatur espreſſe, quod illis per quaſcumque literas Apoſtolicas, etiam motu ſimili pro tempore conceſſas, quaſcumque etiam derogatoriarum derogatorias in ſe continentes, derogari non poſſit, neque cenſeatur eis derogatum. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſen quævis alia expreſſio habenda, aut quæcumque alia esquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, & cauſas, etiam quantumvis prægnantes, pias, & privilegiatas, præſentibus pro plene, & ſufficienter, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, inſertis, expreſſis, & ſpecificatis, habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum omnium validiſsimum effectum hac vice dumtasat, latiſsime, & pleniſsime, ac ſufficienter, necnon ſpecialiter, & espreſſe motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, harum ſerie derogamus, cæteriſq; contrariis quibuſcumque.

§.15. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri Motus proprii, ac Diviſionis, Aſsignationis, Erectionis, Inſtitutionis, Conceſsionis, Indulti, Reſervationis, Declarationis, Mandati, Voluntatis, Decreti, & Derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pali Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo ſesto decimo, ſeptimo Idus Novembris Pontificatus noſtri anno ſestodecimo.

CCXXXV.

Suſpenduntur ad Sanctitatis Suæ beneplacitum privilegia omnia a S.Sede facultati S. Theologiæ Pariſien. conceſſa. Dat.18.Nov. 1716. An.16.

Inn:XII Conſt:ed:1694, Apr.27, P.3, confirmata fuere Privilegia Collegii Scotorum Pariſien., & hujus Pontificis Conſtit:edit:1721, Mar:19, P.1. confirmantur Privilegia Univerſitatis Urbinaten.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Circumſpecta Romanorum Pontificum providentia e ſublimi univerſæ Domus Dei ſpecula longe, lateque proſpiciens quantam Catholicæ Eccleſiæ utilitatem, atque ornamentum afferant ſacrarum, eiſque ancillantium bonarum literarum ſtudia, per quæ depulſa ignorantiæ caligine hominum mentes luce veritatis illuſtrantur, ut ad ea Chriſtifideles vehebementius incenderet, adjuvaretque, Scholas pluribus in locis inſtituere, Doctorum hominum Collegia escitare, necnon Studiorum Generalium Univerſitates erigere conſuevit, ubi ſana Fidei doctrina, optimiſque morum præceptis, atque inſtitutis, imbuendæ juventuti daretur opera: ſimul vero contra deterrima hæreſum monſtra, veluti armamentaria conſtituerentur, unde Epiſcopi, qui in partem Paſtoralis ſolicitudinis vocati ſunt, ad ſuos greges tuendos arma capere, atque expedire facile poſſent. Ubi vero ſaluberrima hæc laudabilium diſciplinarum Gymnaſia, vel eorumdem Epiſcoporum cura, vel Principum liberalitate, vel etiam privatorum Largitorum beneficentia, condita fuiſſe cognovit, novis ea proventibus ausit, gratiis, & privilegiis decoravit, aliiſque Apoſtolicæ benignitatis muneribus, prout in Domino cenſuit, proſecuta eſt. Exordium a ſtudio Romanorum Pontificum erigendi Collegia, ac Univerſitates, eaſque privilegiis ornandi.

§.1. Hinc

Digitized by Google

Univerſitati Sorbonæ plura privilegia conceſſa fuere, eaque in S. Sedis clientelam ſuſcepta.

§.1. Hine plures ex iisdem Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, quibus compertom erat celeberrimam Univerſitatem Studii generalis Pariſienſis, in eaque præcipue Sacræ Theologiæ facultatem adeo in dies magis florere præſtanti ingenio, eximiaque doctrina Viris, ut ad eos audiendos e remotiſsimis etiam regionibus ingens undique Diſcipulorum multitudo conflueret: tanto quoque erga Apoſtolicam Sedem cultu, & veneratione commendari, ut hoc potiſsimum nomine excellere gloriaretur, eam maximis hiſce virtutum laudibus ornatam in ſuam, & Beati Petri peeoliarem clientelam ſuſceperunt; datis, ac ſæpius confirmatis immunitatibus, & exemptionibus ab alia quacunque Eccleſiaſtica jurisdictione liberam eſſe voluerunt: aliiſque inſuper quamplurimis gratiis, ac favoribus cumularunt, quemadmodum ex pluries editis, innovatiſque a multis retru ſæculis ea de re Apoſtolicis Literis aperte dignoſcitur. Quin etiam haud ſemel facultatem eamdem variis ærumnarum acerbitatibus, moleſtiiſque conflictatam, in hujus omnium fidelium Matris Eccleſiæ ſinum confugientem, ejuſqoe præſidium humiliter implorantem patrocinio munire, nec non paterna, ſalutarique ſeveritate in eos, qui malum eidem pararent, animadvertere conſueverunt.

Decretum d. Univerſitatis 1714. editum pro receptione Bullæ *Unigenitus*, ab eadem poſtea ut falſum, & adulterinum abrogari fuit Bulla impudenter profeſſa, eique obedientes impetit.

§.2. Hæc dûm Nobiſcum animo reputamus, eo graviuri doloris ictu perculſi ſumus, cum frequentibus literis, & fama ubique gentium cum incredibili fidelium ſcandalo diffuſa, ad Apoſtolatus noſtri notitiam pervenit, quod, poſtquam alias, videlicet menſe Martio anni MDCCXIV., in lucem prodierat Decretum quoddam nomine dictæ Facultatis promulgatum, ac publicis literis conſigoatum, per quod teſtatum omnibus fiebat eamdem facultatem die V. ejuſdem menſis Martii Conſtitutionem noſtram, quæ incipit: *Unigenitus Dei Filius &c.* anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo decimo tertio ſexto Idus Septembris a Nobis editam ſumma cum reverentia, atque obſequio recepiſſe, ac in ſuas tabulas referri juſſiſſe, ut ab omnibus, & ſingulis Magiſtris, Doctoribus, Baccalaureis, & Candidatis ſuis pari obſequio coleretur, & obſervaretur: Noo ita pridem nonnulli prædictæ facultatis Doctores, majorem forſan, ſed certe minime ſaniorem ſui cœtus partem conſtitoentes, non minus antiqoæ ejuſdem cœtus gloriæ, perpetuæque in hanc Sanctam Sedem obſervantiæ, quam inſignium ab ea ipſi Univerſitati collatornm beneficiorum, ac privilegiorum immemores: quinimo ipſius etiam ſui Doctoratus gradus, quo Apoſtolica auctoritate dunati fuerunt, prorſus obliti: nulla famæ reverentia: nolla demum illius jurisjurandi, quo in conſortium dictæ facultatis cooprati, initio omnium actuum ſe nihil unquam dicturos, ſcripturoſve, quod Pontificiis Decretis repugnaret, diſerte ſpoponderunt, Religione commoti: fruſtra reclamantibus aliis bonam cauſam ſtrenue tuentibus, eo impudentiæ proceſſerunt, ut Decretum ſupradictum falſum, adulterinum, commentariis eradendum eſſe declaraverint: non obſcure ſic agendo oſtendentes ſe, aut debitam memoratæ Conſtitutioni noſtræ obedientiam præſtare contumaciter nolle, quippe quam ſe nunquam præſtitiſſe acerrime contenderunt, aut verius ab ea, quam pro muneris ſui debito præſtiterunt, turpiter deſciviſſe: otcumque vero ſe res habuerit, ſemper a Majorum ſuorum, quos Religionis non minus, quam Sapientiæ claritas commendavit, veſtigiis aberraſſe, qui videlicet ab ipſis Scholæ Pariſienſis exordiis Apoſtolicæ Sedis Leges accipere, ſuarum confirmationem expectare, oracula petere, judicia ſubire, Decretis obtemperare, pœnas exequi, Sanctionibus acquieſcere, verbis, factiſque toties profeſſi ſunt, maximoque ſibi honori inconcuſſa devotione duxerunt, prout ex ipſius Univerſitatis tabulis, & publicis etiam documentis conſtare notum eſt. Ad hæc inquieti homines præfati minime veriti ſunt tum privatis collocutionibus, tum publicis etiam, toto ſuorum adſtante Conventu, habitis ſermonibus, moderno præſertim Syndico viam Aberrantium præeunte, prædictam Conſtitutionem noſtram multiformiter impetere, atque proſcindere: necnon clariſſimos Collegas ſuos a veritatis ſemita non recedentes, adeoque ab eis diſſentientes, quos non paucos divina providentia ad Reproborum contumeliam ſervare voluit, plurimum divexare, perinde ac ſi morem Apoſtolicæ Sedi gerendo gravi aliquo ſe crimine commaculaſſent. Præterea nonnullorum Venerabilium Fratrum Galliæ Epiſcoporum Decreta, quibus a perverſa ejuſmodi ipſorum agendi ratione ſeſe abhorrere palam edixerant, adjudicare, & deſpicere, quin etiam publice impugnare non erubuerunt: Quod utique ingenti animum noſtrum mœrore confodit, quippe qui in ſummo Epiſcopatus vertice a domino conſtituti Epiſcopalem inprimis auctoritatem, dignitatemque defendere omnino tenemur, idque maſime Eccleſiæ Dei, maxime etiam Religionis intereſt.

Cauſæ ſequentis ſuſpenſionis.

§.4. Multa hæc, & tam gravia mala cum jam diu invaluerint, Nos tamen, ot amantiſſimus Pater, quem delirantium filiorum miſeret, in patientia, & longaoimitate diutius, quoad fieri potuit, expectandum exiſtimavimus, an forte filii iſti deſertores cooſcientia commiſſi ſceleris, aut ſaltem verecundia, ad ſe ſponte redirent, vel alieno tandem impulſu, atque opera revocarentur. Verum cum videamus lenitate noſtra morbum quotidie magis, magiſque ingraveſcere, ne pœnas a nobis neglectæ curationis repetat ſupremus Eccleſiæ Aothor, ac Vindex, ſalubri aliquo canonicæ ſeveritatis remedio vulnus iſtud tractandum ſuſcipimus, ut, quod plane cupimus, cicatricem ducat, & prævaricatores revertantur ad cor; parati profecto, ſi ſecus accidat, quod abſit, ulciſci omnem inobedientiam, & juxta traditam nobis a Domino poteſtatem ad ulteriora procedere. Specialem itaque curam ejuſdem Pariſienſis Scholæ ſub immediata Beati Petri protectione a tot ſæculis, ut præfertur, ſuſceptæ, nobis, & eidem Apoſtolicæ Sedi retinentes, (neque enim boni Paſtoris eſt infirmas oves deſerere, ſed vigilantius cuſtodire:) ot illius bono, ut utilitati ſalubrius, & efficacius conſulamus; ſimulque animo reputantes reliquas omnes gratias, quibus ipſa Sacræ Theologiæ facultas a Sede prædicta cumulatiſſime ornata fuit; ob tot, ac tanta, ut præfertur, in ea perperam geſta, jam non in Fidei favorem, Eccleſiæ decos, Epiſcoporum adjumentum, fideliumque ædificationem, ut mens profecto concedentium fuerat, ſed in errorum potius fomentum, memoratæ Sedis injuriam,

juriam, atque Epiſcopalis dignitatis imminutionem fore ceſſuras; omnium, & ſingulorum privilegiorum, facultatum, gratiarum, & indultorum dictæ Facultati Theologicæ Pariſienſi a quibuſcunque Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris conceſſorum, Literarumque Apoſtolicarum, tam ſub plumbo, quam in ſimili forma Brevis ab eis deſuper emanatarum tenores, & datas, etiam veriores, aliaque omnia, & ſingula, etiam ſpecificam, & individuam mentionem, & expreſſionem requirentia, præſentibus pro plene, & ſufficienter, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, inſertis, & expreſſis, ac ſpecificatis habentes, de nonnullorum Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſuper hac re ſpecialiter a Nobis deputatorum conſilio, omnia, & ſingula Privilegia (præfato immediatæ ſubjectionis huic Sanctæ Sedi dumtaxat excepto) immunitates, libertates, prærogativas, facultates, indulgentias, gratias, & indulta quæcumque ſive a Nobis, ſive a quibuſvis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris prædictæ Facultati Theologicæ Pariſienſi, ſive ejus Doctoribus, Magiſtris, Decano, Syndico, aliiſve Miniſtris, Officialibus, & Perſonis quibuſcumque tam conjunctim, quàm diviſim, quandocumque, quomodocumque, & ex quacumque cauſa conceſſa, ac etiam pluries confirmata, & innovata, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, ad Noſtrum & dictæ Sedis beneplacitum ſuſpendimus, ac ſuſpenſa eſſe, & fore decernimus, & declaramus. Neminem propterea in poſterum, ejuſmodi ſuſpenſione durante, ad Magiſterii, ſeu Doctoratus, Licentiæ, Baccalaureatus, ſeu quemvis alium gradum in eadem Facultate per Cancellarium ſupradictæ Univerſitatis, ſive alium ipſius Facultatis Miniſtrum, ſeu Officialem quemcumque promoveri, eidemque Facultati aggregari ullo modo poſſe; nec ita forte promotum, ſeu aggregatum a Nobis, & Sede prædicta, ejuſve Officialibus, & Miniſtris, aut a quovis alio Prælato Eccleſiaſtico Sæculari, vel Regulari, eorumve pariter Officialibus, & Miniſtris ubique gentium exiſtentibus ullo modo admitti debere; Neque demum præfatorum graduum vigore ad quaſvis Eccleſias, Dignitates, Beneficia, aliaque munera Eccleſiaſtica, gradus hujuſmodi requirentia, idoneum cenſeri, aut ad illa recipi quoquomodo poſſe, auctoritate, & tenore prædictis ſimiliter declaramus. Cæterum, quia Romani Pontificis æqui, bonique ſupremi Aſſertoris eſt juſtitiæ limites non prætergredi, ne videamur virgam peccatorum relinquere ſuper ſortem juſtorum, Magiſtros omnes, Doctores, Baccalaureos, alioſque quocumque nomine nuncupatos ſupradictæ Facultatis Alumnos, qui prædictæ Conſtitutioni Noſtræ debitam obedientiam præſtiterunt, aut in futurum præſtiterint, præſenti gratiarum, & privilegiorum ſuſpenſione minime affici volumus, periode ac ſi quoad illos eædem præſentes Literæ prorſus non emanaſſent. Quinimo eoſdem, ut veros obedientiæ filios, ac germanos egregiæ Facultatis Alumnos, paternæ charitatis ſinu complectentes, hortamur in Domino, ut Apoſtolicum illud ſedulo cogitantes: *Si quid patimini propter juſtitiam, beati*: in ſuſcepto tuendæ ſanæ doctrinæ propoſito glorioſa ſtabilitate perſeverent: quodque vere Chriſtiani Doctoris eſt, eos, qui contradicunt, arguere, pro tradita ſibi a Domino Sapientia non vereantur; certi divinam ſibi retributionem, atque hujus Sanctæ Sedis protectionem, & gratiam minime defuturam.

Suſpenſio præd. omniū Privilegiorum quoad contradictores tantum, cum interdicto neminem promovendi ad gradus, & Univerſitati aggregandi.

§. 2. Decernentes pariter ipſas præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos quovis modo ſpectat, & ſpectabit in futurum, in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari: Sicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, ubique judicari, & definiri debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate; ac irritum, & inane eſſe, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque.

Clauſulæ.

§. 3. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus Literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XVIII. Novembris MDCCXVI. Pontificatus noſtri anno Decimoſexto.

CCXXXVI.

Confirmatur Decretum Congregationis Epiſcoporum, & Regularium approbans Decretum Capituli Fratrum Prædicatorum Provinciæ Portugalliæ ſuper immoderatis expenſis fieri ſolitis a Monialibus in earum officiis.

Dat. 12. Dec. 1716. an. 17°

Innoc. XI. Conſt. ed. 1685. F. b. 22., P. 9. confirmatæ fuere Conſtitutiones Monialium Recollectarum SS. Trinitatis in Hiſpania. Et Bened. XIII. Conſt. ed. 1728. Sep. 19. P. 4. prohibentur Monialibus S. Radegundæ Mediolanen. muſici concentus figurati.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

NUper pro parte dilectorum filiorum Dominici a Sancto Thoma Vicarii Generalis, & Diffinitorum Capituli Provinciæ Portugalliæ Ordinis Fratrum Prædicatorum Congregationi venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ expoſito, quod cum ipſi mature conſideraſſent damnum, ac ſcandalum, quod ex cauſa immoderatarum expenſarum quæ per Moniales ejuſdem Ordinis in ipſarum officiis ultra id eis permiſſum fieri ſolebant, oriebatur, in eorum Capitulo anno 1714. celebrato prohibuerant ſub pœna excommunicationis majoris ab ipſis Monialibus incurrenda, ne ipſæ plus illo, quod per eas in eorundem officiorum exercitio, excepto tamen illo Sacriſtanæ quoad expenſas ad cultum Divinum ſpectantes, viginti ab illinc annis impendebatur, erogarent, & alias prout in Decreto dicti Capituli ab iiſdem exponentibus die 24. Aprilis ejuſdem anni ſub-

Epitome Decreti Capituli Provincialis 1714. celebrati.

Decretum præd. quo prohibentur ſub majores. con municatione expenſæ excedere eas ſieri ſolitas ab hinc annis.

ſcripto, tenoris ſequentis videlicet. = *Fr. Domenico di S. Tomaſo Maeſtro in Sacra Teologia, Conſultore di S. Officio, e Vicario Generale di queſta Provincia di Portogallo con li PP. Diffinitori del Capitolo celebrato in queſt' anno 1714. Havendo Noi conſiderato li pernicioſi effetti, che ne naſcono di ſpendere le Monache nelli loro Officii più di quello, che poſſono, e che ſi coſtumava, ſenza riguardo al voto della povertà, e con ſcandalo de' Secolari, ed altri danni, alli quali dobbiamo dar rimedio, comandiamo ſotto precetto formale, e di ſcomunica maggiore ipſo fatto incurrendo, che veruna Religioſa di queſta noſtra Provincia ſpenda nelli Officii più di quello, che ſi coſtumavo ſpendere venti anni ſono, per il che non gli ſia ſufficiente preteſto ricevere dalli loro Padri, o Parenti, ed Amici quello, che vorrebbero ſpendere di più, eccettuato però nell' Officio, e carica di Sagreſtana per quello appartiene al culto Divino, e ſotto il medemo precetto, e cenſura commandiamo alle Superiore, che faccino oſſervare queſta diſpoſizione, e Ordine, e ſappino non eſſere eccettuate dalla medema legge per quello appartiene a' loro Officii. Dato in queſto noſtro Convento di S. Domenico di Lisbona li 26. Aprile 1714. = Fr. Domenico di S. Tomaſo Priore, e Vicario Generale. = Fr. Galato Maeſtro, e Definitore, = Fr. Emmanuele de Aguiar Maeſtro, e Definitore. = Fr. Gio: di Santa Maria Dottore, e Definitore. = Fr. Antonio de Sacromento Dottore, e Definitore. = Regiſtrat. fol. 102. Fr. Gio: di S. Alberto Secretario, e Complimentaria. Loco ✻ Sigilli.* = Ideoque pro parte dictorum exponentium eidem Congregationi Cardinalium ſupplicato, ut prædictum Decretum ſub eiſdem Cenſuris, vel privationis vocis activæ, & paſſivæ pœnis Sedi Apoſtolicæ, vel prædictæ Congregationi Cardinalium reſervatis, confirmaret, prohibendo inſuper, ne ullus ſuperior regularis, nec quidem noſter, & pro tempore exiſtens Nuncius Apoſtolicus in illis partibus ſuper præmiſſis niſi id ei a Sede prædicta permiſſum fuiſſet, diſpenſare valeret, emanavit ad eorumdem exponentium ſupplicationem a prædicta Congregatione Cardinalium Decretum tenoris ſequentis, videlicet: Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, audita relatione Nuncii Apoſtolici Ulyſſipone reſidentis, ac attentis narratis, præfatum Capitulare Decretum P. Vicarii Generalis, & Diffinitorum Ordinis Prædicatorum in omni ſui parte benigne approbavit, & confirmavit, & moderno Patri Provinciali Provinciæ Portugallien., ejuſque pro tempore ſucceſſoribus injungit, ut pro omnimoda illius obſervantia invigilent. Romæ 25. Septembris 1716. = F. Cardinalis de Abdua, R. Archiepiſcopus Damaſcenus.

Decretum Congregationis confirmans recenſitum Decretum.

Preces Vicarii, & Definitorum.

§.1. Cum autem ſicut pro parte eorumdem exponentium Nobis nuper expoſitum fuit, ipſi ſecundo dictum Decretum hujuſmodi quo firmius ſubſiſtat, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſommopere deſiderent, Nos ſpecialem ipſis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, præinſertum præfatæ Congregationis Cardinalium Decretum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus; ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti.

§.2. Decernentes ipſas præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: Sicque in præmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcat. die XII. Decemb. MDCCXVI. Pontificatus noſtri Anno Decimoſeptimo.

CCXXXVII. ✻

Declaratur nulla poſtulatio de Principe Erneſto Acatholico in Epiſcopum Oſnabrugen. facta a Capitulo, & Canonicis, cum quibuſdam ordinationibus.

Dat. 17. Dec. 1716. an. 17.

Conſt. ed: 1709, Aug: 24., P. 9. nulla declarata fuit electio Gubernatoris Eccleſiæ Abulen. Conſt: ed: 1717. Jan. 22. P. 17. conceditur Nuncio Hiſpan. facultas abſolvendi a cenſuris. Bened. XIII. Conſt: ed: 1725., Feb. 21. P. 1. nulla declaratur electio Epiſcopi Ultrajectini. Et Conſt. ed. 1726., Jul. 8., P. 3. agitur de punitione Canonicorum Cathedralis Popien.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

NOn ſine gravi animi noſtri moleſtia, vel potius horrore noviſſime nobis innotuit, quod alias, videlicet poſtquam bonæ memoriæ Carolus a Lotharingia, dum vixit, Electus Trevirenſis S. R. I. Princeps Elector, necnon Eccleſiæ Oſnabrugenſis Adminiſtrator debitum naturæ perſolverat, Capitulum, & Canonici ejuſdem Oſnabrugenſis Eccleſiæ, ad quos occurrente ejus vacatione electio perſonæ idoneæ illi ad electionem hujuſmodi per Romanum Pontificem pro tem-

Poſt mortem adminiſtratoris d. Eccleſiæ Princeps Acatholicus poſtulatus fuit in Epiſcopum a Capitulo abſque ulla juſta cauſa.

Digitized by Google

tempore exiſtentem præficiendæ, juxta concordata dudum inter ſedem Apoſtolicam, & inclytam Nationem Germanicam inita, ſpectare dignoſcitur, pro futuri Epiſcopi electione die ad id præfixa convenientes in unum, non modo Sacrarum legum, ſed ſui etiam officii, imo & ipſius, quam profitentur, Orthodoxæ Religionis prorſus immemores, novo, & hactenus inter Catholicos inaudito, deteſtandoque exemplo, Principem Erneſtum Auguſtum e Brunſvicenſi, ac Luneburgenſi Domo notorium Acatholicum, cæleſti ad id Sancti Spiritus ope ſacrilege invocata in Epiſcopum memoratæ Oſnabrugenſis Eccleſiæ concordibus ſuffragiis poſtulare non erubuerunt, & mox illius Poſtulationem ſolemni ritu, & majori, qua fieri potuit, celebritate, in Sacroſanctæ, & individuæ Trinitatis nomine, temere promulgarunt. Deinde vero, juxta illud Prophetæ: multiplicarunt altaria ad peccandum, factæque ſunt eis aræ ipſæ in delictum, cum propemodum ſervire facientes Dominum in peccatis ſuis, de hujuſmodi execrando ſcelere, quod patrarunt, Omnipotenti Deo publicas in Eccleſia gratias agere, hymnumque cantare de Canticis Sion veriti nequaquam fuerunt. Quæ omnia quanto cum Catholicorum mœrore, ac offenſione, quantaque ex oppoſito cum Eterodoxorum exultatione, ac triumpho contigerint, nemo eſt qui ignoret. Neque enim Capitulum, & Canonici prædicti ad tanti facinoris iniquitatem, ac turpitudinem obtegendam cauſari poterant malorum metum ſibi, & Eccleſiæ cæteroqui impendentium; illorum quippe in cordibus fervere debebat charitas Chriſti, quæ foras mittit timorem; Aut ſi quid illis timendum erat, id unum timere debebant, ne apud Deum, & homines redargui jure poſſent Eccleſiæ dignitati, loco, & honori ſuo, ac debitæ Sacris legibus reverentiæ turpiter defuiſſe.

Cauſæ ſequentis declarationis.

§. 1. Porro quamvis explorati juris ſit hac occaſione geſta, ſeu verius attentata ab eiſdem Capitulo, & Canonicis, tanquam Sacris Sanctionibus, Oecumenicis Conciliis, Apoſtolicis Conſtitutionibus, imo & ipſius Catholicæ Religionis principiis aperte refragantia, fuiſſe, ac eſſe per ſe manifeſto irrita, inania, invalida, nulliuſque prorſus roboris, ac momenti, adeoque ſpeciali improbatione, & caſſatione noſtra nequaquam indigere; Nihilominus Nos, qui æqui, bonique, ac quorumcumque Eccleſiaſticorum Jurium ſupremi Aſſertores in terris a Domino conſtituti ſumus, ſimulque omnium Eccleſiarum, ac Chriſtifidelium curam, & ſolicitudinem ſuperna diſpoſitione gerimus, Catholicæ Fidei, Divino cultui, Animarum ſaluti, præfatæque potiſſimum Eccleſiæ Oſnabrugenſis Jurium indemnitati, quantum Nobis ex alto conceditur, proſpicere cupientes, necnon omnium, & ſingulorum, quæ in præmiſſis, ſeu illorum occaſione quovis modo acta, & geſta fuerunt, ſeriem, cauſas, & circumſtantias etiam aggravantes, aliave quæcumque, etiam ſpecificam, & individuam mentionem, ac expreſſionem requirentia, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac exacte ſpecificatis habentes: Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, prænarratam antedicti Principis Erneſti Auguſti Poſtulationem ad Eccleſiam Oſnabrugenſem a Capitulo, & Canonicis ſupradictis factam, & publicatam, ut præfertur, aliaque omnia, & ſingula, tam ab ipſis Capitulo, & Canonicis, quam a memorato Principe Erneſto Auguſto Poſtulationis hujuſmodi vigore, ſeu prætextu per ſe, vel alios quoſcumque, etiam ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione dignos in præmiſſis, vel circa ea quomodocumque, & qualitercumque acta, facta, geſta, mandata, decreta, ordinata, vel diſpoſita, ac forſan in futurum (quod Deus avertat) agenda, gerenda, facienda, mandanda, decernenda, & ordinanda, cum omnibus, & ſingulis inde quovis modo ſecutis, & quandocumque ſecuturis, ipſo jure nulla, invalida, inania, irrita, temeraria, iniqua, injuſta, damnata, reprobata, viribuſque, ac effectu penitus, & omnino vacua ab ipſo initio fuiſſe, & eſſe, ac perpetuo fore, neminemque ad illorum obſervantiam teneri; imo nec illa ullatenus a quoquam obſervari potuiſſe, ac debuiſſe, aut poſſe, & debere: neque ex illis cuiquam aliquod jus, vel actionem, aut titulum, etiam coloratum, aut poſſidendi, ſeu quaſi poſſidendi, vel præſcribendi cauſam acquiſitam, vel acquiſitum fuiſſe, vel eſſe, aut quandocumque acquiri, vel competere poſſe, neque illa ullum ſtatum facere, vel feciſſe, ſed perinde ac ſi nunquam emanaſſent, nec facta fuiſſent, pro non extantibus, & non factis perpetuo itidem haberi debere, tenore præſentium decernimus, & declaramus. Et nihilominus ad abundantiorem cautelam, & quatenus opus ſit, illa omnia, & ſingula motu, ſcientia, deliberatione, ac poteſtatis plenitudine paribus, tanquam Catholicæ Fidei, divino cultui, animarum ſaluti, Eccleſiæque Oſnabrugenſis Juribus præjudicialia, & Sacris Sanctionibus, ac Apoſtolicis Conſtitutionibus adverſantia, harum ſerie improbamus; reſcindimus, damnamus, revocamus, caſſamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuamus, & contra illa, deque eorum nullitate coram Deo proteſtamur: Necnon prædictam Oſnabrugenſem Eccleſiam, ut prius, vacantem declaramus pariter, ac pronunciamus, & pro vacanti ab omnibus haberi volumus, & mandamus.

Declaratio nullitatis præfatæ poſtulationis, cum ejuſdem damnatione.

§. 2. Prætcrea venerabili Fratri Hieronymo Archiepiſcopo Tarſenſi noſtro, & hujus Sanctæ Sedis ad Tractum Rheni, & partes inferioris Germaniæ Nuncio, earumdem tenore præſentium injungimus, ut prædictis Capitulo, & Canonicis Oſnabrugenſis Eccleſiæ incunctanter denunciet, eos propter præmiſſa incidiſſe in cenſuras, & pœnas a Sacris Canonibus, & Apoſtolicis Conſtitutionibus, contra talia perpetrantes inflictas, illoſque propterea ſerio moneat, ut propriæ conſcientiæ ſecuritati quamprimum conſulant. Quod quidem ſi fecerint, ſuoque agnito exceſſu veræ pœnitentiæ ſigna oſtenderint, Nos juxta ejuſdem Sedis morem quæ tanquam pia Mater recurrentibus poſt lapſum cum humilitate filiis ſe propitiam exhibere ſolet, & benignam, eidem Hieronymo Archiepiſcopo, & Nuncio per ipſas præſentes committimus, & mandamus, ut quoſcumque ex illis, qui eadem præmiſſa peregerunt, ſeu alias in eis quovis modo culpabiles fuerunt, ad ſe recurrentes, ac de præmiſſis hujuſmodi dolentes, ſi hoc ab illo humiliter petierint, & facta prius per eos declaratione, quod ipſi præſentibus literis, ac omnibus, & ſingulis, quæ in illis continentur plena, ſincera, ac debita obedientia in omnibus, & per omnia ſe ſubmittunt, necnon fa-

Injungitur Nuncio Apoſtol. ut declaret Canonicos incurriſſe in cenſuras, & pœnas ab hiſque abſolvendi ſuper irregularitate diſpenſandi, & ad omnia rehabilitandi facultas conceditur.

facta itidem promisſione, quod in futurum a ſimilibus abſtinebunt, & quidquid eis ulterius præſcriptum, aut injunctum fuerit priuſquam infraſcriptæ abſolutionis beneficium obtineant, obſervabunt, & adimplebunt, a cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis quibuslibet, quas propter eadem præmiſſa quovis modo incurrerunt, ſeu incurriſſe dici, cenſeri, vel prætendi, poſſent injuncta cuique pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, & aliis, quæ de jure fuerint injungenda, ſimiliter injunctis, in utroque foro auctoritate noſtra Apoſtolica in forma Eccleſiæ conſueta abſolvat, & totaliter liberet, dictaſque pœnas eis, & eorum cuilibet gratioſe remittat, & condonet; Ac cum illis ſuper irregularitate per eos, qui a cenſuris hujuſmodi propter præmiſſa innodati Miſſas, & alia Divina Officia (non tamen in contemptum Clavium) forſan celebrarunt, ſeu alias in ſuis Ordinibus miniſtrarunt quomodolibet contracta, ad quemcumque effectum in utroque pariter foro diſpenſet; Ipſoſque, & eorum quemlibet ad famam, gradus, dignitates, necnon Beneficia, & Officia Eccleſiaſtica quæcumque, cæteroqui tamen canonice per eos obtenta, ac alias in priſtinum, & eum, in quo antea quomodolibet erant, ſtatum adverſus eadem præmiſſa rehabilitet, reſtituat, reponat, & plenarie reintegret. Nos enim quamcumque neceſſariam, & opportunam ad hæc facultatem, quam etiam aliis, prout ſibi opportunum videbitur, communicare, & ſubdelegare valeat, eidem Hieronymo Archiepiſcopo, & Nuncio harum ſerie auctoritate prædicta tribuimus, & impertimur.

Clauſulæ amplisſimæ.

§.3. Decernentes etiam eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod præfati, & alii quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis exiſtant, ſeu alias ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque cauſæ, propter quas eædem præſentes emanarint, ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut intereſſe habentium, vel habere prætendentium conſenſus, aliove quocumque, etiam quantumlibet magno, & ſubſtantiali, ac inescogitato, & inescogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu notari, impognari, infringi, invalidari, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitotionis in integrum, aliodve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe, ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari. Sicque, & non aliter in præmisſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & præfatæ Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obſtantibus præmisſis, ac Apoſtolicis, & in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo; legibus quoque etiam Imperialibus, & municipalibus, necnon prædictæ Eccleſiæ Oſnabrugenſis, & aliis quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac uſibus, & ſtylis etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis præfatis, aliiſve quibuſcumque perſonis, etiam quacumque Eccleſiaſtica, vel mundana dignitate fulgentibus, & alias quomodolibet qualificatis, ac ſpecialem espresſionem requirentibus ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficacisſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac conſiſtorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum concesſis, editis, factis, ac pluries iteratis, ac quantiſcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia espresſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter espresſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.5. Volumus autem, ut præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impresſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XVII. Decembris MDCCXVI. Pontificatus noſtri Anno Decimoſeptimo.

Promulgato in illis partibus, ac alibi prædicto Brevi Apoſtolico, ſtatim ac ejus tenor Capitulo, & Canonicis Cathedralis Eccleſiæ Oſnabrugenſis innotuit, ipſiſque inſuper a D. Nuncio Apoſtolico ad tractum Rheni, & alias inferioris Germaniæ partes ſerio denunciatum fuit eos ob præmiſſa incidiſſe in Cen-

Conceſſa fuit præd. abſolutio a diverſis ſubdelegatis 14. Canonicis variis temporibus.

ſu-

ſuras, & pœnas a ſacris Canonibus, & Apoſtolicis Conſtitutionibus contra talia perpetrantes inflictas, illico iidem DD. Canonici, propriæ conſcientiæ ſecuritati conſulere ſatagentes, abſolutionem a præfatis Cenſuris, & pœnis humiliter petierunt. Quocirca antedictus D. Nuncius Apoſtolicus illorum ſupplicationi benigne annuens, ac utens facultate a Summo Pontifice in memorato Brevi ſibi attributa, ſubdelegavit ad hunc effectum D. Hyacinthum Petit Epiſcopum Heliopolienſem Eccleſiæ Oſnabrugenſis Suffraganeum, qui duodecim ex præfatis Canonicis id humiliter flagitantes, & facti pœnitentes a Cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis quibuſlibet, in quas propter præmiſſa quomodocumque incurrerant, auctoritate Apoſtolica in utroque Foro in forma Eccleſiæ ſingillatim abſolvit, injuncta unicuique congrua pœnitentia ſalutari, & exacta ab ipſis promiſſione, quod in futurum a ſimilibus abſtinebunt: necnon ſuper irregularitate per eos quomodolibet contracta in utroque pariter foro diſpenſavit; ac tandem illos ad famam, gradus, dignitates, Beneficia, & Officia quæcumque Eccleſiaſtica canonice obtenta reſtituit, ac plenarie reintegravit infraſcriptis diebus, videlicet 1., 18., 20., & 23. Decembris anni 1718., & 4., 20., & 23. Januarii, 2., & 24. Februarii, 13. Aprilis, 31. Maji, & prima Julii anni 1719. Defuncto poſtmodum antedicto Domino Epiſcopo Heliopolienſi in ejus locum Dominus Nuncius Colonienſis ſubrogavit R. P. Octavianum Venlaonenſem Guardianum Fratrum Cappucinorum Cliviæ, & D. Theodorum L. B. a Wachbendock Canonicum Oſnabrugenſem, qui eadem Apoſtolica auctoritate alteri ex præfatis Canonicis Oſnabrugenſibus abſolutionem a Cenſuris diſpenſationem ſuper irregularitate, & reintegratione ad Officia, & Beneficia, ut ſupra, conceſſerunt die 5. Octobris 1719. denique idem D. Nuncius Colonienſis R. P. Petro Schimitman Societatis Jeſu Exprovinciali facultatem ſubdelegavit abſolvendi, ut ſupra, alium Canonicum Oſnabrugenſem, qui pariter juxta modum cum aliis ſervatum rite abſolutus fuit die 22. Novembris 1719. Quatuordecim itaque Canonici præfatæ Cathedralis Oſnabrugenſis Eccleſiæ abſolutionem, diſpenſationem, & reintegrationem ob præmiſſa humiliter petierunt, ac obtinuerunt, ut ſupra, quemadmodum aperte conſtat ex authenticis Inſtrumentis ea de re confectis quæ adjuncta, & annexa ſingulis exemplis prælo editis antedicti Brevis a memorato D. Nuncio Apoſtolico ad Sanctitatem Suam tranſmiſſa fuere. Ea tamen hic inſerere ſupervacaneum viſum eſt, cum omnia ſub eadem formula concepta, ac exarata ſint. Unum nihilominus ad hiſtoriæ fidem ſubjicietur, & eſt tenoris ſequentis, videlicet.

Inſtrumentũ abſolutionis conceſſæ uni Canonico ab Epiſcopo Heliopolien. ſubdelegato.

Coram Reverendiſſimo Domino Hyacintho Petit Epiſcopo Heliopolien. Ordinis Carmelitarum Eccleſiæ Oſnabrugen. Suffraganeo, ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino Archiepiſcopo Tarſenſi Sanctiſſimi Domini Noſtri, & S. Sedis Apoſtolicæ ad tractum Rheni, aliaſque inferioris Germaniæ partes Nuncio, ad hunc caſum ſpecialiter ſubdelegato, meque Notario infraſcripto comparuit Reverendiſſimus, & Perilluſtris D. N. N. Eccleſiæ Oſnabrugenſis Canonicus &c., & expoſuit, quod alias poſtquam bon. mem. Carolus a Lotharingia, dum vixit Electus Treviren. S. R. I. Princeps Elector, necnon Eccleſiæ Oſnabrugen. Adminiſtrator debitum naturæ perſolverat, Capitulum, & Canonici ejuſdem Oſnabrugen. Eccleſiæ pro futuri Epiſcopi Electione, die ad id præfixa convenientes in unum, inaudito exemplo Principem Erneſtum Auguſtum e Brunſuvicenſi, ac Luneburgenſi Domo Acatholicum in Epiſcopum memoratæ Oſnabrugen. Eccleſiæ concordibus ſuffragiis poſtulaverint: Cum autem prædictus Reverendiſſimus, & Perilluſtris D. N. N., divina afflante miſericordia, in ſe reverſus agnoverit, & agnoſcat ſe ob concurſum habitum cum cæteris Canonicis in poſtulatione in Epiſcopum ſupradicti Principis Acatholici, & in aliis actibus concomitanter ſubſecutis incidiſſe in Cenſuras, & pœnas a ſacris Canonibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis ſancitas, ac nuperrime de illarum incurſu fuerit benigniter, & miſericorditer admonitus a Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa Clemente XI. per literas in forma Brevis expeditas Romæ apud S. Mariam Majorem ſub die 17. Decembris 1716. Hinc eſt quod humiliter petit abſolvi a cenſuris, & pœnis quomodolibet ex cauſis præmiſſis incurſis: Quibus precibus auditis per ſupradictum Reverendiſſimum D. Epiſcopum Heliopolien. Eccleſiæ Oſnabrugen. Suffraganeum injunxit eidem Reverendiſſimo, & Perilluſtri D. N. N. pœnitenti, ut faceret, prout fecit, declarationem quod ipſe prærecenſitis literis in forma Brevis, ac omnibus, & ſingulis, quæ in eis continentur, ſincera, ac fideli obedientia ſe ſubmittit, & quod promitteret, prout promiſit, quod in futurum a ſimilibus abſtinebit, & quod quidquid ei ulterius præſcriptum, & injunctum fuerit, exactè obſervabit, & exequetur. Quibus ſic adimpletis idem Reverendiſſimus Epiſcopus Heliopolien. Eccleſiæ Oſnabrugen. Suffraganeus, utendo in hac parte facultatibus ſibi per dictum Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D. Nuncium attributis, vigore ſpecialis ſubdelegationis inferius regiſtrandæ eundem Reverendiſſimum, & Perilluſtrem D. N. N. genuflexum denuo humiliter inſtantem pro abſolutione a cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis quibuſlibet quas propter præmiſſa incurrit, aut incurriſſe prætendi poſſet, auctoritate Apoſtolica ſibi ut ſupra ſubdelegata in utroque foro in forma Eccleſiæ conſueta abſolvit, & liberavit, injungendo eidem, ut pro pœnitentia ſalutari decem Imperiales in pauperes erogaret, omneſque pœnas ex relatis cauſis incurſas eidem Reverendiſſimo, & Perilluſtri D. N. N. pœnitenti gratioſe remiſit, ac condonavit, ac ulterius ſuper irregularitate per eundem Reverendiſſimum, & Perilluſtrem D. N. N., qui cenſuris hujuſmodi ob præmiſſa innodatus, divina Officia (non tamen in contemptum Clavium) forſan celebravit, ſeu alias in ſuis ordininibus miniſtravit, quomodolibet contracta ad quemcumque effectum in utroque pariter foro diſpenſavit, ipſumque ad famam, gradus, dignitates, necnon beneficia, & officia quæcumque Eccleſiaſtica per eum canonice obtenta rehabilitavit, reſtituit, & plenarie reintegravit. Quibus ita adamuſſim peractis ſæpememoratus Reverendiſſimus Epiſcopus Heliopolien. dictæ Eccleſiæ Oſnabrugen. Suffraganeus injunxit mihi ſupra recenſito, & infraſcripto Notario, ut de præmiſſis publicum conficerem Inſtrumentum regiſtrandum, prout regiſtravi, in pede annexi exemplaris Brevis impreſſi ad perpetuam rei memoriam: Tenor autem ſubdelegationis factæ per ſupradictum Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D. Nuncium in perſonam pluries memorati Reverendiſſimi Suffraganei Eccleſiæ Oſnabrugen. eſt prout ſequitur videlicet:

§. 6. *Hieronymus Dei, & Apoſtolicæ Sedis gra-*

tia

Subdelegatio memorato Epiſcopo facta.

tia Archiepiſcopus Tarſenſis Sanctiſſimi Domini Noſtri Domini Clementis Divina Providentia Papæ XI. Prælatus Domeſticus, & Aſſiſtens, ejuſdemque, ac dictæ S. Sedis Apoſtolicæ ad Tractum Rheni, aliaſque inferioris Germaniæ partes cum poteſtate Legati de latere Nuncius. Reverendiſſimo Domino Hyacintho Petit Epiſcopo Heliopolicn. Ordinis Carmelitarum Eccleſiæ Oſnabrugen. Suffraganeo ſalutem: Noverit Reverendiſſima Dominatio Tua fuiſſe ad Nos tranſmiſſas literas Apoſtolicas in forma Brevis (annexæ ſunt eæ huic Inſtrumento) ad quarum literarum Apoſtolicarum executionem procedere, & ea, quæ Nobis a Sanctiſſimo Domino Noſtro commiſſa fuerunt, prout tenemur, adimplere volentes, de integritate, zelo, prudentia, & doctrina, quibus Reverendiſſimam Dominationem Tuam inſignitam novimus, plurimum in Domino confiſi, vigore facultatum Nobis in præinſerto Brevi hac in parte conceſſarum: Nos prædictus Hieronymus Archiepiſcopus Tarſenſis, Reverendiſſimæ Dominationi Tuæ per præſentes committimus, ut omnibus & ſingulis Canonicis Oſnabrugen. Eccleſiæ Catholicam fidem profitentibus, vel quibuſcumque aliis, qui de exceſſibus in ſupradicto Brevi expreſſis quoquomodo culpabiles ſeſe Reverendiſſimæ Dominationi Tuæ denunciaverint, ac propterea humiliter abſolutionis beneficium a cenſuris præmiſſis de cauſis incurſis imploraverint, facta prius per eos, vel quemlibet eorum declaratione, quod ipſi præmemorati Brevi, ac omnibus & ſingulis, quæ in eo continentur, ſincera, ac debita obedientia in omnibus, & per omnia ſe ſubmittunt, ac facta itidem promiſſione, quod in futurum à ſimilibus abſtinebunt, & quidquid eis ulterius injunctum fuerit, obſervabunt, & adimplebunt, a cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis quibuſlibet, quas propter eadem præmiſſa quovis modo incurrerunt, ſeu incurriſſe dici, cenſeri, aut prætendi poſſent, injuncta cuique pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, in utroque foro auctoritate Apoſtolica Nobis, ut præfertur, a Sanctiſſimo delegata in forma Eccleſiæ conſueta abſolvat, & totaliter liberet, dictaſque pœnas eis, & eorum cuilibet gratioſe remittat, condonet, ac cum illis ſuper irregularitate per eos, qui a cenſuris hujuſmodi propter præmiſſa innodati, Miſſas, & alia divina officia, (non tamen in contemptum Clavium) forſan celebrarunt, aut alias in ſuis Ordinibus miniſtrarunt, quomodolibet contracta & quemcumque effectum in utroque pariter foro diſpenſet, ipſoſque, & eorum quemlibet, ad famam, gradus, & dignitates, necnon Beneficia, & Officia Eccleſiaſtica quæcumque per eos canonice obtenta rehabilitet, reſtituat, & plenarie reintegret. Injungimus præterea Reverendiſſimæ Dominationi Tuæ, ut tam de adimplemento conditionum quod ut præmiſimus, præcedere debet abſolutionem eorum, qui in præfatis exceſſibus ſe culpabiles accuſaverint, quam de ipſo effectivo actu abſolutionis eiſdem conceſſæ, publicum per Notarium, aut Cancellarium ad id per Reverendiſſimam Dominationem Tuam ſpecialiter deputandum, mandes confici Inſtrumentum regiſtrandum in pede annexi exemplaris Brevis, quod ad Nos poſtmodum in forma probanti tranſmittes. Datum Coloniæ 30. Septembris 1718. Pontificatus Sanctiſſimi Domini Noſtri Anno Decimoctavo.

Ita actum eſt prima Decembris 1718.

Hyacinthus Epiſcopus Heliopolienſis Suffraganeus, & Vicarius Generalis Oſnabrugenſis ad hoc ſubdelegatus manu propria.

Loco ✠ ſigni

N. N. Canonicus Oſnabrugenſis

Loco ✠ ſigni.

Actum coram me, ut ſupra, prima Decembris 1718. in Curia Epiſcopali Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini mei Hyacinthi Epiſcopi Heliopolicn. Suffraganei, & Vicarii Generalis Oſnabrugenſis ad hunc ſpecialem caſum ſubdelegati ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino D. Archiepiſcopo Tarſenſi ad partes Rheni, & Germaniæ inferioris Nuncio Apoſtolico.

Loco ✠ ſigni

Natalis Deniis Notarius Apoſtolicus Juratus manu propria.

CCXXXVIII.

Conceditur Nuncio Hiſpaniarum facultas abſolvendi a Cenſuris, & pœnis eos qui libertatem, Immunitatem, & juriſdictionem Eccleſiaſticam violarunt.

Dat. 12. Jan. 1717. an. 17.

Cauſas harum cenſurarum vide in Conſtitutione, quæ hic refertur. Et Bened. XIII. Conſt. ed. 1728. Mar. 17., P. 5. conceditur abſolutio a quodam voto pro Magiſtratu Pampilonen.

Venerabili Fratri Pompejo Archiepiſcopo Neoceſarien. Noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Hiſpaniarum Regnis Nuncio.

CLEMENS PAPA XI.

Venerabilis Frater Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

DUdum a nobis emanarunt Literæ in ſimili forma Brevis tenoris, qui ſequitur videlicet.

§. 1. CLEMENS Papa XI. *Ad futuram rei memoriam.* Alias ad Apoſtolatus noſtri notitiam delatis iis, quæ non ita pridem in Regnis Hiſpaniarum, non minus adverſus ſanctiora quævis Eccleſiæ jura, & libertates, quam adverſus noſtram, & Apoſtolicæ Sedis dignitatem, ac juriſdictionem per ſæculi poteſtatem, non ſine maximo totius Chriſtiani Orbis ſcandalo, perpetrata fuerant, potiſſimum vero per Nos accepto, quod expulſo ab eiſdem Regnis Venerabili Fratre Antonio Felice Archiepiſcopo Damaſceno, Noſtro, & dictæ Sedis Nuncio, ſimulque inde ejectis omnibus illius Curiæ Officialibus, ac proinde abolito prorſus Pontificio Tribunali, occupatiſque Tabulariis ad illud pertinentibus, Venerabiles Fratres Archiepiſcopi, & Epiſcopi prædictorum Regnorum ad Cauſas, quæ eis minime competebant, cognoſcendas, aliaque jura ad eamdem ſedem, ac illius Nuncium pro tempore exiſtentem unice ſpectantia exercenda, Regii Nominis auctoritate, ſeu potius abuſu, injuſte non minus, quam nulliter excitati fuerant: Quocumque fidelibus illarum partium cum hac Romana Curia, ubi nos univerſæ Eccleſiæ regimen nullis licet meritis noſtris, præſidemus vetito commercio, omnique eorum ad illam pro gratia, ſive juſtitia ob-

Conſtitutio Clemen. XI. 1711. oct. 17. edita, qua nulla declarantur acta omnia in expulſione Nuncii Apoſtol. ejuſque tribunalis abolitione, in interdicto commercii cum Rom. Curia, in executione Literarum Apoſt. & occupatione redituum ac fructuum Eccleſiaſt.

obtinenda recurſu ita penitus interdicto, ut illis etiam qua de cauſa ex Hiſpaniis huc advenerant, ſub comminatione Regiæ indignationis juſſum fuerit, quatenus a cœptis deſiſterent atque ad propria ſine ulla mora reverterentur; nec ſane minori auſu inter alia multa utrique Clero earumdem partium perperam injuncta, Regularibus univerſis vetitum fuerat, ne ſuperioribus Generalibus ſuorum Ordinum in hac Alma Urbe commorantibus, non ſecus acſi apud Hoſtes degerent, ullum cultum, ullamve obedientiam, qua eis cæteroqui ſolemnis voti Religione obſtricti reperiebantur, exhibere præſumerent; ac demum ad Nos allato, quod ad conflandam majorem Regio Nomini invidiam, inter cætera antehac ibi inaudita, acerbiſſimum Pontificiæ noſtræ auctoritati inflictum fuerat vulnus, novis Literarum Apoſtolicarum executioni interiectis impedimentis, quibus illæ contra fas omne Laicorum hominum cenſuræ ſubjiciebantur: aliaque plura, quæ longum nimis eſſet referre, in maximum Eccleſiaſticæ Poteſtatis contemptum, & injuriam patrari contigerat, perinde acſi inclytæ Hiſpanorum Nationi ob cultum pietatis, ſingularem in Romanos Pontifices devotionem per omnes ætates ſummopere commendatæ, ignotum eſſet graviſſimis per Sacros Canones irrogatis pœnis, ac cenſuris illos irretiri, qui Arcam Dei prophana manu ſic attingere, ſacraque Eccleſiæ jura conterere non exhorrent. Nos præmiſſa omnia in mœrore, & amaritudine cordis noſtri ſerio conſiderantes, tum paternis Literis, quas lacrymis potius, quam atramento conſcripſimus, tum aliis adhibitis mediis, arguimus obſecravimus, increpavimus, inſtantes opportune, importune, juxta Apoſtoli monitum in omni patientia, & doctrina, ut prænarrati exceſſus, debita actorum reſciſſione, congruaque tantorum gravaminum reparatione ſarcirentur; charitati interea noſtræ diuturniori longanimitate indulgentes, ut qui illa admiſerant, in eam a qua tam longe aberraverant, juſtitiæ viam, agnita tandem veritatis luce, redirent. Cum autem, non ſine ingenti animi noſtri moleſtia, nuper accepimus, pravis illorum prævalentibus conſiliis, qui ad tutelam, & amplificationem Regiæ Dignitatis pertinere arbitrantur Eccleſiaſticam auctoritatem modis omnibus impetere, quæcumque Nos hac iure charitate ſuadente, & quaſi antehac actorum obliti, hucuſque peregimus, parandæ optatæ tranquillitati adeo non profuerint, ut iis penitus neglectis, nova potius in dies gravamina prioribus adjecta fuiſſe audiverimus: Cujuſmodi profecto ſunt decreta illa, quibus ſæcularem poteſtatem eo deveniſſe percepimus, ut non modo ad vacantium in dictis partibus Eccleſiarum fructus, juxta veterem, ac immemorabilem conſuetudinem, necnon notiſſimam tot Apoſtolicarum Conſtitutionum diſpoſitionem ad Cameram Noſtram Apoſtolicam ſpectantes, manu appoſuerit, contemptis prorſus Eccleſiaſticis Cenſuris tam generatim, per Concilium Tridentinum ſeſſ. 22. de Reformat. capit. XI. adverſus cujuſvis Eccleſiæ bonorum, rerum, jurium, fructuum, ac redituum occupatores latis, quam ſpeciatim per eaſdem Apoſtolicas, ac præſertim felic. record. Pauli III., Julii etiam III., Pii V, ac Gregorii XIII. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum ſuper Eccleſiarum in Hiſpaniis vacantium fructibus, illorumque adminiſtratione editas Conſtitutiones, adverſus illarum tranſgreſſores inflictis; Verum etiam novam quamdam ab Hiſpanis in Apoſtolicarum Literarum expeditione ſervandam formam, & hanc quidem Pontificiæ juriſdictionis ſummopere læſivam, ac illius libertatis, qua fidelibus omnibus in ſuis potiſſimum ſpiritualibus neceſſitatibus, ad hanc Sanctam Sedem unde Catholicæ Religionis oracula in univerſum Orbem diffunduntur, recurrere fas eſt, penitus everſivam, præſcribere non erubuerit. Hinc eſt, quod Nos, ne in tam aperta Apoſtolicæ authoritatis, atque Eccleſiaſticæ Immunitatis oppugnatione torpeſcere videamur, deſertæque turpiter Dei Cauſæ rei efficiamur; tametſi notorii, & explorati juris ſit ea omnia, quæ in præjudicium Eccleſiæ, ejuſque jurium, præſertim a Laicis, quovis modo attentantur, nullius prorſus eſſe roboris, & momenti; quinimmo rec. me. Urbanus Papa VIII. itidem Prædeceſſor noſter dictæ Apoſtolicæ Sedis, Romanæque, & aliarum inferiorum Eccleſiarum, ac Perſonarum Eccleſiaſticarum; Jura quæcunque a præjudicialibus hujuſmodi per quamdam ſuam Conſtitutionem die 5. Junii 1641. editam ampliſſime præſervaverit; Ac nos ipſi plura ex præmiſſis, quæ tunc nobis innotuerant, quæque in quibuſdam Literis ante duos annos Epiſcopis, Eccleſiis, Univerſitatibus, ac Clero Regulari Hiſpaniarum a ſæculari poteſtate conſcriptis continebantur, nulla, irrita, invalida, damnata, & reprobata fuiſſe, & eſſe per alias noſtras in ſimili forma Brevis Literas die 11. Octobris 1709. expeditas, quarum tenorem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, ac inſerto haberi volumus, declaraverimus: Nunc Eccleſiæ & dictæ Sedis jurium indemnitati peramplius conſulere, necnon Animarum periculis quantum Nobis ex alto conceditur, uberius occurrere cupientes, ac omnium, & ſingulorum, quæ in præmiſſis, ſeu eorum occaſione quovis modo decreta, ordinata, acta, & geſta fuerunt, ſeriem, cauſas, & circumſtantias, etiam aggravantes, aliave quæcumque etiam ſpecificam, & individuam mentionem, & expreſſionem requirentia præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & exacte ſpecificatis habentes: Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula Decreta, Ordinationes, Literas, Intimationes, Mandata, Edicta, & alia quælibet in præmiſſis, ſeu earum occaſione in præjudicium libertatis, Immunitatis, & Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, atque auctoritatis Apoſtolicæ reſpective quovis modo emanata, edita, acta, geſta, & perpetrata, cum omnibus, & ſingulis inde ſecutis, & forſan quandocumque ſecuturis penitus, & omnino nulla, irrita, invalida, injuſta, damnata, reprobata, inania, & a non habentibus poteſtatem damnabiliter attentata, ac de facto præſumpta, nullius roboris, & momenti, vel efficaciæ eſſe, & ab initio fuiſſe, & perpetuo fore, neminemque ad illorum obſervantiam teneri; imo nec ea a quopiam obſervari poſſe, vel potuiſſe, nec ex illis cuiquam aliquod Jus, vel actionem, aut titulum, etiam coloratum, aut poſſidendi, ſeu quaſi poſſidendi, vel præſcribendi cauſam acquiſitam, vel acquiſitum fuiſſe, vel eſſe, aut quandocumque acquiri, vel competere poſſe, neque illa ullum ſtatum facere, vel feciſſe, ſed proinde ac ſi nunquam emanaſſent, nec facta fuiſ-

Declaratió nul... memoratorum ... mnium, ex ... uibus plura ... am ante ... nulla declara... fuerant Conſtitut. ed. 1709. oct. 11.

fuiſſent, pro non exiſtentibus, & non factis perpetuo itidem haberi debere, tenore præſentium denuo declaramus. Et nihilominus ad majorem & abundantiorem cautelam, & quatenus opus ſit, illa omnia, & ſingula, Motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus harum ſerie damnamus, reprobamus, revocamus, caſſamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuamus, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, caſſatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuis ſemper haberi volumus, & mandamus, & contra illa, deque eorum nullitate coram Deo proteſtamur, ceu firmas præterea, ac ſalvas eſſe ſimiliter volumus, atque decernimus, quaſcumque cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, quas ii omnes, qui præmiſſa perpetrarunt, mandarunt, vel rata habuerunt, ſeu in eis auxilium, conſilium, vel favorem quomodolibet præſtiterunt, cujuſcunque præeminentiæ, & dignitatis fuerint, propter eadem præmiſſa quovis modo incurrerunt, a quibus, poſt condignam Eccleſiæ præſtitam ſatisfactionem, nonniſi a Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente (præterquam in mortis articulo, & tunc cum reincidentia in eaſdem cenſuras eo ipſo, quo convaluerint) abſolvi, & liberari valeant. Facultatem inſuper nobis, & eidem Sanctæ Sedi expreſſe reſervata, quatenus illi minime redierint ad cor ad alia canonica, & ſeveriora remedia quandocumque procedendi.

Abſolutio Cenſurarum & pœnarum reſervatur Apoſtolicæ Sedi.

§.1. Decernentes etiam eaſdem præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod præfati, aut alii quicunque in præmiſſis, ſeu eorum aliquod jus, vel intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis exiſtant, ſeu alias ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, cauſæque, propter quas præſentes emanarint, ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac incogitato, & inexcogitabili defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos Juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe; ſed ipſas præſentes Literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiter, & inconcuſſe obſervari. Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & ejuſdem Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo, aliiſque Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac uſibus, & ſtylis etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis quibuſcumque perſonis, etiam quantumvis ſublimibus, & ſpecialiſſima mentione dignis quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, ac inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis, etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ſeu ad quarumcumque perſonarum, etiam Imperiali, Regali, aliave qualibet mundana, vel Eccleſiaſtica Dignitate fulgentium inſtantiam, vel earum contemplatione, ſeu alias quomodolibet in genere, vel in ſpecie etiam conſiſtorialiter in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantiſcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illarum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, acſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut earumdem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XVII. Octobris MDCCXI. Pontificatus noſtri Anno XI.

Clauſulæ ſurgluſmæ.

§.2. Cum autem, ſicut nuper accepimos, pleriquc ex eis, qui exceſſus in præinſertis noſtris Literis relatos ſive eorum aliquem commiſerunt, aut alias quoquo modo in illis culpabiles fuerunt, ad cor reverſi, ac probe agnoſcentes ſe propter præmiſſa cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas a Sacris Canonibus, & Conſtitotionibus Apoſtolicis adverſus ſimilia perpetrantes damnabiliter incurriſſe, abſolutiones a cenſuris, & pœnis hujuſmodi petere, ac quicquid eis pro illa obtinenda præſcriptum fuerit, exacte adimplere pa-

Petitio nonnullorum pro abſolutione.

Conceſſio Nuncio Apoſtol. facultatis abſolvendi pœnitentes ſervatis ſervandis à cenſuris, & pœnis, ac diſpenſandi ſuper irregularitate, & in ſtatum priſtinum reſtituendi.

parati ſint. Nos veterem Apoſtolicæ Sedis morem, quæ tanquam pia Mater recurrentibus ad eam poſt exceſſum cum humilitate filiis propitiam ſe ſolet exhibere, ac benignam ſervare volentes, Fraternitati tuæ, de cujus fide, integritate, ac prudentia plurimum in Domino confidimus, per præſentes committimus, & mandamus, ut ſi, & poſtquam Tibi conſtiterit, ſuper omnibus, & ſingulis in præjudicium libertatis, Immunitatis, & juriſdictionis Eccleſiaſticæ, atque auctoritatis Apoſtolicæ quovis modo perpetratis, quæ in præinſertis Literis enunciantur, plene, ac congrue, quemadmodum Tibi ſignificavimus, Eccleſiæ, & Sedi prædictæ ſatisfactum fuiſſe, omnes, & ſingulos prædictos, qui præmiſſa peregerunt, aut alias in illis quovis modo culpabiles fuerunt, ſive Laicos, ſive Clericos tam ſæculares, quam Regulares ad Te recurrentes, cujuſcumque ſtatus, Ordinis, gradus, Dignitatis, & conditionis exiſtant, ac eorum quemlibet ſi hoc a Te humiliter petierint, & vera pœnitentiæ ſigna oſtenderint, factaque prius per eos promiſſione, quod in futurum a ſimilibus abſtinebunt, & quicquid eis præſcriptum, & injunctum fuerit, priuſquam infraſcriptæ abſolutionis beneficium obtineant, obſervabunt, & adimplebunt, a Cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis quibuslibet, quas propter eadem præmiſſa quovis modo incurrerunt, ſeu incurriſſe, dici, cenſeri, vel prætendi poſſent, injuncta cuique pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, & aliis, quæ de jure fuerint injungenda injunctis, in utroque foro auctoritate noſtra Apoſtolica abſolvas, & totaliter liberes, dictaſque pœnas eis, & eorum cuilibet gratioſe remittas, & condones, ac cum illis, qui Clerici, ſeu etiam Presbyteri, imo & in Epiſcopos conſecrati fuerint, ſuper irregularitate per eos, quia cenſuris hujuſmodi propter eadem præmiſſa innodati Miſſas, ſeu alia Divina officia (non tamen in contemptum Clavium) celebrarunt, ſeu alias in ſuis Ordinibus miniſtrarunt, quomodolibet contracta, ad quemcumque effectum in utroque foro diſpenſes, ipſoſque, & eorum quemlibet ad famam, gradus, dignitates, necnon beneficia, & Officia Eccleſiaſtica quæcumque cæteroqui tamen canonice per eos obtenta, aut alias in priſtinum, & eum, in quo antea quomodolibet erant, ſtatum, & adverſus eadem præmiſſa rehabilites, reſtituas, reponas, & plenarie reintegres; Nos enim Tibi quamcumque neceſſariam, & opportunam ad id facultatem, quam etiam aliis, prout Tibi opportuuum videbitur, communicare, & ſubdelegare valeas, dicta auctoritate, harum ſerie tribuimus, & impertimur.

Clauſula.

§.3. Non obſtantibus Literis Noſtris præinſertis, necnon omnibus, & ſingulis illis, quæ in eis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XII. Januarii MDCCXVII. Pontificatus noſtri Anno Decimoſeptimo.

CCXXXIX.

Dat. 25. Jan. 1717. an. 17.

Confirmantur Literæ Patentes Commiſſarii General. Indiarum Occident. Ordinis Min. de Obſerv. de Viſitatore Provinciæ Chilenſis.

Conſt. ed. 1713, Jun. 16, P 53. conceſſum fuit ſuffragium Superioribus cujuſcumque Cœnobii Conſtit. ed. 1717, Sept. 7, P. 17. agitur de deputatione Viſitatorum pro Provincia Fluminis Januarii. Et Bened. XIII. Conſt. ed. 1724, Decemb. 20, P. 1. de Viſitatore pro Provincia Tucumanis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Muſillo Frater expreſſe profeſſus, ac Cuſtos, & Procurator Provinciæ Chilenſis in Indiis Occidentalibus Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia nuncupatorum, quod alias dilectus etiam filius Joſephus Sanz Commiſſarius Generalis Provinciarum earumdem Indiarum ad parcendum innumeris expenſis, quæ pro Viſitatoribus euntibus ad viſitandos Conventus ſupradictæ Provinciæ Chilen. requiruntur, per ſuas Patentes Literas deſuper emanatas præcepit, ut in poſterum non admittatur, nec recipiatur in Provincia hujuſmodi aliquis Viſitator ex alia Provincia, niſi ſolum ea illa Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis Tucumanis, prout continetur in ipſius Joſephi Commiſſarii Generalis Literis prædictis tenoris, qui ſequitor videlicet = Frater Joſephus Sanz Ordinis Sancti Patris Noſtri Franciſci Regularis Obſervantiæ Lector jubilatus, Examinator Synodalis Archiepiſcopi Toletani, Theologus Regis Catholici in Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Congreſſu, Exprovincialis Provinciæ Caſtellæ, Pater ejuſdem, & Provinciarum Aragoniæ, & Cathaloniæ, ac Commiſſarius Generalis omnium Occidentalium Indiarum cum plenitudine poteſtatis, & Servus &c. Reverendo Patri Provinciali, & Venerabili Diffinitorio noſtræ Provinciæ Sanctiſſimæ Trinitatis de Chile ſalutem, & pacem in Domino Noſtro Jeſu Chriſto &c. Cum certiorati ſimus de exceſſivis expenſis, quibus gravantur illæ noſtræ præfatæ Provinciæ, quando RR. Patres Viſitatores ad eas viſitandas nominantur ex aliis longinquis Provinciis, & quod ſint illæ graviſsimæ, & magnæ expenſæ indiſpenſabiles, & neceſſariæ propter longiſsima itinera per Regiones deſertas, ut fiat tranſitus ex una ad alias Provincias, ut experientia notum eſt. Et cum propter præfatæ noſtræ Provinciæ Sanctiſsimæ Trinitatis paupertatem nequeant fieri illæ magnæ expenſæ neceſſariæ ad conducendum Viſitatores ex longinquis Provinciis, Nos propterea deſiderantes, ut in prædicta noſtra Provincia evitentur tam graves ſumptus ſeu expenſæ, necnon & adhærendo Conſtitutioni Generali præcipienti, eligi Viſitatores ex propinquioribus Provinciis, ideoque virtute harum noſtrarum Literarum, noſtro nomine, & propria manu ſubſcriptarum, & quas ſigillo majori noſtri Officii ſigillamus, & per noſtrum Secretarium atteſtamur, præcipimus, & ordinamus, ut deinceps non admittantur, nec recipiantur in præfata noſtra Provincia aliquis Viſitator ex alia

Literæ præd. an. 1715. editæ de recipiendo ſolo Viſitatore Provinciæ Aſſumptionis B. M. Tucumanis, vel Commiſſario Gener. Peruviano.

Provincia , niſi ſolum ex illa Aſſumptionis Virginis Mariæ Tucumanis , quæ proaimior eſt , ut hoc modo occurratur damnis , quæ evenire poſſunt ob exceſsivas expenſas , & ut obſervetur generalis Conſtitutio noſtri Ordinis ; qua propter mandamus , ut ſtatim , ac ipſæ noſtræ Literæ Patentes accipiantur in præfata noſtra Provincia , intimetur noſtrum mandatum in eis contentum R. Patri Commiſſario Generali noſtrarum Provinciarum Regni Peruani , ut de illo ſit admonitus ; cui inſuper mandamus virtute ſanctæ obedientiæ , & Spiritus Sancti , quod nullo modo , nec ſub aliquo prætextu , ſe opponat , nec contradicat noſtro mandato , & diſpoſitioni , niſi ſolum in caſu , quo ſua Paternitas Rev: velit ſua propria Perſona , prædictam Provinciam viſitare . Datis in hoc Conventu Sancti Franciſci Matriti die 31. Julii 1715. = Frater Joſeph Sanz Commiſſarius Generalis Indiarum = Loco ✠ Sigilli = De mandato S. Reñæ = Fr. Clemens Zurita Secretarius Generalis Indiarum .

Preces Procuratoris Chilen.

§. 1. Cum autem , ſicut eadem espoſitio ſubjungebat , dictus Joannes Procurator præmiſſa , quo firmius ſubſiſtant , Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſideret . Nos ipſum Joannem Procuratorem ſpecialibus favoribus , & gratiis proſequi volentes , & a quibuſvis escommonicationis , ſuſpenſionis , & interdicti , aliiſque eccleſiaſticis ſententiis , cenſuris , & pœnis , a jure , vel ab homine quavis occaſione , vel cauſa latis , ſi quibus quomodolibet inoodatus exiſtit , ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum , harum ſerie abſolventes , & abſolutum fore cenſentes , ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati , de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis , & conſultationibus Epiſcoporum , & Regularium præpoſitorum , qui dilectum pariter filium modernum , Procuratorem Generalem dicti Ordinis ſuper præmiſsis audiverunt , conſilio ,

Confirmatio relatarum .

præinſertas Patentes Literas a memorato Joſepho Commiſſario Generali Indiarum espeditas , ut præfertur , cum omnibus , & ſingulis in eis contentis auctoritate Apoſtolica , tenore præſentium confirmamus , & approbamus , illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus , ac omnes , & ſingulos juris , & facti defectus , ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint , ſupplemus , ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium .

Clauſula .

§. 2. Decernentes ipſas præſentes literas firmas , validas , & efficaces exiſtere , & fore , ſuoſque plenarios , & integros effectus ſortiri , & obtinere , ac illis ad quos ſpectat , & pro tempore quandocumque ſpectabit , in omnibus , & per omnia pleniſsime ſuffragari : ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios , & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores , judicari , & definiri debere : ac irritum , & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter , vel ignoranter contigerit attentari .

§ 3. Non obſtantibus Conſtitutionibus , & Ordinationibus Apoſtolicis , ac quatenus opus ſit Provinciarum , & Ordinis prædictorum , etiam juramento , confirmatione Apoſtolica , vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis , & conſuetudinibus ; privilegiis quoque , indultis , & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis , confirmatis , & innovatis . Quibus omnibus , & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene , & ſufficienter expreſſis , ac de verbo ad verbum inſertis habentes , illis alias in ſuo robore permanſuris , ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter , & expreſſe derogamus , cæteriſque contrariis quibuſcumque .

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXV. Januarii MDCCXVII. Pontificatus noſtri Anno Decimoſeptimo .

CCXL.

Confirmantur Acta a delegato Apoſtolico pro esecutione Literarum Apoſtol: de erectione novæ Patriarchalis Eccleſiæ Ulyſſiponen: Occidentalis .

Dat. 12. Febr. 1717. an. 17.

Laudatæ Literæ extant Conſt: ed: 1716 , Nov: 7 , P. 16. Et Conſt: ed: 1717. , Mar: 12. , P. 17 ampliantur Indulta de Eccleſiæ Patriarchalis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam .

Proœmium .

SOlicita Paſtoralis Officii vigilantia , qua Divina ſuffragante Clementia , Catholicæ Eccleſiæ præſidemus , exigit , ut ea , quæ per noſtras literas motu proprio emanatas , ac piis , & rationabilibus cauſis adducti , alias conceſſimus , & indulſimus , ſuum ſortiantur effectum , proindeque actus , qui ab earumdem Literarum Exequutoribus pro ipſarum validitate , & obſervantia facti fuiſſe dicuntur Apoſtolico firmitatis munimine roboremus , prout conſpicimus in Domino ſalubriter espedire .

Acta a Delegato præd. contra Capitulum Eccleſiæ Ulyſſiponen. Orientalis renuens ſe nuncupare Capitulum Orientale .

§. 1. Exponi ſane Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Capitulum , & Canonici Patriarchalis Eccleſiæ Ulyſſiponen. , quod dum a Venerabili Fratre moderno Epiſcopo Algarbien. exequutioni demandabantur Literæ Apoſtolicæ in forma noſtri Motus proprii expeditæ ſuper diviſione Civitatis , & Diœceſis Ulyſſiponen. , & erectione novæ Patriarchalis Eccleſiæ Ulyſſiponen. Occidentalis , aliarumque omnium gratiarum , & indultorum , quæ in præfatis Litteris continentur , comparuit coram præfato Epiſcopo Algarbien. Procurator d. Patriarchalis Eccleſiæ Ulyſſiponen. Occidentalis , eidemque expoſuit , quod Capitulum Eccleſiæ Ulyſſiponen. Orientalis , tunc , & ad præſens Paſtoris ſolatio deſtitutæ , deputaverat eorum procuratorem ad effectum intereſſendi exequutioni earumdem Literarum & cognoſcendi , an diviſio Civitatis , & Diœceſis Ulyſſiponen. præfatarum , aliaque in præfatis Literis contenta exequtioni demandarentur ad formam præfati Motus proprii , & abſque eorum præjudicio , & deputando ſecundodictum Procuratorem , non ſe inſcripſerunt Capitulum Orientale . Quamobrem Exponentes præfati coram eodem Epiſcopo Algarbien. inſteterunt , quatenus moneret præfatum Capitulum Orientale , ut ab hujuſmodi , & aliis ſimilibus perturbationibus ſe abſtineret , ac Mandatum Procuræ ſupradicto modo exaratum penitus , & omnino rejiceret : idem Epiſcopus Algarbien. animadvertens , quod

Digitized by Google

quod præfatum Mandatom Procuræ a Capitulo, & Canonicis Eccleſiæ Uyſſiponen. Orientalis conflatum non fuerat cum declaratione, & denominatione Capituli Ulyſſiponen. Orientalis, maodavit dilecto Filio Emmanueli Duarte Franco Notario publico, ot mediante publico Monitorio præfatum Capitulum Ulyſſiponen. Orientale ſub nonnullis pœnis moneret, ut in poſterum in nullo penitus perturbarent juriſdictionem Patriarchalis Eccleſiæ Ulyſſiponen. Occidentalis ſed inviolabiliter obſervarent omnia, & ſingula in præfato motu proprio contenta, & expreſſa, ſeque Decanum, Dignitates, & Caoonicos Eccleſiæ Ulyſſiponen. Orientalis nuncuparent, dictuſque Emmanoel die ſecunda menſis Januarii proxime præteriti in Sacriſtia dictæ Eccleſiæ Ulyſſiponen. Orientalis coram dilectis etiam Filiis Carolo Perim Præſideote, ac pluribus dictæ Eccleſiæ Ulyſſiponen. Orientalis Canooicis, alta, & intelligibili voce legit, & publicavit monitorium, in quo præfati Epiſcopi maodatum continebatur, dictoque Monitorio lecto, & publicato, Præſidens, & Canonici præfati Eccleſiæ Ulyſſiponen. Orientalis præfatæ reſponderunt, quod ſe monitos habeant, dictoque Monitorio obediebant, ſeque jam Capitulum, & Canonicos Eccleſiæ Ulyſſiponen. Orientalis ouucupaverant.

Precel Capituli Eccleſiæ Ulyſſiponen. Occidentalis.

§. 2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Exponentes præfati pro majori ſubſiſtentia, firmiorique obſervantia omnium, & ſingulorum in præfatis Literis contentorum, plurimum cupiant omoia, & ſingula ſupradicta, cum omnibus, & qoibuſcumque in vim dicti Monitorii ſubſequutis, per Nos confirmari, & approbari; Nos igitur Exponentes præfatos ſpecialis gratiæ favore proſequi volentes, uecnon eorum ſiugulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab Homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium tantum conſequen. barum ſerie abſolven., & abſolut. fore cenſentes, porrectis Nobis pro eorumdem Exponentium parte ſuper hoc ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula ſupradicta per dictum Epiſcopum ſic, ut præfertur facta pro obſervatione, & exequutione præfatarum Literarum, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnibus, & ſingulis tam Eccleſiaſticis, quam Sæcularibus Perſonis, etiam ſpeciali nota dignis, qui contra præfatas Literas Apoſtolicas, & io eis contenta quæcumque aliquid jam forſan attentaveriot, ſeu in poſterum attentare voluerint, perpetuum ſilentium impouimus: ſicque, & uon alias per quoſcumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate fungentes judicari, & definiri debere; Irritum quoque, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcieuter, vel ignoraoter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Confirmatio actorũ a Delegato Apoſt: cum impoſitione ſilentii.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Aonulo Piſcatoris die XVIII. Februarii MDCCXVII. Pontificatus noſtri Anno Decimoſeptimo.

CCXLI.

Prohibetur, ne Superiores Provinciæ Portugalliæ Fratrum Carmelitarum antiquæ obſerv. permittant, Fratres Muſicos canere in alieois Eccleſiis.

Dat. 22. Febr. 1717. an. 17.

Conſt: ed: 1707, Aug: 41, P, revocatæ fuere facultates manandi extra Cœnobia dd: Muſicis conceſſæ. Et Bened: XIII Conſt: ed: 1726, Jan: 14, P 3 conceſſum fuit Indultum ſuper quodam onere Miſſarum.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Andreas de Cerquiera Proviocialis Ordinis Fratrum, Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo antiquæ obſervantiæ Provinciæ Portugalliæ, quod cum in prædicta Provincia, & præſertim in Conventu Ulyſſiponen: mos inoleverit, aliquos pueros ad habitum regularem admittendi, ipſoſque Muſicam, & Muſicalia Inſtrumenta edocendi, ut Divina officia melius concinantur, & feſtivo concentu ſolemues feſtivitates celebrentur, ac in id aſſequendo dictus Conventus imoodicas pecuniæ ſummas conſumat; prædicti vero Juveoes ſic ad habitum Regularem hujuſmodi admiſſi, & edocti, poſtquam ſuam ſtatuto tempore profeſſionem per Fratres dicti Ordinis emitti conſuetam expreſſe emiſerint regularem, ac in Sacro Presbyteratus Ordine conſtituti ſint, multiplici prætextu hanc Sanctam Sedem, ejuſque pro tempore exiſtentes in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Nuocios pro obtinendis indultis, & gratiis adeant, ut retento habitu regulari hujuſmodi, vel prætextu, quod Parentibus pauperie laboraotibus ſubveniant, aut Sororibus, Neptibuſque eleemoſynas e Muſico exercitio collectas contribuant, alii autem ſervitio Eccleſiarum Cathedralium inſervientibus & id ipſum poſtulantibus locorum Ordinariis, ſe mancipari faciant, & ita relaxata diſciplioa regulari, ſpretaque Superiorum obedientia ſine ſociis vagentur, pecuniaſque retentas in peſſimos uſus convertere, & ſi forte Superior Religionis id eis impedire prætendat, ſtatim recurſus non ſolum ad eoſdem Nuncios, ſed etiam ad Tribunalia Sæcularia interponant: ex quibus omnibus non ſolum præfato Conventui maximum detrimentum, ſed & Ordini prædicto ioexplicabile dedecus, cum notoria, ac peſſima vitæ Regularis, Votorumque emiſſionis relaxatione, & obedientiæ jactura afferri ſoleat, ipſe Andreas Prior Provincialis tot malis occurrere exoptans, Prælatis Superioribus, & localibus Conventuum, Prioribus Provinciæ, & Ordinis prædictorum præſentibus, & futuris ſub excommonicationis, ac privationis vocis activæ, & paſſivæ, necnon officiorum pœnis eo ipſo abſque alia declaratione incurrendis, ne de cætero fratribus Muſicis licentiam exeundi e Monaſterio ad feſtivitates celebrandas in aliis Eccleſiis, quam prædicti Ordinis, excepta Capella Regia, vel quando Communitas ipſa cum Cruce ad eas peragendas accedit, concedere audeant, ſeu præſumant per Nos probiberi, & indulta habitus retenti, aliaſque gratias ſimiles tam

Quomodo introductus hujuſmodi abuſus, & mala inde exorta.

Precet Provincialis pro prohibitione ſub excommunicationis pœna, & privationis utriuſque vocis, ac officiorum

a ſede

a ſede prædicta, quam ab illius Nunciis deſuper obtenta revocari plurimum deſideret : Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur ipſius Andreæ Prioris Provincialis votis hac in re quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium, qui relationem dilecti pariter filii moderni Procuratoris Generalis Ordinis hujuſmodi ſuper præmiſſis ad eoſdem Cardinales tranſmiſſam attenderunt, conſilio, ſuperioribus quibuſcumque prædicti Ordinis, ſub pœnis, ut petitur, excepta illa excommunicationis, ne deinceps licentiam ſuper præmiſſis ullatenus concedant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium prohibemus, & interdicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Prohibitio præd. ſub privationis vocis, & officiorum pœna ſantum.

§. 2. Non obſtantibus conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, Provinciæ, Ordinis, & Conventuum prædictorum, etiam Juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXII. Februarii MDCCXVII. Pontificatus Noſtri Anno Decimoſeptimo.

Clauſulæ.

---

*

CCXLII.

Dat. 12. Mar. 1717. an. 17.

Ampliantur Indulta Capituli Patriarchalis Eccleſiæ Ulyſſiponenſis Occidentalis.

Conſt: ed: 1717. Feb. 18, P 17. confirmata fuere acta Delegati pro erectione d. Eccleſiæ Conſt: ed: 1717, Jul. 11, P 17. confirmatur Decretum Delegati ſuper diſtributione Orationi 40. horarum Bened. XIII. Conſt. ed. 1724. Maii 23, P 1. confirmatur erectio Metropolitanæ Eccleſiæ Urbinaten. Conſt. ed. 1724, Jul. 20, P 1. conceditur altare Privilegiatum Eccleſiis Patriarchalibus, Metropolitanis, & Cathedralibus. Et conſt: ed: 1724, Sept: 6, P 1. uſus Mitræ & Indumentorum Capitulo Caputaquen.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium a ſollicitudine decorandi majoribus privilegiis inſigniores Eccleſias.

INeffabili Divinæ Majeſtatis providentia in ſupremo Apoſtolicæ Dignitatis culmine conſtituti, tanquam de excelſo monte ad irriguum Militantis Eccleſiæ agrum noſtræ conſiderationis aciem, more vigilis, & operoſi Paſtoris, jugiter convertimus, & circa ea, per quæ Eccleſiæ præſertim Patriarchali Dignitate inſignitæ, & in conſpicuis Civitatibus erectæ, ſublimioribus privilegiis, ac majoribus prærogativis decorari valeant, peculiari ſolicitudine intendimus, prout, earundem Civitatum qualitatibus, rerumque, & temporum circumſtantiis debite penſatis, ad Divini cultus incrementum ipſarumque Eccleſiarum honorificentiam, & Miniſtrorum Eccleſiaſticorum decorem conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Ab hoc Pontifice erecta fuit Patriarchalis Eccleſia Ulyſſiponen. cum conceſſione plurium Indultorum.

§. 1. Cum itaque Nos nuper ex juſtis, & rationalibus cauſis adducti, & quemadmodum Chariſſimi in Chriſto Filii noſtri Joannis Portugalliæ, & Algarbiorum Regis illuſtris conſtantis fidei, & ſinceræ devotionis affectus jure promerebatur, ejuſque pia, & laudabilia vota efflagitabant, Civitatem, & Diœceſim Ulyſſiponen. in duas partes diviſerimus, ac unam tam Civitatis quam Diœceſis hujuſmodi partem verſus Orientem antiquo Archiepiſcopatui Ulyſſiponen. Orientali nuncupando reliquerimus, in altera vero parte verſus Occidentem Patriarchalem Eccleſiam Ulyſſiponen. Occidentalem nuncupandam, erexerimus, ipſiuſque Patriarchalis Eccleſiæ Ulyſſiponen. Occidentalis Patriarchæ, ac Dignitatibus, & Canonicis pro tempore exiſtentibus pro majori ejuſdem Patriarchalis Eccleſiæ majeſtate, dictorumque, Dignitatum & Canonicorum honorificentia plura hucuſque privilegia, & indulta tam quoad habitum quam quoad præcedentiam, aliaſque prærogativas conceſſerimus, prout in noſtris Literis in forma noſtri Motus proprii deſuper expeditis, plenius continetur. Cumque, ſicut accepimus, Patriarchalis Eccleſia prædicta ſic a Nobis, ut præfertur, erecta, & ſingulari ipſius Joannis Regis dilectione, & Regia plane munificentia pluribus, ac pretioſis ſuppellectilibus ſacris pro Eccleſiaſticis functionibus decenter obeundis opulenter ornata, & undique ad ſingularem excellentiam ſublimata exiſtat, ipſeque Joannes Rex præcipuis, ac indefeſſis ſtudiis Patriarchalem Eccleſiam præfatam præclari amoris, ac religioſæ pietatis ſignificationibus proſequi in dies non prætermittat, & ad elegantiorem ſtructuræ majeſtatem exornare, piaque opera propediem inibi augere, ſacrarumque cæremoniarum uſum, & divinarum laudum cantum ad perfectiorem ſublimitatem elevare intendat; Nos æternæ Divinæ bonitatis Majeſtati, quod tam pia, tamque præclara operoſæ Religionis ſtudia ad Chriſtianæ pietatis augmentum, & majorem Divini Nominis gloriam a ſolicita dicti Joannis Regis pietate Eccleſiaſticis functionibus jugiter intenti, promanaverit, eaque quam magnificenter, & ſumptuoſe adancta fuerint, gratias agentes, ac volentes, quantum in Domino poſſumus, majori dictæ Patriarcha-

Cauſæ præſentis Conceſſionis.

lis

lis Eccleſiæ decoris incremento conſulere, necnon Dignitates, & Canonicos, ac Beneficiatos, & Capellanos ejuſdem Patriarchalis Eccleſiæ amplioris gratiæ favore, & excellentioris honoris titulo ſublimare, eoſque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes,

Conceſſio præd: veſtis nempe rubeæ pro Canonicis, ac pallium armellinarum, & Mozzettæ pro Beneficiatis & Capellanis, cum præſervatione indultorum alias conceſſorum.

firmis, & illæſis remanentibus omnibus, & ſingulis privilegiis, indultis, gratiis, & prærogativis, alias a Nobis eidem Patriarchali Eccleſiæ, illiuſque Dignitatibus, & Canonicis prædictis jam, ut præfertur, conceſſis, Motu proprio, non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſex Dignitatibus, & octodecim Canonicis prædictæ Patriarchalis Eccleſiæ, nunc, & pro tempore exiſtentibus, quibus nuper, ut ipſi hyemali Cappam magnam rubeam cum pellibus armellinis, æſtivo vero temporibus Mozzettam ſimiliter rubeam geſtare, & deferre valerent, conceſſimus, & indulſimus, ut ipſi in poſterum perpetuis futuris temporibus, etiam Subtanam, ſeu Veſtem talarem rubeam; Duodecim vero ejuſdem Patriarchalis Eccleſiæ Beneficiatis, ſimiliter nunc, & pro tempore exiſtentibus, quibus alias, antequam Eccleſia prædicta in Patriarchalem Eccleſiam ſic a Nobis erecta fuiſſet, ut etiam ipſi hyemali Cappam magnam violaceam cum pellibus cinericiis, æſtivo autem temporibus loco pellium cum fodere ſerico violacei coloris, etiam geſtare, & deferre poſſent, ſimiliter conceſſimus, & indulſimus, ut ipſi quoque etiam perpetuis futuris temporibus hyeme eamdem Cappam magnam violaceam cum pellibus tamen armellinis, æſtate vero, vel eamdem Cappam magnam, vel Mozzettam, etiam violaceam cum fodere ſerico rubei coloris; Capellanis autem amovibilibus, qui ad præſens numerum trigintaduorum non excedunt, etiamſi numerus hujuſmodi in ſervitio dictæ Patriarchalis Eccleſiæ, arbitrio pro tempore exiſtentiius Patriarchæ Ulyſſiponen. creverit, vel decreverit, ut etiam ipſi Capellani amovibiles Cappam magnam violaceam cum pellibus armellinis hyemali, æſtivo vero temporibus, vel eamdem Cappam magnam, vel Mozzettam, etiam violaceam cum ſimili fodere ſerico ejuſdem coloris rubei, tam in Choro, quam extra illum, ac etiam Proceſſionibus, omnibuſque aliis actibus Capitularibus, tam publicis, quam privatis, ac etiam in præſentia quorumcumque Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, ac pro tempore exiſtentis Patriarchæ Ulyſſiponen., ac Noſtrorum, & Sedis Apoſtolicæ Nunciorum, nec non Venerabilium Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, etiam de Latere Legatorum, & aliorum quorumcumque quavis authoritate, & poteſtate fungentium, ac honore, & præeminentia fulgentium, reſpective geſtare, & deferre, illiſque uti libere, & licite poſſint, & valeant, tenore præſentium perpetuo concedimus, & indulgemus.

§. 1. Ac Dignitates, & Canonicos, necnon

Clauſulæ ampliſſimæ, & particulares, cum deputatione executorum.

Beneficiatos, & Capellanos ejuſdem Patriarchalis Eccleſiæ, nunc, & pro tempore exiſtentes ſuper geſtatione, & delatione Veſtium, Capparum, & Mozzettarum hujuſmodi per quæcumque Capitula quarumcumque aliarum Eccleſiarum Epiſcopalium, Archiepiſcopalium, vel Primatialium, & quaſvis Perſonas quavis authoritate, dignitate, & præeminentia præditas, quovis prætextu, colore, vel ingenio publice, vel occulte, directe, vel indirecte impediri, moleſtari, inquietari, vel perturbari nullatenus poſſe, neque debere; præſentes quoque ſemper, & perpetuo validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos quomodolibet nunc ſpectat, & ſpectabit in futurum, firmiter, & inviolabiliter obſervari debere, ac nullo unquam tempore ea quocumque capite, vel qualibet cauſa, quantumvis legitima, & juridica, etiam ex eo, quod Capitula Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum quarumlibet, earumque Dignitates, & Canonici, vel quilibet alii cujuſcumque dignitatis, gradus, conditionis, & præeminentiæ ſint, in præmiſſis, & circa ea quomodolibet, & ex quavis cauſa, ratione, actione, vel occaſione, jus, vel intereſſe habentes, aut habere prætendentes, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi fuerint, & cauſæ, propter quas eædem præſentes emanaverint, adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, ſeu invaliditatis, vel intentionis noſtræ, aut quolibet alio quantumvis magno, ſubſtantiali, inexcogitato, inexcogitabili, ac ſpecificam, & individuam mentionem, & expreſſionem requirente defectu, ſive etiam ex eo, quod in præmiſſis, eorumque aliquo ſolemnitates, & quævis alia ſervanda, & adimplenda, ſervata, & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite a jure, vel facto, aut ſtatuto, vel conſuetudine aliqua reſultante, aut quocumque alio colore, prætextu, ratione, vel cauſa, etiam in corpore juris clauſa, occaſione, aliave cauſa, etiam quantumvis juſta, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmiſſorum neceſſario exprimenda forent, aut quod de voluntate noſtra, & aliis ſuperius expreſſis nullibi appareret, ſeu alias probari poſſet, notari, invalidari, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adverſus illas reſtitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel juſtitiæ remedium impetrari, ſeu quomodolibet, etiam Motu ſimili conceſſo, aut impetrato, vel emanato, uti, ſeu ſe juvare in judicio, vel extra poſſe, neque ipſas præſentes ſub quibuſcumque ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliiſque contrariis diſpoſitionibus, etiam per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, & Sedem Apoſtolicam, etiam Motu pari, & conſiſtorialiter ex quibuslibet cauſis, & ſub quibuſvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiamſi de eiſdem præſentibus, earumque toto tenore, ac data ſpecia-

Digitized by Google

cialis mentio fiat, pro tempore factix, & faciendis, ac conceſſis, & concedendis, minime compreliendi, ſed tanquam ad majus divini cultus augmentnm ſemper, & omnino ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinnm, & validiſſimnm, ac eum, in quo antea qnomodolibet erant, ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenaric reintegratas, ac de novo etiam ſub quacumqne poſteriori data per nunc, & pro temporc exiſtentes Dignitates, Canonicos, Beneficiatos, & Capellanos dictæ Patriarchalis Eccleſiæ quandocumque eligenda conceſſas eſſe, & fore. Sicque, & non alias per quoſcumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac prædictæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, alioſque quoſcumque quavis authoritatc, poteſtate, prærogativa, & privilegio fulgentes, ac honore, & præeminentia fulgentes, ſublata eis, & eorum cuilibet qnavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate in quocumque judicio, & in quacumque inſtantia jndicari, & definiri deberc; & ſi ſecus ſnper his a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

§.2. Quocirca Venerabilibus Fratris noſtris modernis, & pro tempore exiſtentibus Elven. Algarbien., & Miranden. eiſqnc deficientibus, ſeu impeditis, Angolen., & Lamacen. Epiſcopis per caſdem præſentes committimus, & mandamus, qnatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſen alios eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcnmque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Dignitatum, Canonicorum, Beneficiatorum, & Capellanorum prædictornm, aut alicujus eorum fuerint reqniſiti, ſolemniter publicantes, eiſqne in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes, & in eis contenta hujuſmodi ab omnibus, ad qnos nnnc ſpectat, & pro tempore ſpectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter obſervari, nec non eoſdem moderuos, ac pro tempore exiſteutes Dignitates, Canonicos, Beneficiatos, & Capellanos prædictos, illis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos, ant eorum aliquem deſnper quomodolibet indebite moleſtari, Contradictores quoslibet, & Rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaquc opportuna jnris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, brachii Sæcnlaris auxilio; Nos enim modernis, & pro tempore exiſtentibus Elven., Algarbien., & Miranden., eiſque deficientibus, ſeu impeditis, Angolen., & Lamacen. Epiſcopis prædictis, & eorum cuilibet, quoſcumquc Moleſtatores, Perturbatores, Contradictores, & Rebelles, etiam per Edictum publicum, conſtito ſummarie de non tuto acceſſu, citandi, eiſque, & quoties inhibendnm fuerit, etiam per ſimile Edictum quoad Primates, Archiepiſcopos, & Epiſcopos ſub Interdicti ingreſſus Eccleſiæ, quo vero ad alios Inferiores, etiam ſub cenſuris Eccleſiaſticis, & etiam pecuniariis, eorum arbitrio imponendis, moderandis, & applicandis pœnis, inhibendi, nec non eos, quos cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe conſtiterit, eas incurriſſe, ſervata forma Concilii Tridentini, declarandi, ac legitimis ſuper literis habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & poenas ipſas, etiam iteratis vicibus, aggravandi, reaggravandi, & interdicendi, plenam, & liberam, motu, ſcientia, auctoritate, & tenore præmiſſis concedimus facultatem.

Derogat contrariis etiamſi ſpecificam, & ſub certa forma requirerent derogationem.

§.3. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, quibuſvis legibus, ſtatutis, ſtylis, conſuetudinibus, & prohibitionibus, ſi quæ forſan adſint de gratiis ad inſtar non concedendis, ac de veſtibus rubeis non deferendis, ac etiam in Synodalibus, Provincialibus, univerſalibus Conciliis editis, vel edendis, ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Patriarchalis, aliarumqnc Eccleſiarum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, eorumqne reformationibus, & novis additionibus: Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis, illis, eorumque Superioribus, & Perſonis, ae Locis quibuſcumque, etiam ſpeciali, ſpecifica, expreſſa, & individua mentione dignis, ſub quibuſcumqne tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clanſulis, irritantibuſqne, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu pari, ac conſiſtorialiter, ant alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus in contrarium eorumdem præmiſſorum conceſſis, approbatis, confirmatis, & innovatis, etiamſi in eis caveatur expreſſe, quod illis per quaſcumqne Literas Apoſtolicas, etiam motu ſimili pro tempore conceſſas, quaſcumque etiam derogatoriarum derogatorias in ſe continentes, derogari non poſſit, neque cenſeatur eis derogatum, quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & iodividua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exqniſita forma ad hoc ſervanda foret, etiamſi in eis caveatur expreſſe, quod illis nullatenus, aut nonniſi ſub certis modo, & forma derogari poſſit, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, latiſſime, & pleniſſime hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe, earumdem tenore præſentium, motu ſimili derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.4. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri motus proprii, ac abſolutionis, conceſſionis, indulti, decreti, commiſſionis, mandati, & derogationis, infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datnm Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo decimo ſeptimo, quarto Idus Martii, Pontificatns noſtri Anno Decimoſeptimo.

Con-

CCXLIII.

Dat. 1. Apr. 1717. ann. 17

Confirmantur binæ reſolutiones Capituli Generalis Congregationis Presbyterorum Piorum Operariorum de celebratione ejusdem Capituli.

Conſtitutiones confirmatæ fuere a Greg. XV. Conſt. edit. 1621. Apr. 1., P. I., & Urb. VIII. Conſt. ed. 1634., Nov. 6., P. XII. Hujus Pontificis Conſt. ed. 1712. Jan. 3. P. 12, conceſſa fuit Eccleſia, & Collegium S. M. Montium de Urbe. Et Bened. XIII: Conſt. edit: 1726. Junii 3. P. 2. interdicitur omnibus ſibi aſſumere nomen Piorum Operariorum.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Reſolutiones prædd. anni 1716. editæ reformantes Cõſtitutiones, ſunt, de celebratione Capituli ſingulis trienniis de Officiis triennalibus, & de numero tricenario ſuffragatorum.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Præpoſitus, & Capitulum Generale Congregationis Presbyterorum Piorum Operariorum nuncupat., quod in eorum Conſtitutionibus inter cætera potiſſimum ex Cap. 20. eruitur, quod Capitulum dictæ Congregationis ſingulis annis cogi, omniaque ejusdem Congregationis Officia ad annum eſſe debeant; Itidem in Capitulo 3. earumdem Conſtitutionum conſtituitur, quod in receptione vocalium, omnes, qui decennale tyrocinium in ipſa Congregatione laudabiliter expleverint, admittantur, & alias, prout prædictis Conſtitutionibus, quæ a fel. rec. Gregorio XV., & Urbano VIII. Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris Apoſtolico munimine in forma ſpecifica roboratæ, atque ab ejusdem Congregationis initio huc uſque ſervatæ fuerunt uberius aſſerunt contineri: Quoniam vero jampridem compertum fuit, prædictas ipſius Congregationis Conſtitutiones, quæ primum in Civitate Neapolitana ortum habuit, & ſubinde quoque extra Regnum adolevit, in ejus exordio optime accommodatas, nunc aliquo modo progreſſum, & bonum ipſius regimen impedire, ideoque anno proxime præterito in Capitulo Generali ſtatutum fuit, ut idem Capitulum futuris temporibus, nonniſi triennio expleto celebraretur, dictaque Officia deinceps triennalia forent, utque vocales ad numerum tricenarium reducerentur; ita ut in caſu vacationis tantum alii juxta formam præſcriptam admittantur, prout in reſolutionibus deſuper habitis fuſius aſſeritur etiam contineri. Porro cum die 24. Menſis Iulii proxime præteriti ad enixas preces dilecti filii Moderni Procuratoris Generalis ipſius Congregationis dictæ duæ reſolutiones in infraſcripta Congregatione Cardinalium relatæ fuiſſent, ipſa Cardinalium Congregatio die 25. Septembris dicti Anni illas confirmandas eſſe cenſuit, verum quia quidam prædictæ Congregationis Piorum Operariorum Presbyteri, qui huic Congregationi ad præſcriptum primitivæ Regulæ nomen dederunt, eorum præjudicium quoad reſtrictionem vocalium deduxerunt, prædicta reſolutio ita moderata fuit, ut ſine illorum, qui memoratam Congregationem ante publicationem Decreti hujuſmodi ingreſſi fuerunt, præjudicio, procederet, ſed adverſus prædictas duas reſolutiones, nonnullis ex eisdem piis operariis reclamantibus negotium iterum ad eamdem Congregationem Cardinalium deductum fuit, & partibus utrinque voce, & ſcriptis acerrime informantibus, dicta Congregatio Cardinalium ſtetit in deciſis.

A Congregat. Epiſc. & Reg. approbatæ fuere ſine præjudicio eorum, qui jam antea Congregationi nomen dederant.

Preces Capituli.

Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat ipſi exponentes binas reſolutiones hujuſmodi Apoſtolicæ Confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimum deſiderent. Nos ſpecialem ipſis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, Cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum conſilio, binas reſolutiones prædictas a memorato Capitulo Generali factas, ut præfertur cum omnibus, & ſingulis in eis contentis auctoritate Apoſtolica tenore præſentium pro nunc confirmamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus; ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio recenſitarum reſolutionum.

Clauſulæ.

Decernentes eaſdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit Congregationis Piorum Operariorum prædictorum, etiam juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die I. Aprilis MDCCXVII. Pontificatus noſtri Anno Decimo ſeptimo.

Con-

Digitized by Google

CCXLIV.

Dat. 8. Julii 1717. An. 17.

Confirmantur Privilegia, & Decreta Congtegationis Epiſc. & Reg., ne quis vetat eleemoſynam quærere Fratribus Diſcalc. S. Franciſci Strictioris Obſerv.

Inn. XII. Conſt. ed. 1697., Maij 4., P 6. declarata fuere quædam Privilegia FF. Strictioris Obſerv.. Benedicti XIII. Conſt. ed. 1725. Dec. 10., P. 2. confirmantur Privilegia Mendicantium: Et Conſtit. ed. 1727., Sept. 20., P. 4. Provinciæ Reformatæ Vallis de Mazzara conceditur receptio eleemoſynae pro Miſſis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Preces Fratrum Provinciæ Matriten ſis, aliorumque Cænobiorum pro confirmatione facultatis quærendi eleemoſynam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Diſcalceati Provinciæ S. Joſephi Matritenſis, omniumque Regnorum tam in Hiſpaniis, quam Conventuum ubique exiſtentium Ordinis S. Franciſci Strictioris Obſervantiæ nuncupat. quod ipſi privilegia eis a fe: re: Sixto PP. IV. Prædeceſſore noſtro in §. VIII. Bullæ Auræ conceſſa, necnon Decreta a Congregatione tunc exiſtentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita pluries emanata, ac ad alios Regulares extenſa, per quæ decernitur, quod Fratres Ordinum Mendicantium ab Ordinariis Locorum, ſeu ab aliis Regularibus prohiberi minimè poſſint, quin per ſe ipſos in locis, ubi habent Conventus, eleemoſynas quærant, ſed tantum, ſi extra loca, ubi Conventus reperiuntur, quæritare voluerint, ſuorum Superiorum licentiam Ordinario oſtendere teneantur per Nos confirmari plurimum deſiderent. Nos ipſos exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum ejuſdem S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui relationem di. lecti filii moderni Procuratoris generalis dicti Ordinis ſuper præmiſſis ad eoſdem Cardinales transmiſſam viderunt, conſilio, privilegia, & Decreta ſupra recenſita, & reſpective extenſa auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus; ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Confirmatio prædd. Privilegiorum, & Decretorum.

Decernentes eaſdem præſentes Literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit pleniſſime ſuffragari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ.

Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit Provinciæ, & Ordinis prædictorum etiam juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die VIII. Julii MDCCXVII Pontificatus Noſtri Anno Decimo Septimo.

CCXLV.

Confirmatur Decretum Congregationis Epiſc. & Reg: de diviſione Provinciæ S. Joannis Euangeliſtæ Inſularum Azzorum, & Terſeiræ Fratrum Min. de Obſerv.

Dat. 8. Julii 1717. ann. 17

Inn: XII Conſt: ed: 1700, Jul: 10, P 9 confirmata fuit alternativa in d. Provincia. Hujus Pontificis Conſt: ed: 1712, Dec: 23 P 13 revocata fuit diſmembratio Cænobiorum a Provincia Neapolis FF. Diſcalc. Et Inn: XIII. Conſt: ed: 1722, Jan: 22, P 2 extat commiſſio Nuncio Neapolis ſuper d: diſmembratione.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

NUper pro parte dilectorum filiorum modernorum Miniſtri Provincialis, atque Diffinitoris, omniumque fratrum Provinciæ S. Joannis Euangeliſtæ Inſularum Azzorum, & Terſeiræ reſpective nuncupat. aliarumque Inſularum Maris Oceani temporali ditioni Chariſſimi in Chriſto Filii noſtri Joannis Portugalliæ, & Algarbiorum Regis Illuſtris ſubjectarum Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum Congregationi Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ expoſito, quod prædicta Provincia magno Conventuum, & Religioſorum numero abundans, quippe quæ ultra parvos Conventus, ſeu Hoſpitia, Oratoria, & Monaſteria Monialium, quæ retinebat ab aliis ſeptendecim conſpicuis Conventibus conſtituebatur, & quingentos, & ultra Religioſos numerabat, difficillime, & non ſine magno ejuſdem Provinciæ præjudicio, ac deplorabili Regularis obſervantiæ diſcrimine, & relaxatione ab uno tantum Miniſtro Provinciali regi, gubernari, & viſitari poterat, nam cum prædictæ Inſulæ, & ſignanter ſupradicta de Terſeire, aliæque adjacentes adeo longa Maris intercapedine ab aliis Inſulis Aſſorum disjungerentur, ut Miniſter Provincialis pro tempore exiſtens pro expleuda

Cauſæ pluree dividēdi dict. Provinciam.

da

Digitized by Google

da viſitatione de Conventu ad Conventum iter aliquando centum quadraginta leucarum per Mare Oceanum aggredi opus haberet, hinc eveniebat, quod aut nunquam, aut rarò omnium, & ſingulorum Conventuum viſitatio per illum compleri valebat; Et ſi aliquando aliquis ob diſciplinæ Regularis zelum in tam vaſtum Pelagum ſe committere auſus fuerat, ſæpe ſæpius zelum ſuum ſibi exitialem expertus fuerat, nam aut vorticibus abſorptus, aut a Piratis deprehenſus nullam utilitatem ſed ſibi exitium, Provinciæ luctum, & ſubſequentibus Miniſtris Provincialibus exemplum, ne ſimilia tentarent, induxerat. Quinimo nedum Miniſter Provincialis, ſed quamplures etiam alii Religioſi, dum de Inſula in magis diſtantem Inſulam vigore obedientiæ, aut ob exercenda Religionis officia transfretaverant, conſimilia infortunia paſſi fuerant, nam aut perierant in Mari, aut Piratarum Algerinorum mancipia evaſerant. His etiam accedebant innatæ animorum averſiones, & antipatiæ, quibus Religioſi Nationales alii alios inſectabantur, unde mutua diſcrimina, & continuæ diſſentiones inter Religioſos Inſularum Sancti Michaelis, & ſanctæ Mariæ unam Nationem, ac alios Inſulæ Terſeiræ, reliquarumque adjacentium aliam factionem reſpective conſtituentes dimanabant, adeoque hujuſmodi diſſidia ita excreverant, ut miſcentibus ſeſe illis etiam ſæcularibus utriuſque nationis, tantum ſcandalis non obruta fuiſſet, dum præ ceteris Conventus dictarum duarum Inſularum Sancti Michaelis, & Sanctæ Mariæ ab eodem Miniſtro Provinciali, qui ex prædicta Inſula Terſeira fuerat, ſe ſubtraxerant, utque magis illa oon exardeſcerent Miniſter Generalis dicti Ordinis dictam perniciosiſſimam rebellionem mediante deputatione unius Commiſſarii cum Juriſdictione, & ſuperioritate in eoſdem Conventus tolerare coactus fuerat, ideoque, ut tot præjudicia, incommoda, & ſcandala præfatæ Provinciæ de medio tollerentur, ac in illa debita quies, & Regularis diſciplina reſtituerentur, debitumque guberninm per ſuperiores exerceri valeret pro parte eorumdem Exponentium eidem Congregationi Cardinalium ſupplicato, ut illam ſcindere, & ſeparare, conſtituendo quidem ex decem Conventibus, & ex aliis exiguis Domibus, ſeu Oratoriis, vel Hoſpitiis, ac Monaſteriis Monialium quæ ſunt in Inſula præfata de Terſeira, & aliis quinque adjacentibus, cum tercentorum viginti Religioſorum numero unam Provinciam cum retentione ejuſdem nominis Provinciæ ſancti Joannis Euangeliſtæ, ac cum eodem ſigillo, titulis, & prærogativis, quibus a ſel: rec: Urbano Papa VIII. Prædeceſſore Noſtro erecta fuerat, ex aliis vero ſeptem Conventibus cum eorum Hoſpitiis, Monaſteriis Monialium, & aliis parvis Conventibus, ſi qui in duabus Inſulis S. Mariæ, & Sancti Michaelis eſſent, unam Cuſtodiam ſub titulo, & denominatione Cuſtodiæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ Inſulæ ejuſdem S. Michaelis ab uno Cuſtode, & duobus Diffinitoribus regendam, & gubernandam, quæ dilecto etiam filio moderno, & pro tempore exiſtenti Miniſtro Generali ſubjecta eſſe deberet, concurrente in id prædicti Joannis Regis beneplacito erigere, & creare dignaretur. Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris ſequentis, videlicet: Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, ad quam Sanctiſſimus Dominus Noſter ſupplicem hunc libellum benigne remiſit, viſis relatione P. Procuratoris Generalis Ordinis, ac Juribus deductis, reque mature perpenſa, referente Eminentiſſimo de Abdua, Oratorum precibus iodulſit juxta petita. Romæ 15. Januarii 1717. F. Cardinalis de Abdua R. Archiepiſcopus Damaſcenus Sec. — Loco ✱ Sigilli.

Diviſio in Provinciam Sancti Joannis Euangeliſtæ, & Cuſtodiam SS. Conceptionis B.M.V.

Decretum d. Congregationis approbans recenſitam diviſionem.

§.1. Cum autem, ſicut pro parte Miniſtri Provincialis Diffinitoris, cæterorumque Fratrum prædictorum Nobis ſubinde expoſitum fuit, ipſi Decretum hujuſmodi quo firmius ſubſiſtat, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimum deſiderent. Nos ſpecialem ipſis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodulibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus; ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium.

Preces Provinciæ.

Confirmatio relati Decreti.

§.2. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tampore ſpectabit pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ.

§.3. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit Provinciæ, & Ordinis præfatorum, aliiſve quibuſvis, etiam Juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illurum tenores, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes illis, alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die VIII. Julii MDCCXVII. Pontificatus noſtri Anno Decimoſeptimo.

* CCXLVI.

Dat. 15. Julii 1717. an. 17.

Confirmatur Decretum Delegati Apoſt: de diſtributione Orationis 40. Horarum inter Eccleſias Patriarchalem , & Metropolitanam, aliaſque Ulyſſiponen.

Conſt: ed: 1717, Aug: 24, P 16 conceſſa fuit Indulg: plen: tempore d: Orationis. Conſt: ed: 1717 Mar: 12, P 17 ampliata fuere Privilegia d: Eccleſiæ Patriarchalis. Et B: ned. XIII. Conſt: ed: 1724, Jul: 20, P 1 conceditur altare Privilegiatum omnibus Ordinariis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium ... , ut pax inter Eccleſiaſticas potiſſimum Perſonas conſerventur.

REgis pacifici vices, quamquam immeriti, gerentes in Terris, inter cætera cordis noſtri deſiderabilia, illud ſinceris ſemper exoptamus affectibus, ut Chriſtifideles, præſertim Patriarchali dignitate inſigniti, aliæque Dignitates, & Canonicatus in Archiepiſcopalibus Eccleſiis pro tempore obtinentes, juxta eorum dignitatem, aut gradum, Divinis obſequiis famulantes, vota ſua in pacis amœnitate Altiſſimo reddant, ac unanimes, & uno ore Deum glorificent. Quapropter, ſi quæ pro litibus, & controverſiis inter eos, ſuperſeminante humani generis hoſte zizania, exortis extirpandis, penituſque evellendis, ſimulque pro conſervatione Jurium, & præeminentiarum ad favorem Patriarchalium Eccleſiarum, juxta pia Catholicorum Regum vota per noſtras literas conceſſarum ab Eccleſiarum Prælatis earumdem literarum Exequutoribus facta fuiſſe comperimus, illa, ne in recidivæ contentionis, & controverſiæ vitium denuo prolabantur, Apoſtolicæ noſtræ confirmationis munimine roboramus, ac alias deſuper Paſtoralis Officii noſtri partes, quantum Nobis ex alto conceditur, ſedulo impendimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Epitome Conſtitutionum Clem. XI. quibus conceſſa fuit Indulgentia plen. pro Eccleſia Ulyſſiponen. tempore d. Orationis; & Civitas diviſa in duas partes, quarum una pro Archiepiſcopali altera vero pro Patriarchali Eccleſia.

§. 1. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte Venerabilis Fratris moderni Patriarchæ Ulyſſiponen. Occidentalis petitio continebat, quod alias Nos omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui in quacumque Eccleſia Civitatis Ulyſſiponen. ubi Oratio quadraginta horarum, ad inſtar illius, quæ ex inſtitutione felic. record. Clementis Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri in Alma Urbe noſtra Roma aſſiduè celebratur, indicta fuiſſet, & devote eo temporis ſpatio, quod illis commodum viſum fuiſſet, oraſſent, plenariam peccatorum ſuorum Indulgentiam conceſſimus, prout in Literis Apoſtolicis in forma Brevis ſub Annulo Piſcatoris die xxiv. menſis Auguſti Anni Domini MDCCXVI. Pontificatus noſtri Anno ſextodecimo expeditis, plenius contineri dicitur: Deinde vero Nos ex juſtis, & rationabilibus cauſis moti, ac quemadmodum pia Chariſſimi in Chriſto Filii noſtri Joannis Portugalliæ, & Algarbiorum Regis Illuſtris vota exoptabant, Civitatem, & Diœceſim Ulyſſiponen. in duas partes diviſimus, & unam Civitatis, & Diœceſis Ulyſſiponen. diviſarum hujuſmodi partem verſus Orientem antiquo Archiepiſcopatui Ulyſſiponen. in poſterum Orientali nuncupando reliquimus; In altera vero earumdem Civitatis, & Diœceſis, ut præmittitur, diviſarum parte verſus Occidentem Patriarchalem Eccleſiam Ulyſſiponen. Occidentalem nuncupan. ereximus, ac Patriarchali Eccleſiæ prædictæ ſic erectæ alteram Civitatis, & Diœceſis diviſarum hujuſmodi partem verſus Occidentem aſſignavimus, illiuſque Patriarchæ, Dignitatibus, ac Capitulo, & Canonicis pro tempore exiſtentibus plura privilegia, pluresque prærogativas, ac præeminentias ſuper omnia Capitula, omneſque etiam Primatiales, Archiepiſcopales, & Epiſcopales Eccleſias Regni Portugalliæ conceſſimus, prout in aliis etiam noſtris literis in forma noſtri Motus proprii ſub Datum apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXVI. ſeptimo Idus Novembris Pontificatus noſtri Anno ſextodecimo ſub Bulla Aurea expedit. in quibus pro illarum exequutione Venerabiles Fratres Elven. Algarbien., & Miranden. Epiſcopi deputati fuerunt, etiam plenius contineri dicitur. Cumque poſtmodum, dum ultimodictæ literæ a prædicto Epiſcopo Algarbien., cui præſentatæ fuerant, eſequutioni demandabantur, attenta diviſione Civitatis prædictæ, orta fuerit controverſia, in qua ex duabus Eccleſiis, Patriarchali ſcilicet Ulyſſiponen. Occidentali, & Archiepiſcopali Ulyſſiponen. Orientali ſupradicta Oratio quadraginta horarum celebrari, & indici deberet, & in Tabula typis demandanda, in qua omnes Eccleſiæ utriuſque partis Civitatis diviſæ hujuſmodi, in quibus prædicta Oratio celebrari debeat, deſcribendæ erant, ac primo loco poni deberet dicta Eccleſia Patriarchalis Ulyſſiponen. Occidentalis, vel potius prædicta Eccleſia Archiepiſcopalis Ulyſſiponen. Orientalis, idem Epiſcopus Algarbien. tam dicto Patriarcha Ulyſſiponen. Occidentali, quàm Capitolo, & Canonicis Eccleſiæ Archiepiſcopalis Ulyſſiponen. Orientalis, illius Sede Archiepiſcopali vacante legitime intimatis, eiſque, mediantibus eorum legitimis Procuratoribus auditis, & conſideratis utriuſque Partis rationibus, & fundamentis, decrevit, ſtatuit, & declaravit, ut prædicta Oratio quadraginta horarum incipere deberet a dicta Patriarchali Eccleſia Ulyſſiponen. Occidentali, & dum inibi completa fuiſſet, ſubſequenter in Archiepiſcopali Eccleſia Ulyſſiponen. Orientali prædicta celebraretur: In cæteris vero Eccleſiis utriuſque partis Civitatis diviſæ hujuſmodi Oratio prædicta juxta diſtributionem earumdem Eccleſiarum ab Officiali Patriarchæ Ulyſſiponen. Occidentalis, ac a Vicario Capitulari Eccleſiæ Ulyſſiponen. Orientalis concorditer faciendam, etiam fieri, & adimpleri deberet, prout in Decreto ab eodem Epiſcopo Algarbien. deſuper facto, tenoris, prout ſequitur: *Perpenſis rationibus, quæ tum ex parte Patriarchalis, quam Ulyſſiponen. Orientalis Eccleſiarum adductæ fuerunt ſuper dubiis continuationis quadraginta horarum Orationis emanantibus a diviſione antiqui hujus Archiepiſcopatus, & ex Motu proprio Sanctitatis Suæ ſuper eadem diviſione perſpecto ad Nos ſpectare illa omnia decidere, & abſolvere, expreſſumque eſſe in eodem Motu proprio, ut in omni peculiari caſu, & ubi ſe offerat occaſio, ſemper Mitra, ſeu Eccleſia Patriarchalis ſit præferenda Ulyſſiponenſi Orientali Eccleſiæ, neque poſſe in mentem Sanctitatis Suæ cadere, quod pro hujus Civitatis diviſione, ejus Catho-*

Dubium oritur in qua ex duabus Eccleſiis prædictis Oratio quadraginta horarum inchoari debeat.

Decretum Delegati Apoſtolici pro Eccleſia Patriarchali, in quo etiam committitur p ... Eccleſiarum Vicariis diſtributio reliquarum Eccleſiarum.

Digitized by Google

tholicos Fideles orbare velit gratiis, & indulgentiis in Indulto memoratarum quadraginta horarum contentis; Illud etenim eſt impertita indiſtincte pro omnium beneficio, a cujus comprehenſione illos juxta juris regulas non excludit futuræ ſeparationis, & diviſionis Civitatis eventus: Quoniam Perſonæ, quibus conceſſa fuit gratia, adhuc inſimul omnes commorantur, ſeu ſunt membra illius Corporis, quod Sanctitas Sua, prædictam conceſſionem elargiendo, in mentem habuit, quamvis per accidens ſubjectum inveniatur alii juriſdictioni. Quamobrem edicimus, ut in catalogo in lucem edi ſolito primum recenſeatur Sancta Patriarchalis Eccleſia, ut ab illa ſupra memorata quadraginta horarum Oratio incipere debeat Dominica Paſchatis Pentecoſtes, quæ erit decima ſexta currentis Maji dies, in qua dandum eſt initium catalogo noviter edendo; & elapſis ſolitis horis, in quibus Sacratiſſimum Chriſti Corpus eſt exponendum in dicta Patriarchali Eccleſia, quæ enumerari debent a meridie Dominicæ Paſchatis uſque ad eamdem horam ſubſequentis Feriæ tertiæ, tunc exponetur cum eodem Jubileo in Cathedrali Ulyſſiponenſi Orientali; Et ita decernimus, ut adimpleat, & adimplere faciat Reverendum Capitulum ejuſdem Orientalis Eccleſiæ, ſub pœna, ni ita exequatur, ſolvendi ex ſua Capitulari Menſa quingentos nummos aureos Cameræ Apoſtolicæ, pro expenſis Belli contra Turcas. Item quoad diſtributionem, ſeu deſignationem aliarum Eccleſiarum, ut ex utraque parte conveniant Reverendi Vicarii Generales, ac inter ſe ſtatuant formam, & modum, qui ſervari debeat, ſub pœna, niſi ita unuſquiſque illorum perpetret, Nos decreturos, & diſpoſituros eſſe dictam deſignationem, ſicuti Nobis expedire videbitur, ne hujuſmodi Spirituali bono priventur dicti Catholici Fideles, quibus conceſſum fuit, & quo ſine juſtiſſima cauſa illos privare nequeunt eorum Ordinarii, & huic formæ ſtandum ex utraque parte decernimus. Ulyſſipone Occidentali decimaquarta Maji MDCCXVII. Joſephus Epiſcopus Algarbien. plenius continetur.

Preces Patriarchæ.

§. 3. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, dictus Patriarcha Ulyſſiponen. Occidentalis pro majori ſubſiſtentia, firmiorique obſervantia omnium, & ſingulorum in prædicto Decreto contentorum, nec non conſervatione Jurium, & Præeminentiarum dictæ Partriarchalis Eccleſiæ Ulyſſiponen. Occidentalis plurimum cupiat Decretum prædictum cum omnibus & ſingulis in eo contentis, & expreſſis, omniaque, & ſingula in vim dicti Decreti ſubſequuta per Nos, & Sedem Apoſtolicam confirmari. Nos igitur, qui Privilegia, & Indulta, præſertim vero circa Præeminentiam, & Superioritatem, alias a Nobis eidem Patriarchali Eccleſiæ conceſſa, conſervare, & promovere, ac pacem, & tranquillitatem inter quoslibet Chriſti Fideles, ac præſertim Eccleſiaſticas Perſonas confovere ſinceris deſideramus affectibus, eumdem Patriarcham Ulyſſiponen. Occidentalem ſpecialis gratiæ favore proſequi volentes, nec non à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum tantum præſentium conſequen., harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, controverſiamque prædictam ad Nos avocantes, illamque penitus, & omnino extinguentes, omnibus, & ſingulis Perſunis cujuſcumque dignitatis, & qualitatis, & ſpeciali nota dignis ſuper eadem controverſia perpetuum ſilentium imponimus, ac bene per dictum Epiſcopum Algarbien. decretum fuiſſe declaramus, nec non decretum hujuſmodi ab eo ſic, ut præmittitur, factum, & promolgatum, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac a Capitulo, & Canonicis dictæ Eccleſiæ Archiepiſcopalis Ulyſſiponen. Orientalis, & aliis quibuſcomque, & quavis auctoritate, & poteſtate fungentibus obſervari debere, ipſoſque ad ejuſdem decreti obſervantiam teneri, & obligatos eſſe, & fore, nec contra illud aliquid fieri, innovari, ſeu attentari ſub quovis colore, vel prætextu nec Capitulum, & Canonicos dictæ Patriarchalis Eccleſiæ Ulyſſiponen. Occidentalis ex prædicta, aliiſque de cauſis per Capitolum, & Canonicos prædictæ Eccleſiæ Archiepiſcopalis Ulyſſiponen. Orientalis impoſterum indebite inquietari, moleſtari, & perturbari poſſe, præmiſſaque omnia, & ſingula, ac eaſdem præſentes validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac a Capitulo, & Canonicis dictæ Archiepiſcopalis Eccleſiæ Ulyſſiponen. Orientalis, aliiſque quibuſcumque in omnibus, & per omnia inviolabiliter obſervari, & adimpleri.

Confirmatio ampliſſima præfati Decreti, cum extinctione litis, & impoſitione ſilentii.

Clauſulæ.

§. 4. Sicque, & non aliàs per quoſcumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate fungentes, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & de Latere Legatos, Vicelegatos, ac Noſtrum, etiam Sedis Apoſtolicæ modernum, pro tempore exiſtentem Nuncium in Regno Portugalliæ commorantem, judicari, & definiri debere. Irritum quoque, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non ſtylis, uſibus, & conſuetudinibus forſan alias obſervatis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, ac pluries confirmatis, & innovatis.

§. 5. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores, etiamſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum validiſſimum effectum hac vice dumtaxat, & harum ſerie, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Et conſuetis derogationibus.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XI. Julii MDCCXVII. Pontificatus noſtri Anno Decimoſeptimo.

CCXLVII.

Conceditur translatio Indulgentiæ plen. perp. in feſto S. Scholaſticæ in diem translati feſti pro Congregatione Monachorum Burſfeldenſium in Germania.

Dat. 31. Julii 1717. an. 17.

Hæc Indulgentia conceſſa fuit a Clem: X Conſt: ed: 1671, Dec: 19, P . Eadem translatio præmiſſa fuit in Feſto S. Benedicti ab Inn: XI Conſt: ed: 1679, Sept. 26, P 3.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Preces Congregationis Burſfeldenſis, & Cauſa translationis d. Indulgentiæ a Clem. X. conceſſæ.

CUm dudum fel. rec. Clemens Papa X. Prædeceſſor noſter omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis quorumcumque Monaſteriorum tam Monachorum, quam Monialium Regulam Sancti Benedicti profitentium eatenus erectis, & impoſterum quandocumque erigendis, ac ubicumque locorum exiſtentibus die feſto Sanctæ Scholaſticæ Sororis ejusdem Sancti Benedicti, a primis Veſperis, uſque ad occaſum ſolis diei bujuſmodi annis ſingulis devote viſitaſſent, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, Hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effudiſſent, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino conceſſerit, prout in ipſius Clementis Prædeceſſoris Literis die 19. Decembris 1671. expeditis, quas perpetuis futuris temporibus valere voluit, uberius continetur. Et ſicut pro parte dilectorum filiorum Monachorum Congregationis Burſfeldenſis in Germania Ordinis Sancti Benedicti Nobis nuper expoſitum fuit, feſtum ejuſdem Sanctæ Scholaſticæ, quod die X. Februarii celebratur, aliquando in aliquam ex Dominicis, ſive Septuageſimæ, Sexageſimæ, Quinquageſimæ, & Quadrageſimæ, vel in diem Cinerum incidat, eaque de cauſa in alium diem transferatur, ac propterea dicti exponentes opportune ſuper hoc a Nobis provideri, & ut infra indulgeri plurimum deſiderent. Nos eorumdem Exponentium votis hac in re quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati ut quandocumque memoratum feſtum Sanctæ Scholaſticæ ex cauſa prænarrata ad alium diem transferatur, Chriſtifideles prædicti, qui aliquam ex Eccleſiis ſupradictæ Congregationis Burſfeldenſis eo die, ad quem translatio bujuſmodi facta fuerit, devote pariter viſitaverint, cæteraque omnia in Literis prædictis præſcripta adimpleverint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem a præfato Clemente Prædeceſſore, ſicut præmittitur, conceſſam conſequantur, in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi præmiſſa omnia in ipſo feſto non translato adimpleviſſent, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium in perpetuum concedimus, & indulgemus.

Conceſſio translationis Indulgentiæ a die 10. Feb. in diem tranſlati feſti.

§. 1. Non obſtantibus quatenus opus ſit noſtra, de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Clauſulæ.

§. 2. Volumus autem, ut earumdem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXXI Julii MDCCXVII. Pontificatus noſtri Anno Decimoſeptimo.

CCXLVIII.

Conceditur Indulgentia plen: perp: in feſto Sancti Raymundi de Peñafort, & Petri Nolaſci pro Eccleſiis Ordinis B. M. de Mercede.

Alex: VIII. Conſt: ed: 1690, Jul: 28, P 5, extat communicatio Privilegiorum, & Indulgentiarum aliorum Regularium. Et Bened: XIII. Conſt: ed: 1728, Jul: 14, P 5, confirmatur cultus immemorabilis B. Serapioni exhibito. Dat. 4. Aug. 1717. an. 17.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpet. rei memoriam.

INjunctæ Nobis divinitus Apoſtolicæ ſervitutis ratio poſtulat, ut cœleſtium munerum theſauros diſpenſationi noſtræ a Domino creditos fideliter erogemus, cum id ad augendam in Terris Sanctorum in Cælis cum Chriſto regnantium venerationem, excitandamque, & confovendam erga illos fidelium devotionem, ac ad animarum ſalutem ſperamus in Domino profuturum. Exordium.

§. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii moderni Procuratoris Generalis Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum nomine nobis humiliter porrectis inclinati, ac de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, vere pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex quorumcumque Conventuum dicti Ordinis tam hactenus erectis, quam in poſterum quandocumque erigendis, ac ubicumque locorum exiſtentibus die feſto Sancti Raymundi de Pennafort, ejuſdem Ordinis, una cum Sancto Petro Nolaſco Fundatoris a primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis diei bujuſmodi annis ſingulis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Conceſſio præd. Indulgentiæ ad preces Procuratoris Gen.

Clauſulæ.

Volumus autem, ut earundem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis

Digitized by Google

ptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent eshibitæ vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die IV. Auguſti MDCCXVII. Pontificatus Noſtri Anno Decimoſeptimo.

Dat.12.Aug. 1717. an.17.

CCXLIX.

Confirmatur Decretum Congregationis Epiſc: & Reg: de ſuffragio Exprovincialium. Exzeloſorum, & Exeollegarum Ordinis S. Franciſci de Paula.

Conſt: ed: 1710, Feb: 6, P 10. conceſſa fuit alternativa tripartita pro Provincia Meſſanen.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

In Capitulis Gen. 1703, 1717. conceſſum fuit ſuffragium Exprovincialibus, Exzeloſis, & Excollegis in Capitulis Provincialibus, & Deſinitoriis.

ALias pro parte dilecti filii Bertrandi Monſinat Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum S. Franciſci de Paula Minimorum nuncupatorum nobis eſpoſito quod in Comitiis Generalibus dicti Ordinis Anno 1703. Maſſiliæ coactus pro feliciori ordinis hujuſmodi regimine omnibus vocalibus viſum fuerat neceſſarium porrigere Nobis ſupplicationem, quatenus cuilibet Eſprovinciali nulla ſententia irretito vocem in omnibus Capitulis tam Provincialibus, quam Deſinitoriis, etiam in caſu mortis, ſeu depoſitionis, aut renunciationis concedere dignaremur, quod quidem propoſitum, tanquam Divinæ gloriæ incremento, regularis obſervantiæ nervo, ac virorum inſignium promotioni proficuum Fratres pro celebratione Capituli Generalis ejuſdem Ordinis Valentiæ noviſſime congregati nedum laudaverant, ſed etiam poſt maturam, & accuratam rei inquiſitionem illud idem privilegium pari ratione ad Fratres Eszeloſos, & Escollegas generales ejuſdem Ordinis unanimi conſenſione estendendum eſſe judicaverant. Nos ſupplicem libellum Nobis ſuper præmiſſis porrectum ad Congregationem Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitam remiſimus; dicta vero Congregatio Decretum edidit tenoris, qui ſequitur; videlicet: Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium negociis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, ad quam Sanctiſſimus D. Noſter ſupplicem hunc libellum remiſit, viſa relatione Patris Correctoris Generalis Ordinis, referente Eminentiſſimo Gualterio, cenſuit, ac decrevit, ſoprаſcripta duo Decreta Capituli Generalis eſſe confirmanda. prout præſentis Decreti vigore confirmat. Non obſtantibus Conſtitutionibus ipſius Ordinis, ac aliis quibuſcumque in contrarium facien. &c. Romæ 30. Julii 1717. = F. Cardinalis de Abdua. J. Archiepiſcopus Damaſcenus.

Decretum Congregationis an. 1717. editum approbans ſtatuta præd.

Preces totius Ordinis

§.1. Cum autem ſicut dictus Bertrandus Prior Generalis, tam ſuo, quam totius Ordinis hujuſmodi nomine Nobis denuo nuper exponi fecit, ipſe Decretum hujuſmodi pro firmiori illius ſubſiſtentia, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimum deſideret: Nos ipſum Bertrandum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti.

Clauſulæ.

§.2. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dicti Ordinis etiam juramento. confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XII. Auguſti MDCCXVII. Pontificat. Noſtri Anno Decimoſeptimo.

CCL.

Conceditur facultas eligendi Commiſſarios Viſitatores ex eadem Provincia pro Provincia Conceptionis B.M. Fluminis Januarii Fratrum Min: de Obſerv: Reformat.

Dat. 7. Sept. 1717. an. 17.

De hujuſmodi Commiſſariis vide Inn: XI Conſt: ed: 1682, Maji 13, P 7. Et Conſt: ed: 1688, Aug: 28, P 13. Hujus Pontificis Conſt: ed. 1717, Jan. 25, P 17 confirmatæ fuere Literæ de Viſitatore Provinciæ Chilen: Conſt: ed: 1717, Aug. 20, P 17. revocantur indulta perſonalia conceſſa d. Provinciæ Conceptionis, & S. Antonii. Et Bened: XIII Conſt: ed: 1724, Dec: 20, P 1. agitur de Viſitatore Provinciæ Aſſumptionis B.M. Tucumanis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Antonius a Plagis Procurator Provinciæ Conceptionis Beatæ Mariæ V. Immaculatæ Fluminis Ja-

A miniſtro Gen. an. 1682 ob nonnullas

Cauſæ rejectus Commiſſariis Viſitatoribus Europæis, conſtituti alii fuere ex Provincia Fluminis Januarii pro Provincia S. Antonii, & viceverſa.

Januarii Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia Reformatorum nuncupatorum, quod alias quondam Petrus Marinus Sormanus dum vixit Miniſter Generalis dicti Ordinis incommodis, expenſis, graviſſimiſque moleſtiis, quæ ex deputatione Commiſſariorum Europæorum ad viſitandas perſonas, & S. Antonii Bahienſis ejuſdem Ordinis Provincias in Braſilia, earumque Capitulis præſidendum mitti ſolitorum proveniebant, ſimulque vagationibus Fratrum, qui propter Cauſas appellationum longiſſimis itineribus ſe committere cogebantur, opportunis rationibus occurrere volens, nonnullas ordinationes in dictis Provinciis ſervandas fecit per quaſdam ſuas patentes literas die 29. Martii 1682. expeditas per quas præcepit, ne impoſterum ad dictas Provincias Commiſſarii Viſitatores Europæi mitti, ſed ipſi ex eiſdemmet Provinciis aſſumi deberent, modo ſequenti, nempe, ut in quolibet Capitulo Provinciali ſecundo dictæ Provinciæ Sancti Antonii novum Definitorium tres Religioſos ex primodicta Provincia Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ in Commiſſarios Viſitatores ejuſdem Provinciæ S. Antonii eligeret, eorumque nominatio ad dictum Miniſtrum Generalem data prima occaſione diſceſſus alicujus navis ad partes Europæas ſub pœna ſuſpenſionis a Divinis, tam a Miniſtro Provinciali, quam ab aliis, qui præmiſſa neglexiſſent, incurrenda mitteretur, itaut Viſitatores Commiſſarii unius Provinciæ ex alia reciperentur, & alias prout in prædictis literis patentibus per quaſdam felicis recordationis Innocentii PP. XI. die 3. Maji dicti Anni deſuper in ſimili forma Brevis expeditas, confirmatis uberius dicitur contineri. Poſtmodum vero cum quondam Philippus a Matre Dei Procurator dictæ Provinciæ S. Antonii bo: me: Alderano dum vixit Epiſcopo Oſtien S. R. E. Cardinali Cybo nuncupato, tunc dicti Ordinis apud Sedem Apoſtolicam Protectori expoſuiſſet, quod dicti Commiſſarii Viſitatores, ſive ex Portugalliæ, ſive ex Fluminis Januarii Provinciis hujuſmodi ſelecti fuerant, ex ſe ob magnam diſtantiam commiſſum ſibi munus minime adimplere poterant, ipſe Alderanus Epiſcopus Cardinalis, & Protector de conſenſu, & approbatione Definitorii Generalis, & Miniſtri Generalis prædicti Ordinis die XI. Auguſti 1688. per ſuum Decretum præcepit, & mandavit, ut de cætero in Capitulis Provincialibus prædictæ Provinciæ Sancti Antonii tres Religioſi ſeligi poſſent, iiſque Miniſtris, vel Commiſſariis Generalibus pro tempore exiſtentibus proponi deberent, ad hoc, ut unum ex his in Commiſſarium Viſitatorem ejuſdem Provinciæ conſtituerent, & deputarent, & in defectum primi, alterum ſubrogarent, quam quidem deputationem ad eamdem Provinciam quamprimum remittere deberent, ad hoc ut Commiſſarius Viſitator intra tempus a Conſtitutionibus Ordinis hujuſmodi præſcriptum Viſitationem aſſumere, & complere poſſet, & alias, prout in ejuſdem Alderani Epiſcopi Cardinalis, & Protectoris Decreto ac Literis Apoſtolicis in ſimili forma Brevis die 28. ejuſdem menſis Auguſti ſuper illius confirmatione emanatis, quorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis haberi volumus uberius continetur; Sicque prædicta Provincia S. Antonii hucuſque gubernata fuit.

Sed ob novas cauſas a Card. Protectore an. 1688. conceſſum fuit, ſeligi poſſe dd. Commiſſarios pro Provincia S. Antonii ex eadem Provincia.

Preces Procuratoris Provinciæ Fluminis Januarii pro ſimili conceſſione.

§. 1. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, memoratus Antonius Procurator, quo prædictis inordinationibus, quibus dicta Provincia ſua de præſenti obnoxia reperitur, occurrere valeat, prædictæ ſuæ Provinciæ eamdem facultatem, quæ Provinciæ S. Antonii conceſſa fuit, a Nobis concedi plurimum deſideret. Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipſius Antonii Procuratoris votis in præmiſſis, quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui relationes jam defuncti Procuratoris Generalis, & dilecti filii Moderni Vice Prioris Generalis dicti Ordinis Diſcalceatorum, & Recollectorum ſuper eiſdem præmiſſis dictis Cardinalibus factas audiverunt, conſilio, Fratribus Definitorii primodictæ Provinciæ facultatem eligendi in eorum Capitulis Provincialibus tres Religioſos benemeritos, & quos magis idoneos judicaverint, eoſque Miniſtris, vel Commiſſariis generalibus pro tempore exiſtentibus proponendi adhoc, ut ex iis tribus unum Commiſſarium Viſitatorem ejuſdem Provinciæ conſtituant, & deputent, & in defectum primi alterum ſubrogent, ac deputationem ad eamdem Provinciam quam primum remittere debeant, ut Commiſſarius Viſitator intra tempus a Conſtitutionibus præſcriptum Viſitationem aſſumere, & complere poſſit, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus; ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium.

Conceſſio d. facultatis pro Provincia Fluminis Januarii.

§. 3. Decernentes eaſdem præſentes Literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ.

§. 4. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Provinciarum, & ordinis hujuſmodi, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe dero-

Digitized by Google

rogamus cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris die VII. Septembris MDCCXVII. Pontificatus Noſtri Anno Decimoſeptimo.

CCLI.

Dat. 20. Sept. 1717. An. 17.

Confirmantur nova Capitula Regiminis Civitatis Recineti.

Antiqua Capitula edita fuere an: 1603. Et hac de re vide Alex: VI. Conſt: ed: 1493, Maji 20, P 1. Inn: XII Conſt: ed: 1698, Aug: 9, P. 8 reformantur Conſtitutiones pro regimine Civitatis Lauretanæ. Et Bened: XIII Conſt: ed: 1725, Dec: 12, P. 2 extenditur quædam Conſtitutio ad ornatum Civitatis Beneventanæ ſpectans.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpet. rei memoriam.

Proœmium.

PAterna cura, quam de Noſtris, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, etiam quoad temporalia Subditis gerimus, circa Nos urget, atque impellit, ut ea, quæ pro felici Civitatum, & Terrarum Ditionis temporalis ejuſdem Sedis Regimine, & Gubernio provide conſtituta eſſe noſcuntur, quo firma ſemper, & illibata perſiſtant, Apoſtolici muniminis præſidio roboremus, ut in Domino ſalubriter expedire arbitramur.

Nova Capitula in Gen: Conſilio approbata cum, abrogatione antiquorum, ut infra.

§. 1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt Dilecti Filii Communitas, & Homines, ac Regimen Civitatis noſtræ Recineten., quod cum ipſi ob rerum, ac temporum varietatem, antiqua Capitula ad Buſſolum ipſius Regiminis ſpectantia, quæ alias, nempe uſque ab anno 1603. a Conſilio tunc exiſtent. dictæ Civitatis facta fuerunt, provide removere exiſtimaſſent, per quatuor Deputatos cum facultatibus neceſſariis, & opportunis ad id electos, quædam nova Capitula de cætero ſervanda formari, & ſtabiliri, illaque ſubinde in publico ejuſdem Civitatis Conſilio die 22. Junii proxime præteriti accurate examinari, ac omnium ſuffragiis approbari curarunt, prout continetur in Scriptura deſuper confecta tenoris, qui ſequitur videlicet.

§. 2. *In Nomine Domini. Amen. Hæc eſt copia &c. Novi Capitoli, ed Ordini per lo Regimento della Città di Recanati.*

Cauſa, & obſervantia eorum Capitulorum.

Già che variato il ſiſtema delle coſe inſorge la neceſſità di nuove diſpoſizioni, mentre le diverſe Età richiedono diverſi coſtumi, e le Leggi, quali furono una volta neceſſarie per il buon ordine, e maneggio de' publici intereſſi, cangiandoſi i tempi, eſigono ancor' eſſe mutazione, ſi ſtabiliſce, che per beneſizio del Publico ſi oſſervino inviolabilmente nelle renovazioni del Buſſolo li ſeguenti Capitoli, che dovranno per l'avvenire ſervire per regola, riſervandoſi l' approvazione della Sagra Conſulta, atteſi gl'ordini precedenti della medeſima, che l'Anno 1675. e l'Anno 1690. ordinò, che niente s' innovaſſe, per eſſere ſtati in quel' tempo concepiti in forma totalmente innovativa, e pregiudiziale, sì anche per maggior fermezza di eſſi, *ſalva però ſempre la facoltà, che dallo Statuto ſi dà al Conſeglio nel Lib. 1. Rub. 8., e Lib. 4. delle Rifermanze fol. 209.*

De redditibus aggregandorum ad Regimen.

I. Eſſendo convenevole, che il Gentil'omo poſſieda tanto, quanto ſia ſufficiente per mantenere decentemente il ſuo grado, li Signori di Magiſtrato non poſſano, ne debbano proporre per aggregare allo Regimento alcuno de' noſtri Cittadini, o Foraſtieri (gl' Antenati de' quali per linea Paterna non vi ſono mai ſtati aggregati, che ſiano però nati di legitimo matrimonio, onorati, che ſiano viſſuti, e vivano civilmente, e che ſupplichino in ſcriptis di eſſerci ammeſſi, ſottoſcritta la Supplica di proprio carattere in forma autentica) ſe prima non ſi provarà, che poſsieda in Beni Stabili, e fruttiferi, in Cenſi, o in ſimili Capitali, il valore tutto ſuo libero, almeno di ſcudi due mila nel noſtro Territorio, o altrove, non compreſovi il valore della caſa della ſua propria abitazione, quando queſta ſia di ſua propria ragione, e detratti i debiti, ed hipoteche; dichiarandoſi però, che quando la medeſima caſa è capace, non ſolo d' abitarſi dal Padrone, ma che oltre il biſogno di eſſo poteſſe anche affittarſene una parte, in tal caſo quella porzione, che potrà affittarſi, debba computarſi nel capitale delli ſudetti ſcudi due mila a giudizio de' Periti, come anche debba computarſi in ſimile capitale la Dote, quando queſta fuſſe pingue in maniera tale, che nel caſo della reſtituzione, con il lucro dotale, reſti ſempre a favore dell' Aggregando il predetto capitale di ſcudi due mila, ed in oltre paghi per la ſua ammiſsione ſcudi duecento di moneta Romana, da erogarſi in publico beneſizio, a diſpoſizione, ed arbitrio del generale Conſeglio, a cui però rimanga ſempre la libertà d'aggregazione di quei Soggetti, che per giuſti motivi fuſſero giudicati meritevoli, ſenza lo sborſo predetto.

De artibus eiſdem permiſſis.

II. Non poſſa il Magiſtrato proporre quelli di qualunque Familia, sì aggregata, che d'aggregarſi, quali eſſercitaſſero arti vili, e mecaniche, che ſecondo il Jus commune derogano alla Nobiltà, che porta ſeco il noſtro Reggimento, e ſe l' eſſercitaſſero dopò la loro ammiſsione, reſtino ipſo Jure, & ipſo Facto ſenz'altra dichiarazione raſi, e caſsi dal Reggimento; Preceduta però monizione del generale Conſeglio per Atto publico, e Rogito del noſtro Segretario, o vero, che tale unica monizione venga fatta per ordine del Magiſtrato pro tempore reſidente, aſſegnandoſi a chi contraveniſſe a queſt' ordine il termine di giorni quindeci ad emendarſi; Nel Buſſolo però ſuſſequente ſi poſsino proporre in loro luogo i di loro figli, quando non haveſſero anch'eſsi il medeſimo oſtacolo, nel qual caſo militi l'iſteſsa diſpoſizione, per l'inhabilitazione, come ſopra: conforme anche ſi poſsano proporre i di lui più proſsimi Parenti dalla Linea Paterna, ma con le medeſime circonſtanze, e cautele, che ſi contengono in queſto, e nell' antecedente Capitolo; Non ſiano però compreſi in queſto divieto quelli, che aveſsero eſercitato, o eſercitaſſero la mercatura nella maniera, e forma permeſsa dalla ſanta memoria di Clemente Papa Decimo, già che in tal modo non rimane pregiudicata la loro Nobiltà.

De numero Conſiliariorum.

III. Che il numero de' Conſiglieri non poſsi eſſere minore di ſeſſanta, à fine di potere con faci-

Digitized by Google

facilità adunare i Conſegli per i publici intereſsi in nomero ſofficiente di trenta; reſti però in arbitrio, e libertà del medeſimo Conſeglio d' augumentare il ſopradetto numero di ſeſsanta per giuſti motivi, che a ciò l'inducesſero, ſenza però pregiudizio delle Famiglie preſentemente aggregate.

De Doctoribus Magiſtratui adſcribendis.

IV. Se bene i Dottori delle Famiglie, che ſono ammeſse, non ſono ſtati per ragione del loro Dottorato capaci di godere di queſto Magiſtrato per le prohibizioni antiche, che vi erano, ad'ogni modo, che in avvenire anche loro poſsino ammetterſi, già che per li maneggi de' publici intereſsi poſsono i medeſimi conſiderarſi con fondamento più che idonei.

De adſcribendorum onere.

V. Ed acciò che le coſe paſsino con quiete, e quelli, che tentaranno d' eſsere ammeſsi di Reggimento, o che ſaranno ammeſsi per altra via, che per la forma ſopra eſpreſsa, e da eſprimerſi più a baſso ne' preſenti Capitoli, ſiano anche eſsi tenuti di pagare al Publico ſcudi duecento, come ſopra, e nulla dimeno non s'intenda paſsare queſta dignità ne' Figli, e Succeſsori.

De eorumCapitulorum obſervantia.

VI. E perche neſsuno alleghi ignoranza di queſti ordini, in ogni refezione del Buſsolo ſi debbano leggere ad alta voce nel Conſeglio dal Segretario, avanti di celebrarlo, de' quali i Signori di Magiſtrato, ed ogn' uno de' Conſiglieri dovrà giurare l'oſservanza.

De ætate Regiminis adſcribendorum.

VII. E non eſsendo l'eſperienza in chi non ſono gl'anni, neſsuno, o ſia della Città, o Foraſtiere poſsa ammetterſi di Reggimento, ſe non averà compiti li 18. anni di ſua età da provarſi legitimamente.

De renovatione Urnæ & intelligentiis.

VIII. Si appartenga al Magiſtrato dell'ultima Palla la renovazione del Buſſolo, il Conſeglio di cui ſia valido, e ſufficiente con numero di trentacinque Conſiglieri, compreſovi li Signori di Magiſtrato, quale dovrà intraprenderla prima, che paſſi il quinto giorno del Bimeſtre con far eſprimere dalli Banditori eſſere il Conſeglio da celebrarſi per rinovare lo ſteſſo Buſſolo, e prima non ſi poſſa far Conſeglio d'altri Negozj, e dandoſi il caſo, che per mera colpa d'eſſo Magiſtrato dell'ultima Palla, o de' Conſiglieri, che non interveniſſero, non poteſſero effettuarſi, ſi ſtabiliſce, ed ordina che tanto contro il detto Magiſtrato che mancaſſe alle ſue diligenze, quanto contro li Conſiglieri, che non interveniſſero, ſenza legitimo impedimento, debba eſſigerſi la pena di ſcudi quattro per ciaſcheduna volta contro ogn' uno del Magiſtrato, e contro ogn' uno de' Conſiglieri, che aveſſe mancato come ſopra, da eſſigerſi Manu Regia, e ſenza alcuna eſazione dal Camerlengo pro tempore, qual pena incorſa, dovrà ſubito porſi dal Segretario della Città al libro di eſſo Camerlengo, ed applicarſene la metà in ſcomputo, e diminuzione de' peſi camerali, e l'altra metà in Benefizio, e riſtoro del publico palazzo, con la pena ancora al Segretario di uno ſcudo per ciaſcuna volta, e per ciaſcun Soggetto, che ometteſſe nella detta deſcrizione, d'applicarſi ſimilmente come ſopra.

De electione Capit priorum, & narratorum vulgo Dicitori, nec non Regiminis adſcribendis.

IX. In ogni rinovazione di Buſſolo ſi oſſervi queſt'ordine. Si eſtragghino prima da' ſoliti Buſſoli quattro Capopriori, quattro Dicitori, e quattro Conſiglieri, uno per Quartiere, li quali ſubito eſtratti vadino inſieme con li Signori di Magiſtrato nella Camera dove deve farſi lo Scrutinio ſegreto ſenza parlare a neſſuno degl'altri rimanenti, e le ſchedole eſtratte di quelli, che foſſero aſſenti, ſiano lacerate.

X. Giunti in detta camera tutti li ſopradetti, ed anche il Segretario giurino prima di tener ſegreto ciò, che è per farſi, e diſcorrerſi, e di oſſervare quanto ſi diſpone ne' preſenti Capitoli: dopo di che i Signori di Magiſtrato propongano prima i legitimi Succeſſori de' loro Antenati defonti, e non mai i figli di Famiglia, viventi i di loro Padri, ſalvo, ſe non foſſero figli legitimi, e naturali di Perſone Eccleſiaſtiche, quali legitimi Succeſſori dovranno paſſarſi ſolamente nella Sala del Generale Conſeglio per la maggior parte de' voti favorevoli, e ſucceſſivamente le ſuppliche di quelli d'aggregarſi di Famiglie non più aggregate, con la regola già detta; Indi propongano quei Conſiglieri, che giudicano degni d'eſſere promoſſi alli gradi del Capopriorato, e Dicitorato, e ſe li Propoſti in uno de' ſudetti caſi riportaranno due terzi de' voti favorevoli, vadano li ſuddetti Elettori a riproporli nella Sala del Conſeglio, dove baſterà, che ottenghino per la maggior parte de' voti favorevoli, avvertendoſi di non conſervare alcuna memoria di quelli, che nello Scrutinio ſecreto foſſero perduti, anzi ſi abbrugi dal Secretario alla preſenza di tutti gl'Aſtanti per togliere ogn'amarezza, ed odioſità per il quale effetto, ed ad ogn'altro buon fine fu indotto il ſuddetto giuramento de ſecreto obſervando, ed in oltre ſeguita ogni Ballottazione, il Secretario debba nel ſolito bacile moſtrare i voti prima a' Signori di Magiſtrato, e ſucceſſivamente a tutti gl'Elettori.

De non eligendis in præd. officia. De ordine inter Conſiliarios.

XI. Li Signori di Magiſtrato reſidenti non poſſano in quel Buſſolo proporre ſe ſteſſi, ne alcuno degl'Elettori aſſiſtenti per Capopriore, o per Dicitore, e quando ſi ſcrutina alcuno nella Camera sì per l'aggregazione, come per li predetti gradi, debbano uſcire i ſuoi proſſimi Parenti, cioè Padre, Avo, Suocero, Genero, Fratello, Cognato, Zio, e Nepoti carnali, e riportandoſi poi nella Sala, oltre i ſopranominati Parenti, debba anche uſcire chi ſi ſcrutina, e ſuccedendo per qualche ſtraordinario provedimento l'aggregazione d'alcun noſtro Cittadino, o Foraſtiere fuori di tempo della rinovazione del Buſſolo, s'oſſervino inviolabilmente le ſolennità, e regole ſopra eſpreſſe.

XII. Per togliere i diſpareri, e le diſcordie, che poteſſero naſcere per le precedenze nel ſedere, e nell' andare, benchè tutto il Conſeglio formi un ſol corpo di una iſteſſa qualità, e natura, e perciò non vi ſarebbe biſogno di diſporre, ſi oſſervi tuttavia per ogni buon fine queſt' Ordine, cioè il primo luogo ſia del Capo Priore, il ſecondo del Dicitore, poi gl'altri Priori precedano fra di loro ſecondo la maggiore età, alla riſerva però di quelli novi, che foſſero eſtratti per la prima volta, quali dovrannno avere per quel Bimeſtre l'ultimo luogo ſenza attendere l' età ſudetta.

De reſiquis peragendis in renovatione Urnæ.

XIII. Finiti, che ſaranno gli ſcrutinii, ſi licenzj il Conſiglio Generale, ma reſtino li Signori di Magiſtrato, e gl'Elettori ſudetti a compire il Buſſolo, nè poſſano partirſi dal Palazzo, finche non l'averanno chiuſo, reſtando però la facoltà libera al Magiſtrato di concedere licenza a qualch'uno de' medeſimi, che per giuſta cauſa

nou

non poteſſe trattenerſi, e nel formare le ſchedole, ed ivi nell'unire i nomi de'Conſiglieri, ſi poſponga il proprio commodo, ed intereſſe al publico benefizio.

De forma ſchedularum in pilulis includendarū.

XIV. Si dovranno perciò formare tante Palle, che ſiano proporzionate al numero de'Conſiglieri alla ragione di quattro per Palla, in ogn'una delle quali ſi deſcriva il nome di un Capo Priore, di un Dicitore, e di due altri Priori, avvertendoſi di non accoppiare in alcuna di dette Palle quelli, che fuſſero tra di loro Parenti carnali ſopranominati, e perchè difficilmente potrà riuſcire il oumero giuſto per fare le Palle a quattro per ciaſcuna, ſi poſſano anco fare ſecondo il biſogno di cinque, e di tre. Ed in evento, che dentro lo Scrutinio ſecreto, o in Sala del Generale Conſiglio reſpettivamente fuſſero perduti tutti i Soggetti propoſti da'Signori di Magiſtrato per Capo Priori o per Dicitori, i medeſimi con li Signori Elezionarii ritornino nello Scrutioio ſegreto per empire quel luoghi, ſervate però le Diſpoſizioni, e Leggi ſtabilite nel Capitolo decimo; Quindi ogni ſchedola ſi involga in nna Palla di cera dorata, o inargentata, le quali ſi riochiudano per mano del Segretario oel ſolito Buſſolo con il Sigillo publico da riporſi poi nella ſolita caſſa dello Reggimeoto, per eſtraerne noa in ogni Bimeſtre alli dodici del ſecondo Meſe, il che però non dovrà aver luogo, quando ſoccedeſſe di farſi il Buſſolo doppo il tempo ſuddetto, mentre in tal caſo biſognerà accomodarſi alla neceſſità per l'Eſtrazione della prima Palla.

De electione reliquorum officialium.

XV. Accomodate, che ſiano tutte le Palle del Magiſtrato, ſi venga alla refezione degl'altri Buſſoli, cioè del Buſſolo de' Spicciolati Capi Priori, de'Spicciolati Dicitori, e de'Spicciolati de' Quartieri da eſtraerſi di Magiſtrato al ſuo tempo iu luogo degl' impediti, per formare li quali ſi numerino tutti qnelli, che non ſono nè Capi Priori, nè Dicitori, e diviſi in quattro parti, ſe ne riponga nna parte per ciaſcun Buſſolo, come pure del Buſſolo dell'Anziani, che devono aſſiſtere in tutti i Conſegli Generali, ancorchè non fuſſero conſumati. Ma li Buſſoli degl' Elettori, o ſiano Elezionarj, de' Sindicatori del Magiſtrato, e de'Deputati della terza Chiave, non ſi rinovino, ſinchè non ſono affatto conſumati, alla riſerva delli due Buſſoli degl'Elezionarj, Capo Priori e Dicitori, ſe in ogn'uno di elli Buſſoli ne fuſſero rimaſti meno di quattro, nel qual caſo ſi eſtraggano, quelli che ſi trovano; come ſi e detto al Paragrafo nono, e poi ſi rifaccia immediatamente il Buſſolo novo di detti Capi priori, e Dicitori per eſtrarne ſubito quanti ne mancaſſero per compire il oumero di quattro.

De Regimini adſcriptis abſentibus.

XVI. Venendo il caſo, che qualunque degl' Aggregati non habitaſſe nella noſtra Città, venga ammeſſo in tutti i Buſſoli, come gl'altri, purche però l'aſſenza non paſſi il decennio, nel qual caſo ſia deſcritto il ſuo nome in ogni refezione del Buſſolo nel Catalogo de' Conſiglieri, e nel Buſſolo de' Spicciolati, ma non già nelle Palle ſudette, ove verrà reſcritto alla prima refezione del Buſſolo, dopo che ſarà ritornato ad abitare.

De precibus, & gratiarum actione in conſilio.

XVII. E perchè ogni grand' affare deve cominciare, e finire col nome di Dio, perciò prima di dar principio al Conſeglio già adunato per la renovazione del Buſſolo, ſi dica ad alta voce l'Inno dello Spirito Santo con la ſua Orazione, e finito, che ſia il Buſſolo ſi dica il *Te Deum laudamus &c.* Terminato il quale al ſuono delle Trombe, e delle Campane della noſtra Torre, ſi riponga la detta caſſa del Reggimento, accompagnata d'avanti dalla Famiglia di Palazzo, e dietro da' Signori di Magiſtrato, Elettori, e Segretario ſin'al luogo, dove dovrà conſervarſi.

De pœnis in contravenientes.

XVIII. Quando li Siguori di Magiſtrato, ed Elettori oon oſſervaſſero interamente in tutto, o in parte, quaoto ſi diſpone ne' preſenti Capitoli, ovvero, che da alcuno de' Conſiglieri ſi opraſſe, ehe dette diſpoſizioni non ſi oſſervaſſero, incorra ciaſcuno di eſſi Signori di Magiſtrato, Elettori, e Conſiglieri, che delinqueſſero nella pena di ſcudi cinquanta, e oella privazione di tutti gl'Offizii onorevoli, anche del Magiſtrato per cinque anni, d'applicarſi la pena pecnoiaria, per la metà per la Fabbrica del Palazzo, e per l'altra in diminuzione de' peſi Camerali, come ſi è diſpoſto al §. 8.

De aliis non eligendis.

XIX. Non ſi poſſa proporre nel Buſſolo, nè per Priore, nè per Dicitore quello, che nel Buſſolo finito, non haveſſe preſo l'Offizio di Magiſtrato.

De confirmatione horum Capitulorū, & abrogatione contrariorum.

XX. Che con i preſenti Capitoli s'intenda derogato, non meno a quelli del 1603., che alla Bulla di Aleſſandro Seſto dell' anno 1493., ehe comincia: *Etſi*, al quale effetto ſi duvrà procurare la conferma accennata nel principio della Sagra Conſulta, *facto verbo cum Sanctiſſimo*, ed anche un Breve confirmatorio della Santità di Noſtro Signore con la Deroga eſpreſſa alla detta Bulla del Pontefice Aleſſandro Seſto, ed à qualſivoglia coſa in contrario.

Giovanni Condulmari uno de' Capo Priori Deputato.

Girolamo Confalonieri uno de' Dicitori Deputato.

Gio: Felice Angelita uno de' Dicitori Deputato.

Marc'Antonio Maſſucci Deputato.

Capitula prædicta, ut ſupra reformata per Dominos Deputatos fuerunt lecta, accurate examinata, & approbata a Generali Concilio celebrato ſub die 22. Jun. 1717. quadraginta novem ſuffragiis favorabilibus, nemine penitus diſcrepante. Ita eſt Franciſcus Liberatus Notarius publicus de Viſſo Spoletanæ Diœceſis ad præſens Illuſtriſſimæ Communitatis Civitatis Recineti a Secretis &c. In fidem &c. hac die 25. Jun. 1717. ſalva &c.

Approbatio Congregationis Conſultæ.

In Cauſa Recineten. Reformationis Capitulorum Sacra Conſulta habita ſub die 14. Jul. proxime præteriti, occaſione recurſus, viſa Relatione Gubernatoris Marchiæ, reſcripſit, pront infra, videlicet: Pro approbatione Capitulorum juata reſolutionem Conſilii: In quorum fidem &c. Datum Romæ hac die 11. Auguſti 1717. A. Bancherius Secretarius.

Preces Civitatis.

§. 3. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ipſi Exponentes, ne de præmiſſorum validitate ab aliqnibus dubitari contingat, illa Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimum deſiderent: Nos ipſos Exponentes ſpecialis favore gratiæ proſequi volentes, & eorum ſingulares Perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exi-

Digitized by Google

exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati de Venerabilium Fratrum noſtrorum ejusdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ſuper Conſultationibus Negotiorum Status Eccleſiaſtici hujuſmodi deputatatorum conſilio, omnia, & ſingula Capitula noviter condita prædicta, confectamque deſuper Scripturam præinſertam cum omnibus, & ſingulis in ea contentis authoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis, authoritate Congregationis earumdem Cardinalium.

Confirmatio Apoſt. relatorum Capitulorum.

§. 4. Decernentes easdem præſentes literas firmas validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari; Sicque in præmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ præſervativæ.

§. 5. Non obſtantibus quibusdam felicis recordat. Alexandri Papæ VI. Prædeceſſoris noſtri Literis deſuper tertio decimo Kalendas Junii MCCCCXCIII. Pontificatus ſui anno primo ſub Plumbo expeditis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Civitatis, aliiſve quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XX. Septembris MDCCXVII. Pontificatus Noſtri Anno Decimoſeptimo.

CCLII.

Declaratur nullum Edictum a ſæculari Poteſtate Sabaudiæ, & Pedemontii editum in præjudicium Supremi Dominii S. Sedis in quibusdam Locis Menſæ Epiſcopalis Aſten.

Dat. 20. Oct. 1717. an. 17.

Hac de re vide Pii V. Conſt. ed. 1568. Maji 8., 1569, Apr. 19. Pauli V. Conſt. ed 1612. Feb. 10. Alex. VI. Conſt. ed. 1658. Aug. 20. Hujus Pontificis Conſt. ed. 1707., Maii 17. P. 7. Et Conſt. ed. 1713., Jul. 8., P. 13. nullum declaratum fuit Edictum ſub nomine Ducis, ſuper quibusdam Cenſuris. Et Conſt ed. 1719., Aug. 17. P. 19. nullum declaratur Edictum Senatus Taurinen. in præjudicium Eccleſiaſt. Libertatis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Alias ad retundendas graves, & frequentes moleſtias, quas Miniſtri Sæcularis Poteſtatis in Ducatu Sabaudiæ, & Principatu Pedemontii Subditis, & Feudatariis hujus Sanctæ Sedis locorum Montafiæ, Ciſternæ, & Cortanſæ Aſten. Diœceſis, non ſine manifeſto directi, & ſupremi dominii ad Nos, & eamdem Sedem in prædictis locis unice, & privative ſpectantis præjudicio, jampridem intulerant, novaſque, quas illis inferre minabantur, inſtante tunc exiſtente Commiſſario Generali Cameræ noſtræ Apoſtolicæ per Dilectum Filium noſtrum Joannem Baptiſtam S. R. E. Cardinalem Spinulam nuncupatum ejusdem S. R. E. Camerarium die 8. Auguſti 1702. expeditum, atque tranſmiſſum, & eorumdem Feudorum Syndicis præſentatum, necnon Feudatariis eo, quo licuit, modo intimatum fuit Monitorium, quo diſtricte prohibebatur, ne alium ſupremum Dominum præter Sedem Apoſtolicam, & Romanam Eccleſiam recognoſcere auderent. Cumque ſubinde ad Patrimonialis generalis nuncupati dictæ Sæcularis Poteſtatis requiſitionem, menſe Septembri ejuſdem anni per Cameram, quam vocant, Computorum Ducatus, ac Principatus prædictorum publicatum, & reſpective intimatum fuiſſet quoddam Edictum, ſeu Decretum, quo prævia declaratione nullitatis, & invaliditatis prædicti Monitorii, tam ipſis Feudatariis, qui catenus Sedem præfatam tamquam Dominam directam, ejuſque ſupremam auctoritatem conſtanter recognoverant, ipſa etiam Sæculari Poteſtate id approbante, quam Syndicis Univerſitatum, atque Vaſſallis ſub graviſſimis pœnis præcipiebatur quod de cætero ſupremam tantum ejusdem Sæcularis Poteſtatis auctoritatem recognoſcerent, & ad hujus Edicti publicationem præfatarum Univerſitatum Syndicos vi, metuque præfati Miniſtri compellere tentaſſent, omnibuſque renuentibus, nonnulli in Civitate Aſtenſi deprehenſi carceribus mancipati, alii vero, qui ad illam accedere recuſaverant, militaribus copiis a dictis Feudis violenter extracti ſimiliter detenti fuiſſent, morte etiam ſclopo illata alteri ex ipſis, qui fuga ſibi conſulere ſtuduerat; Nos prædictos, alioſque multiplices, ac deteſtabiles ejuſdem Sæcularis Poteſtatis abuſus diutius diſſimulare non valentes, præfatum, aliaque plurima Edicta, ſeu Decreta, Ordinationes, & Mandata, & alia quælibet a Senatibus, Magiſtratibus, Judicibus, Officialibus, aliiſve Miniſtris dictæ Sæcularis Poteſtatis in præjudicium libertatis, immunitatis, & jurisdictionis Eccleſiaſticæ, atque auctoritatis Apoſtolicæ reſpective quovis modo emanata, & geſta cum omnibus, & ſingulis inde ſecutis, & quandocumque ſecuturis per quasdam noſtras in ſimili forma Brevis literas die 17. Maji 1707. deſuper expeditas, nulla, irrita, invalida, damnata, & reprobata eſſe, & ab initio fuiſſe, ac perpetuo fore declaravimus, & quatenus opus eſſet, ea omnia, & ſingula damnavimus, reprobavimus, revocavimus, annullavimus, abolevimus, & alias, prout in noſtris literis ſupradictis, quarum tenorem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, & inſerto haberi volumus, uberius continetur. Cæterum cum

Ob moleſtias ſubditis, & Feudatariis illatas intimatum fuit Monitorium an. 1702. de non alio recognoſcendo Domino præter Sedem Apoſt.

Quod nullū declaratum fuit a Camera computorum, & dd. Vaſſalli graviter agitati, ut recognoſcerent Ducē Sabaudiæ tātum.

Hujuſmodi attentata nulla declarata fuere ab hoc Pontifice. an. 1707.

Item ob onus impoſitum novarũ contributionum, monitoria 1711, & 1716.

cum poſt earumdem noſtrarum literarum publicationem adhuc præfati Miniſtri a vexandis Subditis, & Feudatariis memoratorum locorum minime deſtitiſſent, quinimo prioribus moleſtiis novas, majoreſque in dies adjicientes, non ſolum prædictos, ſed etiam Subditos, & Feudatarios loci de Cortanzerio eidem Sedi pariter ſubiectos variis etiam contributionibus, aliiſque oneribus, non minus injuſte, quam temere gravare præſumpſiſſent, ad hujuſmodi intolerabiles auſus reprimendos plura alia ſucceſſive Monitoria ad tunc pariter exiſtentis Commiſſarii Generalis dictæ Cameræ Apoſtolicæ inſtantiam ab eodem Joanne Baptiſta Cardinale, & Camerario die 24. Julii, 7. Auguſti, & 7. Octobris 1711. ac poſtremo die 23. Maji 1716. etiam de ſpeciali mandato noſtro edita, ac reſpective intimata fuerunt, quibus innovata Feudatariis, & Subditis præfatorum locorum memorata prohibitione de non recognoſcendo alium in ſupremum Dominum, quam Sedem præfatam, ipſis ſub gravium pœnarum comminatione inter alia injungebatur, ne contributiones, aliave onera ſibi a dicta Sæculari Poteſtate impoſita, vel imponenda perſolvere, ſeu perſolvi facere auderent, aut quoquo modo præſumerent, & alias, prout in præfatis Monitoriis, quorum tenores præſentibus pro plene itidem, & ſufficienter expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

§. 1. Cum autem ſicut nuper non ſine ingenti animi noſtri moleſtia accepimus, ad ejuſdem Patrimonialis generalis ſupplicationem ſub nomine prædictæ Sæcularis Poteſtatis prodierit quoddam Præceptum, ſive Edictum typis impreſſum, quod una cum ſopplicatione hujuſmodi non alio quidem, quam illud penitus, & omnino damnandi, & reprobandi animo præſentibus inſerendum duximus, tenoris, qui ſequitur, videlicet: *Sacra Real Meſtà. Rappreſenta il Conſigliere, e Patrimoniale generale di V. M. eſſerſi nel meſe ſcorſo preteſi publicare aſſerti Monitorii ſotto nome del Signor Cardinale Spinola nelli Luoghi d'indubitato dominio di V. M. eſiſtenti nel Contado d'Aſti, Ciſterna, Cortanze, Montafia, e Cortazone tendenti li medemi a rimovere li Sudditi, ed habitanti, come pure li Vaſſalli d'eſſe Terre dall'obligo, che a medemi corre di non riconoſcere altri in loro Signore, e Sovrano che V. M. e ſuoi Reali Succeſſori in data li predetti Monitorj delli xxiii. Maggio ſcaduto ſotto preteſto, che ſiano ſotto l'immediato dominio della Santa Sede, e ciò in conformità d'altri Monitorj già preteſi di publicare negl'anni MDCCII. MDCCVII. e MDCCXI. e quantunque l'Eſponente ſia perſuaſo eſſerſi già da V. M. ſufficientemente proviſto in difeſa delle indubitate ragioni, che le competono in detti Luoghi, e Feudi tanto in dipendenza di detto Contado, che d'altri titoli irrefragabili oltre l'antico, & indubitato poſſeſſo comprovato da continuati, e ſucceſſivi atti poſſeſſorj, come reſta notorio con haver laſſato li Reſcritti Camerali ſotto li xi. Settembre MDCCII. e ix. Maggio MDCCII. prohibitivi tanto alli Vaſſalli, che Sudditi, & habitanti in eſſi Luoghi d'ubbidire alli detti Monitorj con ſpecifico Precetto a medemi di non dover riconoſcer, nè ubbidir ad altri in qualità di Sovrano Signore, che ad eſſa V. M. e ſuoi Reali Succeſſori ſotto le pene in eſſi Reſcritti cominate, e come meglio dal contenuto in eſſi ſi vede: Tuttavia, acciò che ſotto preteſto de' ſudetti aſſerti nuovi Monitorii quantunque evidentemente invalidi, nulli, abuſivi, orrepiti, e ſurrepiti alcuno de' ſuddetti Vaſſalli, Sudditi, e habitanti habbia l'ardire di declinare dall'obligo loro Vaſſallitio, e ſudditale verſo V. M. e far coſa pregiudiciale al Servitio della medema, ha penſato per ogni maggior precautione haver riccorſo da Voſtra Sacra Real Meſtà ſupplicandola humilmente degnarſi di dichiarare, come ne' precedenti Reſcritti ſovra riferiti del MDCCII., e MDCCIX. non haver potuto, nè potere li ſuddetti aſſerti Monitorj, e qualunque altra proviſione di conſimile natura, come nulli, ſurrepiti, & orrepiti, invalidi, inſuſſiſtenti, ed evidentemente abuſivi recar verun pregiudicio alle ſuddette ragioni, ed eſercizio dell'alto Dominio, e Sovranità di V. M. meno indurre alcun obligo di non dover riconoſcer in in eſſi Feudi, e loro Territorio, nè ubbidire ad altri in qualità di Sovrano Signore, che V. M. e ſuoi Succeſſori ſotto gravi, e graviſſime pene etiandio corporali da incorrerſi irremiſſibilmente da Transgreſſori; Dichiarando l'eſecutione da farſi in perſona de' reſpettivi Vaſſalli, o Domeſtici loro, e per publicatione, e affiſſione di copia alli Albi Pretorj della Città d'Aſti, e di detti Luoghi valere, e che alla copia ſtampata dal Stampatore di V. M. ſi debba preſtar tuata fede, come al proprio originale, il che &c. Il Patrimoniale generale di V. M. Vittorio Amedeo per grazia di Dio Re di Sicilia, di Geruſalemme, e di Cipro &c. Duca di Savoja, e Monferrato &c. Prencipe di Piemonte &c. Veduta nella Camera noſtra de' Conti l'alligata ſupplica ſottoſcritta dal Patrimoniale noſtro generale con li precedenti Reſcritti ivi riferiti, & deſignati; Ed il tenor del tutto ben conſiderato: Per le preſenti col parer, e participazione d'eſſa Camera dichiariamo, come in detti precedenti Reſcritti del MDCCII. e MDCCIX. non haver potuto, ne potere li aſſerti Monitorj, di cui ſi tratta, e qualunque altra proviſione di conſimil natura, come nulli, ſurrepiti, orrepiti, invalide, inſuſſiſtenti, & evidentemente abuſivi recar verun pregiudicio alle ragioni, & eſercizio dell'alto Dominio, e Sovranità noſtri, meno indurre alcun obligo alli Vaſſalli, Sudditi de' Luoghi narrati d'ubbidire alli precetti portati da' ſudetti Monitorj; Anzi facciamo poſitivo precetto a' medeſimi di non dover riconoſcere in quei Feudi, e loro Territorio, nè ubbidire ad altri in qualità di Sovrano Signore, che a Noi, e noſtri Reali Succeſſori ſotto gravi, e graviſſime pene etiandio corporali da incorrerſi irremiſſibilmente da Tranſgreſſori: Dichiarando l'eſecuzione di queſte da farſi al modo ſupplicato valere, & che alla copia ſtampata dal Stampator noſtro ſi debba preſtar tanta fede, come al proprio originale. Che tal' è noſtra mente. Dato in Torino li trent'uno Agoſto mille ſettecento ſedici: Per Sua Maeſtà a relatione di detta Camera: Il Secretario della medema Camera: In Torino, Stampato dal Stampatore di S. M. MDCCVI.*

Edictum anni 1716 quo recenſita attentata defenduntur, & præfata monitoria contemnuntur.

Docetur memorata loca pertinere ad Epiſcopum Aſten, adeoque ſubeſſe Pontificio dominio, quod plures Pontifices vindicarunt, nempe

Memorata vero, & plura alia loca varjis temporibus a tunc exiſtentibus Epiſcopis Aſten. in feudum conceſſa diverſis perſonis ad eoſdem Epiſcopos Aſten. eorumque Menſam Epiſcopalem ex libera, & irrevocabili donatione Imperatorum, Regum, ac Piorum fidelium, aliiſque legitimis titulis, non autem ad alium quemcumque ſpectaſſe, & ſpectare dignoſcantur, ac proinde ambigi, aut inficiari nequeat, quin illa ſub alto, & ſupremo Dominio, ac Superioritate noſtris, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, non autem dictæ Sæcularis Poteſtatis, aut alterius cujuſcumque fuerint, ac ſint, & cenſeri debeant; Necnon Feudatarii, Vaſſalli, &

Homines eorundem Locorum nullius alterius, præterquam noſtræ, & dictæ Sedis Superioritati fuerint, ac ſint vere ſubjecti, & quemadmodum ipſi nullum alium in ſupremum Dominum recognoſcere tenentur, vel debent, ita nemini, niſi Nobis, & eidem Sedi lieuerit, vel liceat Jura Superioritatis, & Supremi Dominii in loca, Vaſſallos, & Homines hujuſmodi exercere. Nec minus compertum ſit Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros dictæ Eccleſiæ Aſten. juribus, ac Sedis præfatæ Superioritati, & Dominio hujuſmodi tuendis, & conſervandis jugiter intentos, non omiſiſſe ea a quorumcumque auſibus, & attentatis, ſi quandoque impeti, aut violari contigit, peculiari ſtudio, ac ſolicitudine aſſerere, & vindicare. Satis namque perſpectum eſſe novimus, quod dudum fel. rec. Papa Quintus Prædeceſſor Noſter bon. mem. Emmanuelem Philibertum, dum vixit, Sabaudiæ Ducem, ac Pedemontii Principem, qui quædam onera tunc exiſtentibus Feudataris, & Subditis eorumdem locorum nulliter, & de facto indixerat, poſt prætenſorum Jurium, ac rationum, ſub quorum obtentu idem Emmanuel Philibertus Dux ad ejuſmodi onerum impoſitionem deveniſſe dicebatur, coram Commiſſario ſpecialiter a prædicto Pio Prædeceſſore ad id deputato, pro parte ipſius Philiberti Ducis deductorum, maturam diſcuſſionem, ac demum, comperta eorum inſubſiſtentia, rejectionem a cœptis Apoſtolici muneris miniſterio deſiſtere compulerit.

Pius V ab impoſitione onerum.

Prout etiam notum eſt, quod rec: mem: Paulus PP. V. etiam Prædeceſſor noſter expetitum ſuum, ac Sedis præfatæ beneplacitum ſuper quadam conceſſione nonnullorum ex præfatis, aliiſque locis dictæ Menſæ Epiſcopalis per bon: mem: Stephanum, dum vixit, Epiſcopum Aſten. bon. etiam mem. Carolo Emmanueli dum pariter vixit, ejuſdem Sabaudiæ Duci, & Pedemontii Principi titulo permutationis ſub beneplaciti Apoſtolici hujuſmodi reſervatione facta tanquam Eccleſiæ, ac Menſæ Epiſcopali Aſten. damnoſa, & præjudiciali, ac ſuperioritatis Sedi præfatæ in illis Locis competenti læſiva, non modo non conceſſerit, ſed expreſſe, & ſolemniter denegaverit, ipſamque conceſſionem, ac inſtrumentum deſuper confectum, & in eo contenta quæcumque reprobaverit, annullaverit, & caſſaverit.

Paulus V a permutatione aliquorum locorum.

Ac denique ſimilis mem. Alexander PP. VII. itidem Prædeceſſor noſter quoddam præceptum, ſeu Edictum nomine ejuſdem Caroli Emmannelis Ducis die 2. Junii MDCVIII. evulgatum, in quo ipſe Carolus Emmanuel Dux Supremus Dominus aliquot præfatorum Locorum perperam enunciabatur, nullum, & invalidum cum ejuſmodi enunciativis, & aſſertionibus declaraverit, quemadmodum in eorumdem Pii, Pauli, & Alexandri Prædeceſſorum literis; prioribus quidem die viii. Maji MDLXVIII. & die xix. Aprilis MDLXIX.; alteris die x. Februarii MDCXII. noviſſimis vero die xx. Auguſti MDCLVIII in ſimili forma Brevis deſuper expeditis, quarum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis haberi volumus, uberius continetur.

Alex: VII. a Ducis Edicto de ſupremo dominio.

Hinc eſt quod Nos, qui in ſupremo Juſtitiæ ſolio a Domino conſtituti univerſarum Orbis Eccleſiarum gerimus curam, quique tam illarum, quam Sedis Apoſtolicæ Jurium aſſertores ſumus, ne in tam aperta eorum, & Apoſtolicæ auctoritatis oppugnatione; Paſtoralis officio noſtro quoquo modo deeſſe videamur, memoratorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, in primis vero prænarrata Monitoria cum omnibus, & ſingulis in eis contentis approbantes, ac confirmantes, & quatenus opus ſit innovantes; Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Edictum, ſeu præceptum præinſertum, & in eo enunciata, & contenta quæcumque cum omnibus, & ſingulis inde ſecutis, & forſan quandocumque ſecuturis penitus, & omnino nulla, irrita, invalida, erronea, damnata, reprobata, inania, & a non habentibus poteſtatem damnabiliter attentata, ac de facto præſumpta, nulliuſque roboris, & momenti, vel efficaciæ fuiſſe, & eſſe, ac perpetuo fore, nemineinque ad illorum obſervantiam teneri, imo nec a quoquam obſervari potuiſſe, vel debuiſſe, neque per illa ullum, vel minimum præjudicium juribus noſtris, & dictæ Sedis, ac Eccleſiæ Aſten. ejuſque Epiſcopis, ac Romanis Pontificibus illatum fuiſſe, vel eſſe, aut inferri potuiſſe, nec ullo unquam tempore poſſe earundem tenore præſentium decernimus, & declaramus: Et nihilominus pro majori, & abundantiori earundem Sedis, & Eccleſiæ Aſten. cautela, & quatenus opus ſit, illa omnia, & ſingula motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus, harum ſerie damnamus, reprobamus, revocamus, caſſamus, irritamus, annullamus, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuamus, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, caſſatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuis perpetuo haberi volumus, & mandamus, itaut illis minime obſtantibus jura noſtra, & Apoſtolicæ Sedis, dictæque Eccleſiæ Aſten. ſemper, & omni tempore remaneant, ſint, & ſerventur, ac cenſeri debeant ſarta, tecta, integra, illæſa, & illibata in omnibus, & per omnia quemadmodum erant ante editionem præfati Edicti, ſeu præcepti, cæterorumque præmiſſorum, & perinde ac ſi illa nunquam emanaſſent, nec facta fuiſſent, neque unquam fierent, ſeu evenirent.

Declaratio nullitatis relati Edicti, cũ ejuſdem damnatione, & prævia monitoriorũ Apoſt: confirmatione.

§.2. Decernentes ſic, & non aliter in præfatis omnibus, & ſingulis cenſeri, ac per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac noſtram Cameram prædictam, ejuſque Officiales quomodocumque nuncupatos, & ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & quoſvis alios quacumque auctoritate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; & irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ particulares.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis etiam Conciliaribus, nec non legibus Imperialibus, & Municipalibus, & quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de jure quæſito non tollendo, ac piæ mem. Pii PP. IV. etiam Prædeceſſoris noſtris Conſtitutione de gratiis qualecumque intereſſe Cameræ Apoſtolicæ concernen-

Digitized by Google

nentibus in eadem Camera præſentandis, & regiſtrandis itaut præſentes literæ, etiamſi in eadem Camera nullo unquam tempore præſententur, & regiſtrentur, nihilominus valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant; necnon dictæ Eccleſiæ Aſten. etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus: privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eidem Eccleſiæ, illiuſque Præſuli, Capitulo, & quibuſvis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.4. Cum autem eædem præſentes literæ in locis ditioni prædictæ Sæcularis poteſtatis ſubjectis nequeant tute publicari, ut hactenus experientia compertum eſt, & Nobis notorie conſtat, volumus illas ſeu earum exempla ad valvas Eccleſiæ Lateranen., & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque generalis in Monte Citatorio, ac in acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt, affigi, & publicari, ſicque publicatas, & affixas, omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt perinde arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent: Utque ipſarum literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XX. Octobris MDCCXVII. Pontificatus noſtri Anno decimoſeptimo.

CCLIII.

Dat. 23. Apr. 1718. an. 18.

Confirmantur Conſtitutiones Academiæ Theologicæ in Archigymnaſio Romano cum deputatione Protectorum, & conceſſionum Privilegiorum.

Conſt: ed: 1715, Jun. 12, P 15, confirmata fuere ſtatuta Academiæ ſcientiarum Bononiæ: Conſt: ed: 1716, Nov. 18, P 16 ſuſpenſa Privilegia Facultatis Theologicæ Pariſien. Conſt: ed: 1721. Mar. P 21 confirmantur Privilegia Univerſitatis & Collegii Urbinaten. Bened: XIII. Conſt: ed: 1724, Apr. 20, P 1 erigitur Collegium Theologorum in Civitate Ceſenaten;. Et Conſt: ed: 1726, Maji 6, P 2 confirmatur, & ampliatur præſens Conſtitutio.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium à ſolicitudine promovendi ſacrarum, ac præſertim Theologicæ Facultatis ſtudia.

INſcrutabili divinæ bonitatis, atque ſapientiæ providentia ad Eccleſiæ Catholicæ per univerſum terrarum Orbem diffuſæ, regimen, meritis licet imparibus evecti, inter multiplices paſtoralis vigilantiæ noſtræ curas Sacrarum Literarum, ac præſertim Theologicæ facultatis ſtudia, per quæ depulſa ignorantiæ caligine, mortalium mentes luce veritatis illuſtrantur, ad ſupernæ Deitatis eſſentiam veraciter contemplandam iter panditur, ſana doctrina aſſeritur, Catholicæ fidei puritas ab hæreſibus, praviſque dogmatibus gladio ſpiritus vindicata eniteſcit, illiuſque, & divini cultus propagationi, ac aliis Chriſtianæ Reipublicæ commodis conſulitur, ubique locorum, ac præcipue in hac Alma Urbe noſtra, ex qua doctrinæ, & bonorum operum exempla in reliquas Chriſtiani Orbis partes aſſidue promanant, quantum Nobis ex alto conceditur promovere, excitare, & confovere ſtudemus, ſicut omnibus maturæ conſiderationis trutina perpenſis, ad Omnipotentis Dei gloriam, Eccleſiæque decus, & præſidium, ac Chriſtifidelium utilitatem cognoſcimus in Domino ſalubriter expedire.

Inſtitutio, locus, & laudes hujus academiæ ſub auſpiciis Sanctitatis Suæ.

§.1. Cum itaque alias nempe ab ipſis Pontificatus Noſtri primordiis, quædam Academia Theologica nuncupata, in qua plures in ea facultate verſati, ac etiam Magiſtri, ſeu Doctores, aut alias graduati, ad pleniorem, & ſublimiorem ſacrarum, divinarumque rerum cognitionem aſpirantes Sacræ Theologiæ, necnon hiſtoriæ Eccleſiaſticæ diſciplinis præcipuam, ſedulamque operam laudabiliter hactenus navarunt, & adhuc indefeſſis ſtudiis navare non deſiſtunt, ſub auſpiciis noſtris, ac Nobis annuentibus in Urbe præfata erecta, ſeu inſtituta ſit, eique uſum loci in ædibus publici Gymnaſii Sapientiæ nuncupati ejuſdem Urbis pro ſuis conventibus habendis, & functionibus peragendis ſub certis modo, & forma tunc expreſſis, aſſignaverimus, & conceſſerimus: & ſicut plurimorum Virorum præſtantium teſtimonio, imo etiam nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus Noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, qui literariis ipſius Academiæ exercitationibus, & diſceptationibus ſæpius interfuerunt, relatione accepimus, dilecti Filii Academici eidem Academiæ adſcripti notabiles in præfatis diſciplinis progreſſus jam fecerint, & in dies facere pergant, unde non obſcura ſpes affulgeat, fore, ut dicta Academia, benedicente Domino, non ſolum majora in poſterum ſuſcipiat incrementa, verum etiam ſuaviſſimos, uberesque fructus in Eccleſia Dei quandoque proferat: in eumque finem prædicti Academici pro recto, ac felici Academiæ hujuſmodi gubernio nonnullas Conſtitutiones, ſeu Statuta, quæ per bon. mem. Thomam Mariam, dum vixit ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem Ferrarium, Sancti Clementis nuncupatum, juſſu noſtro reviſa; & ſubinde approbata fuerunt, jampridem condiderint; quorum tenor eſt, qui ſequitur, videlicet.

Conſtitutiones a Card. Ferrario approbatæ.

§.2. Conſtitutiones Academiæ Theologicæ: *Academiam Theologicam ſolum illis patere volumus,*

Digitized by Google

mus, qui Theologiæ ſaltem qaadriennio ſedulam operam navarunt.

Horum ingeniis exercendis, perfectaque doctrina imbuendis, bis in hebdomada, ſcilicet feria tertia, & ſexta, de ſacris, diviniſque rebus diſputabitur. Alternis Theologica, alternis Hiſtorica diſputatio erit: identidem vero, vel ad Noſtræ Religionis dogmata pertinentes controverſiæ, vel ad Sacras Literas diſceptabuntur.

Ab exercitationibus vacatio erit a Dominica Sexageſimæ, ad Dominicam Quadrageſimæ: a die Palmarum ad diem Dominicam in Albis, & a xvi. Kalen. Octobris ad xv. Kalen. Decembris.

Ex univerſa Theologia, atque Hiſtoria Eccleſiaſtica præcipuæ quæſtiones a Cenſoribus ſelectæ triennii diſputationibus abſolventur. Eorundem judicio, quæ in contrarias partes diſputari poſſunt, quæve in alteram tantum, decernetur. Ordo in Theologicis ad Summam Divi Thomæ: In Hiſtoricis ad ſeriem temporum accommodabitur.

In quocumque Conventu Academicus, cui id fuerit injunctum, primùm ea, quæ in quæſtione verſantur, breviter, ac luculenter explicabit. Tum duo cum eo ſolidam horam diſceptando decertabunt, ille eorum argumenta, & conquiſitas rationes acute refellet, & confutabit.

Quilibet Academicus exacto anno ſolemnem diſputationem habebit; ſex horas, tres ante, tres poſt meridiem diſputabit.

Omnes Academicorum munia triennio ſaltem obibunt, & labores quos diſputando, quos in ſolemnibus diſputationibus accuratè diſceptando ſuſtinebunt. Completo triennio, proximum à Cenſoribus locum, ac ſedem honoris ergò habebunt. De omnibus, quæ ab Academicis conſciſcentur, ſuffragium ferent.

Quicumque ſex annos Academici munia obierit, & labores ſubierit, inter Cenſores referendus.

De controverſiis diſceptandis Cenſoris judicium erit. Unus minus ſolemnibus, tres ſolemnibus diſputationibus præſidebunt. Quid de illis ſentiat, judicabunt: Suffragia occulta erunt: ſoli Academico a ſecretis nota, ut poſſit, cùm fuerit opportunum, doctrinæ ejuſque teſtimonium perhibere.

Academicus à ſecretis, qui & Cenſor erit, cunctis ſolemnibus diſputationibus una cum duobus aliis Cenſoribus præerit. Non ſolemnibus, tunc cum Cenſorem non adeſſe contigerit. Diem, ſolemnibus diſputationibus ſtatuet. Eum pro iis habendis deſignabit, quem integrum annum in Academia exegiſſe conſtabit; annum autem non dierum, ſed laborum curſu metimur; Certiores faciet Cenſores de quæſtionibus, quarum diſceptationibus debebunt præſidere: Eas Academicis omnibus, adjecto die ad diſputandum deſtinato, ſcriptas tradet: controverſias diſceptandas quolibet menſe in tabella deſcriptas exponet; Scriptoreſque, qui de illis uberius, & luculentius diſſerunt, indicabit. Acta omnium, quæ geruntur, conficiet: Academicorum nomina in albo deſcribet, & tempus, quo adſcripti fuerint, adnotabit. Academicorum doctrinam, labores, Cenſorum judicio probatas diſputationes publicis literis pro cujuſque meritis teſtabitur.

Preces Academicorum.

§.3. Ac proinde, ſicut memorati Academici, exponi Nobis nuper fecerunt, ipſi non minus ejuſdem Academiæ erectionem, ſeu inſtitutionem, perpetuique uſus loci, ei, ſicut præmittitur, aſſignati, conceſſionem, quam Conſtitutiones, & Statuta præinſerta, quo firmiùs ſubſiſtant, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri, & alias ſuper paternæ providentiæ noſtræ partes interponi plurimnm deſiderent; Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui Academiæ prædictæ proſperum ſtatum, & directionem, uberioraque incrementa ſinceris exoptamus affectibus, eorundem Exponentium votis, hac in re, quantum cum Domino poſſumus, benigne annuere, eoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, ac eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati erectionem, & inſtitutionem Academiæ ſupradictæ, perpetuique uſus loci ei in ædibus dicti Gymnaſii, ut præfertur, aſſignati, conceſſionem præfatam, necnon

Confirmatio inſtitutionis Academiæ, conceſſionis loci, & relatarum Conſtitutionum, cum nova inſtitutione, & conceſſione.

Conſtitutiones, & Statuta præinſerta cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, & expreſſis, authoritate Apoſtolica tenore præſentium, ſine tamen Univerſitatis ſtudii generalis ejuſdem Urbis, ac cujuſquam alterius præjudicio approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur, & præſidium adjicimus, ac quoſcunque juris, & facti defectus, ſi qui in præmiſſis quomodolibet intervenerint, ampliſſime ſupplemus; & nihilominus dictam Academiam Theologicam, quatenus opus ſit, authoritate, & tenore ſimilibus itidem perpetuo erigimus, & inſtituimus, eique perpetuum uſum loci præfati denuò concedimus, & aſſignamus.

§.4. Porrò, ne unquam in eadem Academia perpetuis futuris temporibus Cenſores, qui Academicorum diſputationibus præſint, aliaſque eis per Conſtitutiones, & Statuta præinſerta demandatas functiones obire valeant, deſiderari

Lectores Theologiæ in Gymnaſio Sapientiæ conſtituũtur cenſores.

contingat, volumus, & eadem authoritate decernimus, ut præter & ultra eos in ejuſmodi Statutis, & Conſtitutionibus deſignatos, omnes, & ſinguli Sacræ Theologiæ in eodem Gymnaſio Lectores, nunc, & pro tempore exiſtentes, qui Collegium Theologorum inibi conſtituunt, officium Cenſorum in dicta Academia pariter obtineant: præterea, ut Academici nunc, & pro tempore ſimiliter exiſtentes mercedis laborum ſuorum aliquando recipiendæ ſpe excitati, memoratis diſciplinis eo impenſius, ſolertiuſque incumbant, eoſdem Academicos, qui cuncta

Academicis prælatio conceditur, cæteris paribus in Beneficiis Ecclosiaſticis.

Academiæ munia ſedulo, ac laudabiliter adimpleverint, in dignitatibus, perſonatibus, canonicatibus, & præbendis, aliiſque beneficiis Eccleſiaſticis, ac iis præſertim, quibus cura imminet animarum, per collationem, vel electionem, in cujuſque ipſorum patriis, reſpective providendis, aliis omnibns, cæteris paribus, tam in Romana Curia, quam extra eam præferri volumus, & mandamus; ſerio idcirco requirentes, & monentes Venerabiles Fratres Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, nec non dilectos Filios Noſtros, & Apoſtolicæ Sedis Nuncios, cæteroſque Prælatos, ſeu locorum Ordinarios, ac quoſcunque beneficiorum ejuſmo-

modi Collatores, & Collatrices, ut Academicos præſatos, qunrum multi Exteri, & ex diverſis oationibus exiſtunt, cum eos in ſuas Regiones reverti contigerit, ſi ſeſe ſupradictæ Academiæ adſcriptos, iu eaque diu cum laude verſatos fuiſſe legitimis probationibus, atque in primis literis teſtimonialibus manu Secretarii ejuſdem Academiæ ſubſcriptis, ejuſque ſigillo munitis docuerint, in collatione eorundem beneficiorum, quatenus ipſi redditibus ad congruam ſui ſuſtentationem ſufficieutibus caruerint, aliis omnibus, cæteris paribus, ſimiliter præferant; Quia verò etiam nonnulli Regulares prædictæ Academiæ adſcripti plurimum ei adjumenti, atque ſplendoris huc uſque attulerunt, & ut in Domino confidimus, deinceps quoque allaturi ſunt, ideirco eos itidem peculiari favore gratiæ proſequi cupientes, earumdem tenore præſentium decernimus, ut poſtquam iidem Regulares Academiæ præfatæ adſcripti, & iu futurum adſcribendi de Superiorum ſuorum conſenſu omnes Academicorum partes per ſexennium rectè, ac diligenter expleverint, id eis, & eorum cuilibet ſuffragari debeat in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi Sacram Theologiam in ſuis reſpective Monaſteriis, Conventibus, ſeu Domibus regularibus per triennium actu legiſſent, ita tamen, ut duo dumtaxat, & non plures Regulares hujuſmodi ex unoquoque Monaſterio, Conventu, ſeu Domo regulari de Urbe præfata, ubi ſtudia vigeant, & actu Sacra Theologia legatur, a ſuis reſpective Superioribus deputentur, ad hoc, ut Academiæ hujuſmodi adſcribi, & in ea cuncta Academicorum munera exercere valeant; iis autem tranſacto ſexennio, alii duo, & non plures ſubrogentur, ſicque de ſexennio in ſexennium ſervari debeat.

Academici Regulares peculiari privilegio decorantur.

Demum, ut ejuſdem Academiæ conſervationi, bonoque regimini, necnon Academicorum commodis, & utilitatibus uberius conſultum ſit, promptumque, & paratum eis ſuppetat præſidium, dilectos Filios Noſtros Joannem Baptiſtam Sancti Cæſarei Spinulam, Joannem Dominicum Sanctæ Anaſtaſiæ Parraccianum, Carolum Auguſtinum Sancti Auguſtini Fabronum, Joannem Baptiſtam Sancti Stephani in Monte Cœlio Ptolomeum Titulorum Presbyteros, necnon Annibalem Sanctæ Mariæ in Coſmedin Diaconum Albanum nuncupatos, Noſtrum ſecundum carnem ex germano Fratre Nepotem prædictæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales memoratæ Academiæ Protectores, & Defenſores conſtituimus, & deputamus, quorum conſilio, ope, ac patrocinio tam ſupradicta, quàm quæcumque alia ad Conſtitutionum, & Statutorum præfatorum obſervantiam, Academicorum admiſsionem, & expulſionem, Secretarii, & Cenſorum deputationem, & amotionem ſpectantia, ac generaliter omnia, & ſingula, quæ ad ſalubrem Academiæ directionem, illiuſque progreſſum, decus, & ornamentum tendere, & conducere videbuntur, agantur, ſtatuantur, & ordinentur. Nos enim eiſdem, ac pro tempore exiſtentibus Protectoribus per Nos, & Sedem Apoſtolicam pariter deputandis, plenam, liberam, & amplam ad præmiſſa facultatem, & authoritatem harum ſerie tribuimus, & impartimur.

Quinque Cardinales Protectores cum ſuis facultatibus deputantur.

Clauſulæ.

§. 6. Decernentes ipſas præſentes literas, ac omnia, & ſingula præmiſſa firma, valida, & efficacia exiſtere, & fore; ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari. Sicque in eiſdem præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon, quatenus opus ſit, Urbis, & Gymnaſii præfatorum, ac quorumcumque Ordinum Regularium etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXIII. Aprilis MDCCXVIII. Pontificatus Noſtri Anno Decimo octavo.

CCLIV.

Statuitur, ut Capitulum Gen: Monachorum Congregationis Reformatæ S. Bernardi deinceps habeatur ſingulis ſexenniis.

Die 4. Maii. 1718. an. 18.

Conſt: ed: 1710, Oct: 3, P 10 avocata fuit lis ſuper æqualitate officiorum. Et Conſt: ed: 1719, Apr: 3, P 19 confirmatur præſens Conſtitutio.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM (ſicut accepimus) in Congregatione Reformata Sancti Bernardi Monachorum Ordinis Ciſtercienſis, uſus Capitulum Generale, in quo tam Abbas Generalis, quam alii Primarii ejuſdem Congregationis Superiores eligi conſueverunt, de triennio in triennium celebrandi hactenus invaluerit; Experientia vero compertum fuerit, ex adeo frequenti Capituli hujuſmodi celebratione, ac Superiorum mutatione multiplicia univerſæ Congregationi prædictæ adferri incommoda, & detrimenta, tum ob graves, quas ſingulæ Provinciæ ratione ipſius Capituli quolibet triennio, non ſine earum, & Monaſteriorum notabili onere, & damno facere tenentur, expenſas; tam etiam ob diutinam eorumdem Superiorum ac præcipuorum Religioſorum, qui pene continuos itinerum labores ſubire, ac non modicum tempus in acceſſu, mora, & receſſu a loco Capitulari abſumere coguntur, a ſuis Provinciis, & Monaſteriis abſentiam. Quibus pariter accedit, quod ubi vix prædicti ſuperiores debitam rerum ejuſdem Congregationis, ac qualitatum Monachorum ſuæ curæ commiſſorum cognitionem nacti fuerint,

Cauſæ celebrandi Capitulum ſingulis ſexenniis, & non amplius trienniis.

mu-

munerum ſuorum eveniat vacatio. Nos conſiderantes pro ipſius Congregationis ejuſque Monaſteriorum & perſonarum levamento, ac felici proſperaque eorum directione, nec non Monaſticæ diſciplinæ conſervatione expediens fore, dicti Capituli celebrationem de triennio in ſexennium deinceps differri, ac proinde illorum utilitati, & commoditati, quantum cum Domino poſſumus, conſulere cupientes, de particularis Congregationis nonnullorum ex Venerabilibus fratribus Noſtris S. R. E. Cardinalibus ad id a Nobis ſpecialiter deputatorum, qui ejuſmodi negotium mature, & accurrate perpenderunt conſilio, ac etiam motu proprio,

Statutum præd. motu proprio factum.

ac ex certa ſcientia, ac matura deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ot de cætero Capitulum Generale prædictæ Congregationis quolibet ſexennio a proxime futuro Capitulo Generali, quod die nona currentis menſis in Monaſterio Sanctæ Pudentianæ de Urbe ejuſdem Congregationis celebrandum erit incipiendo, atque ita perpetuis futuris temporibus de ſexennio in ſexennium continuando celebretur; ita tamen ut majoris partis Vocalium, qui proximum Capitulum prædictum conſtituent, deſuper accedat conſenſus, dictumque negocium, ac præſentes Literæ ſub initio ejuſdem Capituli Generalis per dilectum filium Noſtrum Franciſcum ejuſdem S. R. E. Presbyterum Cardinalem Barbarinum nuncupatum, qui dictæ Congregationis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protector exiſtit, proponantur, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus.

§. 1. Decernentes eaſdem præſentes literas,

Clauſulæ.

firmas, validas, & efficacees exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter & inconcuſſe obſervari: ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Iudices ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quacunque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quo quam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 2. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non dictæ Congregationis, ejuſque Provinciarum, & Monaſteriorum quorumcumque, & aliis quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis, eidem Congregationi, ejuſque Provinciis, & Monaſteriis, ac Superioribus, & perſonis quibuslibet, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, ac conſiſtorialiter, & alias quomodo libet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, ac pluries approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, & occaſiones præſentibus, pro plene, & ſufficienter expreſſis, inſertis, ſervatis, & ſpecificatis reſpective habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 3. Volumus autem, ut earumdem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die IV. Maji MDCCXVIII. Pontificatus Noſtri Anno Decimooctavo.

CCLV.

Confirmator Decretum Congregationis Epiſc. & Reg. de nomine Provinciæ S: Ivonis Congregationis Gallicanæ Tertii Ordinis S. Franciſci.

Dat. 14. Maii 1718. an. 18.

Conſt. ed. 1708., Aug. 9., P. 8. eſt de electione Vicarii Gen. pro Provincia Lugdunen.. Et Benedicti XIII. Conſt. ed. 1724., Maii 2., P. 1. agitur de tranſitu Fratrum Provinciæ S. Joannis in alios Ordines.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

NUper pro parte dilecti filii Juſtiniani Guardiani Conventus Sanctæ Mariæ Miraculorum de Urbe, & Procuratoris Provinciæ Sancti Ivonis Congregationis Gallicanæ Tertii Ordinis S. Franciſci Congregationi Venerabiliom Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ expoſito, quod alias nempe anno 1647 num. 1. Joanne a Neapoli, dum vixit, Miniſtro Generali totius Ordinis ejusdem Sancti Franciſci decretum fuerat, quod Provinciæ ejusdem Congregationis Gallicanæ nominibus Sanctorum titularium; minime vero Provinciæ, & Diſtrictus earum vocarentur; & in eadem expoſitione ſubjuncto, quod nonnulli Congregationis Gallicanæ hujuſmodi Religioſi contra formam Decreti ab eodem Joanne Miniſtro Generali editi, ſe vocari facere præſumebant: ideoque pro parte dicti Juſtiniani eidem Congregationi Cardinalium ſupplicato, ut Decretum hujuſmodi omnino ſervari mandaret; emanavit a prædicta Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui ſequitur, videlicet = Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſco-

Ex Decreto Miniſtri Gen. an: 1647 edito Provinciæ Gallicanæ Tertii Ordinis nominibus Titularium, & non Provinciæ, vel diſtrictus appellandæ ſunt.

po-

Decretum Congregationis confirmans illud miniſtri Gen: pro ſoloConventu S. Mariæ Miraculorum de Urbe ſub certis pœnis:

porum, & Regularium præpoſita, referente Eīno Caſono mandavit, quod pro nunc citra præjudicium jurium ambarum partium in hoc Conventu tantum Sanctæ Mariæ Miraculorum Urbis ſervetur dictum Decretum Miniſtri Generalis de anno 1647. ita quod recipi non debeant in prædicto Conventu Guardiani, aliique Officiales, quotieſcumque in eorum Literis Patentalibus ultra nomen Sancti, apponatur etiam illud Provinciæ, vel Diſtrictos earum. Quo caſu Guardiani, & alii Officiales in poſterum deputandi, ſi præſentaverint Literas cum expreſſione Provinciæ, poſſint per tres menſes tantum a die exhibitionis earumdem Literarum Officia exercere, quibus elapſis, eadem Officia exerceantur per Seniores cujuſcumque Provinciæ, donec veniant aliæ Literæ cum ſola enunciatione Sancti earum reſpective Proviciarum, excluſis interim Patribus de Provinciis, quæ conſentire, & obedire contumaciter noluerint præſenti Decreto = Romæ 10. Martii 1718. = F. Cardinalis de Abbua = J. Archiepiſcopus Damaſcenus Secretarius =

Preces Guardiani D. Conventus.

§. 1. Cum autem ſicut dictus Juſtinianus Nobis ſubinde exponi fecit, ipſe ſecundo dictum Decretum, quo firmius ſubſiſtat Apoſtolicæ Confirmationis Noſtræ patrocinio communiri plurimum deſideret; Nos ipſum Juſtinianum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati,

Confirmatio relati Decreti.

præinſertum præfatæ Congregationis Cardinalium Decretum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus; ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium.

Clauſulæ.

§. 2. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ab illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari: Sicque in præmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit Congregationis Gallicanæ, & Ordinis hujuſmodi etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcat. die XIV. Maji MDCCXVIII. Pontificatus noſtri Anno Decimooctavo.

CCLVI.

Confirmantur erectio Ordinis Militaris Conſtantiniani, & conceſſio Officii M: Magiſtri Duci Franciſco Farneſio. Item erigitur Eccleſia *della Steccata* in Eccleſiam, Sedem, & Caput Ordinis. Et ei conceduntur Domus Pia *Miſericordiæ*, ac plura privilegia, cum nonnullis ordinationibus.

Dat. 27. Maii 1718. an. 18.

Conceſſum fuit d: Officium ab Inn: XII Conſt: ed: 1699, Oct: 24, P. 9. Ab hoc Pontifice Conſt: ed: 1701, Apr: 20, P. 1 nulla declarata fuit electio Principis Erneſti de Dupont in M. Magiſtrum. Et Conſt: ed: 1720, Jun: 15, P. 20 conceditur Indulgentia plen: per: pro d: Eccleſia in quibuſdam feſtis.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Militantis Eccleſiæ regimini, nullo licet meritorum noſtrorum ſuffragio, per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam, præſidentes, ad ea potiſſimum, quæ Militarium Ordinum, maximo Chriſtianæ Reipublicæ bono, anteactis temporibus Inſtitutorum decus, & incrementa reſpiciunt, quæque in Orthodoxæ Fidei, Divinique cultus amplificationem ceſſura eſſe noſcuntur, vigilantiæ noſtræ coras libenter convertimus, noſtrique Apoſtolici Officii partes propenſa benignitate deſuper interponimus, prout pia Catholicorum Principum vota poſtulant, & Nos, prudenti conſultatione adhibita, cognoſcimus in Domino ſalubriter expedire.

Refertur cōſtitutio Inn: XII, quæ confirmata fuit reſignatio officii M. Magiſtri Militiæ a Principe [illegible] Comneno facta Duci Franciſco Farneſio, ſuiſque deſcendentibus, cū ceſſione Apoſtolica ejuſdem Officii, & diſpenſatione ſuper [illegible] que [illegible] bus.

§. 1. Sane alias, poſtquam tunc in humanis agens Joannes Andreas Angelus Flavius Comnenus, dum vixit, Princeps Macedoniæ, ac Magnus Magiſter Militiæ Aureatæ Conſtantinianæ ſub titulo Sancti Georgii, & Regula Sancti Baſilii Magni Familiæ ſuæ Angelæ Flaviæ Comnenæ ſolus ſuperſtes, ac tam liberis, quam ſpe illos procreandi jam deſtitutus, ſummopere cupiens in Officio, ſeu munere Magni Magiſtri, ſeu perpetui Adminiſtratoris Militiæ prædictæ, quod longiſſimo tempore ab ejus Progenitoribus continua, ac non interrupta ſerie obtentum, & poſſeſſum fuerat, dari ſibi Succeſſorem prævalidum, cujus ope, ac virtute Militia præfata relevaretur, ac præſervaretur a noxiis, nec non lætioribus, benedicente Domino, proficeret incrementis, ad Perſonam dilecti Filii Nobilis Viri Franciſci Farneſii Parmæ, & Placentiæ Ducis egregiis naturæ, gratiæque Divinæ muneribus præfulgentem, mentis ſuæ oculos provide direxerat, juribuſque ſibi in hac re quovis modo competentibus, ſeu quæ ſibi competere exiſtimaverat, utens, eidem Franciſco Duci, ejuſque ſucceſſive Natis, Nepotibus, & Deſcendentibus, aliiſque ipſius Franciſci Ducis Familiæ Farneſiæ prædictæ Succeſſoribus Parmæ, & Placentiæ Ducibus pro tempore exiſtentibus Officium, ſeu munus prædi-

ctum, reſervato tamen deſuper Sedis Apoſtolicæ beneplacito, reſignaverat: felicis recordationis Innocentius Papa XII. Prædeceſſor noſter, firmam in Domino ſpem concipiens, dictum Franciſcum Ducem, cui præter generis ſplendorem, ac domeſtica Majorum exempla, Catholicæ Religionis tuendæ zelus, aliæque eximiæ, ac pio, prudentique Principe dignæ virtutes abunde ſuffragabantur, Militiæ prædictæ plurimum utilitatis allaturum eſſe, ac proinde felicibus ejuſdem Militiæ, quæ, ut aſſerebatur, diverſis Privilegiis, Gratiis, & Indultis a quamplurimis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, tunc ſuis, inſignita fuerat, progreſſibus opportune conſulere volens ſupplicationibus tam Franciſci Ducis, quam Joannis Andreæ Principis, & Magni Magiſtri, ſeu perpetui Adminiſtratoris prædictorum nomine ſibi ſuper hoc humiliter porrectis inclinatus, ac etiam motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione ſuis, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine reſignationem dicti Officii, ſeu muneris Magni Magiſtri, ſeu perpetui Adminiſtratoris Militiæ Aureatæ Conſtantinianæ prædictæ eidem Franciſco Duci, ejuſque ſucceſſive Natis, Nepotibus, & Deſcendentibus, aliiſque ipſius Franciſci Ducis Familiæ Farneſiæ prædictæ Succeſſoribus Parmæ, & Placentiæ Ducibus pro tempore esiſtentibus a præfato Joanne Andrea Principe, & Magno Magiſtro, ſeu perpetuo Adminiſtratore factam, ut præfertur, publicumque deſuper confectum Inſtrumentum, ſeu publicam deſuper confectam Scripturam cum omnibus, & ſingulis in eis contentis ſub certis modo, & forma tunc espreſſis Apoſtolica authoritate perpetoo confirmavit, & approbavit, & ad majorem, & abundantiorem cautelam, quatenus opus eſſet, ac etiam omni meliori modo, via, jure, & forma, quibus firmius, & validius facere poterat, eidem Franciſco Duci, ac prædictis illius Natis, Nepotibus, & Deſcendentibus, aliiſque Familiæ ſuæ Farneſiæ hujuſmodi Succeſſoribus Parmæ, & Placentiæ Ducibus, pro tempore exiſtentibus, ſucceſſivo ordine reſpective, ſupradictum Officium, ſeu munus Magni Magiſtri, ſeu perpetui Adminiſtratoris Militiæ Aureatæ Conſtantinianæ prædictæ, præmiſſo, vel alias certo, quem idem Innocentius Prædeceſſor pro expreſſo haberi voluit, modo tunc vacans cum omnibus, & ſingulis illius honoribus, juribus, præeminentiis, & prærogativis ſolitis, & conſuetis, motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus, perpetuo conceſſit, & aſſignavit. Nec non cum illis ſuper receptionis in Fratres Milites Militiæ prædictæ, ac ſuſceptionis habitus per eoſdem Milites geſtari ſoliti, nec non Profeſſionis per ipſos Milites emitti conſuetæ regularium, nec non ſervitiorum quorumlibet ab ejuſdem Militiæ Statutis, ſeu ſtabilimentis præſcriptorum, ac aliarum quarumvis per eadem Statuta, ſeu ſtabilimenta, ac Privilegia, & Indulta Apoſtolica ad obtinendum Officium, ſeu Munus hujuſmodi, illiuſque juriſdictionem, poteſtatem, præeminentias, & prærogativas eſercendum quomodolibet requiſitarum qualitatum defectibus, cæteriſque impedimentis quibuſvis in præmiſſis eidem Franciſco Duci, ejuſque Natis, Nepotibus, & Deſcendentibus, aliiſque ipſius Franciſci Ducis Familiæ Farneſiæ hujuſmodi Succeſſoribus, Parmæ, & Placentiæ Ducibus, pro tempore exiſtentibus, prædictis quomodolibet obſtantibus, & quandocunque obſtituris, ſeu quæ illis obſtare quovis modo prætendi, cenſeri, vel intelligi poſſent ad præmiſſorum effectum quatenus opus eſſet, ſemper, & omni tempore, quo caſus hujuſmodi eventurus foret, de ſpecialis dono gratiæ diſpenſavit, & alia diſpoſuit, prout in ejuſdem Innocentii Prædeceſſoris Literis in forma Brevis die vigeſima quarta Octobris milleſimi ſexcenteſimi nonageſimi noni espeditis, quarum tenorem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, & inſerto haberi volumus, uberius continetur.

Inſtauratio d. Militiæ a laudato Duce facta, renovando ſtatuta, milites nobiles adſcribendo, & cohortes contra Turcas expediendo.

§. 2. Cum autem, ſicut accepimus, Franciſcus Dux, ac Magnus Magiſter, ſeu perpetuus Adminiſtrator præfatus, ut Chriſtianum decebat Principem, ſuſceptique Officii, ſeu Muneris ratio ab ipſo poſtulabat, ad inſtaurandam Militiam hujuſmodi, ob varia præteritorum temporum infortunia fere collapſam pio, ſtrenuoque animo incumbens, nullis hactenus pepercerit curis, laboribus, & ſumptibus, ut illa ad priſtinum honoris, ac Dignitatis gradum reſtitueretur, & reſtituta ad Catholicam Religionem contra Infidelium inſultus pro veteri ſuo inſtituto propugnandam uſui eſſe poſſet; in primis autem antiqua præfatæ Militiæ Statuta, ſeu ſtabilimenta renovari meliori, quam olim, methodo, ac ordine diſponi, præſentique temporis conditioni, ac rerum ſtatui accommodari ſedulo curaverit; quamplures inſuper non tam generis nobilitate, quam animi robore, virtutumque merito præſtantes Viros, prævio maturo examine, in eandem Militiam adſciverit; ac demum cum implacabiles Chriſtiani nominis Hoſtes Turcæ in ſua feritate confidentes Catholicorum Principum, ac præſertim Venetæ Reipublicæ Dominia nefario bello vesare cœperunt, idem Franciſcus Dux, & Magnus Magiſter, ſeu perpetuus Adminiſtrator, avitæ pietatis ſtimulis incitatus, duo peditum millia in ſexdecim Cohortes diſtributa, non ſine gravi ſui Ducalis Ærarii diſpendio, alacri tamen, promptoque animo ſuis ſumptibus conſcripſerit, ac eorum regimini antedictos Milites ſub ejuſdem Militiæ vexillo præfecerit, illaque ſic conſcripta, omnibuſque neceſſariis inſtructa in Venetorum opem, atque ſubſidium ad Dalmatiæ partes tranſmiſerit, firma ſpe, fiduciaque conceptis, quod iidem Milites, dirigente Domino fideles eorum greſſus, non tam Venetis ipſis, quam Univerſæ Chriſtianæ Reipublicæ ad propulſandos Barbarorum conatus non modico futuri eſſent adjumento. Tametſi vero omnia, & ſingula præmiſſa hucuſque geſta, & laudabiliter conſtituta prædictæ Militiæ decori, & ſtabilitati longe ſuffectura dignoſcantur, nihilominus dictus Franciſcus Dus, & Magnus Magiſter, ſeu perpetuus Adminiſtrator feliciori adhuc ejuſdem Militiæ ſtatui, conſervationi, & incremento, nec non prædictorum Militum utilitati, & ſubventioni conſultum eſſe plurimum cupiat, proindeque Nobis exponi fecerit, quod Militia præfata certa Eccleſia, certaque Sede Conventualibus, in quibus Milites Divina Officia, aliaſque Eccleſiaſticas functiones juxta eorum Regulare Inſtitutum pro tempore celebranda celebrare, & conventualiter ad inſtar alia-

Preces ejuſdem Ducis pro erectione Eccleſiæ ſtec-catæ in Eccleſiam, Sedem, & Caput ordinis Militaris cum uno Magno Prioratu; necnon pro cōceſſione domus Piæ Miſericordiæ.

aliarum Militiarum hujuſmodi vivere reſpective poſſint, annuiſque redditibus, & Commendis ad id neceſſariis, ob ſuperiorum temporum calamitates, deſtituta reperitur; quodque, ſi ſine cura Eccleſia Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ Parmen., quæ minime collativa exiſtit, ac pro tempore exiſtentis Parmæ, & Placentiæ Ducis patrocinio ſubeſt, nec non a quadam Congregatione Clericorum, & Laicorum a præfato Duce eligi, & deputari ſolitorum regitur, & gubernatur, ac a viginti quinque Clericis, ſeu Presbyteris in cantu Gregoriano approbatis, & apud eam perſonaliter reſidentibus, ac ad nutum ejuſdem pro tempore esiſtentis Parmæ, & Placentiæ Ducis amovibilibus, cum congrua menſtruæ mercedis, ſeu menſtrui ſalarii aſſignatione in Divinis deſervitur, & in qua nonnulla perpetua ſimplicia, perſonalemque reſidentiam non requirentia Beneficia Eccleſiaſtica, quorum duo de Jurepatronatus ejuſdem Congregationis, reliqua vero pro majori parte ſimiliter de Jurepatronatus Laicorum, es fundatione, vel dotatione esiſtere dicuntur, fundata reperiuntur, in Eccleſiam Conventualem, & certam Sedem prædictæ Militiæ, totiuſque Ordinis Militaris hujuſmodi Caput, ad quod ob illius Ædificii elegantem ſtructuram, amplitudinem, celebrem ornatum, & divitem ſacrarum ſupellectilium copiam ſatis apta eſſe dignoſcitur, perpetuo erigeretur, ac in ea unus Magnus Prioratus pro uno Presbytero Milite ejuſdem Militiæ, qui a nunc, & pro tempore exiſtente ejuſdem Militiæ Magno Magiſtro, ſeu perpetuo Adminiſtratore eligi, ac eidem Eccleſiæ, dictæque Militiæ Militibus, ac aliis ejuſdem Eccleſiæ Miniſtris, & Capellanis eidem Eccleſiæ inſervientibus, cum titulo, ac denominatione Magni Prioris præeſſe, illorumque Præſes, ac Prælatus eſſe deberet, perpetuo itidem erigeretur, & inſtitueretur; Nec non Pia Domus de *Miſericordia* nuncupata in Terra de *Corte Maggiore* Placentinæ Diœceſis Provinciæ Bononien., quæ pariter minime collativa exiſtit, nullique ad vitam, ſeu in adminiſtrationem concedi conſuevit, quæque alias a quondam tunc in humanis agente Rolando Marchione Pallavicino, dum visit, Domino in temporalibus dictæ Terræ fundata, ac deinde a recolendæ memoriæ Alexandro Papa VI. etiam Prædeceſſore noſtro, prævia ejuſmodi fundationis ampliſſima confirmatione, a quacunque Ordinarii Loci juriſdictione perpetuo exempta, illaque ſic exempta eidem Rolando, ejuſque Succeſſoribus Dominis in temporalibus dictæ Terræ pro tempore esiſtentibus ſubjecta fuit, & nunc ad Franciſcum Ducem, & Magnum Magiſtrum, ſeu perpetuum Adminiſtratorem prædictum, uti legitimum Succeſſorem præfati Rolandi ſpectat, & pertinet, ac per nonnullos homines Univerſitatis dictæ Terræ ab ipſomet Franciſco Duce, cui de annuis redditibus ejuſdem Piæ Domus, illorumque adminiſtratione ſingulis annis iidem homines rationem reddere tenentur, pro tempore nominatos, & deputatos regi, & gubernari ſolet, eidem Militiæ etiam perpetuo concederetur, ac inſuper omnia, & ſingula reſpective bona, res, proprietates, ac jura quæcunque ad præfatam Eccleſiam ſic erigendam, ac præfatam Domum Piam ſic concedendam quomodolibet reſpective ſpectantia, & pertinentia, illorumque omnes, & ſingulos fructus, redditus, & proventus, qui deductis omnibus, & ſingulis Eccleſiæ, ac Domus Piæ præfatarum oneribus, ad quingentos ſeptuaginta duos ducatos auri de Camera circiter annuatim, ut aſſeritur, aſcendat, eidem Militiæ in congruam pro tempore esiſtentis Magni Prioris Magni Prioratus, ut præfertur, erigendi hujuſmodi, nec non in dotem nonnullarum præceptoriarum, ſeu commendarum ejuſdem Militiæ ſimiliter, ut infra, erigendarum perpetuo applicarentur, & aſſignarentur, aliaque infraſcripta per Nos benigne concederentur: es his omnibus, & ſingulis Militia præfata validius ſuæ ſtabilitatis firmamentum, ac Divinus cultus in dicta Eccleſia non modicum ſuſciperent incrementum, ac Milites ipſi ad Chriſtianas escolendas virtutes, ſolidamque ſui Ordinis gloriam promovendam, propoſito eis præmio, vehementius inflammarentur.

Cauſæ præſentis erectionis, & conſtitutionis.

§.3. Nos, qui Militiam hujuſmodi, cujus dum Cardinalatus fungebamur honore, Protectoris munus ſuſtinuimus, ſincero paternæ charitatis affectu ſemper proſecuti fuimus, & nunc etiam impenſe proſequimur, ſummopere gaudentes, quod illa ſub Franciſci Ducis, ac Magni Magiſtri, ſeu perpetui Adminiſtratoris prædicti auſpiciis ad priſtinum honoris, & dignitatis locum, benedicente Domino, reſurgere jam cœperit, ac proinde eumdem Franciſcum Ducem novis gratiarum muneribus decorare, ejuſque pium, ac laudabile propoſitum, quantum cum Domino poſſumus, confovere, necnon ipſam Militiam, ut felicioribus in dies lætari poſſit incrementis, opportunæ ſubventionis ope juvare, ac fulcire volentes, ipſumque Franciſcum Ducem, ac Magnum Magiſtrum, ſeu perpetuum Adminiſtratorem, ejuſdemque Militiæ Milites, & eorum ſingulares Perſonas a quibuſvis escommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati esiſtunt ad effectum præſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, motu proprio, es certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ad uberiorem cautelam, ac etiam quatenus opus ſit, omni, & quocunque potiori, & meliori modo, ac forma, quibus firmius, & validius a Nobis fieri poſſit, ac valeat, eidem Franciſco Duci, & Magno Magiſtro, ſeu perpetuo Adminiſtratori, ac præfatis ejus natis Nepotibus, & Deſcendentibus, aliiſque Familiæ ſuæ Farneſiæ Succeſſoribus Parmæ, & Placentiæ Ducibus, pro tempore exiſtentibus, ſucceſſivo reſpective ordine, præfatum Officium, ſeu Munus Magni Magiſtri, ſeu perpetui Adminiſtratoris Militiæ præfatæ per eumdem Franciſcum Ducem, ut præfertur, obtentum, & huc uſque præclare geſtum, ac esercitium cum omnibus, & ſingulis illius honoribus, juribus, præeminentiis, & prærogativis ſolitis, & conſuetis, aliiſque gratiis ſibi, ac Familiæ ſuæ Farneſiæ Deſcendentibus, & Succeſſoribus prædictis a præfato Innocentio Prædeceſſore, ob esimiam ſuorum, & Familiæ ſuæ Farneſiæ prædictæ meritorum celſitudinem, ut præfertur, conceſſis, tenore præſentium perpetuo iterum concedimus, & aſſignamus, omniaque, & ſingula eidem

Novà conceſſio d. Officii, & privilegiorum ab Inn. XII. Familiæ Farneſiæ conceſſorum, cũ confirmatione erectionis dicti Ordinis Militaris.

dem Franciſco Duci, & Magno Magiſtro, ſeu perpetuo Adminiſtratori, ac Familiæ ſuæ Farneſiæ Deſcendentibus, & Succeſſoribus prædictis ſuper libero exercitio Officii, ſeu muneris hujuſmodi ab eodem Innocentio Prædeceſſore conceſſa, etiam perpetuo harum ſerie approbamus, & confirmamus, dictumque Franciſcum Ducem, & Magnum Magiſtrum, ſeu perpetuum Adminiſtratorem, ejuſque Familiæ Farneſiæ Deſcendentes, & Succeſſores præfatos in omnibus, & ſingulis juribus, quæ dicto Joanni Andreæ, ejuſque Familiæ Angelæ Flaviæ Comnenæ, ſi tempore reſignationis ab ipſo Joanne Andrea eidem Franciſco Duci, ut præfertur, factæ, & per eumdem Innocentium Prædeceſſorem etiam, ut præfertur, confirmatæ, & approbatæ, extitiſſent, ad dictum Officium, ſeu Munus Magni Magiſtri, ſeu perpetui Adminiſtratoris quomodolibet competebant, ſeu competere poterant, & ſi dictus Joannes Andreas Officium, ſeu Munus hujuſmodi non reſignaſſet, ipſiuſque Familia Angela Flavia Comnena prædicta extincta non fuiſſet, quomodocumque competerent, & competere poſſent, gratioſe, ac plenarie ſubrogamus, & ſubrogatos eſſe volumus, & declaramus, necnon Militiam Auream Conſtantinianam prædictam ab eodem Franciſco Duce, & Magno Magiſtro, ſeu perpetuo Adminiſtratore, ut præfertur, inſtauratam, ac fere de novo erectam, & inſtitutam dicta Apoſtolica authoritate approbantes, & confirmantes, eumdem Franciſcum Ducem, & ab illius Familia Farneſia Deſcendentem, qui Parmæ, & Placentiæ Dux pro tempore extiterit, ordine præfato, Magnum Magiſtrum, ſeu perpetuum Adminiſtratorem ejuſdem Militiæ, perinde ac ſi ab ipſomet Franciſco Duce vere de novo erecta, & inſtituta fuiſſet, cum honoribus, prærogativis, & facultatibus, quibus alii aliarum Militiarum hujuſmodi Apoſtolica authoritate confirmatarum Magni Magiſtri cum ſuis Militibus quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, abſque ullo prorſus diſcrimine, & ſine aliquo antiquorum jurium præjudicio, ſed nova jura antiquis cumulando, eaque conſervando perpetuo conſtituimus, & deputamus.

Erectio Eccleſiæ Steccatæ in Eccleſiam, Sedem, & Caput d. Ordinis, cum uno Magno Prioratu, & privilegiis ſimilium Eccleſiarum capitum aliarũ Militiarum.

§.4. Ac Eccleſiam Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ Regiminis, & Gubernii a Congregatione prædicta, a qua, ut præfertur, regi, & gubernari uſque nunc conſuevit, abdicatione, ac prædictorum viginti quinque Clericorum, ſeu Presbyterorum Sæcularium præfatorum, a quibus eadem Eccleſia Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ nunc, ut præfertur, in Divinis deſervitur, amotione, in certam Eccleſiam, certamque prædictæ Militiæ Aureæ Conſtantinianæ Sedem Collegialem, ſeu Conventualem, quæ Caput aliarum Eccleſiarum Militiæ hujuſmodi in poſterum erigendarum exiſtat, ac omnibus, & ſingulis privilegiis, indultis, favoribus, exemptionibus, libertatibus, juriſdictionibus, authoritatibus, facultatibus, & gratiis, quibus aliæ ſimiles Eccleſiæ Militiarum Capita quomodolibet gaudent, utuntur, fruuntur, & potiuntur, ſeu gaudere, uti, frui, & potiri debent, perpetuo gaudeat, utatur, fruatur, ac potiatur, necnon a viginti quinque Clericis, ſeu Presbyteris idoneis a nunc, & pro tempore exiſtente dictæ Militiæ Magno Magiſtro, ſeu perpetuo Adminiſtratore, eligendis, & ad ſui placitum amovendis, aliiſque toties, quoties caſus evenerit, ſubrogandis, & ab eo inſigni Crucis ejuſdem Militiæ, juxta illius ſtatuta, ſeu ſtabilimenta donandis, qui apud dictam Eccleſiam Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ perſonaliter reſidere teneantur, cum congrua illius menſtrui ſalarii, quod viginti quinque Clericis, ſeu Presbyteris Sæcularibus, ut præfertur, amotis, antea aſſignari conſueverat, aſſignatione in Divinis collegialiter, ſeu conventualiter deſerviri debeat, ubi Milites prædicti nunc, & pro tempore exiſtentes Divina officia, aliaſque Eccleſiaſticas functiones ab eis, juxta laudabilia ejuſdem Militiæ inſtituta, & conſuetudines celebrari ſolita, ac debita, celebrare libere, & licite valeant, eadem Apoſtolica authoritate perpetuo erigimus, & inſtituimus. Ac ut in eadem Eccleſia Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ Divinum ſervitium, & Milites prædicti in ſpiritualibus exacte, pieque dirigantur, in ea unum Magnum Prioratum pro uno Presbytero idoneo, Militiæ ejuſdem Militiæ expreſſe Profeſſo, futuro ejuſdem Magni Prioratus Magno Priore, ac a nunc, & pro tempore exiſtente prædictæ Militiæ Magno Magiſtro, ſeu perpetuo Adminiſtratore ad dictum Magnum Prioratum, dum illum quandocumque, quomodocumque, ubicumque & ex cujuſvis Perſona, ac etiam a primæva illius erectione per præſentes facienda vacare contigerit, eligendo, & in Magnum Priorem dicti Magni Prioratus præficiendo, qui Eccleſiæ Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ prædictæ, illiuſque Capellanorum Inſigni Crucis, ut præfertur donandorum, aliorumque Miniſtrorum prædictæ Eccleſiæ Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ pro tempore inſervientium Caput, Præſes, ac Prælatus exiſtat, eique, ac Militibus prædictis in ſpiritualibus, cum indultis, gratiis, antelationibus, præeminentiis, ac annuis redditibus eidem futuro Magno Priori pro ejus congrua ſubſtentatione, ut infra, concedendis, & aſſignandis præeſſe, illorumque Præſes, ac Prælatus eſſe, ac eorum ſpirituali directioni incumbere debeat, Apoſtolica authoritate præfata ſimiliter perpetuo erigimus, & inſtituimus. Ac Domum Piam de *Miſericordia* nuncupatam prædictam in Terra de *Corte Maggiore* Placentinæ Diœceſis dictæ Provinciæ, quæ, ut præfertur, minime collativa exiſtit, nullique ad vitam committi, minuſque in adminiſtrationem concedi conſuevit; & ad dictum Franciſcum Ducem, ut præfertur, nunc ſpectat, & pertinet, prævia ſimiliter illius Gubernii, & Adminiſtrationis ab Hominibus Univerſitatis prædictæ Terræ abdicatione, cum omnibus, & ſingulis illius Ædificiis, Membris, Ædibus, aliiſque Pertinentiis, necnon Bonis, Juribus, ac Redditibus, ut infra applicandis, appropriandis, & erogandis eidem Eccleſiæ Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ, in Collegialem, ſeu Conventualem dictæ Militiæ Eccleſiam, ut præfertur, erectæ, omnimode ſubjicimus, eamque ſic ſubjectam eidem Militiæ, illiuſque Magno Magiſtro, ſeu perpetuo Adminiſtratori, ac Militibus nunc, & pro tempore exiſtentibus, cum pleno, & libero illius Ædificiorum, Bonorum, ac Jurium quorumcumque prædictorum reſpective uſu, & dominio, motu ſimili, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, de conſenſu prædicti Franciſci Ducis, etiam perpetuo concedimus, & aſſignamus.

Conceſſio Domus Piæ miſericordiæ cũ illius ſubjectione Eccleſiæ Steccatæ.

§.5. Ec-

Digitized by Google

Adminiſtratio omnium bonorum, & jurium dd: Eccleſiæ, ac domus committitur cuidam Congregationi militum erigendæ, cum mădato adimplendi ſingula onera tam Eccleſiæ, quã domus; necnon diſpoſitioni redditũum ducatorum aureorum 572.

§.5. Eccleſiæ vero Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ, in Collegialem, ſeu Conventualem Eccleſiam dictæ Militiæ, ut præfertur, erectæ, ac Domus Piæ prædictarum eidem Militiæ illius Magno Magiſtro, ſeu perpetuo Adminiſtratori, ac Militibus nunc, & pro tempore exiſtentibus prædictis reſpective, ut præfertur, conceſſarum, & aſſignatarum prædia, proprietates, fundos, cenſus, aliaque jura, & bona univerſa in quibuſvis rebus, & ubicunque conſiſtentia, & undecunque provenientia, ac quomodolibet, & quovis nomine nuncupata, prævia illorum, quatenus opus ſit, ab Eccleſia Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ, in Collegialem, ſeu Conventualem prædictæ Militiæ Eccleſiam, ut præfertur, erecta, & Domo Pia prædictis opportuna diſmembratione; Ita quod liceat Militiæ prædictæ, illiuſque modernis Magno Magiſtro, ſeu perpetuo Adminiſtratori, ac Militibus hujuſmodi per ſe ipſos, vel alios eorum, & prædictæ Militiæ nominibus realem, corporalem, & actualem proprietatem, rerum, prædiorum, cenſuum, aliorumque jurium, & bonorum univerſorum reſpective prædictorum poſſeſſionem, cujuſvis licentia deſuper minime requiſita, propria auctoritate libere apprehendere, & apprehenſam perpetuo retinere, nec non omnes, & ſingulos fructus, redditus, proventus, & obventiones, ac emolumenta quæcunque ex eis reſpective quomodolibet provenientia, quæ omnia inſimul, deductis omnibus, & ſingulis Eccleſiæ Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ in Collegialem, ſeu Conventualem dictæ Militiæ Eccleſiam, ut præfertur, erectæ, ac Domus Piæ prædictarum reſpective oneribus, ad prædictam ſummam quingentorum ſeptuaginta duorum ducatorum auri de Camera hujuſmodi circiter annuatim, ut præfertur, aſcendunt, quæ omnia, & ſingula reſpective onera prædicta integre, & abſque ulla prorſus illorum diminutione, quantumvis minima ſemper, & perpetuo ſupportari, & adimpleri, necnon omnia, & ſingula Jurapatronatus Beneficiorum in prædicta Eccleſia Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ, in Collegialem, ſeu Conventualem prædictæ Militiæ Eccleſiam, ut præfertur, erecta, jam fundatorum ſemper, & perpetuo conſervari, ac penitus illæſa remanere, illaque ad eorum reſpective Patronos nunc, & pro tempore exiſtentes, ut prius, ſpectare, & pertinere debere volumus, atque decernimus, per unam ejuſdem Militiæ Militum, ab illis nunc, & pro tempore exiſtente Magno Magiſtro, ſeu perpetuo Adminiſtratore eligendorum, & deputandorum ejuſque arbitrio removendorum, Congregationem noviter deputandam, ad quam Juſpatronatus, quod ante hac in duobus ex prædictis Beneficiis in prædicta Eccleſia Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ in Collegialem, ſeu Conventualem prædictæ Militiæ Eccleſiam, ut præfertur, erectæ etiam, fundatis, ad primo dictam Congregationem quomodolibet ſpectabat, & pertinebat, in poſterum, perinde ac ſi ab illorum reſpective primæva fundatione, vel dotatione ſecundo dictæ Congregationi reſervatum fuiſſet, ſpectet, & pertineat, ac ſpectare, & pertinere debeat, & cenſeatur, integre, plenarie, ac libere adminiſtrari debere; Ita quod ſecundo dictæ Congregationi de novo, ut præfertur, deputandæ liceat omnia, & ſingula ad Eccleſiam Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ, in Collegialem, ſeu Conventualem prædictæ Militiæ Eccleſiam, ut præfertur, erectam & Domum Piam præfatas quomodolibet reſpective pertinentia prædia, cenſus, bona, & jura univerſa perpetuo regere, & gubernare, eorumque fructus, redditus, & proventus quoſcunque percipere, exigere, levare, diſlocare, & arrendare; Cum hoc tamen, quod ex annuis fructibus, redditibus, & proventibus hujuſmodi eadem ſecundo dicta Congregatio omnia, & ſingula Eccleſiæ, & Domus Piæ prædictarum reſpective onera juxta illarum Fundationis, aliarumque piarum diſpoſitionum legem annuatim ſupportanda, ac adimplenda ſupportare, & plenarie adimplere, ipſamque Eccleſiam, illiuſque Sacriſtiam de ſupellectilibus, aliiſque rebus ad cultum divinum neceſſariis manutenere, ut prius, debeat; eos autem, qui ſupererunt, annuos fructus, redditus, & proventus prædictos pro rata annua centum ſeptuaginta duorum ducatorum auri ſimilium, in congruam dicti Magni Prioris Magnum Prioratum hujuſmodi pro tempore obtinentis ſubſtentationem, reliquos vero quadringentos ducatos auri de Camera hujuſmodi in annuum tot Commendarum dictæ Militiæ, pro tot ejusdem Militiæ Militibus, juxta providam nunc, & pro tempore exiſtentis Magni, ſeu perpetui Adminiſtratoris prædicti diſpoſitionem, ac ejus arbitrio erigendarum, & aſſignandarum ſtipendium perpetuo convertere, & erogare libere, & licite valeat, ſimiliter volumus, decernimus, & declaramus.

§.6. Ac inſuper eidem Franciſco Duci, & Magno Magiſtro, ſeu perpetuo Adminiſtratori, ejuſque in hujuſmodi Officio, ſeu Munere Succeſſoribus prædictis, quod prædictas, aliaſque Commendas, Capellas, aut Eccleſias ejuſdem Militiæ perpetuo erigere, & inſtituere, dictæque Militiæ perpetuo incorporare, applicare, & appropriare, & Commendarum Fundatoribus, ac Dotatoribus Juſpatronatus, & præſentandi Militiæ, ejuſque Magno Magiſtro, ſeu perpetuo Adminiſtratori pro tempore exiſtenti, vel ejus Deputato Perſonas idoneas ad Commendas hujuſmodi pro tempore vacantes, etiam concedere, & reſervare, & ſic à Patronis præſentatos, juxta ſtabilimenta dictæ Militiæ à Nobis ſuis loco, & tempore approbanda, noſtraque Apoſtolica auctoritate confirmanda, Ordinariorum Locorum, & quorumvis aliorum conſenſu deſuper minime requiſito, in ipſis Commendis inſtituere, ac alias illas conferre, & de eis providere poſſit; Ita tamen, ut quoad Beneficia Eccleſiaſtica in dicta Eccleſia Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ, in Collegialem, ſeu Conventualem prædictæ Militiæ Eccleſiam, ut præfertur, erecta, jam etiam, ut præfertur, fundata, quorum duo de Jurepatronatus ſecundo dictæ Congregationis, reliqua vero pro majori parte ſimiliter de Jurepatronatus Laicorum ex fundatione, vel dotatione, ut præfertur, exiſtunt, ac etiam quoad alia pariter Eccleſiaſtica Beneficia, quæ in eadem, vel aliis prædictæ Militiæ Eccleſiis de cætero erigi, ac fundari contigerit, idem Magnus Magiſter, ſeu perpetuus Adminiſtrator nullo modo ſe ingerere valeat, ſed quotieſcumque Beneficia hujuſmodi pro tempore vacaverint, illorum Patroni Magno Priori nunc, & pro tempore exiſtenti

Conceditur M. Magiſtro facultas erigendi Commendas, earumque fundatoribus juſpatronatum reſervãdi eaſdemque conferendi. Magno Priori vero inſtituendi Rectores ad beneficia Eccleſiaſtica.

Per-

Perſonas idoneas ad Beneficia hujuſmodi nominare, & præſentare, eædemque Perſonæ ſic nominatæ, ac præſentatæ ab eodem Magno Priore canonicam inſtitutionem in eiſdem Beneficiis reportare debeant, & teneantur, motu ſimili, ac ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine perpetuo concedimus, & indulgemus.

Exemptio d. Ordinis ab Ordinariis locorum, & illius ſubjectio M. Magiſtro in temporalibus, & ſpiritualibus. Cauſæ vero Militum Eccleſiaſticorum committi debent alicui Eccleſiaſtico.

§.7. Præterea Eccleſiam Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ, in Collegialem, ſeu Conventualem dictæ Militiæ Eccleſiam, ut præfertur, erectam, & Domum Piam prædictas, necnon Commendas, Capellas, & Eccleſias quaſcunque prædictæ Militiæ tam hactenus erectas, quam in poſterum, ut præfertur, erigendas, illarumque omnia, & ſingula reſpective bona, redditus, & proventus quoſcunque, ac inſuper omnes, & ſingulos ejuſdem Militiæ Milites etiam Clericali charactere inſignitos, aut in aliquo ex Sacris ordinibus conſtitutos ubicunque nunc exiſtentes, ac de cætero extituros, necnon eos omnes etiam Cruce hujuſmodi Militiæ non inſignitos, qui prædictæ Eccleſiæ Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ, in Collegialem, ſeu Conventualem dictæ Militiæ Eccleſiam, ut præfertur, erectæ, actu inſervient, ac intra ejus ſepta, & domum reſidebunt, & ſub Magni Prioris prædicti obedientia vivent, ab omni Juriſdictione, ſuperioritate, viſitatione, dominio, & poteſtate quorumvis Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, aliorumque Locorum Ordinariorum ſimiliter perpetuo penitus, & omnino etiam in habitu ampliſſime eximimus, & liberamus, illaque, ac illos reſpective dicti Franciſci Ducis, & Magni Magiſtri, ſeu perpetui Adminiſtratoris, ejuſque, & qui pro tempore extiterint in munere hujuſmodi Succeſſorum, juriſdictioni, viſitationi, & correctioni in ſpiritualibus, & temporalibus immediate pleno Jure, ac in totum ſubjicimus, & ſupponimus: Declarantes tamen, ac decernentes, quod idem Magnus Magiſter, ſeu perpetuus Adminiſtrator pro tempore exiſtens, in cauſis tam civilibus, quam criminalibus, vel mixtis Militum quorumcunque, necnon Miniſtrorum, aliorumque prædictæ Eccleſiæ Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ, in Collegialem, ſeu Conventualem dictæ Militiæ Eccleſiam, ut præfertur, erectæ, inſervientium, qui Clericali charactere prædicto inſigniti, aut in aliquo ex ſacris ordinibus conſtituti, ut præfertur, reſpective fuerint, nullo modo ſe immiſcere poſſit, nec debeat, ſed ejuſmodi cauſas, quotieſcumque, ac ubicumque caſus evenerit, cognoſcendas, ſineque debito terminandas committere, ac delegare teneatur Magno Priori prædicto, vel aliis Perſonis præfato tamen Clericali charactere inſignitis, ſeu in aliquo ex ſacris ordinibus prædictis, & in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutis ejuſdem Magni Magiſtri, ſeu perpetui adminiſtratoris arbitrio eligendis, & non alias, ita quod Locorum Ordinarii, aliique omnes, & ſinguli prædicti nullam in Commendas, Capellas, & Eccleſias prædictas, earumque bona, redditus, & proventus, nec non in Milites, aliaſque Perſonas prædictas reſpective Juriſdictionem, ſuperioritatem, dominium, vel poteſtatem, etiam ratione cujuſcunque contractus, necnon cujuſvis generis delicti, etiam turbatæ Juriſdictionis, vel alterius etiam gravioris ſpeciei, & ſpecialem mentionem requirentis, vel alterius rei, ubicunque locorum ineatur contractus, committatur delictum, & res ipſa conſiſtat, exercere valeant, ſed Milites, ac alii omnes hujuſmodi coram ſolo Magno Magiſtro, ſeu perpetuo Adminiſtratore nunc, & pro tempore exiſtente prædicto, tamquam proprio eorum Ordinario, aut aliis Clericali charactere prædicto inſignitis, ſeu in aliquo ex ſacris ordinibus prædictis, & in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutis ab eodem Magno Magiſtro, ſeu perpetuo Adminiſtratore, ut ſupra, deputandis Perſonis reſpective omnino privative quoad Ordinarios locorum, alioſque omnes, & ſingulos prædictos in omni, & quocumque caſu reſpondere debeant; Decernentes, quoſcunque proceſſus contra illos, vel eorum aliquem per ipſos Locorum Ordinarios, vel illorum Vicarios, ſeu quoſvis alios prædictos etiam in caſu negligentiæ Magni Magiſtri, ſeu perpetui Adminiſtratoris, vel Magni Prioris prædictorum pro tempore factos, necnon ſimiliter quaslibet etiam excommunicationis, vel ſuſpenſionis, aliaſque ſententias promulgatas, nullas, & invalidas, nulliuſque roboris, vel momenti fore, non obſtante quoad omnia prædicta etiam in alterius, quam Magni Magiſtri, ſeu perpetui Adminiſtratoris, ejuſve Deputati, vel Magni Prioris prædictorum Juriſdictionem quomodolibet per Milites, aliaſque Perſonas hujuſmodi præſtando conſenſu, quem non valere, nec attendi debere ſimiliter decernimus, & declaramus.

Uſus Habitus Prælatitii pro M. Priore.

§.8. Ac inſuper, ut Divinus cultus in dicta Eccleſia Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ in Collegialem, ſeu Conventualem dictæ Militiæ Eccleſiam, ut præfertur, erecta, decentius, & honorificentius peragatur, debitiſque futurus Magnus Prior prædictus præfulgeat Inſigniis, eidem Magno Priori, ut ipſe, illiuſque Succeſſores Magnum Prioratum per præſentes erectum hujuſmodi pro tempore obtinentes Mozzettam laneam, ſive ex camelotto violacei coloris, cum ſuo Cappuccio, ac Rocchettum ad inſtar aliorum Prælatorum inferiorum, abſente tamen Magno Magiſtro, ſeu perpetuo Adminiſtratore prædicto, una cum Cruce ejuſdem Militiæ ſuper Mozzetta, tam in prædicta Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ Collegiali, ſeu Conventuali dictæ Militiæ Eccleſia, ut præfertur, erecta, quam etiam in aliis dictæ Militiæ Eccleſiis; quotieſcumque verò dictus Magnus Magiſter, ſeu perpetuus Adminiſtrator in eiſdem Eccleſiis præſens aderit, nec non extra eas, ac intra, & extra Civitatem Parmen., & ubivis locorum, non tamen in Urbe, Mantellettum dumtaxat conſimile cum Cruce ejuſdem Militiæ, & Rocchettum coram quibuſvis Perſonis etiam Ordinariis Locorum, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, dictæque Sedis etiam de Latere Legatis, Vicelegatis, ac Nunciis libere deferre, & gerere, necnon Miſſam privatam celebraturi, ſive in dicta Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ Collegiali, ſeu Conventuali, ſive in aliis ad camdem Militiam quomodolibet ſpectantibus Eccleſiis ante Altare,

Ejus Miſſa privata.

inter duos Capellanos ſuperpelliceo indutos, cum canone, & inſtrumento argenteo cum candela, volgo *bugia* nuncupato, non tamen Paramentis Sacris ab Altari, ſed ab alia tabula

a cor-

Digitized by Google

a eorun Epiſtolæ præparata, deſumptis, ac ſine abaco more Epiſcoporum, & ſine Cruce pectorali, ac ſtola a collo liberè pendente, ſe præparare, & ſic præparati cum aſſiſtentia duorum Capellanorum, unius Clerici, unius Cubicularii, qui pro mannum lotione aquam porrigat, & unius Famuli Miſſam privatam hujuſmodi celebrare, necnon Annulum pretioſum in digito deferre, ac Manipulum ad Verſiculum *Indulgentiam*, *abſolutionem* &c. ſuſcipere, non tamen ad Populum ſe vertendo, *Pax vobis*, nec Miſſa abſoluta, *Sit Nomen Domini benedictum*, dicere, nec Populo ter benedicere tpoſt Miſſam vero privatam, ut præfertur, celebratam, Rocchetto induto, abſque Mantelletto ante Altare inter eoſdem duos Capellanos ſuperpelliceo indutos, cum canone, ac inſtrumento argenteo prædictis gratiarum actionem peragere. Præterea, dum Miſſam ſolemnem pro defunctis in Eccleſiis ſupradictis celebraturi erunt, exire e Sacrario cum Cappa inter Aſſiſtentes paratos, & in Faldiſtorio ante Altare poſito Sacras Veſtes induere, prout etiam quoties Miſſam ſolemnem Pontificalem in eiſdem Eccleſiis celebrabunt, quinque Aſſiſtentes habere, & nobilem Sedem, ſeu Cathedram coopertam ſimplici ſerico panno coloris feſtivitati congruentis, non tamen auro contexto, aut phrygio, ſen baſilico opere ornato retinere, eaque, non tamen in præſentia Magni Magiſtri, ſeu perpetui Adminiſtratoris prædicti nti, Cappa quoque Magna, non tamen Miniſtro, ſeu luſerviente, qui ejuſdem Cappæ, aut Veſtis talaris limbum, ſeu caudam extollat, necnon Baculo, Mitra, Annulo Paſtoralibus, cæteriſque Pontificalibus indumentis etiam uti; Ac inſuper in præfata Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ, in Collegialem, ſeu Conventualem d. Militiæ Eccleſiam, ut præfertur, erecta, Eccleſia diebus, & Feſtivitatibus infraſcriptis, videlicet in Paſchatis Reſurrectionis, & Pentecoſtes, ac infra octavam Feſti Sanctiſſimi Corporis Chriſti, Dominicis, necnon Feria quinta majoris Hebdomadæ, ac Nativitatis, Epiphaniæ, ac Aſcenſionis Domini, necnon Annunciationis, & Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis, ac omnium Sanctorum, & Sancti Gregorii feſtis diebus: Item in prima Capella per dictum Magnum Magiſtrum, ſeu perpetuum Adminiſtratorem inibi habenda, & in ejuſdem Militiæ Comitiis Mitra pretioſa ſimiliter uti, necnon Populo ter poſt ſolemnium, non autem privatarum Miſſarum celebrationem, ac eiſdem Pontificalibus indumentis, ut præfertur, induti Eccleſias, Capellas, aliaque Sacra Ædificia tam hactenus conſtructa, quam de cætero conſtruenda dictæ Militiæ dumtaxat benedicere, eaque polluta reconciliare; Ac inſuper pro earumdem Eccleſiarum tantum uſu, & ſervitio Paramenta, & Supellectilia Sacra, exceptis tamen iis omnibus, in quibus Sacri Olei, vel Chriſmatis unctio adhibetur, etiam benedicere, necnon Literas Officii Pœnitentiariæ Noſtræ Apoſtolicæ, eis pro executione directas, ad ſupplicationem ejuſdem Militiæ Militum, ſeu aliarum Perſonarum illius ſervitio addictarum expeditas, exequi; Nec non prædictis Capellanis Cruce prædicta, ut præfertur, decoratis, & decorandis, ut præter conſuetum ejuſdem Militiæ Habitum, Rocchettum, & Mozzettam cum ſuo Capuccio vinlacei coloris, & ſuper ea Crucem ejuſdem Militiæ, tam in prædicta Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ, in Collegialem, ſeu Conventualem ejuſdem Militiæ Eccleſiam, ut præfertur, erecta Eccleſia, quam extrà eam, nec non extrà Civitatem, & Diœceſim Parmen. & & ubique Locorum, etiam in Proceſſionibus, & funeralibus, aliiſque actibus, & functionibus Eccleſiaſticis publicis, & privatis, ac etiam in Comitiis Provincialibus, & Generalibus ejuſdem Militiæ, ac etiam in Sanctæ Romanæ Eccleſiæ prædictæ Cardinalium, etiam de Latere Legatorum, Nunciorum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorumquorumcumque præſentia, quibuſvis anni temporibus, & diebus ſimiliter deferre, & geſtare, illiſque pariter uti libere, & licite reſpective poſſint, & valeant, motu pari, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine ſimiliter perpetuo concedimus, & indulgemus.

Item ſolemnis.

Mitra pretioſa, & trina Benedictio in quibuſdam Feſtis.

Aliæ illius facultates.

Habitus pro Capellanis.

§.9. Necnon omnia, & ſingula præmiſſa, ac eaſdem præſentes nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel argui poſſe, ipſaque omnia, & ſingula præmiſſa, tamquam Magno Magiſtro, ſeu perpetuo Adminiſtratori, ac Militiæ, vel Militibus nunc, & pro tempore exiſtentibus prædictis ex cauſa oneroſa conceſſa ſub quibuſvis tam earumdem præſentium, quam ſimilium, vel diſſimilium gratiarum in genere, vel in ſpecie, ſuſpenſionibus, derogationibus, revocationibus, limitationibus, alterationibus, aliiſque contrariis diſpoſitionibus a Nobis, & Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus, & a Sede prædicta quavis de cauſa, quantumlibet legitima, & juſtiſſima, pro tempore emanatarum minime comprehendi, ſed ſemper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtituta, & de novo, etiam ſub quacumque poſteriori data, per Magnum Magiſtrum ſeu perpetuum Adminiſtratorem, ac Milites nunc, & pro tempore exiſtentes prædictos quandocumque eligenda conceſſa eſſe, & cenſeri, necnon eiſdem præmiſſis, eiſdemque præſentibus, etiam per quaſcumque Literas Apoſtolicas, etiam per quaſvis clauſulas generales, vel ſpeciales, etiam derogatoriarum derogatorias, efficaciores, & inſolitas, ac etiam irritantia Decreta ſub quacumque verborum expreſſione in ſe continentes nullatenus derogari poſſe, nec quoad illa derogatum eſſe pariter cenſeri, niſi tenor illarum de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, inſertus, & hujuſmodi derogationes conſiſtorialiter factæ, & per trinas diſtinctas literas eumdem tenorem continentes, tribus diſtinctis vicibus, Magno Magiſtro, ſeu Adminiſtratori perpetuo, ac Militibus nunc, & pro tempore exiſtentibus prædictis intimatę, ac inſinuatę fuerint, ac Magni Magiſtri, ſeu perpetui Adminiſtratoris, ac Militum nunc, & pro tempore exiſtentium prædictorum expreſſus ad id accedat aſſenſus, & aliter factæ derogationes nemini ſuffragari, & Magnum Magiſtrum, ſeu perpetuum Adminiſtratorem, ac Milites prædictos ad parendum literis derogatoriis hujuſmodi, & Decretis ſuper illis Proceſſibus, ac eorumdem Proceſſuum Eſequutoribus, & Subexequutoribus, eorumque mandatis, & monitionibus minime teneri;

Clauſula generaliſſimæ, & ſpecialiſſimæ cum deputatione Executorum.

ſed

ſed illos literarum derogatoriarum hujuſmodi executionem omnino impedire, nec ratione reſiſtentiæ cenſuris Eccleſiaſticis, per eoſdem Exequutores, ſeu Subexequutores latis innodari, ſicque, & non alias in omnibus, & ſingulis præmiſſis hujuſmodi per quoſcumque Judices Ordinarios, vel Extraordinarios, & Delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, nec non ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & definiendi, ac interpretandi facultate, poteſtate, & auctoritate, ubique judicari, definiri, & interpretari debere, & quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

§. 10. Quocirca Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Imolen., ac dilectis Filiis Cauſarum Curiæ Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Generalis Auditori, & Archipresbytero Eccleſiæ Parmen. per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, ant unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Franciſci Ducis, & Magni Magiſtri, ſeu perpetui Adminiſtratoris, & Militum nunc, & pro tempore exiſtentium prædictorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, ac illis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant, auctoritate noſtra, Franciſcum Ducem, & Magnum Magiſtrum, ſeu perpetuum Adminiſtratorem, ac Milites prædictos approbatione, confirmatione, conſtitutione, ſubrogatione, erectione, inſtitutione, conceſſione, aſſignatione, indulto, decreto, declaratione, derogatione, aliiſque præmiſſis pacifice frui, & gaudere, ac, ſi opus fuerit, Franciſcum Ducem, & Magnum Magiſtrum, ſeu perpetuum Adminiſtratorem, ac Milites nunc, & pro tempore exiſtentes prædictos, vel eorum Procuratorem, ſeu Procuratores eorum nomine in corporalem poſſeſſionem Eccleſiæ Beatæ Mariæ *della Steccata* nnncupatæ, in Collegialem, ſeu Conventualem dictæ Militiæ Eccleſiam ut præfertur, erectæ, ac Domus Piæ, ac annexorum, juriumque, & pertinentiarum ſuorum præfatorum inducant anctoritate noſtra, & defendant inductos, amotis qnibuslibet Detentoribus ab eiſdem, facientes eis, vel pro eis Procuratori, vel Procnratoribus prædictis de illorum, ac annexorum eorumdem fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventibus univerſis integre reſponderi, non permittentes eos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, aut inquietari, Contradictores quoslibet, ac Rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, nec non legitimis ſuper his habendis ſervatis Proceſſibus, illos ſententias, cenſuras, & pœnas incurriſſe declarando, nec non eas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, quatenus opus fuerit, auxilio Brachii Secularis.

§. 11. Non obſtantibus recolendæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII, ſimiliter Prædeceſſoris noſtri, qua cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem, & Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus ultra unam dietam a fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur, ſeu ne Judices a Sede prædicta deputati extra Civitatem, vel Diœceſim, in quibus Deputati fuerint contra quoſcumque procedere, aut aliis, vel alii vices ſuas committere præſumant, & de duabus dietis in Concilio Generali edita, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate earumdem præſentium ad judicium non trahatur, ac Lateranen. Concilii noviſſime celebrati, nec non quatenus opus ſit, noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis de Unionibus committendis ad partes, vocatis quorum intereſt, & exprimendo vero annuo valore tam uniendorum Beneficiorum, quam eorum, quibus ſit unio, & quibusvis aliis Apoſtolicis in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, nec non Eccleſiæ Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupatæ, in ejuſdem Militiæ Collegialem, ſeu Conventualem Eccleſiam, ut præfertur, erectæ ac Domus Piæ prædictarum reſpective fundatione, necnon Militiæ, illiuſque Ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, ac quibuſvis Privilegiis, Indultis, & Literis Apoſtolicis etiam aliis Militiis, ac Ordinariis Locorum, & quibuſvis Eccleſiis, Monaſteriis, Ordinibus, & Locis, etiam Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Cruciatæ Sanctæ, eorumque Perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis etiam ad Imperatorum, Regum, Reginarum, Ducum, Rerum publicarum, etiam Venetæ, & aliorum quorumcumque inſtantiam, etiam conſiſtorialiter, & motu ſimili, ac alias quomodolibet etiam per Nos pluries conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, latiſſime, & pleniſſime, ac ſpecialiter, & expreſſe harum ſerie motu pari derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, aut diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis Privilegiis, Indulgentiis, & Literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ eiſdem præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, conſtitutionis, deputationis, ſubrogationis, erectionis, inſtitutionis, conceſſionis, aſſignationis, ſubjectionis, exemptionis, declarationis, indulti, decreti, mandati,

ſtati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo decimo octavo, ſexto Kalendas Junii, Pontificatus noſtri anno decimo octavo.

CCLVII.

Dat. 30. Jul. 1718. an. 18.

Confirmatur Decretum Congregationis Indulgent. de communicatione Indulgentiarum Congregationis Lateranenſis Congregationi Canonicorum Windeſinen. in utraque Germania.

Inn: XIII Conſt: ed: 1722, Maji 19, P 1 declaratur hujuſmodi fruitio Indulgentiarum pro Canonicis ſuperioris Germaniæ.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Petitio facta pro communicatione Privilegiorum, & Indulgentiarum Congregationis Lateranen.

NUper pro parte dilecti filii Bernardi Goeken Prioris Monaſterii Georgimontani in Granhof Hildeſimen Diæceſis, & Præpoſiti Generalis Canonicorum Regularium Congregationis Windeſinen. Ordinis S. Auguſtini in utraque Germania Congregationi venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Indulgentiis, & ſacris reliquiis præpoſita expoſitæ, quod ipſe prædictam ſuam Congregationem, ejuſque Eccleſias tam eorumdem Canonicorum, quam Canoniſſarum, omnium privilegiorum, & gratiarum, quibus Congregatio Canonicorum Lateranenſium fruitur, necnon Indulgentiarum in Sanctorum Auguſtini, & Monicæ illius Genitricis, Patritii, Frigdiani, & Ubaldi Epiſcoporum feſtis diebus, & die 5. menſis Martii, qua omnium Sanctorum Ordinis prædicti commemoratio ibidem fieri ſolet, ac aliarum Congregationi Lateranen. ejuſdem Ordinis S. Auguſtini a Sede Apoſtolica conceſſarum participem per Nos declarari plurimum cupiebat, quemadmodum in quibuſdam fe: re: Urbani VIII., & Innocentii XII. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum annis 1624. & 1691. reſpective expeditis literis conſtare dicebatur. Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui ſequitur, videlicet. Sacra Congregatio Indulgentiis, ſacriſque Reliquiis præpoſita declaravit Eccleſias Canonicorum, & Canoniſſarum Congregationis Windeſinenſis ubique exiſtentes participes eſſe omnium Indulgentiarum, quibus gaudet Congregatio Canonicorum Regularium Lateranenſium. Quam Sacræ Congregationis ſententiam per me Secretarium Sanctiſſimo Domino noſtro relatam die 23. ejuſdem menſis Sanctitas Sua benigne approbavit. C. de Hieronymis Sec.

Decretum Congregationis Indulgentiarum pro conceſſione Indulgentiarum tantum.

Preces Præpoſiti Gen.

§.1. Cum autem, ſicut dictus Bernardus Prior, & Præpoſitus Generalis nobis ſubinde exponi fecit, ipſe Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſideret. Nos ipſius Bernardi Prioris, & Præpoſiti Generalis votis, hac in re quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti.

Clauſulæ.

§.2. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit pleniſſime ſuffragari; ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.4. Volumus autem, ut præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXX. Julii MDCCXVIII. Pontificatus noſtri Anno Decimo octavo.

CCLVIII.

Dat. 20. Aug. 1718. an. 18.

Confirmatur, & innovatur Conſtitutio Clementis X. revocans, & prohibens privilegia perſonalia pro Provinciis Fratrum Min. Diſcalc. in Braſilia.

Laudata Conſtitutio ed. fuit pro Reformatis an: 1672. Oct. 7: . P. 3. , & hic refertur. Hujus Pontificis Conſt. ed. 1717. , Sept. 7. P. 17. extat Statutum de Viſitatore Provinciæ Conceptionis Fluminis Januarii. Et Conſt. ed. 1720. Sept, 7. , P. 20. abolentur indulta Lectorum, Prædicatorum, & Magiſtrorum Reform.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futurum rei memoriam.

Exordium:

ADmonet Nos ſuſcepti cura regiminis univerſalis Eccleſiæ, ut illa, quæ a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris pro felici Chriſtifidelium, qui abnegantes ſemetipſos e fluctibus ſæculi in Regularis vitæ portum confugerunt directione, & quiete ſalubriter conſtituta eſſe dignoſcuntur, quo ſervetur impoſterum exactius, innuvemus, & Apoſtolicæ Confirmationis noſtræ patrocinio conſtabiliamus -

Digitized by Google

§.1. Dudum ſiquidem a fel. rec. Clemente PP. X. Prædeceſſore noſtro emanarunt literæ in ſimili forma Brevis tenoris, qui ſequitur. Videlicet.

Conſtitutio Clem.X, qua revocata fuere, & in poſterum prohibita privilegia perſonalia, nonnullis exceptis, cum pœnis in contravenientes.

§.2. CLEMENS PP. X. *Ad perpetuam rei memoriam*. Sacroſancti Apoſtolatus Officium, quod inſcrutabilis Divinæ Sapientiæ, atque Clementiæ altitudo humilitati noſtræ, mentis licet, & viribus longe impari committere dignata eſt ſalubriter exequi jugi vigilantia ſatagentes, in eam præcipue curam ſolicitis ſtudiis incumbimus, ut Chriſtifideles Altiſſimi obſequiis ſub ſuavi Religionis jugo mancipati ſublatis iis, quæ regulari eorum obſervantiæ, atque diſciplinæ detrimentum adferre noſcuntur, juſta regularia eorum Inſtituta proſpere dirigantur, illiſque firmiter inſiſtentes, multiplicibus in dies, benedicente Domino, proficiant incrementis. Cum itaque (ſicut accepimus) in ordine fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia, & Reformatorum, ſeu ſtrictioris obſervantiæ nuncupatorum introductus fuerit abuſus, ut paſſim fratribus Indulta voti perpetui, aliaque privilegia perſonalia concedantur, ex quo magnum relaxationi oſtium aperiatur, & graviſſimum paupertati & humilitati, quas dictus ordo profitetur, nocumentum infertur: Nos, qui Regularem diſciplinam ubique vigere, & omnem illius relaxationi viam præcludi ſummopere cupimus, de opportuno remedio quantum cum Domino poſſumus, providere volentes, ac fel. rec Urbani VIII. prædeceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes, motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnia, & quæcumque Indulta, ſeu privilegia perſonalia quomodocumque nuncupata, quibuſvis dicti Ordinis Fratribus cujuſcumque dignitatis, qualitatis, & conditionis exiſtant (Chariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum Regis Romanorum in Imperatorem electi, ac aliorum Regum Concionatoribus, & Confeſſariis dumtaxat exceptis) quocumque titulo, prætextu, cauſa, & occaſione; & ad cujuſvis inſtantiam, & ſupplicationem; tam a Nobis, & Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, ac a quibusvis S. R. E. Cardinalium Congregationibus, quam etiam a Venerabili Fratre noſtro Franciſco Epiſcopo Oſtien. ejusdem S. R. E. Card. Barberino nuncupato dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protectore, aliiſque ejusdem Ordinis Protectoribus ac a quibuslibet Ordinis hujuſmodi ſuperioribus hactenus quoquo modo contra, & præter Regolaria Ordinis prædicti Inſtituta per Apoſtolicas Conſtitutiones conceſſa harum ſerie perpetuo revocamus, annullamus, caſſamus, abrogamus, & abolemus, illaque perpetuo revocata, caſſata, abrogata, & abolita, viribuſque, & effectu vacua fore, neminique ullatenus ſuffragari, neque de cætero a quoquam concedi poſſe; ſicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores ubique judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis, privationiſque ſuorum officiorum, ac vocis activæ, & paſſivæ pœnis eo ipſo incurrendis, dilectis filiis Miniſtro, ac Vicario, ſeu Commiſſario Generalibus, & Miniſtris Provincialibus, aliiſque dicti Ordinis Superioribus, ut quamprimum præſentes noſtræ literæ ad eorum notitiam pervenerint, omnes, & ſingulos Patres, & Fratres Ordinis hujuſmodi ſimilia Indulta, ſeu privilegia habentes, illis eo ipſo privatos, & ſpoliatos eſſe declarent, nec quemquam illis uti ſinant, vel permittant, inobedientes quoslibet, & rebelles opportunis Juris, & facti remediis juſta Regularia ejusdem Statuta Apoſtolica authoritate confirmata, omni, & quacumque appellatione, reclamatione, & recurſu remotis compeſcendo. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis literis Apoſtolicis ſuper conceſſione, ſeu confirmatione conceſſionis privilegiorum hujuſmodi emanatis, aliiſque Ordinationibus, & conſtitutionibus Apoſtolicis, nec non dicti Ordinis, etiam Juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, & Decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus in genere, vel in ſpecie, ſeu alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 7. Octobris 1672. Pontificatus noſtri Anno Tertio,

Preces Provinciarum in Braſilia.

§.3. Cum autem ſicut dilecti filii Fratres Provinciarum S. Antonii, & Immaculatæ Conceptionis in Braſilia Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci Diſcalceatorum nuncupatorum Nobis nuper exponi fecerunt, ipſi ne impoſterum in Provinciis hujuſmodi ambitionis, & relaxationis laxentur habenæ, præinſertas literas per Nos confirmari, ac alias opportune in præmiſſis a Nobis provideri, & ut infra indulgeri plurimum deſiderent. Nos inviolabili præinſertarum literarum obſervationi quantum cum Domino poſſumus, peramplius conſultum eſſe cupientes, ipſoſque Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, Cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum

præ-

præſentium dumtaxat conſequend. harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium, qui dilectum filium modernum Procuratorem Generalem dicti Ordinis ſuper præmiſſis audiverunt conſilio, præinſertas Clementis Prædeceſſoris literas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis pro dictis duabus Provinciis Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus, ac quatenus opus ſit innovamus; necnon inſuper Indulta, ſeu privilegia perſonalia hujuſmodi etiam a nunc & pro tempore exiſtente noſtro, & dictæ Sedis in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Nuncio, concedi minime poſſe, ac conceſſa nullum habere vigorem, nec executionem dicta authoritate harum ſerie decernimus, & declaramus.

Confirmatio recenſitæ Cõſtitutionis cũ nova prohibitione eorũdem privilegiorum.

Clauſula.

§.4. Non obſtantibus omnibus, & ſingulis illis, quæ in præinſertis literis idem Clemens Prædeceſſor voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunique.

§.5. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die xx. Auguſti MDCCXVIII. Pontificatus noſtri anno Decimo octavo.

CCLIX.

Monita Paſtoralia Chriſtifidelibus data adverſus recuſantes obedientiam præſtare Conſtitutioni *Unigenitus*.

Dat. 26. Aug. 1718. an. 18.

Laudata Conſtitutio edita fuit 1713, Sep: 8, P 13 ubi vide notata. Et Bened. XIII. Conſt: ed: 1728, Jun: 25, P 5 damnantur duo libri Gallici.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum DEI.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

PAſtoralis officii, quod ſuperni diſpoſitione conſilii gerimus, cura Nos admonet, ut Animarum ſaluti ubique terrarum procurandæ, ac præſertim Orthodoxæ Fidei, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, puritati ſervandæ omni ſtudio advigilemus.

§.1. Eapropter cum in quibuſdam ultra Montes Provinciis, & præcipue in ampliſſimo Galliæ Regno, varia pravarum Doctrinarum, imo, & hæreſum ſemina, occaſione damnati cujuſdam Libri Gallico idiomate jam pridem editi ſub titulo: *le nouveau Teſtament en Francois avec des reflexiones Morales ſur chaque verſet &c.* Alter vero: *Abbregè de la Morale de l' Euangile, des Actes des Apotres, des Epitres de Saint Paul, des Epitres Canoniques, & de l' Apocalypſe,* vel *Penſées Chretiennes ſur le Texte de ces livres ſacres &c.* germinare cognoviſſemus; iiſdem eradicandis, Noſtri non minus muneris debito admoniti, quam crebris moliorum Catholici Orbis, ac præſertim Galliæ Epiſcoporum, precibus excitati: quin etiam piis, ac ſæpius repetitis clar. mem. Ludovici XIV., dum vixit, Francorum Regis Chriſtianiſſimi votis, & officiis adducti, quaſcumque potuimus Apoſtolicæ noſtræ ſolicitudinis partes, adjuvante Domino, interponere non prætermiſimus. Quæ autem, & quanta in hoc arduo, graviſſimoque negotio per plures annos egerimus, & paſſi ſimus, quæve inobedientium hominum, & paucorum (quod valde dolentes dicimus) illuſtrium etiam Eccleſiarum Antiſtitum veritati non acquieſcentium opera in idem inclytum Regnum mala provenerint, Vobis fere omnibus minime ignota eſſe exiſtimamus. Poſtquam ſiquidem, Divino in primis implorato præſidio, curaque omni, ſtudio, ac labore, prout rei gravitas expoſcebat, diutiſſime collatis, adverſus prædictum librum Conſtitutionem noſtram, quæ incipit: *Unigenitus Dei Filius*: anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptiugenteſimo decimo tertio, ſexto Idus Septembris editam promulgavimus; in qua plures noxios articulos ex eodem libro excerptos cenſuris variis, quas reſpective, ut ajunt, hoc eſt, ſinguli aliquam ſaltem earum merebantur, notatos pro hujus Sanctæ Sedis more proſcripſimus: cujuſmodi remedii neceſſitatem tum memoratus Ludovicus Rex, tum plerique ex Gallia Epiſcopi ſupradicti iteratis obteſtationibus inculcaverant, non aliter ſuborta diſſidia ſedari poſſe conſtanter affirmantes; tota quidem Chriſti Eccleſia Petrum per Nos, tametſi indignos, loquentem ſecuta, Apoſtolicam ejuſdem Conſtitutionis doctrinam debito obſequio, atque obedientia ſuſcepit; At Novatores, qui ſequuntur ſpiritum ſuum, & nihil vident, ex inconſulta eorundem paucorum Antiſtitum hæſitatione ita animos extulerunt, ut incredibili audacia Conſtitutionem ipſam perverſe interpretari, & inceſſere, pravæque etiam doctrinæ per impudentes calumnias inſimulare non erubuerint. Itaque, ut reluctantes illos Epiſcopos ad ſectanda Fratrum ſuorum veſtigia excitaremus, ac turbarum, malorumque omnium fomitem, quem improvida illa cunctatio miniſtraverat, extingueremus, canonicas animadverſiones poſt diuturna trium annorum longanimitatis experimenta adhibere conſtitueramus. Verum Venerabiles Fratres noſtri S.R.E. Cardinales, quibuſcum rationem conſilii noſtri communicare æquum eſſe cenſuimus, Nos enixe obſecraverunt, ut pauliſper a ſeverioribus remediis ſuperſedere vellemus, dum interim communibus literis Collegam ſuum Conſtitutioni noſtræ ſeſe ſubjicere detrectantem, atque iiſdem propterea animadverſionibus obnoxium ad unitatis, & pacis conſilia revocare conarentur. Eorum igitur precibus annuentes, ne quam lenitatis viam intentatam relinqueremus, per illas ipſas inducias Nos quoque ad universos Archiepiſcopos, & Epiſcopos Regni Galliarum literas in forma Brevis die xx. Novembris MDCCXVI. expeditas dedimus, quibus rerum geſtarum ſerie, & Eccleſiarum perturbatione uberius expoſita, illos hortati ſumus, ut diſſentientes Coepiſcopos ſuos, noſtro etiam no-

Cauſæ damnationis Libri: Le nouveau Teſtament. Et Cõſtitutionis Unigenitus.

Præl. Conſtitutioni adverſantes, nõ obſtantibus eorum malitia, & impudentia, exciati fuere Apoſtolicis literis, & S. R. E. Cardinalium ad præſtandam obedientiam: ſed irrito conatu.

nomine, convenirent, eoſque officii ſui fraterna charitate admonerent, necnon omnibus Sacerdotalis ſolicitudinis argumentis, imploratoque, noſtris etiam verbis, dilectiſſimi in Chriſto Filii noſtri Philippi Ducis Aurelianenſis, ejuſdem Regni Rectoris, patrocinio, ad reparanda Eccleſiaſticæ unitatis, & diſciplinæ detrimenta, atque ad avertenda Catholicæ Religionis pericula flectere ſatagerent. Speravimus quidem uberem ex ejuſmodi noſtris literis fructum, junctoque nobiſcum præclariſſimorum Galliæ Præſulum zelo, qui maximo ſane numero pro veritate certabant, factum iri credidimus, ut diſſidentes Fratres, quod Nobis adeo in votis erat, lucrari poſſemus. Atqui ſpe noſtra fruſtratos confeſtim Nos vidimus, dolenteſque clamare coacti ſumus: ſuſtinuimus pacem, & non venit, quæſivimus bona, & ecce turbatio: Et ſane tam gravis, ut qui ex adverſo erant, illas ipſas noſtras, & hujus Sanctæ Sedis voces variis artibus pene intercludere tentaverint. Neque profecto felicius ceſſerunt officia illa, quæ Cardinales prædictis per impetratas a Nobis, ut diximus, inducias præſtiterunt, Quamquam enim communi totius Sacri Collegii epiſtola, ſuaſiones, conſilia, obſecrationes, atque omnem miniſterii ſui, fraternæque benevolentiæ fidem, ſedulitatem, ac ſolicitudinem adhibuiſſent, fruſtra ſe tamen laboraſſe intelleserunt, neque alium, præter inanes ſcandalorum, ac diſſidiorum expoſtulationes, ſed ſine voluntate veram amovendi cauſam, unde illa emerſerant, operæ ſuæ fructum reportarunt. Non tamen propterea concidimus animo, imo necdum a mitioribus conſiliis receſſimus: nihil interim curantes, quomodo homines modum hunc agendi noſtrum interpretarentur, quippe qui ſciremus Deo æque per infamiam, & bonam famam ſerviendum eſſe. Itaque, ut aberrantes in viam juſtitiæ ſuaviter revocaremus, iteratis ſæpius hortationibus noſtris, etiam preces addidimus, eumdemque in ſcopum, privatis literis manu noſtra conſcriptis, ea omnia paternæ manſuetudinis officia implevimus, quæ ſuggerere nobis potuit Chriſtiana charitas, quæ patiens eſt, benigna eſt, omnia ſuffert, omnia ſuſtinet. Plures interea Gallicani Antiſtites non minus ſapientia, & doctrina, quam pietate, ac ſtudio tuendæ Religionis illuſtres, ex iis ſcilicet, qui debita ſubmiſſione Conſtitutionem noſtram amplexi fuerant, dignitatis, & muneris ſui probe memores, votiſque, & officiis noſtris obſecundantes, favente etiam eorum conatibus memorato Philippo Duce, ac Rectore, curas omnes ſuas, aſſiduoſque labores ad diſcordantium Fratrum animos permovendos enixe conferre non omiſerunt. Sed hæc omnia proſperum illum, quem ſummopere præſtolabamur, exitum minime habuerunt. Obſcurati ſiquidem ſunt renitentium oculi, ne viderent, ac obturatæ ſunt aures, ne audirent; adeo ut nonnulli eorum, non ſine bonorum omnium luctu, hoſtiumque Eccleſiæ plauſu, ad ea inſuper publice devenire auſi fuerint, quæ omnes ex vobis, quibus illa innotuerunt, improbaſſe non dubitamus, quæque ipſimet, qui ea perpetrarunt, a Nobis, & a Sancta Romana Eccleſia palam, atque perpetuo damnanda, atque execranda eſſe non ignorabant.

Monita præd.

§.2. Quare, Nos, qui ſupremi Divini Paſtoris mandato deeſſe nec poſſumus, nec debemus, quo & illius oves paſcere, & fratres noſtros confirmare præcipimur, animo nobiſcum reputantes, quod Verbum Dei non eſt alligatum, poſtquam diu tentatis inutiliter conſiliis pacis hucuſque ſiluimus, adhuc ulterius tacere Nobis non tutum, Chriſtiano autem Populo perniciosum fore cenſemus. Ad vos proinde omnes ex unaquaque Natione, quæ ſub Cœlo eſt, Chriſtifideles, paternas voces noſtras dirigimus, quo primum quidem doloris noſtri participes, veſtras nobiſcum ad Deum preces deferatis, ut ſuperna adſpirante gratia, qui hactenus contumaces fuerunt, non jam ulterius alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes ad debitam cum cæteris Chriſtifidelibus in ſana, Catholicaque Doctrina profitenda veniant unitatem. Hoc nempe ex animo unice quærimus, hoc dies, nocteſque, nec ſine lacrymis a Domino imploramus; Neque enim obliviſci poteſt mulier infantem ſuum, nec Sancta Romana Eccleſia filios ſuos. Deinde ne quis Chriſtianum Populum ſeducere pergat inanibus verbis, vos omnes, ut neceſſe eſt, monitos volumus, & certos facimus, quod fruſtra, & quidem non ſine fermento malitiæ, & nequitiæ, iſtiuſmodi homines nobiſcum in Doctrina Religionis conſentire ſe jactant, dum interim, Heterodoxorum exemplo præeunte, editam a Nobis Conſtitutionem, quam univerſa Eccleſia veneratione debita complectitur, non modo alienis ab ipſo verborum tenore interpretationibus, ſed & apertis calumniis ſuperinductis, maligne carpere audent, & immanium errorum accuſatione perſtringere; perinde ac ſi ipſi ſoli, aliis Chriſtifidelibus ubique gentium deſipientibus, ſaperent, ipſi ſoli, reliquis cæcutientibus, lumen veritatis aſpicerent. Nec profecto minor eſt illorum culpa, qui ut, facilius incautis illudant, cum hæc ipſa moliuntur, eidem Conſtitutioni noſtræ nequaquam adverſari, ſed ſolas declarationes, in rebus tamen apud cæteros omnes plane perſpicuis, poſtulare ſe ſimulant, non quidem diſcere, ſed tentare cupientes, ut Eccleſiam, ſi poſſint, quæſtionibus inutilibus, & interminatis immiſceant, & luci Catholicæ veritatis tenebras quoquo modo obſcuritatis offundant. Ita ſane patientia noſtra abutentes, Apoſtolicæ authoritatis obſequium, ac reverentiam ſe exhibere gloriantur illo ipſo tempore, quo ei graviſſimam inferunt injuriam: Iiſdem ſiquidem explicationum petitionibus ſatis aperte oſtendunt ideo ſe Conſtitutioni noſtræ debitam obedientiam nondum præſtitiſſe, quia verentur, ne per illam Catholica Dogmata convellantur: ne laudabilis, & ab hac Sancta Sede probata Eccleſiaſtica diſciplina infringatur: neve demum ſalubriores Chriſtianorum morum regulæ ſubvertantur; quod plane idem eſt ac vereri, ne defecerit Fides Petri, totaque Chriſti Eccleſia magiſterio Apoſtolicæ vocis imbuta a via veritatis, & ſalutis erraverit. Præterea, ut peſſimæ cauſæ ſplendidum patrocinium concilient, præfatæque Conſtitutioni majorem undecumque invidiam faciant, ſe ab ea ſuſcipienda retardari affirmant, eo quod ſuſpicentur per illam damnari ſententias, atque Doctrinas, quas inſignes Catholicorum Scholæ abſque ulla cenſura hactenus tenuerunt, ac tradiderunt; Cum ta-

Ut Chriſtifideles pro contumacium reſipiſcentia Deû precentur.

Ut vitent Refractariorum calumnias, dolos, & artes, quæ hic deteguntur.

tamen, niſi ab antiquis ſemitis, Sanctornmque Patrum veſtigiis, imo & ab eorundem Scholarum inſtituto, quod verbis profitentur, reipſa receſſiſſent, probe reminiſci deberent, quod illarum Principes, quorum nomina pertinaciæ ſuæ temere prætendont, quemadmodum & cæteri illuſtriores Eccleſiæ Scriptores, ſuum ſemper eſſe duxerunt, nt ab Apoſtolica Sede diſcerent quid credere, quid tenere, quid docere deberent: nt ad illam ſcripta ſua examinanda, & emendanda dirigerent: ut inde lumen Catholicæ Fidei reciperent, ubi non poſſet Fides ipſa ſentire defectum: ut nemo eorum denique ſententiam ſuam adverſus Petri authoritatem defenderet. Cæterum in hoc ipſo præpoſtero judicio conſuetum calumniandi morem non derelinquunt; niſi enim excæcaret eos malitia eorum, ac niſi diligerent magis tenebras, quam lucem, ignorare non deberent ſententias illas, ac doctrinas, quas ipſi cum erroribus per Nos damnatis confundunt, palam, & libere in Catholicis Scholis, etiam poſt editam a Nobis memoratam Conſtitutionem, ſub oculis noſtris doceri, atque defendi, illaſque propterea minime per eam fuiſſe proſcriptas. Verum ſupercecidit ignis contentionis, & æmulationis, & non viderunt Solem luciđiſſimæ veritatis. Hinc juſto Dei judicio ambulantes in tenebris neſciunt plane, quo vadant: Scandalnm ſiquidem de Conſtitutione Noſtra comminiſcuntur: ſed ſe ipſos potius de pervicaci ſua inobedientia ſcandalum facere non agnoſcunt. Sacroſanctam Epiſcopatus Dignitatem exaltare ſe velle declarant; ſed re ipſa deprimunt, dum interim fraternitatem ipſi contemnunt, audaciſſimæ inferioris Cleri rebellioni fomentum tribuunt, univerſumque Eccleſiaſticum Ordinem Laicis Tribunalibus, vel in ipſa Religionis cauſa, indecore, ac perperam ſubjici non attendunt. De veteris, ac novæ Legis diſcrimine, tanquam de re ipſis ſolis perſpecta, multa, & plerumque inutiliter diſputant, novæque præſtantiam, quam omnes agnoſcunt, & profitentur, inculcare non deſinunt; Utriuſque tamen Legis plenitudinem, quæ eſt dilectio, minime obſervant. Charitatem nulli impenſius laudant: nulli impudentius violant. Divinæ Gratiæ veritatem prædicant, quam Catholicus nullus negat: ſed damnatis erroribus faventes Spiritui Gratiæ contumeliam faciunt. Quod vero Nos de Puſillorum ſcandalo ſolicitos plurimum excruciat illud eſt, quod dum plerique eorum hæc faciunt, vel conſentiunt facientibus, adhuc ſpecioſo quodam ementitæ ſeveritatis amictu ſe contegentes, rigidioris doctrinæ gloriam captare non ceſſant, inſtituendæque in melius Chriſtianorum vitæ, & ad normam Evangelii componendæ zelum magnifice oſtentant.

Ut contumaces reſipiſcant.

§.3. Quare Nos pernicioſam hanc larvam, quæ animabus pretioſiſſimo Chriſti ſanguine redemptis certum parare poſſet exitium, palam detrahere, urgente Nos Apoſtolici Miniſterii debito, volentes; ipſos primum aberrantes Fratres, ut alias ſæpe privatim fecimus, publice modo, & coram univerſa Eccleſia monitos facimus, ne ſibi ulterius de falſa exactioris diſciplinæ fama blandiantur; Neque enim vera virtus abſque humilitate, pietas abſque obedientia, Chriſtiana demum perfectio abſque charitate poteſt conſiſtere. Porro quæ humilitas, ſenſum proprium communi Fratrum ſententiæ, quin, & Supremæ Beati Petri Cathedræ judicio obſtinate præferre? Quæ obedientia Apoſtolicis definitionibus reluctari? Quæ tandem charitas, injuriis, & contumeliis agere, iras, rixas, & contentiones ubique diſſeminare? Agnoſcant igitur, Divini luminis irradiante fulgore, quam gravibus coram Deo, & Eccleſia reatibus, & periculis involvantur. Meminerint ſcriptum eſſe, quod quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare, & quaſi ſcelus Idololatriæ eſt nolle acquieſcere. Omnipotentis Dei, qui ſuperbis reſiſtit, tremendum, & imminens ſibi judicium timeant, Eccleſiæque pacem ſimul, & Reipublicæ tranquillitatem perturbare tandem aliquando deſiſtant. Reliquos deinde Vos omnes per Univerſum Terrarum Orbem Apoſtolicæ Fidei Cultores paterne admonemus, requirimus, & obteſtamur, ut ad eos, qui veniunt ad Vos in veſtimentis ovium, probe dignoſcendos, certiſſimam illam, quam Dominus, ac Salvator Noſter Nobis reliquit, regulam adhibeatis, videlicet: A fructibus eorum cognoſcetis eos. Qui autem fructus iſti ſint, ex eorum, qui Conſtitutionis Noſtræ ſeſe ſubmittere renuerunt, contumacia provenientes, toti jam pene Chriſtiano Orbi nimium perſpecti ſunt, & manifeſti; De illis propterea, ne acerbiſſimi doloris noſtri vulnera refricemus, prolixius eloqui libenter abſiſtimus. Nolite ergo, Filii dilectiſſimi, Voſque potiſsimum, qui ut loco, ita, & periculo propinquiores eſtis, nolite effici participes eorum, nolite omni ſpiritui credere, doctrinis variis, & peregrinis nolite abduci, ſed ſanam, & Orthodoxam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Doctrinam, quæ ſacrum Fidei depoſitum intemerate ſervat, tuto ſequimini, & firmiter cuſtodite. Nos vero, quos cæteris zelo Domus Dei non minus, quam Dignitates præire oportet, ut ingruentium tot malorum gravitati, quantum rerum, & temporum præſens conditio patitur, opportune occurramus, præſertim ne Paſtores errantes, & in errorem mittentes, diſperdere, & dilacerare gregem Domini, nemine cohibente, proſequantur: Neve oves Chriſti, Nobis tacentibus, rapi in præcipitia ſe ſinant, Univerſis Chriſtifidelibus, quid interim graviſsima hac in re Nos agere duxerimus, palam edicere, ac declarare ſtatuimus.

Ut obtemperantes ab illorum fraudibus caveant.

§.4. Noverint ergo omnes, qui ubicumque terrarum Catholico nomine gloriantur, Nos, qui Unigeniti Filii Dei, & Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti vices, nullo licet meritorum noſtrorum ſuffragio, in terris gerimus, eos omnes, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis illi ſint, etiamſi Epiſcopali, Archiepiſcopali, aut alia qualibet, etiam Cardinalatus Dignitate præfulgeant, qui memoratæ Conſtitutioni Noſtræ debitam, & omnimodam obedientiam præſtare hactenus recuſarunt, aut in poſterum recuſare auſi fuerint, ut veros Sanctæ Romanæ Eccleſiæ filios non agnoſcere: neque ut Nobis, & Beati Petri Cathedræ, quod falſo autumant, adhærentes, & conſentientes, ſed contra potius, uti aperte inobedientes, ac notorie contumaces, & refractarios habere, tenere, ac reputare. Et quoniam primo ipſi a Nobis, & Sancta Romana Eccleſia, ſi minus expreſsis verbis, factis certe, pertinaciſque, & ob-

Ut ſciant, contumaces non amplius eſſe Eccleſiæ filios, nec communionem habere cum Rom. Eccleſia.

Digitized by Google

obduratæ mentis multiplici ſignificatione receſſerunt, illos ſimiliter a Nobis, tanquam a Noſtra, & ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ charitate prorſus ſegregatos haberi: nullamque proinde Nobis, & ipſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ deinceps cum illis communionem Eccleſiaſticam extituram, donec (quod faxit Deus) integre reſipiſcant, rejectaque penitus audacia refragandi, per exhibitionem veræ obedientiæ, quam complures eorum Romano Pontifici Beati Petri Succeſſori, ac Jeſu Chriſti Vicario in ipſamet ſolemni profeſſione Catholicæ Fidei, interpoſita Juris jurandi religione, ad Sancta Dei Euangelia ſæpius ſpoponderunt, priſtinæ charitati, & unitati ab eadem Apoſtolica Sede reſtitui mereantur.

Ut Præſules obedientes, greges ſuos a venenatis paſcuis arceant, ab omni conſortio cum refractariis abſtineant, eoſque ad obedientiam revocent.

§.5. Ad vos poſtremo, Venerabiles Fratres, Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, cæterique omnes Eccleſiarum Præſules, gaudium noſtrum, & corona noſtra, Apoſtolicæ dilectionis noſtræ ſermonem convertimus, hortantes Vos, & obſecrantes in Domino, ut pro eo, quo polletis, Paſtorali zelo, commiſſas Vobis Chriſti Oves a venenatis paſcuis, ideſt profanarum Vocum, & Doctrinarum novitatibus ſedulo arceatis, ſimulque paternam ſolicitudinem noſtram in revocandis ad ſaniora conſilia quibuſcumque diſſidentibus efficacius adjuvetis, ita ut Vobis indivulſam cum Sancta Romana Eccleſia in Doctrina Fidei unitatem, quod jam plerique Veſtrum egregie præſtitiſtis, firmiſſime profitentibus, Chriſtiani omnes agnoſcant Vos longe ab iis eſſe, qui elongaverunt ſe a Nobis, ac illorum damnabilem inobedientiam una Nobiſcum averſari, & improbare, eoſque, niſi reſipuerint, a communis ſocietatis charitate prorſus alienos habere. Utinam qui Paternis hactenus humilitati noſtræ vocibus reluctati ſunt, Vobis omnibus non modo arguentibus, obſecrantibus, & increpantibus, ſed, & ab eorum conſortio penitus abſtinentibus, erubeſcant, confundantur, & convertantur, detque illis Deus pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, ut ſecundum Apoſtolicam Doctrinam idem ipſum tandem dicamus omnes, & non ſint in Nobis ſchiſmata: ſimus autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia, auxiliante Nobis per omnia gratia Domini Noſtri Jeſu Chriſti, cui eſt honor, & gloria in ſæcula. Amen.

Clauſula ſ

§.6. Ut autem præſentes literæ ad omnium Fidelium quibuſcumque locis exiſtentium notitiam facilius perveniant, volumus earum exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eamdem prorſus fidem haberi, quæ ipſis originalibus literis haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§.7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ admonitionis, edicti, declarationis, hortationis, obſecrationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo decimo octavo, quinto Kalendas Septembris, Pontificatus Noſtri anno decimo octavo.

CCLX.

Declaratur nullus Tractatus Pacificationis inter Abbatem S. Galli, & Magiſtratus Bernen., & Tigurin. initæ, Catholicæ Fidei, & Eccleſiæ juribus noxiæ.

Dat. 10. Dec. 1718. an. 19.

Ab Urb. VIII. Conſt. ed. 1641., Jun. 5. Eccleſiæ jura præſervata fuere a quibuſcumque præjudiciis: Hujus Pontificis Conſt. ed. 1712. Jul. 19., P. 12. nulla declarata fuit Concordia inter Eccleſiaſticos, & Syndicos Terræ Villarii. Et Benedict. XIII. Conſt. ed. 1726., Feb. 14., P. 2. nullum declaratur juramentum fidelitatis, exhibitum Poteſtati Sæculari in Sabaudia a Præpoſito Hoſpitalis Magni S. Bernardi.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

ROmanus Pontifex æqui, bonique Supremus Aſſertor in Terris a Domino conſtitutus, Catholicæ fidei integritatem, necnon Eccleſiaſticam libertatem, & immunitatem, aliaque Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conventuum, ac locorum Eccleſiaſticorum quorumlibet, illorumve perſonarum jura ſarta tecta tueri, & adverſus quaſcumque pactiones, & conventiones, per quas illis aliquid detrimenti inferri poſſit, tradita ſibi divinitus poteſtate aſſerere tenetur, ſicut omnibus maturæ conſiderationis trutina perpenſis æquitati, & juſtitiæ conſentaneum eſſe in Domino arbitramur.

In Tractatu hujuſmodi permittitur exercitiũ hæreſeos, hæreticis conceduntur publica munia, & puerorum inſtructio.

§.1. Cum itaque, ſicut ad Apoſtolatus noſtri notitiam non ſine gravi animi noſtri moleſtia pervenit, noviſſime, nempe die 15. Junii proxime præteriti in Oppido Badenſi, dilectus filius Joſeph a Rodulphis modernus Abbas Monaſterii dicti S. Galli Ordinis Sancti Benedicti nullius Diœceſis Provinciæ Moguntinæ ex una, ac Magiſtratus Paſorum Bernenſis, & Tigurini, eorumque reſpective Miniſtri, ſeu Deputati ex altera partibus, ſuper diverſis controverſiis, ob quas dudum inter eoſdem Pagos, & bon. mem. Leodegarium, dum vixit, memorati Monaſterii Abbatem, non ita pridem ab humanis exemptum, etiam ad arma deventum fuerat, tractatum quemdam pacificationis inierint, in plures articulos diſtinctum, quorum pleriſque in Comitatu Doſgienſi ejuſdem Monaſterii ditioni ſubjecto, non modo hæreticis hominibus nefariæ ſuæ hæreſeos exercitium libere permittitur, ſed ipſi hæretici una cum Catholicis, perinde ac ſi eſſe poſſet ſocietas luci ad tenebras, & participatio juſtitiæ cum iniquitate, ad judicium Conſiliariorum Magiſtratuum, aliaque publica munia, officia, ſeu miniſteria, omnino æqualiter, & abſque ullo prorſus diſcrimine admittuntur. Præterea, quod vix credi poteſt, Parochis Acatholicis accurata puerorum inſtructio non utique in aliis, niſi ejus quam profitentur, adeoque damnatæ Religionis dogmatibus enixe commendatur, aliaque multa non minus Orthodoxæ fidei, divino cultui, atque animarum ſaluti adverſantia, quam Monaſterii ſupradicti, illiuſque Abbatis, Monachorum, aliarumque perſonarum juriſdictioni, auctoritati, exemptionibus, privilegiis, rebus, bonis, ac juribus prorſus repugnantia, & infenſa approbantur, ſtatuntur,

tur, & firmantur, & alias prout in Inſtrumento, ſeu ſcriptura ſuper tractato pacificationis hujuſmodi confecto, ſeu confecta, & ſubinde forſan utrinque ratificato, ſeu ratificata uberius dicitur contineri.

Cauſæ ſequẽtis declarationis.

§. 2. Tametſi vero eumdem tractatum per ſe manifeſte nullum, ac irritum eſſe palam conſtet, notoriique juris ſit quaſcumque conventiones, ſeu pactiones de rebus, ac bonis Eccleſiaſticis abſque Apoſtolicæ Sedis auctoritate initas nullius eſſe roboris, vel momenti: quinimmo felic. record. Urbanus PP. VIII. Prædeceſſor Noſter, Sedis prædictæ, ac Romanæ, inferiorumque Eccleſiarum, necnon perſonarum Eccleſiaſticarum quarumlibet Jura quibuſcumque præjudicialibus per quamdam ſuam Conſtitutionem die 5. Junii 1641. editam ampliſſime præſervaverit; adeoque tractatus prædictus nulla vere ad ſui reprobationem ulteriori noſtra abrogatione indigeat; nihilominus, ne tam gravia per illum Orthodoxæ non minus Religioni, quam Apoſtolicæ auctoritati inflicta vulnera ſilentio, præteriiſſe, Noſtrique propterea paſtoralis Officii debito deeſſe videamur, ita Nos hac in re gerere ſtatuimus, ut noſtri etiam vigore judicij nulla unquam tractatus prædicti ratio haberi poſſit. Hinc eſt, quod Nos Catholicæ fidei conſervationi, necnon bujus Sanctæ Sedis, Monaſterii Sancti Galli, illiuſque Abbatis, & Monachorum, aliarumque ejus perſonarum, locorum, bonorum, ac jurium quorumcumque indemnitati providere cupientes, memoratiſque Urbani Prædeceſſoris veſtigiis inhærentes, necnon Inſtrumenti, ſeu ſcripturæ tractatus pacificationis hujuſmodi, omniumque & ſingulorum inibi contentorum, & aliorum quorumcumque etiam ſpecificam, & individuam mentionem, ac expreſſionem de neceſſitate requirentium tenores, & datas etiam veriores, cæterave quælibet, etiam ſpeciali mentione digna præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, & exactiſſime ſpecificatis habentes, poſt deliberationem, quam deſuper cum Venerabilibus fratribus Noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus contra hæreticam pravitatem generalibus Inquiſitoribus habuimus, diligentem, de ipſorum nonnullorumque aliorum ejusdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ſuper hoc eodem negocio a Nobis ſpecialiter deputatorum conſilio, ac etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine prænarratos, & alios quoslibet dicti tractatus pacificationis articulos, cæteraque in Inſtrumento, ſeu ſcriptura hujuſmodi contenta, quæ Catholicæ fidei, divino cultui, animarum ſaluti, Sedi Apoſtolicæ, Monaſterio Sancti Galli, illiuſque Abbati, Monachis, & aliis Perſonis, membris, rebus, Dominiis, bonis, redditibus, juriſdictionibus, etiam temporalibus, auctoritatibus, immunitatibus, libertatibus, privilegiis, prærogativis, & juribus, quibuſcumque quomodolibet officium, ſeu præjudicium, etiam minimum adferunt, aut inferre, ſeu intuliſſe, vel alias nocere, ſeu nocuiſſe quoquomodo dici, cenſeri, prætendi, vel intelligi poſſent, cum omnibus, & ſingulis inde ſecutis, & quandocumque ſecuturis, ipſo facto nulla, irrita, invalida, iniqua, injuſta, damnata, reprobata, inania, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacua ab initio, fuiſſe, & eſſe, & perpetuo fore, neminemque ad illorum, & cujuslibet eorum, etiamſi pluries ratificata, & juramento vallata ſint, obſervantiam teneri, neque ex illis cuiquam aliquod jus, vel actionem aut titulum etiam coloratum, vel poſſidendi, ac præſcribendi cauſam, etiamſi longiſſimi, & immemorabilis temporis poſſeſſio, etiam citra ullam interpellationem, vel interruptionem ſubſequatur, acquiſitum fuiſſe, nec eſſe, minuſque ullo tempore acquiri, & competere poſſe, neque illa ullum ſtatum facere, vel feciſſe, ſed perinde acſi nunquam emanaſſet, nec facta fuiſſet, pro non extantibus, & non factis perpetuo haberi debere tenore præſentium declaramus, & decernimus. Et nihilominus ad abundantiorem cautelam, & quatenus opus ſit, articulos præfatos, aliaque præmiſſa, ut præfertur, præjudicialia, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus damnamus, reprobamus, irritamus, caſſamus, annullamus, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuamus. Ac quatenus itidem opus ſit Monaſterium Sancti Galli præfatum, illiuſque Monachos, & perſonas quaſcumque adverſus illa in integrum, & priſtinum ac eum, in quo ante quaslibet hæreticorum uſurpationes, & invaſiones quomodolibet erant, ſtatum reſtituimus, remittimus, reponimus, & plenarie reintegramus.

Declaratio nullitatis articulorum in Tractatu Eccleſiæ juribus præjudicialiũ, cum eorumdem damnatione.

Clauſulæ.

§. 3. Decernentes easdem preſentes Literas & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes etiam ſpecifica, & individua mentione digni illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque cauſæ, propter quas eædem præſentes emanarint ſufficienter adductæ, verificatæ, aut ullo modo juſtificatæ fuerint, aut ea alia quacumque cauſa, colore, prætextu, & capite etiam in corpore juris clauſo, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, & nullitatis, vel invaliditatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut intereſſe habentium, vel habere prætendentium conſenſus, aliove quocumque etiam quamtumlibet magno, ac incogitato, inexcogitabilique defectu, aut ea alio quovis capite a jure, vel facto, aut ſtatuto, conſuetudine, vel privilegio reſultante notari, impugnari, invalidari, retractari, in controverſiam vocari, ſeu ad terminos juris reduci, ullatenus poſſe, ſed ipſas præſentes Literas ſemper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter obſervari; Sicque & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac prædictæ Sanctæ Rumanę Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apoſtolicæ præfatæ Nuncios, alioſve quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obſtantibus præmiſſis, ac Apoſtolicis, & in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Syn-

& Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus & quatenus opus ſit noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de jure quæſito non tollendo, Legibus quoque etiam Imperialibus, & municipalibus, necnon quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis quibuſcumque Locis, & perſonis, etiam quacumque Eccleſiaſtica, vel mundana dignitate fulgentibus, & aliis quomodolibet qualificatis, ac ſpecialem expreſſionem requirentibus ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis; aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis irritantibus, & aliis decretis, etiam motu ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac conſiſtorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantiſcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & infererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum & gentium in judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die X. Decembris MDCCXVIII. Pontificatus noſtri anno Decimonono.

CCLXI.

Dat. 5. April. 1719. an. 19.

Confirmatur Decretum Capituli Generalis Monachorum Congregationis Reformatæ S. Bernardi de Superioribus ſingulis ſexenniis eligendis.

Conſt: ed: 1718, Maji 4, P, 18, qua hic refertur prorogatum fuit Capitulum Gen: ad ſexennium. Et Bened: XIII Conſt: ed: 1727, Sept. 2, P. 3. reſtituitur Provinciæ Calabriæ Monaſterium de Sagittario.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Alias emanarunt a Nobis ad favorem Congregationis Reformatæ Sancti Bernardi Monachorum Ordinis Ciſtercien. literæ in ſimili forma Brevis tenoris, qui ſequitur, videlicet: Clemens PP. XI. Ad perpetuam rei memoriam. Cum ſicut accepimus in Congregatione Reformata Sancti Bernardi Monachorum Ordinis Ciſtercien., uſus Capitulum Generale, in quo tam Abbas Generalis, quam alii Primarii ejuſdem Congregationis Superiores eligi conſueverunt de triennio in triennium celebrandi hactenus invaluerit; Experientia vero compertum fuerit ex adeo frequenti Capituli hujuſmodi celebratione, ac ſuperiorum mutatione multiplicia univerſæ Congregationi prædictæ adferri incommoda, & detrimenta, tum ob graves, quas ſingulæ Provinciæ ratione ipſius Capituli quolibet triennio non ſine eorum, ac Monaſteriorum notabili onere, & damno facere tenentur, expenſas; tum etiam ob diutinam eorumdem Superiorum ac præcipuorum Religioſorum, qui pene continuos itinerum labores ſubire, ac non modicum tempus in acceſſu, mora, & receſſu a loco Capituli abſumere coguntur, a ſuis Provinciis, & Monaſteriis abſentiam. Quibus pariter accedit, quod ubi vix prædicti Superiores debitam rerum ejuſdem Congregationis, ac qualitatum Monachorum ſuæ curæ commiſſorum cognitionem nacti fuerint, munerum ſuorum eveniat vocatio. Nos conſiderantes pro ipſius Congregationis ejuſque Monaſteriorum, & perſonarum levamento, ac felici, proſperaque eorum directione, necnon Monaſticæ diſciplinæ conſervatione expediens fore, dicti Capituli celebrationem de triennio in ſexennium deinceps differri, ac proinde illorum utilitati, & commoditati, quantum cum Domino poſſumus conſulere cupientes, de particularis Congregationis nonnullorum ex Venerabilibus noſtris S. R. E. Cardinalibus ad id a Nobis ſpecialiter deputatorum, qui ejuſmodi negotium mature, & accurate perpenderunt conſilio, ac etiam motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ut de cætero Capitulum Generale prædictæ Congregationis, quolibet Sexennio a proxime futuro Capitulo Generali, quod die nona currentis menſis in Monaſterio S. Pudentianæ de Urbe ejuſdem Congregationis celebrandum erit, incipiendo, atque ita perpetuis futuris temporibus de ſexennio in ſexennium continuando celebretur, ita tamen, ut majoris partis vocalium, qui proximum Capitulum prædictum conſtituent, deſuper accedat conſenſus, dictumque negotium, ac præſentes literæ ſub initio ejuſdem Capituli generalis per dilectum filium noſtrum Franciſcum ejuſdem S. R. E. Presbyterum Cardinalem Barberinum, nuncupatum, qui dictæ Congregationis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protector exiſtit, proponantur, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus.

Conſtitutio hujus Pontificis, de celebratione Capituli Gen: ſingulis ſexennis, & non amplius triennis, motu proprio edita.

§. 1. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere,

nere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari: ſicque & non aliter in præmiſſis per quoſcunque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quoſlibet quacunque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.2. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Congregationis, ejuſque Provinciarum, & Monaſteriorum quorumcumque, & aliis quibuſvis, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis eidem Congregationi, ejuſque Provinciis, & Monaſteriis, ac Superioribus, & perſonis quibuslibet ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis Clauſulis, & Decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, ac conſiſtorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, ac pluries approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, cauſas, & occaſiones præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis, ſervatis, & ſpecificatis reſpective habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.3. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & Sigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 4. Maji 1718. Pontificatus noſtri anno 18. F. Cardinalis Oliverius.

Decretum præd. de celebratione Capituli Gen. ſingulis ſexenniis, & ſuperioribus ſexennalibus.

§.4. Cum autem ſicut dilectus modernus Procurator Generalis ejuſdem Congregationis Monachorum Nobis nuper exponi fecit, memorati vocales in dicto Capitulo generali die 9. Maji proxime præteriti, ut præfertur, celebrato, in eoque prædicto Franciſco Cardinale noſtro, & ejuſdem Apoſtolicæ Sedis nomine præſidente, Decretum ediderint, quo conſenſum ſuum præbuerunt, ut non modo Capitulum Generale ejuſmodi, verum omnium etiam Superiorum tum Majorum, cum localium ipſius Congregationis officia de ſexennio ad ſexennium in futurum prorogarentur, dictus vero Procurator generalis Decretum præfatum Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimum deſideret. Nos ejuſdem Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus, ac univerſæ Congregationis prædictæ nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis benigne inclinati, de ſupradictæ Congregationis particularis Cardinalium conſilio, prænarratum Decretum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes & ſingulos Juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus, cum infraſcriptis tamen declarationibus, nimirum, quod prorogatio de triennio ad ſexennium officiorum ejuſmodi Superiorum, fiat inpoſterum dumtaxat quoad Superiores Majores, Abbatem nempe Generalem, duos Aſſiſtentes Viſitatores Generales, Viſitatores Provinciales, & Procuratorem Generalem, nullatenus autem quoad alios ſuperiores locales, ſcilicet Abbates, Priores, Superiores, vel Œconomos, qui omnes circa finem temporis Quadrageſimæ cujuſque triennii poſt ſingula Capitula generalia ad ſexennium, ſicut præmittitur, prorogata ad præfatum Abbatem Generalem in Alma Urbe noſtra degentem ſuas patentes literas omnino tranſmittere teneantur, nulla tamen adminiſtrationum ſuarum facta interruptione, & abſque ulla efformatione, ſeu confectione Statuum Monaſteriorum, & ab ipſo Abbate Generali de ſuorum Conſiliariorum per Conſtitutiones ejuſdem Congregationis Monachorum auctoritate Apoſtolica confirmatas pro ſuperiorum prædictorum electione Deputatorum conſilio, juxta diſpoſita in eiſdem Conſtitutionibus Tit. de Capitulo Generali Cap. 11. §.3. pag. 173. expectare debeant confirmationem officiorum, ſeu ſuperioratuum in ſuis reſpective Monaſteriis vel translationem ad alia, aut abſolutionem ab eiſdem officiis, prout præfati Abbas Generalis, ac ejuſdem Conſiliarii pro conſcientia, ſolumque Deum ejuſque Gloriam præ oculis habentes ad prædictæ Congregationis majus bonum, ac rectius regimen expedire judicaverint: quod ſi eorum aliquis abſolvendus ſit ab officio, vel ad aliud transferendus guberninm, is eidem Abbati Generali, vel ſuo reſpective Viſitatori, Provinciali, vel cui aut quibus dictus Abbas Generalis, vel Viſitator Provincialis mandaverit, ſuæ adminiſtrationis rationem reddere teneatur, pariterque Abbas Generalis ac Viſitatores Provinciales durante integro ſexennio hujuſmodi, alter quidem ſecundo, alter vero quinto ejuſdem ſexennii anno Viſitationes ad normam in præfatis Conſtitutionibus præſcriptam explere teneantur.

Preces Procuratoris Gener.

Confirmatio memorati Decreti quoad ſuperiores majores tantum, cum norma ſervanda ſingulis trienniis in electione, vel confirmatione aliorū ſuperiorum.

§.5. Decernentes quoque præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſ-

Clauſulæ.

ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus, & ſingulis illis, quæ in literis præinſertis conceſſimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.7. Cæterum volumus pariter, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Ecleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die III. Aprilis MDCCXIX. Pontificatus noſtri anno Decimo nono.

---

*

CCLXII.

Dat. 15. Aug. 1719. an. 19.

Declaratur nullum Edictum Senatus Taurinenſis prohibentis executionem Literarum exterarum ſine ejus *Exequatur*.

Conſt. ed. 1715., Jun. 11., P. 15. nullum declaratum fuit Bannimentum in Sicilia editum contra executionem Decretorum Apoſtolicorum. Conſt. ed. 1717., Oct. 20., P. 17. itidem nullum dictum fuit Edictum in Sabaudia editum in præjudicium Dominii S. Sedis, Benedict. XIII. Conſtit. ed. 1726., Febr. 14., P. 2. nulla declarantur geſta a Poteſtate ſæculari adverſus Hoſpitale Magnum Sancti Bernardi. Et Conſt. ed. 1726. Dec. 19., P. 6. nulla declarantur Edicta Magiſtratuum adverſus Decretum Officii S. Greg. VII.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

AD Apoſtolatus noſtri notitiam, non ſine ingenti animi Noſtri mœrore, pervenit ſub nomine Senatus in Civitate Taurinen. reſidentis, ultra tot, tantaſque alias Eccleſiæ, ac Sedi Apoſtolicæ in illis partibus a Sæculari poteſtate illatas injurias, noviſſime prodiiſſe quoddam Edictum Typis impreſſum, ac nomine Secretarii Ordinarii ejusdem Senatus ſubſcriptum tenoris, qui ſequitur, videlicet. *Il Senato di S. M. in Torino ſedente. Il deſiderio, che ha ſempre avuto S. M. di mantenere la tranquillità ne' ſuoi Stati, e di prevenire tutto ciò, che poteſſe turbarla, vien' adeccitar nuovamente la noſtra particolare attenzione, perchè in viſta d'un fine sì ſalutare, & in*

Decretum præd. quo prohibetur executio quarumcunque Literarū exterarū ſine ſenatus permiſſū ſub variis pœnis.

conformità anche delli uſi già praticati non ſi laſci eſeguire alcuna proviſione procedente da fuori Stato, ſia Bolla, Breve, o altra, ſenza che prima ci ſii preſentata, per accertarſi, ſe vi ſi contenga coſa alcuna contraria, o pregiudiciale agl' Indulti, Prerogative, e Diritti, sì ſuoi, che della Corona, e de' Sudditi, ad effetto, che quelle di dette proviſioni, che non ſaranno ritrovate contrarie, o pregiudiziali, come ſopra, abbino la loro pronta, e ſpedita eſecuzione: E per le altre all' oppoſto ſi poſſa provedere a quanto ſi conviene, e particolarmente per le procedenti da Roma avviſarne la M. S. per rappreſentarla a Sua Santità, e quanto all' altre adoperare i mezzi opportuni. A qual fine per ſuo Regio viglietto delli 13. Giugno corrente, ci ha eſpreſſamente incaricati di far publicare il noſtro Manifeſto, acciò ſappia ogn'uno l'obbligo ſuo, com'anco di ſervirci de' mezzi della Podeſtà Economica, e Politica in odio de' Contravventori ſecondo l'eſigenza de' caſi. In eſecuzione di che ſi notifica ad ogni perſona di qualſivoglia grado, e condizione, niuna eſcluſa, nè riſervata, che chiunque averà ottenuto, o verrà ad ottenere Bolle, Brevi, Reſcritti, o altre proviſioni procedenti da fuori ſtato, non poſſa, nè debba farle eſeguire, ſenza che prima ſiino ſtate preſentate per le cauſe ſovra eſpreſſe a queſto Senato, e dichiaratoſi dal medemo non aver coſa in contrario; Il che ſi farà dal Senato con ogni prontezza per tutte quelle di dette proviſioni, che non ſaranno contrarie agl'Indulti, Prerogatitive, e Diritti della Corona, e de' Sudditi, o che non ſi ritroveranno eſſere ſtate ſurrettiziamente ottenute, e che in caſo contrario ne darà immediatamente avviſo alla M. S. affine di rappreſentare come ſopra a Sua Santità per le proviſioni di Roma, & adoperare quanto alle altre i rimedii opportuni. Ammoniamo a tal'effetto, & eſortiamo tutti, e ciaſcheduno degl' Eccleſiaſtici, ed eſpreſſamente inibiamo a Secolari, Prefetti, Giudici, Podeſtà, Notari, Segretarj, Sindici, e Conſiglieri de' Luoghi, e Communità, ed a chi ſi ſia altro di non dare, nè permettere l'eſecuzione di dette proviſioni, meno eſeguirle, autenticarle, o altrimente prevalerſene, ſalvo che vedino la dichiarazione ſudetta di queſto Senato, quale s'accorderà ſenza difficoltà, ritardo, nè ſpeſa alcuna in la preſentazione, che ſarà fatta di dette proviſioni, da chi le averà impetrate, o per parte d'eſſo; Dichiarando, che in caſo contrario ſi procederà in odio di tutti, e ciaſcheduni i Contravventori con li mezzi della Podeſtà Economica, e Politica, o altrimente sì, e come li caſi eſigeranno, e che ſarà ſpediente per la tranquillità publica, e per l'eſatta oſſervanza degl'uſi predetti. Mandiamo perciò, ed eſpreſſamente commandiamo a detti Giudici, Podeſtà, Sindici, Conſiglieri, e Segretarii delle Communità di dare avviſo di dette contravenzioni, cioè quanto alla Provincia di Torino al Segretario Ordinario di queſto Magiſtrato, e quanto alle altre a reſpettivi Prefetti, quali Prefetti incarichiamo d' eſeguire gl'ordini Noſtri ſotto pena della privazione de' loro impieghi, incapacità d'averne altri, e di ſcudi cento d'oro al Fiſco di S. M. applicandi, quali pene incorreranno anche li Giudici, Podeſtà, Segretorii, e Nodari, e riſpetto a Sindici, e Conſeglieri, quella di ſcudi cinquanta d'oro, e del carcere per meſi tre, ed eziandio altra maggiore arbitraria ſecondo i caſi riſpetto a tutti. Dichiarando la publicazione, ed affiſſione di queſto da farſi all' Albo Pretorio di cadauna Città, Terre, e Luoghi valer, come ſe foſſe a cadauno perſonalmente eſeguita, e che alla copia ſtampata dallo Stampatore Regio ſe gli debba preſtare tanta fede,

Digitized by Google

de, come al proprio Originale. Dat. in Torino li venti Giugno mille ſettecento diecinove: Per detto Eccellentiſſimo Reale Senato: Il Segretario Ordinario del medemo: In Torino, ſtampato nella Stamparia Regia 1739.

Cauſæ inſequentis Declarationis.

§.1. Cum autem nimium evidens ſit, nec quiſquam inficiari valeat ex præfato Edicto, & in eo contentis graviſſimum Eccleſiaſticæ libertati, ac Pontificiæ noſtræ auctoritati vulnus infligi: adeoque illa a Nobis æquo animo ferri, aut diſſimulari minime poſſe; Hinc eſt, quod Nos ex commiſſi Nobis divinitus Paſtoralis muneris debito, Eccleſiæ, atque hujus Sanctæ Sedis jura ab ejuſmodi ſcandaloſis auſibus, quantum Nobis ex alto conceditur, ſarta, tectaque, atque illibata tueri, & conſervare cupientes, omniumque, & ſingulorum, quæ ejuſdem Edicti, quod non alio, quàm illud penitus, & omnino damnandi, & reprobandi animo præſentibus inſerendum duximus, ſeu in eo contentorum occaſione quovis modo acta, & geſta fuerunt, ſeriem, cauſas, & circumſtantias, etiam aggravantes, aliave quæcumque etiam ſpecificam & individuam mentionem, ac expreſſionem requirentia, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ſingillatim ſpecificatis habentes: Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Edictum præinſertum, & quæcumque in eo contenta, cum omnibus, & ſingulis inde ſecutis, & forſan quandocumque ſecuturis penitus, & omnino nulla, irrita, invalida, injuſta, reprobata, damnata, inania, temeraria, & a non habentibus poteſtatem damnabiliter attentata, ac de facto præſumpta, nulliuſque omnino roboris, & momenti, vel efficaciæ eſſe, & ab initio fuiſſe, ac perpetuo fore, neque illa a quoquam obſervari poſſe, vel potuiſſe, adeoque nec ullum ſtatum facere, vel feciſſe, ſed perinde, ac ſi nunquam emanaſſent, nec facta fuiſſent, pro non extantibus, & non factis perpetuo itidem haberi debere, tenore præſentium declaramus; & nihilominus ad majorem, & abundantiorem cautelam, & quatenus opus ſit, illa omnia, & ſingula, prout etiam quæcumque alia præmiſſorum occaſione in præjudicium libertatis, & immunitatis, & juriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſeu Apoſtolicæ auctoritatis quovis modo emanata, edita, acta, geſta, & perpetrata cum omnibus pariter inde ſecutis, & quandocumque ſecuturis, harum ſerie damnamos, reprobamus, revocamus, caſſamus, irritamus, annullamus, abolemus, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuamus, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, caſſatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuis ſemper haberi volumus, & mandamus.

Declaratio nullitatis præinſerti Edicti, cum illius damnatione.

Clauſulæ.

§.2. Decernentes eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod prædicti, & alii quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis exiſtant, ſeu alias ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, cauſæque, propter quas præſentes emanarint, ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe; Sed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter, & inconcuſse obſervari: Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & præfatæ Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibus præmiſſis, ac Apoſtolicis, & in univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, & quatenus opus ſit, Noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo; Legibus quoque etiam Imperialibus, & Municipalibus, necnon quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis prætatis, & aliis quibuſvis perſonis etiam ſpeciali mentione dignis, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia. & poteſtatis plenitudine paribus, ac conſiſtorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis editis, factis, ac pluries iteratis, ac quantiſcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis.

§.4. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dum-

dumtaxat ſpecialiter, & expreſse derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.5. Cum autem eædem præſentes literæ in ſupradicta Civitate Taurinen: , aliiſque locis Sæculari poteſtati earumdem partium ſubjectis nequeant tute publicari, ut hactenus experientia compertum eſt, & Nobis notorie conſtat, prout harum ſerie declaramus; volumus illas, ſeu earum exempla ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis, ac Baſilicæ Principis Apoſtolorum, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt, affigi, & publicari; Sicque publicatas, & affixas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent; utque ipſarum Literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud, ubique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XVIII. Auguſti MDCCXIX. Pontificatus Noſtri Anno Decimonono.

CCLXIII.

Dat. 18. Sept. 1719. an. 19.

Revocantur omnia Indulta Religioſis perſonis conceſſa a Nuncio Apoſtolico in Regnis Luſitaniæ, & Algarbiorum.

Inn: XII Conſt: ed: 1697, Jan: 12, P 6 revocata fuere privilegia a Superioribus Religioſis conceſſa in Indiis Occiden: . Et Bened: XIII Conſt: ed: 1727, Jan: 10, P 3 revocantur privilegia perſonalia Fratribus S. Joannis Dei conceſſa in Provincia Ulyſſiponen.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

SAcroſancti Apoſtolatus Officium, quod inſcrutabilis Divinæ Sapientiæ, atque Clementiæ altitudo humilitati noſtræ meritis, & viribus longe impari committere dignata eſt, ſalubriter exequi jugi vigilantia ſatagentes; in eam præcipue curam ſolicitis ſtudiis incumbimus, ut Chriſtifidelibus Altiſſimi obſequiis ſub ſuavi Religionis jugo mancipatis ſublatis iis, quæ regulari eorum obſervantiæ, atque diſciplinæ detrimentum adferre noſcuntur, juxta regularia eorum inſtituta proſpere dirigantur, illiſque firmiter inſiſtentes, multiplicibus in dies benedicente Domino proficiant incrementis.

Referuntur variæ ſpecies prædd. Indultorum, & mala ex eorum conceſſione orta.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis, ac eorumdem Regnorum Inſulis in Indiis Orientalibus, & ultra marinis conquiſitis, prædictorum Regnorum Portugalliæ, & Algarbiorum dominio temporali ſubjectis, nonnulla Indulta, privilegia, prærogativæ, immunitates, & exemptiones diverſorum Ordinum Religioſis a dilecto Filio Noſtro, & Sedis Apoſtolicæ Nuncio in dictis Regnis reſidente conceſſa reperiantur, per quæ iidem Religioſi ab eorum Prælatorum obedientia eximuntur, nonnullique ex eis etiam juriſdictioni Superiorum alterius Ordinis ſubjiciuntur, ac in Conventibus ipſius Ordinis cum titulo tuti acceſſus collocantur; alii vero Religioſi cum literis patentibus ejuſdem Nuncii in eorum Officiis confirmantur cum deputatione Conſervatorum, a quibus perſæpe Literæ monitoriales contra Superiorem expediuntur, ad hoc ut prædictis Religioſis ſuper dictis exemptionibus, collocationibus, & graduationibus eis conceſſis moleſtias minime inferant, ita ut in viſitationibus debita obedientia a memoratis Religioſis exigi nequeat; Præterea Conventualitates perpetuæ in Conventibus, & licentiæ degendi extra Clauſtra conceduntur, quarum vigore Superioribus Regularibus ſub excommunicationis pœna inhibetur, ne a Conventibus Religioſi ibidem aſſignati amoveantur, & ad Clauſtra redigantur. Ac demum ejuſmodi Religioſi indulta ferendi votum, ſive ſuffragium in Capitulis Provincialibus, etiamſi ipſi requiſitis ad id per Conſtitutiones Ordinum hujuſmodi authoritate Apoſtolica confirmatas præſcriptis præditi minime ſint, impertiuntur; Ex hoc autem graviſſima inconvenientia, & ſcandala in non modicum Regularis obſervantiæ, & diſciplinæ detrimentum exoriantur.

Revocatio præfatorum Indultorum, cum prohibitione Nuncio Apoſt. facta in poſterum illa non concedendi.

§.2. Nos præmiſſis, quantum cum Domino poſſumus, occurrere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, & matura deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula, ac quæcumque hujuſmodi privilegia, prærogativas, immunitates, & exemptiones quorumcumque Ordinum, Congregationum, ac Inſtitutorum Religioſis per memoratum in dictis Regnis Nuncium ex quacumque cauſa, ac ſub quibuſcumque verborum formis, & expreſſionibus quomodolibet conceſſa, tenore præſentium revocamus, caſſamus, annullamus, abrogamus, & abolemus, illaque revocata, caſſata, abrogata, & abolita, viribuſque, & effectu vacua fore, nemini que ullatenus ſuffragari decernimus; Ac eidem Nuncio harum ſerie præcipimus, ut de cætero a conceſſione ſimilium Indultorum omnino abſtineat.

Clauſulæ.

§.3. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non quatenus opus ſit, Ordinum, Congregationum, & Inſtitutorum hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis eiſdem Religioſis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis Decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua mentio habenda eſſet, illorum tenores præſen-

Digitized by Google

ſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad premiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cęteriſque contrariis quibuſcumque.

§.5. Volumus autem, ut pręſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutę munitis, eadem prorſus fides ubique locorum, tam in Judicio, quam extra illud habeatur, que haberetur ipſis pręſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XVIII. Septembris MDCCXIX. Pontificatus Noſtri anno Decimonono.

CCLXIV.

Dat. 1. Dec. 1719. An. 20.

Confirmatur Conſtitutio Gregorii XIII. de tranſitu Patrum Societatis Jeſu poſt emiſſionem votorum ad alios religioſos Ordines.

Laudata Conſtitutio edita fuit 1579, Oct: 24, P 8, & hic refertur una cum Conſtitutionibus Pauli III ed: 1549, Oct: 18, P 15; & Pii IV ed: 1565 Nov: 26, P 6 de eadem re agentibus. Et Bened: XIII Conſt: ed: 1728, Jun: 14, P 5 agitur de ejectis Preſbyteris a Præpoſito Gen: d: Societatis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

SAcri Apoſtolatus miniſterio per abundantiam divinæ gratiæ licet nullis nobis ſuffragantibus meritis præſidentes ex injuncti Nobis muneris debito Religioſorum Ordinum quorumcumque in Eccleſia Dei militantium proſperum ſtatum, felicemque directionem ſummis deſiderantes affectibus, eiſque propterea, quæ præſertim à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris provide ſancita, & ordinata comperimus, ut firma, & illibata perſiſtant, exactiuſque obſerventur, Apoſtolicæ Noſtræ Confirmationis robur libenter adjicimus, ejuſdemque muneris partes perpenſis ſtudiis impertimur, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

§.1. Exponi ſiquidem Nobis fecit dilectus filius Michael Angelus Tamburinus Præpoſitus Generalis Societatis Jeſu, quod alias felic. rec. Gregorius Papa XIII. Prædeceſſor Noſter, ut tam Indiis Orientalibus, & Occidentalibus, quam omnibus, & ſingulis aliis Regionibus extra Europam, nemo ſive ex Clericis Regularibus ejuſdem Societatis, ſive Profeſſus, ſive Scholaris, ſive Coadiutor poſt emiſſa in dicta Societate vota etiam ſimplicia ſub excommunicationis, aliiſque cenſuris, & pœnis ad quempiam alium Ordinem, niſi de expreſſa Romani Pontificis, vel Præpoſiti Generalis prædictæ Societatis licentia, etiam perfectioris, & melioris vitæ prætextu, ſeu contemplatione, tranſire auderet, ſeu præſumeret, decrevit, & ordinavit per ſuas Literas ſub Plumbo Anno Incarnationis Dominicæ 1579. nono Kalendas Octobris expeditas tenoris ſequentis, videlicet.

Conſtitutio præd: Gregorii XIII.

§.2. *Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam*: Decet Romanum Pontificem, æqui bonique ſupremum aſſertorem, aberrantibus tramites excludere, diſtricteque conſilia prævaricantia reprimere, ne obcæcatæ mentis apparens virtus in damnationis periculum ſectantes trahat, aliiſque perditionis viam ſternat. Dudum ſiquidem felic. record. Paulus Papa Tertius Prædeceſſor Noſter, inter alia Societati Jeſu, illiuſque Præpoſito, & Perſonis pro tempore exiſtentibus, per eum conceſſa privilegia, per quaſdam ſuas Literas, ſub data videlicet, quintodecimo Kalendas Novembris, Pontificatus ſui anno etiam quintodecimo, voluit, & inhibuit, ne quis in dicta Societate, poſt emiſſa ab eo, ſecundum illius Conſtitutiones, vota, ſive Profeſſus, ſive Scholaris, aut Coadiutor Societatis hujuſmodi eſſet, ad quemvis alium Ordinem, etiam per Sedem Apoſtolicam approbatum (Carthuſienſium dumtaxat excepto) niſi de expreſſa ejuſdem Sedis, vel pro tempore exiſtentis ipſius Societatis Præpoſiti Generalis licentia transferri, nec in illo recipi, aut retineri poſſet; ac ipſius Societatis Generalis, & alii inferiores Præpoſiti per ſe, vel alios, ab ipſa Societate ſubterfugientes, & egreſſos, ac quoſcumque dictæ Societatis Apoſtatas, reliquoſque inſolentes, qui id mereri viderentur, in quocumque habitu repertos excommunicare, capere, incarcerare, & alias ſuæ diſciplinæ ſubmittere, & ad id, ſi opus foret, auxilium Brachii Sæcularis invocare libere, & licite valeret. Et deinde piæ mem. Pio Papa Quarto etiam Prædeceſſori Noſtro, pro parte clar. me. Sebaſtiani Portugalliæ, & Algarbiorum Regis Illuſtris ex tunc exiſtentis Præpoſiti, & Perſonarum Societatis hujuſmodi expoſito, quod nonnullæ ejuſdem Societatis Perſonæ animi levitate, ut credebatur, ductæ, ac quietem labori, cui pro excolenda, & propaganda Chriſtiana Republica continuo erant expoſitæ, ac privatum commodum, tam publicæ, quam Societatis hujuſmodi utilitati, indiſcrete præferentes, fucatiſque coloribus aſſerentes, ſe id facere ob frugem melioris vitæ, aut ſtrictioris obſervantiæ, ſeu non obtenta Superiorum licentia ad alios Ordines tranſire poſſe jactabant, & forſan tunc quidam de facto tranſierant, alii vero ambitioſa cupiditate moti, poſtquam ſe Deo dediderant ſæculi libertatem quærentes, ad illud reverti, & in eo palam degere non dubitaverant, nec dubitabant, in animarum ſuarum detrimentum, ac Societatis prædictæ non modicum præjudicium. Quodque niſi opportuno aliquo remedio conſuleretur, verendum erat, ne Societas ipſa, quæ in erudiendis ſuis impenſa, & & labore Viris, quæ Chriſtianæ Reipublicæ prodeſſent, & Catholicam fidem in remotiſſimis partibus propagarent, ſedulo intendebat, taliter deluſa careret Literatis, qui operam in Vinea Domini, juxta ipſius Societatis Inſtituta præſtare ſolitam, valerent adimplere; idem Pius Prædeceſſor ſub data, videlicet Sexto Kalendas Decembris Pontificatus ſui anno ſexto, quod nullus in dicta Societate admiſſus, poſt emiſſa, ut præfertur, vota, ſive Profeſſus, ſive Scholaris, ſive Coadjutor, cujuſcumque ſtatus, gradus, conditionis ille foret, a dicta Societate exire, aut recedere, etiam prætextu

A Paulo III. prohibitum fuit univerſis PP. Jeſuitis ingredi alium Ordinem, excepto illo Carthuſianorum ſine facultate S. Sedis, vel Præpoſiti Gener. ſub certis pœnis & cenſuris in contravenientes tantum.

A Pio IV, & V. idem vetitum fuit quoad Ordinem Carthuſianorum quoque poſt elapſum certum tempus ab emiſſa profeſſione, & niſi adſit expreſſus conſenſus Præpoſiti Gen. ſub pœnis, & cenſuris tam inde aliter facientes quam eorum receptores, & fautores,

eſſe

cujuſvis Indulti a Sede Apoſtolica, ſeu illius Majore Pœnitentiario, aut aliquo Nuncio, vel Legato etiam de Latere impetrati, & impetrandi, quod etiam ex tunc idem Pius Prædeceſſor ſubreptitium declaravit, abſque expreſſa Superioris ſui licentia, etiam quæſito colore ob frugem melioris vitæ, aut ſtrictioris obſervantiæ, ad quemvis alium etiam Minorum, aut aliorum Fratrum Mendicantium, aut Ciſtercientium, vel Sancti Benedicti, aut aliorum Monachorum Ordinem tranſire, vel etiam per Superiores Ordinum hujuſmodi, ſuorumque Monaſteriorum (præfato Carthuſienſium Ordine dumtaxat excepto) recipi ſeu retineri poſſet, aut præſumeret, ſub pœna excommunicationis, tam per recipientes, quam Receptos, aut recedentes præfatos, ipſo facto incurrenda, a qua preterquam in mortis articulo, ab alio quam Romano Pontifice, vel Superiore Societatis hujuſmodi abſolvi non poſſet, & ſecus facta non tenerent, nulliuſque eſſent momenti; Et inſuper, ut qui ab ipſa Societate ad Carthuſianum infra tres menſes, ad alium vero Ordinem de licentia prædicta infra tempus eis a dicto Superiore preſigendum accedere, illoſque actualiter ingredi, & ſi in illis permanere nollent, aut non poſſent, abſque ulla mora ad dictam Societatem regredi tenerentur, ſub pœna excommunicationis præfata, quam tam ipſi admiſſi, quam illos Recipientes, vel eis auxilium, conſilium, vel favorem præſtantes etiam incurrerent. Et nihilominus ſi quis ex Religionis ipſius Societatis animo indurato aliquid in contrarium attentare præſumeret, vel a dicta Societate poſt in ea emiſſa Vota, ut præfertur, abſque Superioris licentia exiret, & in ſæculo, vel alio etiam Regulari Loco degeret, liceret dicto Generali, aliiſque dictæ Societatis Superioribus eoſdem transgreſſores, & exeuntes tamquam Apoſtatas etiam per auxilii brachii Sæcularis invocationem ſummarie, & ſine figura Judicii ad dictam Societatem revocare, capere, & incarcerare, ac debitæ pœnitentiæ ſubjicere Apoſtolica authoritate perpetuo ſtatuit, ordinavit, & mandavit, prout in prædictis recol. mem. Pii Papæ Quinti ſimiliter Prædeceſſoris Noſtri ſuper Statuto, Ordinatione, & mandato hujuſmodi, cum dictus Pius IV. Prædeceſſor, antequam ejus Literæ deſuper conficerentur, ſicut Domino placuit, rebus fuiſſet humanis exemptus, confectis Literis plenius continetur. Et licet nullus præmiſſis contravenire debuerit,

Verſutiis & dolis præd. Conſtitutiones ſubinde deluſæ, & interpretatæ.

nihilominus, ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilecti filii Euerardi Mercuriani Præpoſiti Generalis ejuſdem Societatis petitio continebat, non defuerunt, qui verſutiis quibuſdam Literas præfatas temere interpretantes, & periculoſe de dictæ Sedis poteſtate diſputantes, eamque coarctantes ſub prætextu videlicet, quod via perfectionis, inſtinctu Spiritus Sancti ſuggeſta, præcludi minime poſſit, quodque Literæ hujuſmodi ſolum intelligerentur, quando transfugæ Societatis prædictæ in ſæculo vagarentur, non autem quando ad alia loca Regularia, præcipue Mendicantium, ſe reducerent, habitumque per ipſos Mendicantes geſtari ſolitum ſuſciperent, ſeu Profeſſionem per eos emitti ſolitam, emitterent, aut emittere intenderent Regulares, ac idcirco ſe excommunicationis latæ ſententiæ in prædictis Literis irrogatæ vinculo nequaquam innodari, ac affici prætendant; in animarum ſuarum damnabile periculum, dictæque Societatis jacturam, & gravamen, ac plurimorum ſcandalum. Poſtmodum vero, cum ad brachium ſæculare recurritur, Principes, ac Magiſtratus temporales, necnon Judices, & Executores, aut Juſtitiæ Miniſtri, ſeu etiam vigore Privilegiorum ipſius Societatis, aſſumpti Conſervatores contra Recipientes, & Retinentes hujuſmodi, ſeu dantes conſilium, auxilium vel favorem ſub prætextu, quod ipſi ſic excommunicati in eaſdem cenſuras incidiſſe prius declarandi veniant, procedere recuſant, ſicque apoſtatandi aperitur, & fovetur occaſio. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, æquum videri non debeat, ut qui ad fidei Catholicæ defenſionem, & inter Gentiles propagationem cum divina gratia procurandam vocati, & in ea diu educati, & verſati ſunt, levi aliqua illuſione, aut etiam gravi quacumque tentatione, vel laboris perferendi tædio, aut etiam Bonorum, & Dignitatum deſiderio, & ambitione, ab opere juxta ſuam vocationem incepto deſiſtant, aut ex acie pedem referant, maxime vero in Regionibus illis, in quibus meſſis quidem copia magna, Operariorum vero inopia maxima exiſtit, ubi etiam res omnes ſpiritus errantis eſſe illuſiones experimentum docuit. Nam eorum, qui ex illis partibus, prætextu ingreſſus in Carthuſienſium Ordinem ſe ſubtraxerunt, nullus hactenus eſt illum ingreſſus; ſed quidam ſano conſilio, & reſipiſcentia, magno Dei beneficio docti, ad Societatem regreſſi ſunt; alii vero in ſeculo, non ſine animarum ſuarum periculo, & multorum ſcandalo, remanſerunt. Quinimo ſimulato in Carthuſienſium Ordinem, cui nulla Domus in Indiis tam Orientalibus, quam Occidentalibus reperitur, ingrediendi animo divagari, aut ad alium contra præmiſſa Religionis Ordinem ſe traducere non verentur. Quare pro parte dicti Euerardi Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui piis, ac juſtis ſupplicantium votis libenter annuimus, præmiſſis obviare volentes, ipſumque Everardum a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, necnon ſingularum Literarum prædictarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, ipſaſque Literas harum ſerie confirmantes, & ampliantes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati;

A Greg. XIII confirmantur recenſitæ Cōſtitutiones, & addi, ſuni denuo prohibetur Patribus Societatis extra Europam exiſtentibus ſub novis pœnis, ac tanto malo opportuna remedia decernuntur.

ut impoſterum, tam in Orientalibus, & Occidentalibus Indiis, quam omnibus, & ſingulis aliis Regionibus extra Europam nullus ex admiſſis in ipſa Societate, ſive Profeſſus, ſive Scholaris, ſive Coadjutor, ſe ab eadem Societate quavis etiam perfectioris & melioris vitæ præſumptione, ac ſtrictioris Ordinis prætextu, ſeu contemplatione, aut alia etiam juſta, & probabili, vel legitima cauſa, poſt emiſſa in dicta Societate vota, etiam ſimplicia, elapſo ab eorum ingreſſu in Societate bienuio emitti ſolita, abſque noſtra, aut Sedis præfatæ, ſeu dicti Euerardi, vel pro tempore exiſtentis ejuſdem Societatis Præpoſiti Generalis, ſive ab eo deputandi, vel

de-

deputandorum ſpeciali, & in ſcriptis obtenta licentia ſub Apoſtaliæ, & infamiæ perpetuæ nuta, necnon excommunicationis latæ ſententiæ, & aliis contra Apoſtatas qoomodolibet inflictis, ſeu etiam aliis ab ipſis Præpoſito Generali, ſeu deputandis inſligendis pœnis (a quibus escluſo mortis articulo, ſi in illo decedere eos contingat, tautum, nonniſi per pro tempore esiſteutes Romanum Pontificem, aut dictæ Societatis Præpoſitum Generalem, ſeu ab eo deputandos hujuſmodi abſolvi poſſint, & aliter facta abſolutio non teneat) ſubtrahere, aut exire nec ſe ad quempiam alium etiam Carthuſienſium Ordinem hujuſmodi præmiſſarum Literarum, aut cujuſvis contra illarum diſpoſitionem obtenti, & a dicto Præpoſito Generali non approbati Indulti vigore transferre audeat, ſeu præſumat. Sed qui ad alios Ordines, præterquam Carthuſienſium in quacumque Orbis parte ab ipſa Societate hactenus ſe tranſtulerunt ad aliam, ſi & poſtquam moniti fueruut, ſtatim ſub iiſdem pœnis, nulla excuſatione etiam infirmitatis, vel mora, aut forenſi contentione, ſeu appellatione iuterjectis ſe reducere, & Superiorum eurrectioni ſubdere teneantur; quodque Profeſſio per eos alibi, quam in dicta Societate emiſſa nullius ſit momenti, nec vincoli. Et interim dicti effugientes, aut egreſſi nullis prorſus Eccleſiaſticorum, aut ſæcularium, ſive Patriarcharum, Primatuum, Archiepiſcoporum, vel Epiſeoporum, aut Imperatorum, Regum, Ducum, Principum, vel Magnatum quorumeumque ſervitiis, vel aſſiſtentiis ſe ſubjicere & applicare, aut mancipari procurare, nec Beneficia Eccleſiaſtica quæcunque, vel qualiacumque ſint etiam ſimplicia, aut penſiones, ſeu quorumcumque fructuum, vel jurium reſervatioues, nec Officia etiam ſæcularia, & quorumvis Ordinum Regularia recipere, & retinere, neque ſcholas tenere aut Pueros inſtituendos accipere, nec etiam confeſſiones audire, Sacramenta miniſtrare, ant prædicare, ſive etiam perfunctorie nullatenus, nuſquam, aut nuſpiam debeant, aut poſſint ſub iiſdem pœnis Apoſtolica auctoritate tenore præſentium decernimus, & declaramus; necnon eiſdem tam Eccleſiaſticis, quam Sæcularibus Perſonis, aliiſqoe quavis dignitate, gradu, & honore præfulgentibus ſub ingreſſus Eccleſiæ, ac quibuſvis Ordinum eorumdem etiam Carthuſienſium Protectoribus, Capitibus, Generalibus, aliiſque Superioribus, & Particularibus, ne quempiam ea dicta Societate in partibus estra Europam conſiſtentibus ad eorum Ordioes ſeu Conventus, vel Domos quomodolibet tranſeuntem, abſque ſpecialibus Præpoſiti Generalis, ſeu depntandorum hujuſmodi, teſtimonialibus Literis, nullo jure, nullo ſanctioris vitæ penſo, ant conſcientia, nullaque neceſſitatis cauſa recipere, vel retinere, etiam virtute cujuſcumque gratiæ ſuper hoc eis ſpecialiter a Sede præfata, ſub quibuſvis clauſulis, & decretis, ac derogatoriarum derogatoriis, niſi præſentium Literarum espreſſa fiat mentio, conceſſæ, attentent ſub ſimilis excommunicationis per eos, ac tam ipſis quam dictis effugientibus auxilium, conſilium, vel favorem publice, vel occulte, directe, vel indirecte dantes, ipſo facto, & abſque alia illorum declaratione, promulgatione, aut denunciatione facienda incurrendis pœnis inhibemus. Mandantes ſub eiſdem pœnis, ut hactenus (præterquam tamen in dicto Carthuſienſium Ordine) receptos etiamſi habitum per recipientes geſtari ſolitum ſuſceperint, & Profeſſionem per ipſoſmet emitti conſuetam emiſerint, eidem Præpoſito Generali, vel deputandis hujuſmodi id requirentibus, & petentibus ſtatim, & abſque alio Judicis miniſterio, vel licentia Capitum Ordinum, eorumque Superiorum espectata, & quod escommunicatio, & pœnæ hujuſmodi contra ipſos Recipientes, vel Retinentes, aut egreſſus, ac dantes conſilium, auxilium, vel favorem inflictæ veniant declarandæ, aut quolibet alio escogitabili prætextu ceſſante tradere, & conſignare. Ac in eventum, in quem ſic egreſſos ad alios Conventus, vel Domos tranſportare fecerint, aut permiſerint, ſuis espenſis, & periculis eos recipere, & reſtituere, damnaque ipſi Societati occaſione hujuſmodi illata reſarcire debeant, & teneantur. Et inſuper pro tempore exiſtentibus Præpoſito Generali, ac aliis Superioribus dictæ Societatis, ſeu etiam eorum Conſervatoribus, ut ad omne caluinniæ genus obſtruendum, & pro temporum, cauſarum, occaſionum neceſſitate in eisdem partibus extra Europam occurrente, quaruncumque Cenſurarum, & pœnarum declarationes pro conſervatione, & cauſa Privilegiorum, & jurium, rerum, ac perſonarum ipſius Societatis tantum facere, & contra tales effugientes quibuſvis juris, & facti remediis, & viis etiam per ſe, vel manu Sæcularium abſque appellationis alicujus, quæ ex nunc, prout ex tunc, & e contra inita ſit, & cenſeatur, admiſſione procedere, ſeu procedi mandare libere, & licite valeant, eiſdem authoritate, & tenore concedimus. Decernentes ſingulas Literas præfatas alias in ſuo robore priſtino remanere, ac præſentes nullo unquam tempore de obreptionis, vel ſubreptionis vitio, aut intentionis Noſtræ defectu notari, vel impugnari, ſuſpendi, revocari, annullari, invalidari, aut ad viam Juris reduci, vel contra illas attentari poſſe, vel debere, ſed illas perpetuo validas, efficaces, & illibatas, esiſtere, & quoties aliquid contra eas extorqueri, & obtineri contigerit, toties easdem in priſtinum ſtatum reſtitutas, confirmatas, & innovatas, ac de novo etiam ſub data per dictæ Societatis Superiores, vel Perſonas eligenda conceſſas, fore, & eſſe, ac in ſuo pleno, & integro robore, abſque eo quod deſuper impetranda ſit a Sede prædicta illarum ulterior confirmatio, reſtitutio, revalidatio, vel nova conceſſio permanere. Sicqoe in omnibus, & ſingulis præmiſſis per quoſcumque Iudices Ordinarios, vel Delegatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis Generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus: Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis quiboſvis Ordinibus, eorumque Superioribus, Conventibus, Domibus, & Perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac eum quibuſvis clauſulis, & decretis etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, necnon conſiſtorialiter, & alias quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innova-

Digitized by Google

vatis. Quibus omnibus, & ſingulis, ſi de illis, ac totis eorum tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, acſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, ac forma in illis tradita obſervata inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, necnon omnibus illis, quæ ipſi Prædeceſſores in dictis ſuis Literis voluerunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicujus Perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu etiam Generalis Præpoſiti ipſius Societatis munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus originalibus Literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, confirmationis, ampliationis, Decretorum, declarationis, inhibitionis, conceſſionis, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, Kalendas Novembris, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

In Indiis novo auſu relatæ Conſtitutiones falſis interpretationibus corrumpuntur.

§.2. Cum autem, ſicut eadem Expoſitio ſubjungebat præmiſſis nequaquam obſtantibus aliquis ex dicta Societate nuper in eiſdem Indiis præinſertarum Literarum obſervantiam, necnon cenſuras, & pœnas in eis contentas eludere, ac contemnere præſumpſerit ab ipſis cum inſubſiſtentibus prætextibus, falſiſque interpretationibus appellando, aſſerens, quod Literis præinſertis per non uſum derogatum fuerit, nulliuſque valoris, & efficaciæ exiſtant, quippe quæ nec in jure communi, nec in Bullario, minuſque in prædictæ Societatis Inſtituto inſerta reperiantur, & in caſum, quo validæ eſſent, Jus commune in Capit. *licet de Regularibus*, ubi ad alium Ordinem zelo ſtrictioris obſervantiæ tranſeundi facultas tribuitur, prævalere deberet, quodque cum ille quatuor votorum profeſſus non ſit, in dictis cenſuris minime comprehendatur; necnon ulterius ejuſmodi præinſertæ literæ alteri privilegio admittendi Religioſos etiam Profeſſos aliorum Ordinum diverſo Ordini conceſſo derogare nequeant; ac tandem per eas legitimæ appellationes, & in caſu denegatæ juſtitiæ non prohibeantur; ſed manifeſto frivolæ dumtaxat admitti nequaquam poſſint, ideoque dictus Michael Angelus Præpoſitus Generalis conſiderans ſimile exemplum maximum eidem Societati præjudicium in iiſdem Indiis afferre poſſe in eventum, in quem alii dictis prætextibus, & ſubterfugiis uti vellent, ad hoc, ut a regulari obedientia, & a cenſuris prædictis ſeſe eximant

Preces Præpoſiti Gen.

præinſertas Gregorii Prædeceſſoris Literas pro firmiori illarum ſubſiſtentia, ac inviolabili obſervantia Apoſtolicæ confirmationis Noſtræ patrocinio communiri plurimum deſideret; Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§.3. Nos igitur ſimiles prætextus, effugia, falſaſque interpretationes, quæ ad eludendam earumdem Literarum obſervantiam obtenderentur de medio ſubmovere, ipſumque Michaelem Angelum Præpoſitum Generalem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui ſupra narrata mature perpenderunt, conſilio præinſertas Gregorii Prædeceſſoris Literas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabiliter robur adjicimus: ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Confirmatio præinſ. ræ Cōſtitutionis Greg. XIII.

§.4. Decernentes eaſdem præſentes, ac præinſertas literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia inviolabiliter obſervari: Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ.

§.5. Non obſtantibus omnibus, & ſingulis illis, quæ in Literis præinſertis conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.6. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici, ſive Secretarii d. Societatis ſubſcriptis, & ſigillo Præpoſiti Generalis ejuſdem Societatis, vel alterius perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die I. Decembris MDCCXIX. Pontificatus noſtri Anno Vigeſimo.

Con-

CCLXV.

Dat. 6. Dec. 1719. an. 20.

Confirmatur Decretum Capituli Gen: Ordinis SS. Trinitatis Redem: Captiv: Diſcalc: Congregationis Hiſpaniæ de mutatione Veſtis Fratrum Donatorum.

Inn: XII. Conſt: ed: 1692., Mar: 1, P 1 extat moderatio Conſtitutionis de nonnullis ad Habitum non recipiendis. Et hujus Pontificis Conſt: ed: 1720, Mar. 2, P 10 agitur de tempore Officii Commiſſariorum Gen:

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Decretum præd. de mutatione veſtis ex fuſca in nigram, ac ejus confirmationis cauſæ referuntur.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Procurator Generalis in Romana Curia Congregationis Hiſpaniæ Ordinis Fratrum Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Diſcalceatorum nuncupatorum noviſſimi Capituli Generalis nomine, quod alias in dicto Capitulo Generali juxta præſcriptum primitivæ Regulæ dicti Ordinis Sabbato ante quartam Dominicam poſt Paſcha labentis anni celebrato inter alia ſalubriter ſtatuta pro bono regimine ejuſdem Congregationis decretum fuit quod fratres Oblati, ſeu Donati, qui abſque ulla profeſſione, & voto in vita Regulari exercentur & ad ſtatum Laicorum diſponuntur, depoſita exteriori veſte, & habitu fuſci coloris, quo hucuſque uſi ſunt, imposterum alba veſte ad inſtar aliorum fratrum ejusdem Congregationis, ſervata in reliquis antea habitus Donatorum forma, quæ etiam mutato colore ſufficienter prædictos Donatos a laicis diſtinguit, utantur, & alios prout in dicto Decreto, quod præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, & inſerto haberi volumus uberius dicitur contineri. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat Decretum Capitulare prædictum ad ſervandam intra eumdem Ordinem majorem habitus uniformitatem, & ad reddendos prædictos Donatos magis commodos, & ad aliqua miniſteria idoneos, quæ propter diverſum habitus colorem non ſatis decenter exhibere valent, tendant, per ejuſmodi vero coloris mutationem non ſolum nihil Conſtitutionibus prædicti Ordinis a Sede Apoſtolica confirmatis derogetur, verum etiam eisdem maxime conſulatur, cum Capitulo 6. earumdem Conſtitutionum indiſcriminatim præcipiatur, quod exterior veſtis, ſeu habitus fratrum prædictorum ſit ex ſago albo, nec pro Donatis exceptio ulla in Cap. 42. prædictarum Conſtitutionum §. 4., ubi de prædictis Donatis agitur, habeatur, ac proinde memoratus Procurator Generalis Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, & ſervetur exactius Apoſtolicæ Confirmationis noſtræ robore communiri plurimum deſideret: Nos eundem Procuratorem Generalem, ac vocales dicti Capituli generalis ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui relationem prædicti Procuratoris Generalis, ac inſuper informationem dilecti filii Noſtri Aloyſii Prioli ejusdem S. R. E. Cardinalis Sancti Marci nuncupat. dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protectoris ſuper præmiſſis factam viderunt, & examinaverunt conſilio, Decretum a prædicto Capitulo Generali editum, ut præfertur, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos Juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Preces Procuratoris, & Capituli Gen.

Confirmatio recenſiti Decreti.

Clauſulæ.

§. 1. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 2. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit Congregationis, & Ordinis hujuſmodi, aliiſque quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 3. Volumus autem, ut earumdem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die VI. Decembris MDCCXIX. Pontificatus noſtri Anno Vigeſimo.

CCLVI.

Dat. 5. Jan. 1720. anno 20.

Declarantur nulla acta ab Officiali Archiepiſcopo Ebredunen. ſuper validitate cenſurarum a Vicario Eccleſiæ Nicien. latarum in miniſtros Senatus Immunitatis Eccleſiaſticæ violatores.

Conſt: ed: 1711, Mar: 15, P. 11 confirmatæ fuere cenſuræ latæ a Commiſſario Gen: in Sinis. Et Bened: XIII. Conſt: ed: 1725. Feb: 21, P. 1 declaratur nulla electio Archiepiſcopi Ultrajectini.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

An. 1718. a dict. Vicario Capitulari declarati fuerunt excommunicati Officiales Nicien. ob extractum ab Eccleſia Sacerdotem, ſed ab Officiali Metropolitæ Ebredunen. primo ad cautelam primo abſoluti fuere, ac poſtea nullæ declaratæ cenſuræ.

NOn ſine ingenti animi noſtri mœrore noviſſime accepimus, quod cum alias, nempe die 7. Novembris 1718. dilectos filius Canonicus Joannes Maria Raimberti Vicarius Capitularis Eccleſiæ Nicien. illius Sede Epiſcopali vacante legitime deputatus aliquos Officiales, & Miniſtros Senatus Nicien., qui Presbyterum Petrum Cajetanum Albanelli ex Eccleſia Fratrum Eremitarum Ordinis Sancti Auguſtini ejuſdem Civitatis, ad quam confugerat, nulla prorſus tam loci Sacri, quam Perſonæ ipſius Petri Cajetani utpote Presbyteri, adeoque laicali poteſtati minime ſubjecti habita ratione, publice, ac per vim extrahere, & in Carceres ipſiusmet Senatus, in quibus de præſenti adhuc detinetur conjicere per ſacrilegum, ac deteſtabile facinus auſi fuerant; Eccleſiaſticis Cenſuris per notiſſimas Canonicas Sanctiones, ac Pontificias Conſtitutiones adverſus ſimilia perpetrantes inflictis innodatos declaraſſet, ac palam denunciaſſet: Officialis Venerabilis fratris Archiepiſcopi Ebredunen. ad quem tanquam Metropolitanum, memorati Officiales, & Miniſtri a cenſuris ſic contra eos publicatis appellationem interpoſuerant, tametſi ejuſmodi negocio, quod ad Curiam Metropolitanam Ebredunen. minime pertinebat nullatenus ſe ingerere debuiſſet, nihilominus ſibi omnino incompetentem auctoritatem aſſumens, non modo appellationem admittere, ipſique Vicario Capitulari ne quidquam in præjudicium ejuſdem appellationis ſub comminatione pœnarum de jure (ut erronee aſſerebat) indictarum faceret, inhibere, verum eoſdem quoque Officiales, & Miniſtros a prænarratis cenſuris ad cautelam abſolvere temere, ac nulliter præſumpſit; ac licet poſtmodum præfatus Vicarius Capitularis adverſus præmiſſa ab eodem Officiali perperam geſta proteſtationem emiſiſſet, eamque ipſi Officiali legitime intimari feciſſet, in qua potiſſimas rationes recenſuerat ob quas ejuſmodi appellationi, inhibitioni, & abſolutioni ad cautelam a dicto Officiali conceſſis, & decretis deferre minime poterat, nec viciſſim eidem officiali de viribus memoratarum cenſurarum neque de alia cauſa, num videlicet prædicto Petro Cajetano Eccleſiaſticæ Immunitatis beneficium ſuffragaretur nec ne, citra inſanabilis omnium, quæ egiſſet nullitatis vitium, ob neceſſariæ juriſdictionis, qua dictus Officialis hac in re deſtitutus reperiebatur, defectum cognoſcere licebat: his tamen minime attentis idem Officialis die 8. Novembris proxime præteriti ſententiam protulit, per quam, promulgationem cenſurarum adverſus memoratos Officiales, & Miniſtros Senatus Nicien. uti publicos, ac Notorios immunitatis, & libertatis Eccleſiaſticæ Violatores a prædicto Vicario Capitulari, ſicut præmittitur, factam, pari temeritate nullam, injuſtam, & præcipitem declaravit, ipſique Vicario Capitulari, & aliis quibuſcumque inhibuit, ne dictos Officiales, & Miniſtros ratione earumdem cenſurarum quoquo modo moleſtarent, aut perturbarent, & alias, prout in præfata ſententia, quam non quidem approbandi, ſed penitus, & omnino reprobandi animo præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſa, ac de verbo ad verbum inſerta haberi volumus, uberius continetur.

Cauſæ inſequentis declarationis.

§. 1. Cum autem ſatis exploratum ſit, nec quiſquam inficiari valeat nullum Judicem quacumque tandem poteſtate, & auctoritate ſuffultum, quoties de Cenſuris Eccleſiaſticis ex cauſa læſæ, ſeu violatæ Immunitatis, & libertatis Eccleſiaſticæ latis, ſeu declaratis agi contingit, in illarum validitatis, ſeu invaliditatis, juſtitiæ, vel injuſtitiæ cognitionem, quæ nonniſi Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, vel Congregationi Venerabilium Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Immunitati Eccleſiaſticæ, & controverſiis juriſdictionalibus præpoſitæ ad id ab hac Sancta Sede ſpecialiter delegatæ, reſervata eſt, ſe ingerere poſſe, quinimo nemini alteri abſolutionem ab hujuſmodi Cenſuris, etiam ad cautelam, ac cum reincidentia, & ad effectum agendi dumtaxat, concedere fas eſſe; adeoque præmiſſa per dictum Officialem attentata; ultra manifeſtam eorum nullitatem, Pontificiæ Noſtræ auctoritati graviſſimum præjudicium intulerint, & adhuc inferant, ac propterea in plurimorum perniciem, & ſcandalum tendant, animaſque pretioſo Salvatoris, & Domini Noſtri Jeſu Chriſti Sanguine redemptas in maxima pericula, & errores conjicere, ac deplorandis malis involvere valeant. Hinc eſt, quod nos ex debito Sacroſancti Apoſtolatus Officii, quod humilitati noſtræ commiſit divina dignatio, Noſtram, & hujus Sanctæ Sedis Dignitatem, auctoritatem, & Juriſdictionem a temerariis, & pernicioſis hujuſmodi conatibus ſartam, tectamque, atque illibatam tueri, & conſervare, necnon animarum periculis, quantum Nobis ex alto conceditur, occurrere cupientes, omnium, que, & ſingulorum, quæ in præmiſſis, ſeu eorum occaſione quovis modo decreta, ordinata, acta, & geſta fuerunt, ſeriem, cauſas, & circumſtantias, etiam aggravantes, aliaque quæcumque etiam ſpecificam, & individuam mentionem, & expreſſionem requirentia præſentibus pariter pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ſingillatim ſpecificatis habentes, motu proprio ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, prænarratam ſententiam, & quæcumque in ea contenta, aliaque omnia ea occaſione per eumdem officialem Ebredunen. acta, geſta, & ordinata, cum omnibus, & ſingulis inde ſecutis, & forſan quandocumque ſecuturis, penitus, & omnino nulla, irrita, invalida, inania, & a non habente poteſtatem temere, attentata, ac de facto præſumpta, nulliuſque omnino roboris, & momenti, vel efficaciæ eſſe, & ab initio fuiſſe, ac perpetuo, fore, neminemque ad illorum obſervantiam teneri, imo nec illa a quoquam ob-

Declaratio nullitatis præfatorum actorum, cum nova eorumdẽ revocatione.

Digitized by Google

obſervari poſſe, vel potuiſſe, adeoque nullum ſtatum facere, vel feciſſe; ſed perinde ac ſi numquam emanaſſent, nec acta fuiſſent pro non extantibus, & non factis perpetuo itidem haberi debere tenore præſentium declaramus. Et nihilominus ad majorem, & abundantiorem cautelam, & quatenus opus ſit, illa omnia, & ſingula, & ſi quæ inſuper præmiſſorum occaſione, ſeu in eorum ſequelam per Officialem prædictum aut alias per Curiam Metropolitanam Ebredunen. hac in re de cætero agi, geri, & ordinari quomodolibet contigerit, harum ſerie revocamus; caſſamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuamus, ac pro revocatis, caſſatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuis haberi volumus, & mandamus.

Mandatum vitandi dd. Miniſtros tanquam excommunicatos, donec a S. Sede aliter declaratum fuerit.

§. 2. Præterea tametſi perſpecta Cleri Populique Nicien. pietas, ac religio ſpem nobis ingerat, fore, ut memoratæ ſententiæ, aliorumque per prædictum Officialem Ebredunen. geſtorum nullam hactenus, ut par erat, rationem habuerit, imo nec de præſenti habeant, eiſque minime attentis, a qualibet conſuetudine, & commercio cum prædictis Officialibus, Miniſtris tanquam vere excommunicatis, & omnino vitandis penitus ultro abſtinuerint, & abſtineant; nihilominus motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus, eoſdem Officiales, & Miniſtros tanquam veros excommunicatos vitandos ab omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus habendos eſſe, donec, & quouſque abſolutionis beneficium Chriſtiana humilitate petierint, & a nobis, ac Sede Apoſtolica, vel prædicta Congregatione Cardinalium impetrare meruerint, vel quatenus cenſuræ adverſus eos promolgatæ nullæ, aut injuſtæ prætendantur, eas uti tales a Nobis itidem, & Sede præfata, vel memorata Congregatione Cardinalium declarari obtinuerint, cum ante hujuſmodi declarationem pro validis, ac juſtis ab omnibus haberi, ac reputari debeant, earumdem tenore præſentium decernimus ſimiliter, & declaramus. Quocirca univerſis Presbyteris, & Clericis tam ſæcularibus cujuſcumque gradus, præeminentiæ, & Dignitatis fuerint, quam cujoſvis Ordinis, Congregationis, Inſtituti, & Societatis, etiam Jeſu Regularibus in divinis miniſtrantibus, harum ſerie diſtricte præcipimus, & mandamus, ut quatenus prædicti Officiales, & Miniſtri ad eorum Eccleſias, ac Oratoria accedere, ibique divinis Officiis, aliiſve ſacris functionibus intereſſe præſumerent, cum eis ita ſe gerant, quemadmodum ex Sacrorum Canonum præſcripto excommunicatis publice denunciatis agendum eſſe probe norunt, ſub pœnis ab ipſis Sacris Canonibus in eos, qui ſecus fecerint conſtitutis.

Clauſula.

§. 3. Decernentes pariter eaſdem præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod Officialis ſeu Archiepiſcopus Ebredunen.; necnon Officiales, & Miniſtri Senatus Nicien. ſupradicti, & alii quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodulibet prætendentes, cujuſvis ſtatus, gradus, Ordinis, præeminentiæ, Dignitatis exiſtant, ſeu alias ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, cauſæque propter quas præſentes emanarint ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos Juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam in Judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe; ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari: Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac dictæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & præfatæ Sedis Nuncios, alioſque quoslibet quacunque præminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſit Noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de Jure quæſito non tollendo, aliiſque Apoſtolicis, ac in univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Metropolitanæ Eccleſiæ Ebredunen., & quorumcumque Ordinum, Congregationum, Inſtitutorum, & Societatum, etiam Jeſu, aliiſve quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac præſcriptionibus quantumcumque longiſſimis, & immemorabilibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, & Societatibus etiam Jeſu prædictis, ac quibuſvis perſonis, etiam quacumque Eccleſiaſtica, vel mundana Dignitate fulgentibus, & quomodolibet qualificatis, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, etiam conſiſtorialiter conceſſis, ac pluries, & quantiſcunque vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſolas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita for-

forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi acſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & inſererentur præſentibus pro plene, & ſuffi cienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

§.5. Volumus autem, ut ipſarum literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die v. Januarii MDCCXX. Pontificatus Noſtri Anno Vigeſimo.

CCLXVII.

Dat. 13. Jan. 1720. an. 20.

Aboletur alternativa in Provincia Portugalliæ Ordinis Fratrum Carmelitarum.

Inſtituta fuerat hujuſmodi Alternativa ab Inn. XII Conſt. ed. 1699., Jan. 21., P.S. Et Inn. XIII. Conſt. ed. 1723.: Jul. 14., P.3. agitur de Magiſtris ad Doctoratum promovendis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Præd. alternativa auctoritate Apoſt. inſtituta fuit a Nuncio, & a Capitulo Provinciali 1700. acceptata.

ALias pro parte clar. mem. Petri II. dum vixit Portugalliæ, & Algarbiorum Regis Illuſtris felic. rec. Innocentio Papæ XII. Prædeceſſori Noſtro expoſito, quod Provincia Portugalliæ Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo, quo perturbationes, & detrimenta regularis obſervantiæ, quæ ex factionibus & dominandi cupiditate inter Religioſos hinc inde ex affectu nationali inter ſe pugnantes non ſine gravi Chriſtifidelium ſcandalo oriri ſolebant e medio tollerentur, Apoſtolicum paternæ providentiæ ſuum ſubſidium expoſcebat; nullum vero efficacius, & opportunius ad hujuſmodi diſſidiorum occaſiones avertendas remedium apparebat, quam perpetuam quamdam Alternativam circa Electiones Officiorum omnium dictæ Provinciæ inducere, idque Religioſæ tranquillitats ejusdem Provinciæ conducibile fore, etiam tunc exiſtentes Prior Generalis, & Conſilium dicti Ordinis exiſtimabant, & propterea ipſius Petri nomine eidem Innocentio Prædeceſſori humiliter ſupplicato, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaretur; ipſe Innocentius Prædeceſſor piis ejuſdem Petri Regis votis ea in re annuere, ac memoratæ Provinciæ Portugalliæ quieti ſalubriter providere cupiens, ejuſmodi ſupplicationibus inclinatus, dilecto filio Noſtro Michaeli Angelo S.R.E. Cardinali de Comitibus nuncupat. tunc in eiſdem Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis ſuo, & Apoſtolicæ Sedis Nuncio dedit in mandatis, ut conſtito ſibi de narratis, ac vocatis, qui fuiſſent evocandi circa Alternativam prædictam auctoritate Apoſtolica id gereret, ſtatueret, atque decerneret, quod ſibi pro ejusdem Provinciæ Portugalliæ quiete reſtituenda, necnon regulari diſciplina in ea conſervanda, & ſic ubi collapſa eſſet reparanda, magis in Domino expedire viſum fuiſſet, eique ad hujuſmodi effectum quamcumque neceſſariam, & opportunam ad id facultatem eadem auctoritate, tribuit, & impartitus fuit, & alias prout in ipſius Innocentii Prædeceſſoris Literis die 21. Januar. 1699. in ſimili forma Brevis deſuper expeditis, quarum tenorem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, ac de verbo ad verbum inſerto haberi volumus, uberius continetur. Quæ quidem Alternativa Officiorum a prædicto Michaele Angelo Cardinale tunc Nuncio prudentiſſime ordinata, atque præfixa, & reſpective cum diſtinctione duarum filiationum, nempe in Ulyſſiponen., & Colarien. Conventibus ſic in poſterum nominan. deſignata & perlecta in pleno Capitulo Provinciali die 18. Septembris 1700. celebrato, conſtitutis, & auditis Procuratoribus acceptata, & regiſtrata fuit.

Cauſæ abolendi præfatam alternativam, & preces Vocalium Provinciæ.

§.1. Cum autem, ſicut dilecti filii moderni Prior Provincialis, Diffinitores, in Sacra Theologia Magiſtri, cæterique Vocales dictæ Provinciæ Portugalliæ Nobis nuper exponi fecerunt ex hujuſmodi Alternativæ remedio, quod tempore ſuæ ordinationis congruum, & utile pro bono pacis judicatum fuit, ſubinde tractu temporis majora prioribus mala experientia docente, nempe jurgia, contentiones, rixæ, ac lites non modicæ irrepſerint; ideoque in ultimo Capitulo Provinciali die 8. Maji 1718. congregato coram cunctis Gremialibus, & Vocalibus utriuſque filiationis concluſum fuerit prædictam Alternativam penitus aboleri debere. Nobis propterea dicti Exponentes humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§.2 Nos igitur ipſos Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, ac eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, de Venerabilium Fratrum noſtrorum ejusdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui negotium pro examine, atque diſcuſſione Nobis remiſſum mature de more perpenderunt, atque relationem dilecti filii moderni Prioris Generalis dicti Ordinis, actaque Capitularia viderunt, conſilio, Alternativam, de qua agitur, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium abolemus; ſalva tamen ſemper in præmiſſis, authoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Aboliſſio retenſitæ alternativæ.

Clauſulæ.

§.3. Decernentes eaſdem præſentes Literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari,

ri, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon prædictorum Ordinis, & Provinciæ, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus.

§.5. Volumus autem, ut præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIII. Januarii MDCCXX. Pontificatus Noſtri Anno Vigeſimo.

CCLXVIII.

Dat. 1. Mar. 1720. an. 20.

Conceditur Commiſſariis Gen. Congregationis Hiſpaniæ Ordinis SS. Trinitatis Redem. Captiv. Diſcalc. ut perſiſtant in eorum Officiis, etiamſi ante Capitulum vacaret Officium Miniſtri Gen.

Conſt. ed. 1719., Dec. 6. P. 20. extat Decretum de veſte Donatorum. Et Bened. XIII: Conſtit. edit. 1727, Aug. 21:, P. 4. confirmantur quædam Capitula pro bono regimine Provinciarum.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Referuntur Inſtitutio prædict. Commiſſariorum, & cauſæ inſequentis conceſſionis.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Alexander a Conceptione Miniſter Generalis Fratrum Congregationis Hiſpaniæ Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Diſcalceatorum nuncupatorum quod cum ipſe, & pro tempore exiſtens Miniſter Generalis pro bono, & opportuniori regimine dictæ Congregationis, per varias, & ad invicem diſtantes Europæ Provincias feliciter, favente Deo, dilatatæ, & ſtabilitæ, ad evitanda inconvenientia quæ ex difficili ad eum recurſu paſſim reſultare poſſent, diverſos Commiſſarios Generales, qui ipſius nomine ad normam facultatis ab eo illis commiſſæ remotarum Provinciarum gubernio incumbant, deputare ſoleat; Commiſſariorum vero Generalium hujuſmodi facultas, utpote delegata ejuſdem Miniſtri Generalis morte, renunciatione, & ceſſatione, aut depoſitione ſecuta, de jure etiam expirare debeat, unde accidere poteſt, quod priuſquam præmiſſa ad eorumdem Commiſſariorum Generalium notitiam perveniant, nulliter, licet bona fide, juriſdictionem ſibi commiſſam exerceant; idem Alexander Miniſter Generalis, ut facultas, ſemel a pro tempore exiſtente Miniſtro Generali prædictis Commiſſariis Generalibus delegata, minime in poſterum in caſu mortis, renunciationis, aut depoſitionis ipſius Miniſtri Generalis delegantis expirare intelligatur, ſed potius duret, ac vigeat, quouſque renovata non fuerit per novum electum Miniſtrum Generalem, per Nos ſtatui, ac decerni, & alias opportune in præmiſſis provideri plurimum deſiderat. Nobis propterea tam ſuo, quam Diffinitoriis Generalis ejuſdem Congregationis nomine humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportune, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Preces Miniſtri, & Definitorii Gen.

§.1. Nos igitur memoratos Alexandrum Miniſtrum Generalem, & Diffinitorium ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium, qui relationes bon. mem. Aloyſii Priuli ejuſdem S. R. E. Cardinalis Sancti Marci nuncupat., dum vixit, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protectoris & dilecti filii moderni Procuratoris Generalis ejuſdem Congregationis ſuper eiſdem præmiſſis factas attenderunt, conſilio, ut prædicti Commiſſarii Generales a prædicto Miniſtro Generali pro gubernio remotarum Provinciarum delegati perdurent, & perſiſtant in eorum Officiis per quatuor menſes tantum poſt Electionem novi Miniſtri Generalis, ſive per mortem, remotionem, & depoſitionem, ſive per ceſſationem utcumque Generalatus Miniſtri Generalis delegantis, quem tamen novum Miniſtrum Generalem Electum intra dictum tempus quatuor menſium certiorent, ut idem Miniſter Generalis providere valeat, prout ſibi in Domino videbitur auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus, & indulgemus; ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Conceſſio prædicta pro ſpatio 4. menſium tantum ab electione novi Miniſtri Gen.

§.2. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodocumque ſpectabit pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: Sicque in præmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ.

§.3. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit dictæ Congregationis, aliiſve quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum

rum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.3. Volumus autem, ut earumdem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXI. Mart. MDCCXX Pontificatus Noſtri Anno vigeſimo.

CCLXIX.

Dat. 3. Apr. 1720. an. 20.

Confirmatur Decretum Congregationis Epiſc. & Reg: de ratione faciendæ electionis Officialium in Provincia S. Nicolai Fratrum Min: de Obſerv. Reformat.

De alternativa in hac Provincia vide Innoc: XII: Conſt: ed: 1692, Maji 17, P1. Et Inn: XIII. Conſt: ed: 1721, Jun: 26, P1 confirmatur alternativa in Provincia S. Antonii in Luſitania.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Decretum præd. decernens executionem Voti Card. Ponentis de quadam ſpecie alternativæ inter Lycienſes, & Barenſes.

EManavit nuper a Congregatione Venerabilium fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ in Cauſa prætenſæ Alternativæ Provinciæ Sancti Nicolai Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia Reformatorum nuncupatorum inter fratres Lycienſes ex una, & Barenſes ex altera partibus vertente, Decretum tenoris ſequentis, videlicet: In Cauſa prætenſæ Alternativæ Provinciæ Sancti Nicolai Ordinis Minorum Obſervantium vertente inter Patres Lycienſes, & Barenſes. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, viſo Memoriali porrecto a P. V. Commiſſario Generali Ordinis, referente Eminentiſſimo Corſino, reſcripſit = Pro executione Voti Ponentis, & amplius, tenoris ſequentis, videlicet = Atteſe le continue diſcordie, e controverſie, che hanno ſempre tenuta agitata la Provincia Oſſervante di S. Nicolò, benchè la Sagra Congregazione a dì 16. Decembre 1712. alli due dubbii propoſti: uno ſopra la diviſione della Provincia: e l' altro ſopra l' Alternativa tra li PP. Bareſi. e Lecceſi circa il Provincialato, gradi del Diffinitorio, Guardianati, e Recezioni de Novitii, riſpondeſſe *negative ad utrumque*. Ad ogni modo ordino, che in detta Provincia, ſi doveſſe inviolabilmente oſſervare una ſincera, e diſappaſſionata giuſtizia diſtributiva, con ammettere in ciaſcun Capitolo Provinciale due Sogetti abili del Riſtretto di Lecce, e Terra di Otranto nel Diffinitorio di detta Provincia. Con queſto però, che ſe agl' Elettori piacerà eleggere per Provinciale un Lecceſe, non potrai o deputare il Cuſtode nel medeſimo Riſtretto, ma il Provinciale, & un Diffinitore. E quando vorranno eleggere il Provinciale Bareſe, dovranno deputare il Cuſtode, & un Diffinitore Lecceſe; Reſtando però ſempre in arbitrio di detti Vocali d' eleggere il Provinciale di quella Partita, nella quale ſtimaranno eſſere ſogetto più degno, e di maggior abilità; Ed inoltre, atteſo, che nelli detti Riſtretti di Lecce, e Terra d' Otranto vi ſono dodici Conventi dovranno in avvenire in ciaſcun Capitolo Provinciale, e Congregazione intermedia li Patri del Diffinitorio eleggere dodici Soggetti nativi del detto Riſtretto di Lecce, e Terra d' Otranto abili, e ſufficienti al Governo per Guardiani; acciochè in tal maniera godano le Cariche corriſpondenti al numero de' Religioſi e Conventi del loro Riſtretto. Cumque ſupraſcriptum votum, ſive modus debitæ executioni demandetur: ideo præſentibus injungitur P. V. Commiſſario Generali, quatenus pœnis, & remediis ſibi a Sacris Canonibus ſubminiſtrandis vocales præfatæ Provinciæ ad illius obſervationem cogat, atque compellat. Romæ 29. Februarii 1720. J. D. Card. Paraccianus = V. Archiepiſcopus Damaſcenus Secretarius.

Preces Vice-Commiſſarii Gen.

§.1. Cum autem, ſicut dictus Vicecommiſſarius Generalis dicti Ordinis Nobis ſubinde exponi fecit, ipſe Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, & ſervetur exactius, Apoſtolicæ Confirmationis Noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſideret; Nos ipſius Vicecommiſſarii Generalis votis hac in re quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum preſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus: ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti.

Clauſulæ.

§.2. Decernentes eaſdem præſentes Literas, firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit, Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum te-

Digitized by Google

tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die III. Aprilis MDCCXX. Pontificatus Noſtri Anno Vigeſimo.

CCLXX.

Dat. 20. Apr. 1720. an. 20.

Eriguntur in Provincias binæ Vicariæ Bahiæ, ac Fluvii Januarii in Braſilia Ordinis Fratrum Carmelitarum antiquæ Obſerv.

Conſt. ed. 1710. Aug. 28. P. 10. conceſſa fuit Diſcalceatis Italis facultas fundandi Hoſpitium Ulyſſiponen. Et Inn. XIII. Conſt. ed. 1723. Dec. 23 P. 3. agitur de promovendis ad Lauream Doctoratus in prædd. Provinciis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SAcroſanctum Apoſtolatus miniſterium humilitati noſtræ nullo licet meritorum noſtrorum ſuffragio per ineffabilem Divinæ Sapientiæ providentiam commiſſum poſtulat, ut inter multiplices Apoſtolicæ ſervitutis curas, illam peculiari ſtudio complectamur, per quam perſonæ ſub ſuavi religionis jugo Divini numinis obſequiis inſiſtentes felicioribus in dies proficiant incrementis.

Erectio hujuſmodi Vicariarum, & cauſæ eas erigendi in Provincias referuntur.

§. 1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Vicarii Provinciales, & Diffinitores actuales, aliique Religioſi Diffinitorii tam proprio, quam reliquorum fratrum Vicariarum unius ſcilicet Bahiæ, & Pernambuci, alterius vero Fluvii Januarii reſpective nuncupat. Ordinis B. M. Virginis de Monte Carmelo antiquæ Obſervantiæ etiam nuncupat. in Braſilia nomine, quod alias nempe anno 1685. prædictæ Vicariæ a q. Angelo Monſignano dum viſit d. Ordinis Priore Generali diviſæ, & anno 1686. auctoritate Apoſtolica reſpective erectæ fuerunt, ac poſtmodum eodem anno 1686. pro eis certa particularis regiminis forma, quæ ab altero Priore Generali prædicti Angeli ſucceſſore ſtabilita, & eadem auctoritate Apoſtolica anno 1687. confirmata reperitur ſtabilita fuit, prout in literis Apoſtolicis in ſimili forma Brevis, quas præſentibus deſuper expeditis haberi volumus uberius continetur: Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, præfatæ Vicariæ ſic erectæ, & inſtitutæ, ac diviſæ congruo numero Religioſorum, & Conventuum ad effectum illas erigendi in duas ſeparatas Provincias refertæ ſint in primodicta quidem Bahiæ, & Pernambuci ſeptem Conventus comprehenſis Reformatis, alias in literis ſupradictis diviſionis expreſſis ultra Hoſpitia, & Domos Miſſionum; in ſecundo dicta vero Vicaria, videlicet Fluvii Januarii ſex alii Conventus in eiſdem literis diviſionis ſpecificati numerentur, ac proinde dicti Exponentes attento prænarrato Conventuum, & Religioſorum numero pro meliori, & ſalubriori regimine, & Regulari obſervantia, & diſciplina augenda, dictas binas Vicarias, in duas Provincias formales ſeparatas, & de per ſe ſtantes ad inſtar aliarum Provinciarum ejuſdem Ordinis erigi poſſe, illiſque ſic erectis omnia, & ſingula privilegia, gratias, & præeminentias, ac Indulta, quibus aliæ ejuſdem Ordinis Provinciæ de jure, uſu, & conſuetudine juxta dicti Ordinis Conſtitutiones, & Statuta dicta auctoritate confirmata fruuntur, & gaudent, per Nos concedi plurimum deſiderent, Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Preces Patrū Definitorii, & Vicariarum.

§. 2. Nos igitur eorumdem Exponentium votis hac in re benigne annuere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum qui relationem dilecti etiam filii moderni Prioris Generalis dicti Ordinis, rationeſque deductas mature perpenderunt, conſilio, ſupradictas Vicarias in duas Provincias formales ad inſtar aliarum Provinciarum ejuſdem Ordinis, ſalvis tamen privilegiis eorumdem Conventuum Reformatorum, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium juxta petita erigimus; Salva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Erectio præfatarum Vicariarum in duas diſtinctas Provincias, ſalvis privilegii Reformatorum.

§. 3. Decernentes eaſdem præſentes literas, firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari: Sicque in præmiſſis per quoſcumque Iudices ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ.

§. 4. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit Conventuum, Vicariarum, & Ordinis hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus, pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſticæ dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub

Digitized by Google

ſub annulo Piſcatoris die XX. Aprilis MDCCXX. Pontificatus Noſtri anno Vigeſimo.

CCLXXI.

Dat. 6. Maii 1720. an. 20.

Confirmatur Decretum Dietæ Gen. Congregationis Monachorum Silveſtrinorum de exercitio munerum a Conſtitutionibus præſcripto ad obtinendam Abbatiam Titularem.

Conſtitutiones horum Monachorum confirmatæ fuere ab Alex: VIII. Conſt: ed: 1690, Oct: 15, P. s.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Decretum f. m. 1694. editum, ejus cauſæ, diverſa Congregationi Epiſc., & Reg. reſcripta, ac caſus quidam in quo dubitatur an locum habeat Decretum, referuntur.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Joannes Matthæus Seſtili Abbas, & Viſitator Generalis Congregationis Monachorum Silveſtrinorum nuncupatorum Ordinis S. Benedicti, quod in Conſtitutionibus dictæ Congregationis a fel. rec. Alexandro PP. VIII. Prædeceſſore noſtro confirmatis *Diſt*.3. *Cap*.4. §.6. inter alia disponitur, quod, ſi quis octo annorum curriculo aut Bibliothecarii Monaſterii S. Benedicti Terræ de Fabriano, ſive Socii Procuratoris Generalis ejuſdem Congregationis munus obierit, capax Abbatiæ Titularis efficiatur abſque eo, quod expreſſum ſit, an opus ei exiſtat, quod in unoquoque ex dictis officiis duo quadriennia complevitſe, vel ſupradicti temporis dimidiam partem in ono, aliamque dimidiam in altera munere conſumpſiſſe ſufficiat. Cumque anno 1694. infraſcriptæ Congregationi Cardinalium pro hujuſmodi declaratione ſupplicatum fuiſſet, iſtamque eidem Congregationi Cardinalium ad tunc proxime Dietam Generalem, quæ deſuper pro ſuo arbitrio, & conſcientia explanaret, quod ſibi magis expediens videretur remittere placuiſſet, ipſamet Dieta eodem anno declaravit octennium in dicta Conſtitutione præfixum intelligendum eſſe extenſive ad diverſa officia, itaut ſi aliquis Monachus per biennium ſocius dicti Procuratoris Generalis, altero biennio Bibliothecarius, altero ſecretarius, alteroque itidem biennio Novitiorum Magiſter extitiſſet, hunc intelligi annos octo a Conſtitutione præfinitos explevitſe, habilemque effectum, ad hoc ut ad Abbatiam Titularem promoveatur, ac inſuper eadem Dieta hanc rurſus methodum proportionabiliter in aliis Officiis honoris nuncupat. ac voce carentibus ſucceſſive ſervandam eſſe decrevit, ſic ut ſenſus ſemper ſucceſſivus, non autem cumulativus eſſe deberet, atque pro majori robore, ac firmitate præcitatæ declarationis, & Decreti ſupplicandum duxerat prædictæ Congregationi Cardinalium pro illorum confirmatione quæ ſubinde dignata fuerat reſcribere eſſe locum confirmationi per literas Apoſtolicas. Porro poſt ejuſmodi Reſcriptum evenit, quod dictus Joannes Matthæus nunc Abbas, & Viſitator Generalis ejuſdem Congregationis Monachorum, qui Socii Procuratoris Generalis per quatuor annos, & totidem Bibliothecarii ſupradicti monaſterii officio functus fuerat, in Dieta Generali inſteterit pro ſui promotione in Abbatem titularem, exiſtimans, quod novas preces memoratæ Congregationi Cardinalium, quæ jam declarationem ipſi Dietæ commiſerat, & iſta octo annorum exercitium in pluribus ex dictis officiis jam ſufficere declaraverat, porrigere neceſſarium minime foret. Verum, quia cum eademmet Dieta extendens declarationem ad alia honoris munia (pro cujus confirmatione ſupplicari debuerat, prout prædictæ Congregationi Cardinalium ſupplicatum fuerat, & ipſa pro confirmatione reſcripſerat) facultates ſibi tributas exceſſiſſet, tunc exiſtens Abbas Generalis ſupradictæ Congregationis Silveſtrinorum ſupplicem libellum tam ejuſdem Matthei, quam dilecti pariter filii Joannis Baptiſtæ Cortolonno Monacho expreſſe profeſſo hujus Congregationis nomine eidem Congregationi Cardinalium porrexit, quatenus omni ſemoto dubio, utrumque ad gradum Abbatiæ titularis habilitare dignaretur, prout die 18. Aprilis 1698. habilitavit hac tamen conditione, ut niſi infra tres menſes litteræ Apoſtolicæ ſuper confirmatione Dietæ Generalis hujuſmodi expedirentur, ejuſmodi gratia eis minime ſuffragaretur, ignarus itaque Joannes Matthæus ſupplicationis ejus nomine diſtributæ, ſicuti, & reſcripti deſuper editi, haud tamen inſcius minime teneri ad aliquam dictarum literarum expeditionem, ſub firma credulitate, quod iſta cadere deberet, ſolummodo in ea parte, quæ reſpiciebat declarationem Dietæ Generalis dicto anno 1694. circa munia honoris pro quibus curſus duodecim annorum requiritur, & ſuper quibus declarandis nullam habuerat facultatem abinde citra pacificam, & bona fide intra ſpatium viginti duorum annorum gradum Abbatis titularis non minus, quam Gubernii ex eis quatuor, ac Viſitatoris Generalis munere octo annorum, quod etiam num exercet, gaviſus eſt.

Preces Procuratoris Gener.

§. 1. Cum antem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat dictus Joannes Matthæus timens poſſe in proxime futuro Capitulo Generali ſupradictæ Congregationis Silveſtrinorum opponi nullitatem honorum hactenus habitorum quemadmodum, & aliorum, ſi quibus a ſua Congregatione decorari valeret, & eo tantummodo motivo, quia literas prædictas, quæ ſibi minime neceſſarias eſſe judicaverat, haud expedierit oppoſita nullitate non obſtante, ſe habilitatum, & capacem per nos declarari ſummopere deſideret, maxime quia in aliis quinque capitulis, duabuſque Dietis, quibus tanquam Abbas Titularis de Gubernio, & tanquam Viſitator Generalis interfuerit, nec eidem unquam talis oppoſitio facta ſit, quod de per ſe ſolum eſt ſiquidem ſufficiens ad quamcumque nullitatem ſanandam, quatenus adeſſet, ſed ſemper in eodem gradu ſuffragium tulerit, ejuſque votum abſque ulla contradictione admiſſum fuerit. Nobis propterea idem Joannes Matthæus humiliter ſupplicari fecit, ut ſibi in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipſum Joannem Matthæum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes & abſolutum fore cenſentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium nego- Confirmatio recenſiti Decreti.

tiis

tiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum qui dilectorum filiorum ſocii, & Vice-Procuratoris Generalis ipſius Congregationis Silveſtrinorum relationem, & a prædicto Joanne Matthæo narrata attenderunt conſilio, primum Decretum a Dieta Generali editum, & gratiam Abbatiæ titularis a memorato Joanne Matthæo reportatam, ut præfertur auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & reſpective ſanamus, illiſque Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint ſupplemus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Clauſulæ; §.3. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & dicto Joanni Matthæo in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & difiniri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit Congregationis Silveſtrinorum, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die II. Maji MDCCXX. Pontificatus Noſtri Anno Vigeſimo.

CCLXXII.

Dat. 7. Maji. 1720. an. 20. Confirmantur quædam Decreta Diffinitorii Gen. Ordinis Min. Conventualium.

Alex. VIII. Conſt. ed. 1690., April. 5., P. 1. confirmata fuere quædam Decreta Capituli Gen. Et hujus Pontificis Conſt. ed. 1720., Jul. 12., P. 20 eſt prohibitio extrahendi libros ex Bibliotheca Urbinaten.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium. EX injuncti Nobis divinitus Paſtoralis officij debito illa, quæ pro felici eorum, qui Altiſſimi obſequiis ſub ſuavi vitæ Religioſæ jugo mancipati ſunt, regimine, & guberno provide prudenterque facta eſſe noſcuntur, ut firma ſemper, atque inviolata perſiſtant, libenter eum id a Nobis petitur Apoſtolici muniminis noſtri præſidio roboramus.

Decretorum anno 1719. editorum ſcopus. §.1 Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Carolus Jacobus Romilli Miniſter Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Conventualium nuncupatorum, quod in Diffinitorio Generali dicti Ordinis in alma Urbe noſtra die 27. Menſis Maji anni proxime præteriti congregato ad Divini cultus incrementum, & Religioſorum Ordinis hujuſmodi, tam ad regularis obſervantiæ, quam in literis progreſſionem edita, & facta fuerunt nonnulla Decreta tenoris, qui ſequitur, videlicet

Decreta Venerabilis Diffinitorii Generalis Fratrum Minorum Conventualium S. Franciſci Romæ Die 27. Maji Anno 1719. congregati.

I.

Patrona præcipua B. M. V. Immaculatæ Cóceptionis. Sacra Minorum Conventualium Religio Beatiſſimæ Virginis Conceptionem ſingularibus devotionis officiis a ſuis primordiis quovis tempore proſecuta eſt. Quamobrem Majorum ſuorum ſemitis inhærendo, Decrevit Ven. Diffinitorium eamdem Beatam Virginem ſub titulo Immaculatæ Conceptionis in Patronam Principalem ſibi aſſumere: firmiſſimam ex eo ſpem concipiens, futurum ut in Ordine noſtro erga eamdem Deiparam, ejuſdemque Immaculatæ Conceptionis Myſterium, pietas, & Religio in dies ferveſcat, & augeatur.

II.

Ratio faciendæ Transfiliationis. Cum ſatis compertum ſit non levia ſequi incommoda, & Jura Miniſtrorum Provincialium confundi, & perturbari, ſi quandoque in Transfiliationibus contingat aliquem prius acceptari in filium Conventus, quam Provinciæ; hac de cauſa ſub pœna nullitatis præcipitur, ut in hujuſmodi transfiliationibus (etiamſi utraque aggregatio ſpectaret ad DiffinitoriumProvinciale) hic ordo omnino ſervetur; Præmiſſis literis de jure præmittendis, prius Provinciæ, deinde Conventui coaptetur.

III.

Sacrificia, & preces pro mortuis Præſidibus. Pietati, & maxime Religioſo conſentaneum eſt, eos, qui vel Religioni toti, vel Provinciis præfuerunt, quique non pro ſe ipſis dumtaxat, ſed pro aliis quoque teneantur Deo rationem reddere, uberioribus ſuffragiis eum ex hac vita deceſſerint adjuvari. Statuitur ergo, ut pro Exgeneralibus, & Exprovincialibus in Religione obeuntibus in ſingulis Conventibus totius Ordinis una Miſſa cantetur, ſinguli Sacerdotes ſemel Miſſæ ſacrificium offerant, Clerici ſemel Officium Defunctorum, Laici vero ſemel Coronam Beatæ Mariæ Virginis devote recitent. Pro Exprovincialibus, ſalvis manentibus ſuffragiis per Conſtitutiones Urbanas, ſtatutis in ſingulis Conventibus Provinciæ, duæ aliæ Miſſæ cantentur. Pro Exprocuratoribus Generalibus, aliiſque Aſſiſtentibus Ordinis Miſſa una cantetur in qualibet Provincia in Conventu deſignando a Miniſtro Provinciali juxta Ordinem Cuſtodiarum, & Conventuum.

IV.

Qui ad Religionem admittendi.

Stricte præcipiunt noſtræ Conſtitutiones Urbanæ, ut nemo ad Ordinem recipiatur, niſi prævia diligentiſſima perquiſitione de uniuſcujuſque natalibus, de corporis habitudine, de moribus, & vita anteacta. Quæ perquiſitiones cum non ſemel probatæ ſint deceptionibus obnoxiæ, ſi illorum Provincialium, ex quorum finibus recipiendi ortum trahunt, informatio, & votum negligatur; ideo mandatur Miniſtris Provincialibus quarumcumque Provinciarum, ne imposterum audeant exteros ad habitum Religionis admittere, niſi præhabitis informatione, & conſenſu Provincialium, ad quos ſpectat ſub pœnis ſtatutis, & expreſſis in Decreto Alexandri VIII. quod incipit *Provinciales quarumcumque Provinciarum*, & aliis pœnis Miniſtri Genaralis arbitrio reſervatis.

V.

Converſi careant jure ſuffragii.

Quamquam in Conſtitutionibus noſtris Fratribus quoque Laicis, ſeu Converſis Jus ſuffragii in quibusdam actionibus concedatur, tamen quia, ut experimento compertum eſt, ex hujuſmodi Converſorum ſuffragiis acta publica ut plurimum vel impediuntur, vel perturbantur, cum ut plurimum deteriorem ſequentes, ab optimorum ſententia diſcedant: hac de re ſtatuitur, ut nullus Converſorum, qui actu in Religione reperiuntur in actionibus publicis, vel privatis ſuffragium ferat, niſi in ætate habeat annos quadraginta, & in profeſſione regulari quindecim: qui verò poſt hoc Decretum ad habitum Religionis admittentur, omnino careant jure ſuffragii.

VI.

Qui Lectores Morales ad gradum promovendi.

Cum non parum utilitatis a lecturæ moralis exercitio oriri probatum ſit, cenſuit Vener. Diffinitorium confirmandum eſſe Decretum ſuper hoc emanatum in Capitulis Generalibus celebratis annis 1707., & 1713. quod incipit *Cum in dies*, hac tamen limitatione, ut lectura Moralis ad Paternitatis Provinciæ gradum non perducat, niſi qui prius Regentes primæ Claſſis fuerint: ne ſi ſola lectura moralis ad paternitatem Provinciæ aſſequendam ſufficiat, cum non levi Religionis detrimento, laborioſa cæterarum facultatum ſtudia negligantur.

VII.

Approbantur 9. Decreta Definitorii 1713. celebrati.

Poſtremo cum Decreta Diffinitorii Generalis in Urbe congregati anno 1713. non niſi ad ſexennium fuerint a Sanctiſſimo Domino Noſtro confirmata, quæſitum fuit, an eſſent iterum approbanda. Quibus Ven. Diffinitorium reſpondit: I. De Confeſſionibus Novitiorum audiendis non ab ipſorum Magiſtro, ut vitentur conſcientiarum pericula, ſed ab alio Religioſo ſpectatæ vitæ ad id muneris ſeligendo. III. In quo ne Conventus gravetur, decernitur, ut non cuilibet Diffinitori perpetuo proprius Laicus aſſignetur pro ſocio, ſed unus Frater Laicus inſerviat ſaltem duobus Patribus. V. De Præfectis in Gymnaſiis, & Collegiis pro majori ſtudentium profectu deſtinandis. VIII. De lectura ſecundi Seminarii Regentibus diligentioribus ſecundo triennio pro ſecunda, & tertio triennio pro prima claſſe judicio Diffinitorii Generalis concedenda. X. De Seminariis pro faciliori Adoleſcentium profectu ad pauciorem numerum reducendis. XI. De non promovendis ad Paternitatem alicujus Conventus, niſi prius ab Epiſcopo Diœceſano fuerint ad confeſſionem admiſſi. XII. De ſubſidiis præſtandis Sac. Conventui Aſſiſienſi: Hæc omnia Venerabile Diffinitorium reſpondit eſſe approbanda, juxta eorum ſeriem, & tenorem, prout re ipſa approbavit. II. Vero de ſuffragio a Converſis in electionibus non ferendo niſi in ætate habeat annos quadraginta, & in Profeſſione Regulari quindecim, approbavit, ſed ulterius ſtatuit, quod Converſi impoſterum ad habitum admittendi, omnino careant jure ſuffragandi, prout n.5. Quintum de lectura morali in ordine promovenda, pariter confirmavit, ſed hac limitatione, ut ad paternitatis gradum non perducat, niſi, qui prius Regentes primæ Claſſis fuerint, prout n.6. Sextum tandem, ſeptimum, & nonum, in quibus de methodo ſtudiorum de concurſu, & examine ſtudentium Baccalaureorum, & numero Collegialium agitur cenſuit Ven. Diffinitorium eſſe totaliter committenda, prout de jure in ſacris Conſtitutionibus Urbanis prudentiæ, & arbitrio Reverendiſſimi Fratris Miniſtri Generalis, qui pro locorum & temporum varietate, id pro ſtudiorum incremento ſtatuet, quod magis in Domino expedire videbitur.

§.2. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dictus Carolus Jacobus Miniſter Generalis Decreta hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtant, & ſerventur exactius, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimum deſideret. Nos ſpecialem ipſi Carolo Jacobo Miniſtro Generali gratiam facere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui relationem dilecti filii noſtri Joſephi ejusdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Vallemani nuncupati dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protectoris, & alteram dilecti etiam filii moderni Procuratoris Generalis Ordinis hujuſmodi, atque documenta exhibita mature perpenderunt conſilio, Decreta præinſerta, nono dumtaxat excepto, confirmando uſque ad proxime futurum Capitulum Generale Ordinis prædicti, ac in proxime venturo generali Diffinitorio iterum ad trutinam reducendo, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint ſupplemus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Preces Miniſtri Gen.

Confirmatio relatorū Decretorum, nono excepto iterū ad examen revocādo.

§.3. Decernentes præinſerta Decreta, ac eas-

Clauſula. eaſdem præſentes literas firma, valida, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari; Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatus etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit dicti Ordinis, ejuſque Provinciarum, & Conventuum quorumvis, aliiſve quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſsis, ac ad verbum inſertis habentes; illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die VII. Maji MDCCXX. Pontificatus noſtri Anno Vigeſimo.

CCLXXIII.

Dat.19.Maji. 1720. an.20. Confirmantur quædam Decreta Capituli Gen: Congregationis S. Bernardi in Hiſpania de Lectoribus & Concionatoribus.

Conſt. ed. 1719, Apr. 3. P. 19. extat. decretum de electione Superiorum ſingulis ſexenniis. Et Bened. XIII. Conſt. ed. 1728. Dec: 20., P. 5. agitur de diſtributione Officiorum in Congregatione Ciſtercien. Caſtellæ.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium. EX injuncti Nobis divinitus paſtoralis Officii debito illa, quæ pro felici eorum, qui Altiſſimi obſequiis ſub ſuavi monaſticæ vitæ jugo mancipati ſunt, regimine, & gubernio provide prudenterque facta eſſe noſcuntur, ut firma ſemper, atque inviolata perſiſtant, libenter cum id a Nobis petitur Apoſtolici muniminis noſtri præſidio roboramus.

Decretorum an. 1717. editorum cauſa refertur. §.1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Procurator Generalis in Romana Curia Monachorum Congregationis S. Bernardi Hiſpaniæ Ordinis Ciſtercien tam ſuo, quam Dilectorum Filiorum Abbatis Generalis, & totius Diffinitorii prædictæ Congregationis nomine, quod in Capitulo Generali ejuſdem Congregationis die 10. Novembris 1717. in Collegio de Palaruelos nuncupat. celebrato ad tollendas graviſſimas inordinationes quas ipſa Congregatio ob neglectas Sacræ Theologiæ, & Philoſophiæ Lecturas, nec non Verbi Dei prædicationes experta fuit, nonnulla Decreta, ſive Definitiones circa modum deinceps in electione Lectorum, verbi Dei Prædicatorum, oppoſitorum, & aliorum ſervandum edita, & facta, ac ab eodem Capitulo approbata & ſubſcripta fuerunt, tenoris, qui ſequitur, videlicet.

Decreti, o Definizioni, & Ordinazioni, da Confermarſi.

I.

Lectores, & Concionatores qua de cauſa amoveri poſſint a ſuo munere. E per eſſerſi ſperimentati nella Religione gravi inconvenienti per l'eſperienza, che fin ora ha avuto nel tralaſciare le lettere di Teologia, e Filoſofia, e le Prediche deſiderando evitarli il Capitolo Generale commandi, che di qui avanti una volta, che ſaranno poſti li detti Lettori, e Predicatori nella forma, che nelli Capitoli ſeguenti ſi dirà, non ſi poſſino rimovere dalle loro cariche ſenza cauſa, e dichiarare il Capitolo Generale eſſer cauſa legitima per eſſer rimoſſi, la mancanza del complimento all'obligo di detti loro impieghi, o cariche letterarie, e ogni altra coſa; per la quale, poſſono ſecondo li noſtri Statuti, e Definizioni eſſer privati li Padri Abbati,

II.

Norma eos eligendi. E perchè li detti Lettori, e Predicatori ſiino tali, che nominati una volta non poſſino eſſer rimoſſi, ſe non per le Cauſe dichiarate nell'antecedente Capitolo, ordina, e comanda il Capitolo Generale, che li Lettori, e Predicatori ſi provedino, ed eleggino di qui innanzi per concorſo nel tempo del Capitolo Generale, o pure quando parerà al Noſtro Reverendiſſimo P. Generale eſſer di biſogno, dovendo li concorrenti intervenire a detto Capitolo, nel quale diffenderanno quella Concluſione, che vorranno, e leggeranno d'oppoſizione un' ora con punti rigoroſi di ventiquatro hore, quali ſi proporranno dal Maeſtro delle Sentenze, argomentando uno contro l'altro di maniera, che ciaſchedıno delli concorrenti ſuſtenga due argumenti di mezz'ora per ciaſcheduno.

III.

Qui ad oppoſitiones admittendi, & a quo eis miniſtranda viatica. Parimente concede licenza il Capitolo Generale di poter concorrere a detta oppoſizione tutti quelli, che averanno ſoſtenuto l'atto maggiore nell'Univerſità d'Alcalà, e a quelli, che averanno ſoſtenuto l'atto maggiore, o minore nell'Univerſità di Salamanca, o ſaranno nominati dal noſtro Reverendiſſimo P. Generale per ſoſtenerli, e a quelli che ſua Paternità Reverendiſſima ſecondo le circoſtanze, parerà convenienti chiamare a detto concorſo. A tutti i quali, che vogliono concorrere debbino li Padri Abbati, de' quali ſaranno ſudditi, dar' a conto della lor caſa di Profeſſione tutto il biſogne-

gnevole per andare, e ritornare a Palazuelos, o al luogo, dove ſarà il concorſo ſotto pena di ſoſpenzione dalle loro dignità Abbaziali per ſei meſi, il che ſi eſeguirà dal Noſtro Reverendiſſimo P. Generale, o ſuo Commiſſario ſenza diſpenſarne alcuno, ſopra di che a ſua Paternità Reverendiſſima ſe gl'incarica la Coſcienza, come anche il detto Capitolo Generale incarica la Coſcienza di ſua Paternità Reverendiſſima, acciò che la proviſione di detti atti della Univerſità la faccia in ſoggetti più habili, che per ciò li Padri Maeſtri, e Lettori di Salamanca, ed Alcala e Maeſtro degli Studenti di Salamanca dopo ſoſtenuti gl'atti di detti Collegii, faccino un'Atteſtato giurato, e ſegreto ſenza communicarſi uno con l'altro a ſua Paternità Reverendiſſima di ciaſcheduno di detti, che averanno ſoſtenuti gl'atti di Collegio, acciò detta Paternità ſua Reverendiſſima poſſa con maggior ſicurezza provedere gl'atti dell'Univerſità, avendo riguardo alli meriti delli ſoggetti, ed alla giuſtizia diſtributiva, che ordina la Bolla del Noſtro Santo Padre Clemente XI.

IV.

Examinatores, & qui ab eis approbandi.

Similmente ordina il Capitolo Generale, che fatto il ſopradetto concorſo, ed oppoſizione alle Letture, e Prediche, ſi provedino per Voti deciſivi del noſtro Reverendiſſimo P. Generale, ed altri quattro Eſaminatori, che ſaranno ſempre li Lettori, e Oppoſitori di Alcala, e Salamanca, di maniera che di detti quattro uno ſii naturale del Regno di Galizia, e l'altro della Provincia de Campos, e Terre adjacenti del Regno di Leone, e gl'altri due ſiano naturali di Caſtiglia nova, Rioſa, Aſturie, e Montanoas. E ſe d'alcuno di detti Partiti non vi ſarà Lettore, ne Oppoſitore, ſi compliſca il detto numero di quattro con il Maeſtro, o Maeſtri più moderni, che ſiino Capitulari, naturali di detti partiti, che non averanno Lettore, nè Oppoſitore. Et il detto noſtro Reverendiſſimo P. Generale, e quattro Eſaminatori giurino di dare il Voto per quelli che giudicaranno più habili à dette cariche, regolandoſi il tutto meglio ſi potrà con l'egual diviſione, e ſubdiviſione, che diſpone in quanto ai Magiſterj, e Prediche il noſtro Santiſſimo P. Clemente XI. dare i loro voti in Segreto, e quello che averà maggior numero di eſſi, ſia Lettore, o Predicatore.

V.

Quæ Lectores & Concionatores eligendi.

Et in tal guiſa nei tempi ſuddetti ſi provedino tutte le Letture, e Prediche, che allora ſaranno vacanti, e che ſi ſappia, che in quel triennio hanno di vacare.

VI.

Potendo ſimilmente provedere oltre li detti altri due, o tre Lettori, e Predicatori, che ſolo poſſinn entrare parendo al noſtro Reverendiſſimo P. Generale in Letture, e Prediche ſe a caſo vacaranno avanti d'altro concorſo per morte, rinunzia, ò privazione.

VII.

Electio oppoſitorum pro Univerſitatibus.

Nell'isteſſa conformità e maniera provederanno il detto noſtro Reverendiſſimo P. Generale, e quattro Eſaminatori quelli che ſi dovranno aſſegnare per Oppoſitori alle Cattedre delle Univerſità, nominandoli delli ſoggetti di detto concorſo, o delli Lettori attuali, li quali nominati una volta non poſſino laſciar detta Carica di Oppoſitori, ſe non per cauſa d'una malatia, che l'obblighi a ciò, e che riſulti per mezzo d'un atteſtato giurato de' Medici, riconoſciuto, ed approvato dal detto noſtro Reverendiſſimo P. Generale, e li quattro Eſaminatori, ò la maggior parte delli cinque.

VIII.

A quo fieri debent impenſe tempore prædictorum electionum.

Comanda ſimilmente il Capitolo Generale, che tutte le ſpeſe del noſtro Reverendiſſimo P. Generale, delli quattro Padri Eſaminatori, e delli concurrenti alle dette cariche tutto il tempo, che durerà il detto Concorſo, le faccia queſto Monaſtero di Palazuelos, o altro, che il noſtro Reverendiſſimo Padre Generale aſſegnarà per queſt'effetto a contu di tutto l'Ordine quale ſi riporta con le ſpeſe dell'iſteſſo Capitolo, e paghino li Padri Abbati con l'iſteſſa puntualità, che ſi pagano ſempre le dette Speſe al Capitolo Generale,

IX.

De Jubilatis, & Lectore ac Concionatore Collegii de Palazuelos.

Parimente ordina il detto Capitolo Generale, che neſſun Lettore, nè Predicatore ſi poſſa giubilare finchè non habbia letto, o predicato dodeci corſi compiti.

X.

E parimenti, che neſſuno poſſa eſſer Lettore, ne Predicatore del Collegio di Palazuelos più di ſei corſi, quali terminati il noſtro Reverendiſſimo P. Generale debba farli paſſare ad altre Letture o Predica, e che neſſuno Lettore poſſa giubilarſi ſenza aver letto tre anni almeno in Alcala, o Salamanca.

XI.

De numero Lectorum, Magiſtrorum, Regentium, & Viceregentium.

Parimente comanda il Capitolo Generale, che nel Collegio di Alcala non vi ſiino altro, che quattro Lettori, e il meno antico di abito eſerciti l'officio di Maeſtro de' Studenti, e in Salamanca più di tre Lettori, e un Maeſtro de' Studenti, includendo in queſto numero li Graduati di detta Univerſità, che non averanno Catedra, nè ſaranno Giubilati.

XII.

E che nel Collegio delli più anziani non vi ſiinn più, che tre Regenti, e che il meno antico d' habito eſerciti l'officio di Vice Regente, nè tampoco nel Collegio di Palazuelos vi ſiino più di quattro Lettori, eſercitando il meno antico d'abito l'officio di Maeſtro di Studenti, & in ciaſcheduno Collegio di Filoſofia ſolamente vi ſarà un Lettore, che guadagni tre corſi compita la

let-

lettura di Filoſofia, ed uno più anziano che non guadagni corſo, il che ſi oſſervi ſubito ottenuta che ſarà la conferma Apoſtolica.

Preter Definitori Gen.

§.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dicti Exponentes Decreta, & definitiones hujuſmodi quo firmius ſubſiſtant, & ſerventur exactius Apoſtolicæ Confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimum deſiderent. Nos ſpecialem ipſis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodulibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui relationem ejuſdem Procuratoris Generalis ſuper præmiſſis ejſdem Cardinalibus factam viderunt conſilio (recedendo a reſolutis ſub die xi. Martii anni proxime præteriti in ea parte, in qua fuit dictum quo ad confirmationem ſupradictorum Decretorum, & Definitionum factam, & approbatam, in pleno Capitulo Generali exquirendum eſſe votum ejuſdem Capituli Generalis) Difinitiones, & Decreta præinſerta hujuſmodi, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint ſupplemus ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Confirmatio relatorũ Decretorum.

Clauſula.

§.3. Decernentes præinſerta Decreta, & Diffinitiones, ac eaſdem præſentes literas firma, valida, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit dictæ Congregationis Hiſpaniæ etiam Juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.5. Volumus autem, ut earundem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XXIX. Martii MDCCXX. Pontificatus noſtri anno vigeſimo.

CCLXXIV.

Conceditur Indulgentia plen. perp. in quibuſdam Feſtis pro Eccleſia B. Mariæ della Steccata Militiæ Aureatæ Conſtantinianæ.

Dat. 15 Junii 1720. an. 20.

Præd: Eccleſia erecta fuit in Sedem Militiæ Conſt: ed: 1718, Maji 27, P 18. Et Inn: XIII Conſt: ed: 1721, Dec: 15, P 1. creantur 50. Equites Aureatæ Militiæ.

CLEMENS PAPA XI.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AD augendam Fidelium religionem, & animarum ſalutem cæleſtibus Eccleſiæ theſauris pia charitate intenti, ac ſupplicationibus dilecti filii Nobilis Viri Franciſci Parmæ ac Placentiæ Ducis, & Magni Magiſtri, ſeu perpetui Adminiſtratoris Militiæ Aureatæ Conſtantinianæ ſub titulo Sancti Georgii, & Regula Sancti Baſilii Magni nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; Omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis qui Eccleſiam Conventualem Beatæ Mariæ *della Steccata* nuncupat. Parmen. prædictæ Militiæ, in Conceptionis, Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, ac eorumdem Sanctorum Georgii, & Baſilii feſtis diebus a primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis dierum hujuſmodi annis ſingulis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, qua die ex prædictis id egerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, & largimur; Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris;

Precibus Ducis Parmæ, Magni Magiſtri conceditur præd. Indulgentia in feſtis Conceptionis, & Annunciationis B. M., ac SS. Georgii, & Baſilii.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XV. Junii MDCCXX. Pontificatus noſtri Anno Vigeſimo.

CCLXXV.

Prohibetur, ne extrahantur libri ex publica Bibliotheca Urbinatenſi, & facultas itidem retinendi libros damnatos indulgetur.

Dat. 12. Jul. 1720. an. 20.

Conſt: ed: 1706, Jan. 30, P 6. inter Auditores Rotæ Peruſinæ conceſſus fuit locus uni civi Urbinaten:. Et Conſt. ed: 1721, Mar: 19: P 21. confirmantur privilegia Univerſitatis, & Collegii Doctorum.

CLE-

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

A Clem. XI. Pōtificia charitate erga Patriam ſuam inſtituta fuit publ. Bibliotheca ex libris collatis partim a S. S. & partim a D. Fideli Epiſcopo Æſino, ac Lanciſio Medico Pontificio.

CUm Nos Civitatem noſtram Urbinaten., in qua nati, edocati, & a primis ætatis noſtræ annis inſtituti fuimns, quamque propterea ſingulari paternæ charitatis affectu in Domino complectimur, amplioribus in dies beneficiis, & gratiis ornare cupientes, ac ad illa potiſſimum quæ majorem ei utilitatem, & fructum afferre poſſunt, Pontificiæ noſtræ largitatis intuitum dirigentes, publicam Bibliothecam io Conventu Fratrum Ordinis Minorum Sancti Franciſci Conventualium nuncupatorum dictæ Civitatis ad uſum, & commoditatem eorundem Fratrum ac Civiom, & Incolarum quorumcumque ipſius Civitatis, necnon Stndioſorum ad Univerſitatem ſtudii generalis in cadem Civitate erectam confluentium inſtitnerimus: non modica pecuniarum ſumma per Nos in id opus erogata præſertim in conſtructionem fabricæ ejuſdem Bibliothecæ; Eamque non modo ſcriniis, ſeu ſorulis nuceo ligno decenter elaboratis, ac filo æreo reticulato munitis verum etiam plurimis Codicibus ad omnes prope ſcientias, & artes tum liberales, tum mechanicas ſpectantibus, ſive per Nos emptis, ſive e domeſtica noſtra Bibliotheca exaratis, qni ultra nonnullos in autiqua dicti Conventus Bibliotheca exiſtentes, ac alios plures, quos bo. mem. Alexander Fidelis, dum viveret, Epiſcopus Æſinus ejuſmodi noſtræ in ſuam æque, ac noſtram Patriam beneficæ voluntatis probe conſcios, in ſuis ſupremis tabulis diſpoſitioni ooſtræ hoc conſilio reliquerat, in ſcriniis hujuſmodi jam collocati & congrue diſpoſiti reperiuntur, inſtrui fecerimus; illiſque nuper etiam alios Codices præſertim ad artem medicam pertinentes quos quondam Joannes Maria Lanciſius, dum vixit, Cubicularius, & Medicus noſter ſecretus, propenſo in eamdem Patriam noſtram animo, dictæ Bibliothecæ legaverat, addi juſſerimus; quinimo etiam in poſterum eamdem Bibliothecam aliis Codicibus, ſeu Volumioibus, dum benedicente Domino vita ſuppetet, augere intendamus, ad hoc, ot exinde memorati Fratres, Cives, Incolæ, & Studioſi, bonarum, ac præſertim Sacrarum literarum, laodabiliumque diſciplinarum ſtudiis commodius, ac impenſius vacare, uberioreſque in eis progreſſus facere valeant: Sicque ad ſectanda veſtigia tot Illuſtrium Virorum, qui io prædicta Civitate omni doctrinæ genere ante hac eximie floruerunt, ac permultis iu lucem editis operibus plurimum ei decus, ac ornamentum attulerunt, vehementius excitentur.

Prohibitio præd. ſub excommunicationis, & privationis utriuſque vocis pœnis.

§. 1. Nunc vero conſervationi, manutentiooi, & incremento dictæ Bibliothecæ, quantum cum Domino poſſumus, benigne conſulere volentes; idcirco Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ne quiſquam cujuſvis gradus, ſtatus, ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis exiſtat, aut quncumque officio, auctoriiate, vel ſuperioritate fungatur, libros, codices, quinterna, folia, chartas, ſcripturas, & volumina quæcumque, tam typis impreſſa, quam manuſcripta, hactenus a Nobis, vel aliis, ut præfertur, donata, & aſſignata, ſen in poſterum per Nos, & alios quoſlibet quandocumque douanda, & aſſigoanda, ex ipſa Bibliotheca ſub quovis quæſito colore, prætextu, capite, vel occaſione extrahere, vel aſportare, ſeu, ot extrahantur vel aſportentur, permittere, aut conſentire aodeat quovis modo, ſeu præſumat, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, a qua nonniſi a Nobis, & pro tempore exiſteote Romano Pontifice abſolutionis beneficium, præterquam in mortis articulo conſtitutus, impetrare poſſit, & quoad Regulares, etiam privationis vocis activæ, & paſſivæ, eo ipſo abſque alia declaratione per cootrafacientes incurrendis pœnis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetno prohibemus, & ioterdicimus.

Indultum retinendi libros damnatos ita tamē ut principaliores ſub clavi cuſtodiantur.

§. 2. Præterea, ut in Bibliotheca præfata qoorumvis etiam Hæreticorum, & Hæreſiarcharum, aliorumque reprobatorum Authorum cujuſcumque Sectæ, & Claſſis, etiam primæ, & ex quacumque cauſa, etiam ob falſi dogmatis ſuſpicionem, a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, ac etiam in quibuſvis Cooeiliis generalibus, nec noo etiam a Nobis, & Sede Apoſtolica qoomodolibet prohibiti, & damnati, ac a Nobis, Succeſſoribuſque noſtris Romanis Pontificibus, & dicta Sede in futurum forſan prohibendi, & damnandi libri, manuſcripta, & opera tam hactenus in lucem edita, quam in poſterum edenda, ſeu ſcribenda quæcumque, etiamſi ex profeſſo, & in capite de Religione, & Fide Catholica, ſeu contra Religionem, & Fidem eaſdem tractent, in ipſa Bibliotheca hactenus collocati, & collocata, ac in poſterum quandocumque collocandi, & collocanda retineri, haberi, & aſſervari libere, licite, & impune, ac abſque ullo conſcientæ ſcrupulo, & qoarumcumque Eccleſiaſticarum ſententiarum, & cenſurarum, vel aliarum pœnarum, etiam irregularitatis, infamiæ, aut inbabilitatis iocurſu poſſint, & valeant, ita tameo, ut libri, ſcripta, & opera præfata omnia, ac illa præſertim, quæ de Religione, & Fide vel contra Religiooem, & Fidem Orthodoxam tractant, ſeu tractabunt, in aliquo ſeparato ejuſdem Bibliothecæ loco clauſi, & clauſa, ac ſecreto, & ſine cujuſquam ſcaodalo, vel periculo ſub clavi retineantur, nec a qooquam accipi poſſint, niſi de manibus Bibliothecarii, vel Cuſtodum nunc, & pro tempore exiſtentium, qui illos, ſeu illa legendos, ſeu legenda nemini præbere audeant quovis modo, ſeu præſumant, niſi prius ſibi conſtiterit, quod illos, ſeu illa petentes opportunam ſuper eorum lectione a Sede præfata licentiam ſibi concedi obtinueriot, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, harum ſerie, concedimus, & indulgemus.

Clauſulæ cū mandato affigendi harum literarū exēplum alicui loco Bibliothecæ.

§. 3. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque pleoarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari, & ab iis reſpective inviolabiliter obſervari: Sicque, & oon aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam Generales Inqoiſitores, & de Latere Legatos, alioſve quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judi-

dicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper bis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentári.

§.4. Non obſtantibus quibuslibet Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque Conciliis editis, & edendis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, nec non prohibitionibus deſuper factis, & in poſterum quomodolibet faciendis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis babentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſse, ac latiſſime derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.5. Volumus autem, ut præſentium literarum exemplum in valvis dictæ Bibliothecæ, aut alio conſpicuo illius loco, ubi ab omnibus cerni, & legi poſſit, affixum aſſidue remaneat.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die xii. Julii MDCCXX. Pontificatus noſtri anno vigeſimo.

CCLXXVI.

Dat. 6. Sept. 1720. an. 20.

Abolentur Statuta Capitulorum Generalium Fratrum Min. de Obſerv. Reformat. de privilegiis Lectorum, Prædicatorum, & Magiſtrorum Novitiorum.

Inn: XI: Conſt: ed: 1686, Martii 18, Pio confirmata fuere b. m: privilegia Lectorum. Hujus Pontificis Conſt: ed: 1718, Aug: 20, P. 18 revocata fuere privilegia perſonalia in Provinciis Braſilien. Et de abolendis privilegiis Lectorum vide Conſt: ſequentem ed: 1720, Sept: 7, P. 20.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

INter cæteras Apoſtolicæ ſervitutis curas, quibus circa univerſalis Eccleſiæ regimen humilitati noſtræ a Domino commiſſum aſſidue premimur ea, Nos non parum ſolicitos habet, ut perſonæ Regulares Divinis obſequiis ſub ſuavi Religionis jugo mancipatæ, juxta regularia eorum Inſtituta ſalubriter regantur, & propterea ſi quæ felici earum ſtatui obeſſe, aut in aliquod obſervantiæ Regularis earum, & diſciplinæ detrimentum vergere cognovimus ea, quantum Nobis ex alto conceditur, removemus, & prohibemus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Statutum Capituli Toletani 1682. de præcedentia Lectorum, Concionatorum, & Magiſtrorū Novitiorum.

§.1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni Superiores Generales Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia Reformatorum nuncupatorum, quod Capitulum Generale dicti Ordinis quod anno 1682. in Civitate Toletan. celebratum fuit, perpendens multos præmio magis, quam pœna ad virtutes excitari omnium ſtrictioris obſervantiæ Vocalium unanimi conſenſu, ac nemine prorſus diſcrepante ſtatuit, ut ii, qui integrum Philoſophiæ curſum, & Sacram Theologiam duodecim annorum ſpatio laudabiliter docuerunt, vel impoſterum docebunt, ultimum locum, & præcedentiam inter eos, qui Miniſtri, & Vicarii Provincialis per biennium vel Guardiani Conventus Hieruſalem, vel Secretarii Generalis reſpective muneribus perfuncti fuerunt, obtineant; Qui vero totidem annis in Cathedralibus Eccleſiis, vel ſuggeſtis conſpicuis, vel generalibus in verbi Dei prædicatione preclare ſe geſſerunt, & poſt hac ſe gerent, immediate poſt Diffinitores actuales, & qui Magiſtri Novitiorum per octo annorum decurſum fuerunt, vel erunt, poſt Excuſtodes, & Prominiſtros, qui in Capitulo Generali Hiſpaniarum legitime ſuffragati ſunt, locum habeant; ea tamen lege, ut unus ex Lectoribus, unuſque ex Concionatoribus, ac unus ex prædictis Magiſtris antiquior in ſuo quolibet munere expleto, præfata præcedentia reſpective, & loco abſque jure ſubrogandi eodem tempore gaudere poſſit; præfati autem Lectores in poſterum ſcholaſtica exercitia ad præſcriptum Conſtitutionum ejuſdem Ordinis auctoritate Apoſtolica confirmatarum peragere teneantur: Ac poſtmodum ejuſmodi Toletanum Statutum quoad Lectores de tunc exiſtentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum conſilio per quaſdam felic. record. Innocentii Papæ XI. Prædeceſſoris Noſtri die 18. Martii 1686. expeditas Literas ſub certis modo, & forma tunc expreſſis confirmatum, & approbatum fuit: Et deinde in Capitulo pariter Generali Romano anno 1688. celebrato titulus Emeriti jam dictis Lectoribus attributus extitit: Ac in altero ſimiliter Capitulo Generali Victoriæ nuncupato anno 1694., habito, unus in qualibet Provincia Conventus, ubi Lectores prædicti privilegia hujuſmodi conſecuturi, eadem ſcholaſtica exercitia proſequi deberent, ſtabilitus fuit.

Statutum præd. quoad Lectores tantum ab Innoc. XI. confirmatum anno 1686.

Statutum Capituli Romani 1688 de titulo Emeriti Lectoribus conceſſo.

Statutum Capituli Victoriæ 1694. de peculiari Cœnobio pro dd. Lectoribus.

§.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, experientia compertum ſit gravia ex ipſis Indultis, & Privilegiis regulari diſciplinæ præjudicia illata, ac inter Religioſos jurgia, lites ac ambitus multum ab humilitate, & ſimplicitate dicti Ordinis aliena exorta eſſe, & propterea dicti exponentes, quo omnis via illius relaxationi præcludatur, de opportuno remedio a Nobis provideri ſummopere deſiderent. Nos ipſos Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de particularis Congregationis nonnullorum ex Venerabilibus fratribus Noſtris ejuſdem S. R. E. Cardinalium a Nobis deputatæ conſilio, dictum Statutum Toletanum ſuper Indultis, ac Privilegiis Lectoribus, Verbi Dei Prædicatoribus, necnon Magiſtris Novitiorum, ſicut præmittitur conceſſis, necnon alia ſtatuta in Capitulis Generalibus, ſci-

Preces Superiorum Gen. pro abolitione præfatorū Statutorum.

Abolitio prædd. Statutorum.

ſcilicet Romano, & Victoriæ edita, ut præfertur, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium annullamus, caſſamus, abrogamus, & abolemus, viribuſque, & effectu vacuamus; ſicque deinceps prædicti Lectores, Verbi Dei Prædicatores, & Magiſtri Novitiorum Indulta, privilegia, & titulos hujuſmodi nullatenus conſequi valeant, ita tamen, ut Regulares Ordinis prædicti, qui uſque ad præſentem diem jam dicta Indulta, & Privilegia legitime conſecuti fuerint, in eorumque pacifica poſſeſſione extiterint, iis uti, & frui poſſint, in ſtatu tantum, in quo reperiuntur, non tamen aliud privilegium in caſu loci vacantis privilegiati aſſequi valeant, atque præſentibus Noſtris Literis juri illis quæſito derogatum cenſeatur.

Clauſulæ. §.3. Decernentes easdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit, in futurum inviolabiliter obſervari: Sicque in præmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obſtantibus prædictis Innocentii Prædeceſſoris Literis, aliiſque præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique Locorum habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die VI. Septembris MDCCXX. Pontificatus Noſtri Anno Vigeſimo.

CCLXXVII.

Dat. 7. Sept. 1720. an. 20.

Confirmatur Decretum Congregationis particularis de abolendis Privilegiis a Capitulis Gen. Fratrum Min. de Obſerv. Reformatæ Lectoribus conceſſis.

Hac de re vide Conſt. præcedentem ed. 1720., Septemb. 6., P. 20. Et Inn. XIII. Conſt. ed. 1721., Jul. 5., P. 1. denegatur præcedentia Laicis in Regno Siciliæ.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Nuper a particulari Congregatione nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus a Nobis ſpecialiter deputata ſuper prætenſis rationibus pro parte dilectorum filiorum Lectorum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia Reformatorum nuncupat. alias in Congregatione tunc exiſtentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita adductis, & in eadem Congregatione particulari minime exhibitis, non eſſe locum abolitioni Indultorum, & privilegiorum eis per ſtatutum Toletanum, ac Capitula Generalia Romano ſcilicet, & Victoriæ dicti Ordinis conceſſorum, emanavit Decretum tenoris, qui ſequitur, videlicet = Ordinis Minorum Reformatorum S. Franciſci = Cum pridem ſub die Jovis 18. Julii 1720. Congregatio deputata Eminentiſsimorum, & Reverendiſsimorum DD. Cardinalium Paulutii, Caſoni, Paracciani Præfecti Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, ac Fabroni, meique infraſcripti Secretarii fuerit in ſenſu, conſulendum Sanctiſsimo Domino Noſtro pro abolitione Statuti Toletani, necnon aliorum Statutorum in Capitulis Generalibus Romano, & Victoriæ editorum ſuper Indultis, & Privilegiis Lectoribus, Prædicatoribus, & Magiſtris Novitiorum Ordinis Minorum Obſervantiæ Reformatorum conceſsis, prout latius ex facti ſerie, & Decreto edito, quod a Sanctiſsimo D. N. approbatum fuit. Nuper ex Lectorum præmemorati Ordinis parte eidem Sanctiſsimo Domino Noſtro expoſitum fuit, quod alias ſub die 21. Junii 1709. in Sacr. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium, hac eadem promota Superiorum Generalium inſtantia ſuper abolitione reſpective dictorum Privilegiorum, & Indultorum, Ponente clar. mem. Cardinali Sancti Clementis reſcriptum fuit = Nihil eſſe innovandum, proindeque ex his, aliiſque prætenſis rationibus, quæ a dictis Lectoribus adducebantur, & in eadem Congregatione particulari exhibitæ non fuerunt, non eſſe locum abolitioni prædictorum Indultorum, & Privilegiorum dicebatur. Hinc denuo de mandato ejuſdem Sanctiſsimi Domini Noſtri, eadem particulari Congregatione habita die Jovis 29. Auguſti 1720., & perpenſis dicto Decreto Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, aliiſque prætenſis rationibus prædictorum Lectorum, Eminentiſsimi Patres unanimiter fuerunt in ſenſu = Standum eſſe in Decretis ſub die 18. Julii proxime præteriti = J. D. Card. Paraccianus = J. Archiepiſcopus Damaſcenus Secretarius.

Decretum Congregationis, in quo refertur contradictio inter Superiores Gen., & Lectores ſuper abolitione prædd. Privilegiorum.

Preces Superiorum Gen. §.1. Cum autem ſicut dilecti etiam filii Superiores Ordinis prædicti Nobis ſubinde exponi fecerunt, ipſi Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, & ſervetur exactius, Apoſtolicæ Confirmationis Noſtræ patrocinio communiri plurimum deſiderent; Nos ſpecialem ipſis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus

Confirmatio relati Decreti.

busquomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentiom approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus; ac omnes, & ſingulos Juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint ſupplemus.

Clauſulæ.

§.2. Decernentes eaſdem præſentes Literas ſemper firmas validas, & efficaces eſiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſsis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibus præmiſsis, ac Conſtitutionibus, & Ordioationibus Apoſtolicis, nec non quatenus opus ſit dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſsis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter eſpreſsis, & de verbo ad verbum inſertis babentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.4. Volumus autem, nt earumdem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſsis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique Locorum tam in Judicio, quam eatra illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die VII. Septembr. MDCCXX. Puntificatus Noſtri Anno Vigeſimo.

CCLXXVIII.

Dat. 10. Oct. 1720. 28.20.

Extenditur numerus octodecim Magiſtrorum pro Provincia Peruviana Ordinis Eremitarum S. Auguſtini.

Conſtitut. ed. 1712., Febr. 26., P. 12. auctus fuit numerus Magiſtrorum in Provincia Limana. Et Inn. XIII. Conſt. ed. 1721., Nov. 18., P. 1. reducitur numerus Magiſtrorum in Provincia Caſtellæ.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſæ hujus extenſionis, & preces Provinciæ pro numero 50. Magiſtrorū.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Provinciæ Peruvianæ Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, quod cum in eadem Provincia numerus Religioſorum auctus ſit, illiuſque Conventus in ſtatu ſatis diviti reperiantur, nec non in ultimo examine peracto Religioſi habiles, & capaces ad conſequendum Magiſterii in Sacra Theologia gradum uſque ad numerum quinquagiuta, qui tamen laurea emerita donari nequiverunt, ex quo in Provincia hujuſmodi octodecim Magiſtri in eadem Sacra Theologia numerantur, reperti fuerint, ipſi Eſponentes, quo Religioſis prædictis novi ad ſtudia, & virtutes ſtimuli addantur, numerum Magiſtrorum hujuſmodi ad quinquaginta a Nobis augeri plurimum deſideraut. Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſsis opportune providere, &, ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§.1. Nos igitur ipſos exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſve Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium, qui relationem dilectorum pariter filiorum modernorum Vicarii Generalis, & Procuratoris Generalis dicti Ordinis ſuper præmiſsis eiſdem Cardinalibus factam, viderunt, & jura deducta perpenderunt, conſilio, octodecim magiſtrorum prædictæ Provinciæ numerum pro nunc ad viginti quatuor auctoritate Apoſtolica tenore præſentium eatendimus, & in reliquis votum futuri Capituli Generalis exquiri mandamus; ſalva tamen ſemper in præmiſsis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium. Extenſio numeri Magiſtrorum ad 24. tantum.

§.2. Decernentes eaſdem preſentes Literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum in omnibus, & per omnia pleniſsime ſuffragari: ſicque in præmiſsis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Clauſulæ.

§.3. Non obſtantibus præmiſsis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non Provinciæ, & Ordinis prædictorum, & etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſsis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter eſpreſsis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & eſpreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.4. Volumus autem, ut earumdem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſsis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent eahibitæ vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die VII. Octobris MDCCXX. Pontificatus Noſtri Anno Vigeſimo.

CCLXXIX.

Dat. 11. Jan. 1721. an. 21.

Confirmatur Concordia ſuper diviſione Provinciæ Inſulen: Ordinis Fatrum Capucenorum.

Conſt. ed. 1712. Sep. 13, P. 12. conſtituta fuit æqualitas inter Cuſtodias Provinciæ Turonen. Et Bened. XIII. Conſt. ed. 1728, Dec: 16, P. 5. erigitur Provincia Alſatien.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

NUper pro parte dilectorum filiorum Miniſtri Provincialis, & Definitorum Provinciæ Inſulen. Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Cappucinorum nuncupatorum Nobis expoſitum fuit, quod cum eorum Provincia in locis, & Terris, in quibus maxima adeſt idiomatum diverſitas, conſtituta ſit, propter ejuſmodi, etiam idiomatum diverſitatem, populorum utilitatem, bonum Conventuum, pacem, & Religioſorum concordiam, & præſertim, ut ſervitio chariſſimi in Chriſto filii noſtri Ludovici Francorum Regis Chriſtianiſſimi provideatur, nimirum, ut tam populi, quam Religioſi in temporalibus, ſicut & in Spiritualibus neceſſariis levamentis minime deſtituantur. a dilectis pariter filiis Ludovici de Jul tunc exiſtente Definitore generali, & Miniſtro Provinciali Provinciæ Pariſien. dicti Ordinis, ac a tunc pariter exiſtente Carolo Maria Miniſtro Generali Ordinis hujuſmodi, ad hoc ſpecialiter deputatis, conventio, & tranſactio facta, approba a, & Confirmata, & in Capitulo menſe Auguſti anno 1687. celebrato ab omnibus vocalibus unanimiter ſubſcripta, & hactenus ſine interruptione obſervata fuit, itaut Primo Provincia prædicta juxta idiomatum diverſitatem in duas Cuſtodias nimirum Gallo Belgicam, & Flandrobelgicam dividatur eidem Miniſtro Provinciali ſubjectas. Secundo, ut Miniſter Provincialis ex unaquaque Cuſtodia ſit eligibilis, & unaquæque cuſtodia duos Definitores Nationales habeat: Tertio, ut in Capitulo celebrato pro Capitulo Generali quælibet Cuſtodia ſuum Cuſtodem ad Capitulum Generale mittendum habeat, & alia prout in Decreto confirmatorio conventionis prædictæ plenius dicitur contineri.

Cauſæ diviſionis Provinciæ in Cuſtodias Gallobelgicam, & Flādrobelgicam.

Concordiæ Capitula ſuper d. diviſione in Capitulo Gen. 1687. approbata.

§. 1. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat nonnullis prædictam conventionem electionum utcumque libertati præjudicare, & Sacris Canonibus contrariam eſſe videatur, ideoque dicti Exponentes, ut bona memorata procurentur, & malis alioquin reſultandis occurratur omnes, & quoſcumque defectus, qui in prædicta conventione eſſe poſſunt per Nos ſanari, eamdemque conventionem approbari, ac ratificari, electioneſque in omnibus Capitulis in poſterum in prædicta Provincia celebrandis juxta conventionem hujuſmodi fieri poſſe plurimum deſiderent. Nobis propterea exponentes prædicti humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Præter Miniſtri, & Definitorum Provincialium.

§. 2. Nos igitur ipſos Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati de Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui relationem dilecti pariter filii moderni Procuratoris Generalis Ordinis hujuſmodi ſuper præmiſſis ad eoſdem Cardinales tranſmiſſam viderunt conſilio memoratam conventionem auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, ratificamus, & qualemcumque defectum forſan in ea incurſum iidem ſanamus. Præterea permittimus juxta petita, ut deinceps electiones in omnibus Capitulis in prædicta Provincia celebrandis ad inſtar ejuſdem Conventionis fiant.

Confirmatio recenſitæ cōcordiæ.

§. 3. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Clauſulæ.

§. 4. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non quatenus opus ſit Provinciæ, & Ordinis hujuſmodi, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis & ad verbum inſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XI. Januarii MDCCXXI. Pontificatus noſtri Anno Vigeſimo primo.

Con-

CCLXXX.

Dat. 19. Mar. 1721. an. 21.

Confirmantur Privilegia & indulta a Romanis Pontificibus Univerſitati Studii Generalis, & Collegio Doctorum Urbini conceſſa, cum nonnullis illorum declarationibus.

H. m. Privilegia & Indulta hic recenſentur in Conſtitutionibus Jul: II. ed: 1507., Febr. 17, P. 5. Pii IV. Conſt. ed: 1563, Feb: 16, P. 5; & Conſt. ed: 1564, Feb: 20, P. 5; Urb: VIII. Conſt: ed: 1636. Jul: 8, P. 13. Et Clem. X. Conſt: ed: 1671, Apr: 6, P. 1. Hujus Pontificis Conſt: ed: 1720, Jul: 12, P. 20. extat prohibitio extrahendi libros ex publica Bibliotheca. Et Inn: XIII Conſt: ed: 1721, Maii, P. 5. confirmatur præſens Conſtitutio.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium a Pontificia ſollicitudine pro movendi felicem ſtatum Locorum S. R. E. ſubditorum, Civitatis præſertim Urbini ſuæ Patriæ cujus laudes recenſentur.

INter multiplices, atque graviſſimas ſolicitudines, quas pro communi univerſi Chriſtiani Gregis vigilantiæ noſtræ divina diſpoſitione commiſſi regimine, ac utilitate dies, noctesque ſuſcipimus, illa potiſſimum cor noſtrum vehementer pulſat, & angit, ut Populorum S. R. E. etiam in temporalibus ſubditorum commodis, & proſpero, feliciqueſtatui paterna charitate conſulamus, ac ea præſertim, per quæ literarum ſtudia foventur, Juventus liberalibus diſciplinis, & doctrinis eruditur, Juris in primis utriuſque prudentia, ſine qua Reſpublica rite gubernari nequiret, addiſcitur, & recta cauſarum forenſium cognoſcendarum, juſtitiæque adminiſtrandæ ratio cuſtoditur, omni adhibita ope, ſedulitate, & cura promoveamus. Quo quidem paterni amoris ſenſu, ſi cæteras omnes Pontificiæ Ditionis Civitates merito reſpicimus, dignum profecto, juſtumque eſt, ut Civitatem noſtram Urbinatenſem, ubi vitæ limen attigimus, ac primis literarum rudimentis imbuti fuimus, quæque omni tempore totius Urbinatenſis Ducatus Princeps, & Caput extitit, & plurimos tulit non tam bonarum artium, & mathematicarum præſertim diſciplinarum laude imo etiam militari gloria inſignes, quam Eccleſiaſticarum dignitatum ſplendore conſpicuos Viros; apud quos itidem, & ſolidæ pietatis, orthodoxæque Religionis cultus, ac ſumma in Romanos Pontifices, & Apoſtolicam Sedem obſervantia, & ſtudium ſemper enituit, propenſiori quodam affectu, natura ipſa dictante, reſpiciamus, ac unice in Chriſto diligamus. Nec minus æquum arbitramur, & congruum, ut Univerſitatem quoque ſtudii generalis illic Apoſtolica auctoritate erectam, in qua Nos olim lauream doctoralem accepimus, ac inſuper Collegium I. V. Doctorum ibidem pari auctoritate inſtitutum, unde Viri ſæpenumero prodierunt doctrinæ fama celebres, illuſtriumque munerum ab ipſis recte geſtorum merito commendati, cui Nos etiam adſcriptos aliquando fuiſſe, non ſine voluptate meminimus, paterna dilectione complectamur, gratæque voluntatis noſtræ, ac ſimul Pontificiæ largitatis ſignificationibus proſequamur.

A Clem. XI. d. Civitas ab ære alieno fuit ſoluta.

§. 1. Quocirca plurium Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, qui Patrias ſuas inſignibus, maximiſque beneficiis ornarunt, morem, exemplumque ſecuti, inter ipſa Pontificatus noſtri primordia conſiderantes prædictam Patriam noſtram dilectiſſimam ingenti quadraginta millium aureorum ære alieno, cui infelix ſuperiorum temporum conditio, & publicæ neceſſitates cauſam præbuerunt, gravari, ac fere opprimi, & ob publicorum proventuum tenuitatem nedum omni prorſus carere ſpe illud unquam diſſolvendi, ſed etiam oneri annuorum ejus fructuum ferendo longe imparem eſſe; æquum proinde, munerique noſtro conſentaneum duximus rationem inire, qua graviſſimo huic malo occurreretur, inſtitutoque ex pecuniis a Nobis ante aliquos annos collatis multiplico, cujus adminiſtratio a Viris ad id a Nobis delectis ſumma fide, ac induſtria hactenus geſta fuit, eam jam pecuniarum ſummam conflavimus quæ memorato æri alieno penitus extinguendo ſatis erit, huncque in uſum quamprimum juſſu noſtro, benedicente Domino erogabitur.

Metropolitana Eccleſia præ nobili Altari, ſacraque ſupellectili ſumptuoſa ditata.

§. 2 Præterea Metropolitanam ejuſdem Civitatis Urbinatenſis Eccleſiam, in qua ſacris Baptiſmi aquis abluti fuimus, magnifico, atque prænobili Altari æneis ornamentis, antiquis marmoribus, & lapidibus verſicoloribus ſelectiſſimis exculto, ſub quo ſacrum Corpus S. Creſcentini Martyris, ipſius Civitatis Protectoris, reconditum eſt: ſex ibidem prægrandibus candelabris cum Cruce, aliiſque vaſis argenteis elegantiſſime elaboratis: multa, & ſumptuoſa omnis generis ſupellectile in uſum ſacri Miniſterii: geminis attalicis ſtragulis magni pretii, totidemque a celebrioribus ævi noſtri Pictoribus delineatis, atque confectis tabulis decorari noſtra pariter, & quidem maxima impenſa curavimus.

Ejuſdem Eccleſiæ Canonicales proventus aucti Ædes Archiepiſcopales amplıatæ, Collegium extructum.

§. 3. Exiguum inſuper, nec præfatæ Metropolitanæ Eccleſiæ dignitati parem Beneficiatorum illi inſervientium numerum auximus, congruaque dote inſtruximus: Canonicales proventus, antea admodum tenues, certa annua quingentorum aureorum ſuper fructibus, & redditibus quibuſcumque Monaſterii Sanctæ Mariæ de Claravalle nullius, ſeu Senogallien. Dioeceſis in perpetuum aſſignata penſione, amplificavimus: Sacrarium in uſum Canonicorum a fundamentis ereximus, & congruis armariis pro ſacrorum ſuppellectilium decenti cuſtodia exornavimus: Archiepiſcopales ædes, anguſtas, & collabentes refecimus, ac ampliavimus, Collegium itidem, in quo Nobiles Adoleſcentes tum indigenæ, tum etiam exteri, bonis artibus, honeſtiſque moribus a doctis, piiſque Magiſtris ſedulo inſtituuntur, fere in meditullio Civitatis a fundamentis excitavimus.

Bibliotheca in Conventu S. Franciſci ad publicum uſum erecta.

§. 4. Publicam quoque Bibliothecam in Conventu Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci Conventualium nuncupatorum ad uſum, & commoditatem eorumdem Fratrum, ac Civium, & Incolarum quorumcumque ipſius Civitatis, nec non Studioſorum ad præfatam Univerſitatem ſtudii generalis confluentium inſtituimus, non modica pecuniarum ſumma in id opus erogata, præſertim in conſtructionem Fabricæ ejuſdem Bibliothecæ, eamque non modo ſcriniis, ſeu forulis nuceo ligno decenter elaboratis, ac filo æreo reticulato munitis, verum etiam pluribus codicibus ad omnes prope ſcientias, & artes tum

liberales, tum mechanicas ſpectantibus, ſive per Nos emptis, ſive e domeſtica noſtra Bibliotheca extractis, ut ultra nonnullos in antiqua dicti Conventus Bibliotheca exiſtentes, ac alios plures, quos bo. me. Alexander Fidelis, dum viveret, Epiſcopus Æſinus, ejuſmodi noſtræ in ſuam æque, ac noſtram Patriam beneficæ voluntatis probe conſcius, in ſuis ſupremis tabulis diſpoſitioni noſtræ hoc conſilio reliquerat, io ſcriniis hujoſmodi jam collocati, & congrue diſpoſiti reperiuntur, inſtrui fecimus; Illiſque nuper alios etiam codices, præſertim ad artem medicam pertinentes; quos quon. Joannes Maria Lançiſius, dum vixit, Cubicularius, & Medicus noſter ſecretus propenſo in eamdem Patriam noſtram animo dictæ Bibliothecæ legaverat, addi juſſimus, quin imo etiam in poſterum eamdem Bibliothecam aliis codicibus, ſeu voluminibus, dum, benedicente Domino, vita ſuppetet, augere intendimus, ut exinde memorati Fratres, Cives, Incolæ, & ſtudioſi bonarum, ac præſertim ſacrarum literarum, laudabiliumque diſciplinarum ſtudiis commodius, ac impenſius vacare, uberioreſque in eis progreſſus facere valeant.

Mœnia Civitatis reſtaurata. Duo ſixa loca in Rotis Peruſiæ & Maceratæ Civibus aſſignata. Mons frumentarius erectus.

§.5. Ad hæc præfatæ Patriæ noſtræ mœnia pluribus in locis collapſa, aut collabentia inſtauravimus, ejus inſuper Civibus I. V. Doctoribus certum, fixumque locum inter Auditores Tribunalium, quæ Rotæ nuncupantur, Civitatum noſtrarum Peruſiæ, & Maceratæ in perpetuum aſſignavimus ac non ita pridem pium Montem frumentarium cum dote ſeptingentorum modiorum frumenti, qui quot annis mutuo pauperibus dari debeant, ad hoc, ot ejuſmodi ſubſidio propriis neceſſitatibus conſulere poſſint, & agri præſertim culturam deſerere non cogantur, certis pro recta illius adminiſtratione ſancitis legibus, ereximus, atque fundavimus, pluribuſque aliis, nec vulgaribus beneficiis tum eamdem Patriam noſtram, tum etiam peculiares illius Cives hactenus proſecuti ſumus, & ad extremum uſque vitæ noſtræ ſpiritum, adjuvante Domino, proſequi non deſinemus.

Referuntur Privilegia Univerſitati, & Collegio Doctorum a Pontificibus conceſſa.

§.6. Nunc verò ad Univerſitatem Studii generalis, & ad Collegium I. V. Doctorum in eadem Urbinatenſi Civitate dudum, ot præfertur, erecta Apoſtolicæ noſtræ conſiderationis intuitum convertentes, & gratum noſtrum erga ipſa animum profiteri, teſtatumque facere cupientes æquum in primis ducimus iis, quæ a pluribus Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris ad illorum decus, ornamentum, ac otilitatem provide, atque ſapienter conſtituta fuerunt, Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robur adjicere aliaque deſuper ſtatuere, atque diſponere quemadmodum in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Epitome ſequentis Conſtitutionis.

§.7. Cum itaque, ſicut accepimos, fel. rec. Julius II. Romanus Pontifex Prædeceſſor noſter inſtitutionem præfati Collegii a q. Guido Ubaldo Urbini Duce factum pro cognitione cauſarum tam Eccleſiaſticarum, quam prophanarum totius Urbinatenſis ditionis in ſecunda, & tertia inſtantiis (cauſis mere Eccleſiaſticis dumtaxat exceptis) benigne approbaverit, & confirmaverit, ac regulam in ejuſmodi Cauſarum deciſione ſervandam præſcripſerit, pluraque alia in favorem ejusdem Collegii diſpoſuerit per ſuas anno milleſimo quingenteſimo ſeptimo aii. Kalen. Martii ſub plum.o expeditas literas, quarum tenor eſt, qui ſequitur, videlicet:

Conſtitutio Julii II. qua confirmatur erectio Collegii 13. Doctorum, quibus præſcribitur regula in decidendis cauſis (meris Eccleſiaſticis exceptis) in 2., & 3. inſtantiis.

§.8. *Julius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.* Ad ſacram Beati Petri Sedem Divina diſpoſitiooe ſublimati, ſingulis, quæ pro perſonarum Nobis, & Apoſtolicæ Sedi devotarum pace, commodo, & tranquillitate profutura fore couſpicimus, Apoſtolicæ providentiæ ſolicitudinem libenter intendimus, & ad felicem eorum proſecutionem, & confirmationem, cum a Nobis petitur, opem, & operam impendimus efficaces. Sane cahibita Nobis noper pro parte dilectorum filiorum Nobilis Viri Guidobaldi Ducis Urbinaten., & univerſorum Sobditorum ejus petitio continebat, quod licet olim fel. rec. Alexander Papa VI. Prædeceſſor noſter, cupiens indemnitati univerſorum ſubditorum Ducatus Urbinaten. conſulere, ipſum Ducatum Urbinaten., & Civitatem Senogallien., illiuſque diſtrictum ab omni juriſdictione Rectoris Provinciæ Marchiæ Anconitanæ ſegregaverit, & ſeparaverit, ac certum Collegium Doctorum, Rotam nuucupatam, in Romandiola inſtituerit; ad quos omnes Cauſæ appellationum in quibuſcumque cauſis Eccleſiaſticis, & prophanis devolverentur, ordinaverit, & quod propter temporum conditiones hujuſmodi Inſtitutio effectum ſortita non fuerit; Nihilominus idem Dux etiam cupiens indemnitatibus, & commoditatibus dictorum Subditorum ſuorum providere, in Civitate Urbinaten. unum Collegium tredecim Doctorum inſtituit, & quod coram eis omnes, & ſingulæ Cauſæ Eccleſiaſticæ, & prophanæ tractarentur, & definirentur, etiam ordinavit. Quare pro parte Ducis, & Subditorum hujuſmodi, necnon etiam dilecti filii Nobilis Viri Franciſci Mariæ Urbis Præfecti Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut inſtitutioni, & ordinationi Collegii tredecim in legibus, & Decretis Doctorum hujuſmodi Apoſtolicæ confirmationis robur adjicere, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos, qui noſtrorum, & S. R. E. Subditorum commoditatibus intendimus, & quantum cum Domino poſſumus, ipſos ab expenſis, & oneribus relevamus, necnon præfati Ducis propoſitum plurimum in Domino commendantes, inſtitutionem, & ordinationem prædictas auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, ac quod in ſecunda, & tertia inſtantia omnes Cauſæ tam Eccleſiaſticæ, quam prophanæ, & mixtæ, ac Beneficiales (meris Eccleſiaſticis dumtaxat exceptis) Ducatus, in Dominii temporalis præfati nunc, & pro tempore exiſtentis, tam ratione Ducatus præfati nunc, & pro tempore exiſtentis, quam aliorum ejus dominiorum quorumcumque coram dicto Collegio tredecim Doctorum, eisdem modo, & forma, quibus coram Rectore Provinciæ Marchiæ huiuſmodi tractantur, tractentur, & finiantur. Ita tamen, quod Cauſæ præfatæ non poſſint expediri, nec terminari, niſi de voto, & conſenſu majoris partis Doctorum dicti Collegii, & alias ſententiæ latæ non teneant, quæ vota ſecrete, & ſigillatim præſtare debeant, quodque etiamſi contingeret aliquem, ſeu aliquos ex Doctoribus dicti Collegii exinde ſe abſentare, quod per tunc præſentes

tes factum, & terminatum fuerit, perinde valeat, ac ſi omnes interfuiſſent, dummodo abſentes ultra dimidiam partem non eſiſtant; ac etiam quod cauſæ appellationum quarumcumque per Subditos præfati Ducis a quibuſcumque ſententiis pro tempore interpoſitarum ad ipſum Collegium interpoſitæ ſint, & eſſe cenſeantur, niſi forſan a ſententiis ipſius Collegii appellatum fuerit, quo caſu tunc ad Sedem Apoſtolicam appellari valeat, eadem auctoritate ſtatuimus, & ordinamus, ipſoſque Subditos, necnon Ducatum, & Statum Urbinaten., ac etiam Statum & Civitatem Senogallien. ab omni juriſdictione, & ſuperioritate Rectoris dictæ Provinciæ Marchiæ, necnon Bononienſi, & Peruſina Legationibus prorſus eximimus, & ſegregamus, ac liberamus. Et inſuper eidem Collegio, ut in Cauſis hujuſmodi decidendis, & finiendis eiſdem prærogativis, indultis, & ordinationibus utatur potiatur, & gaudeat, quibus dictus Rector præfatæ Provinciæ utitur, & uti conſuevit, præfata auctoritate concedimus; Statuta quoque, & ordinationes per dictum Collegium in cauſis decidendis, & terminandis edita, dummodo ſint licita, & honeſta, & ſacris Canonibus non obviantia, dicta auctoritate confirmamus, & approbamus, ipſique Collegio nova ſtatuta, quatenus ſint licita, & honeſta, condendi eadem auctoritate licentiam elargimur, & facultatem, non obſtantibus Apoſtolicis, necnon dictæ Provinciæ ſpecialibus, & generalibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus pro illorum ſufficienti derogatione ſpecialis, ſpecifica, eſpreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, ſeu de verbo ad verbum mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, quodque Collegium hujuſmodi nondum ad numerum tredecim Doctorum deventum eſt, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, approbationis, ſtatuti, ordinationis, exemptionis, ſegregationis, liberationis, conceſſionis, elargitionis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo ſeptimo, duodecimo Kal. Martii Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Item Ducatus, & Status Urbinaten. ac Senogallien. eximuntur a Rectore Marchiæ, cujus privilegia, aliaque Collegio tribuuntur.

§.9 Ac ſubinde rec. me. Pius Papa IV. etiam Prædeceſſor noſter, poſtquam Urbinaten. Eccleſiam in Metropolitanam erexerat cum Archiepiſcopali Dignitate, & omnimoda juriſdictione, ac ſuperioritate, necnon illi Callien., Senogallien., Piſauren., Foroſempronien., Feretran. & Eugubin., Civitates, & Diœceſes (quibus poſtmodum fel. itidem rec. Urbanus VIII. etiam Prædeceſſor noſter Urbanien., & S. Angeli in Vado Civitates, & Diœceſes adjecit) cum earum diſtrictibus, & Territoriis, ac Præſules pro tempore eſiſtentes pro ſuffraganeis Epiſcopis, necnon Capitula, Clerum, & Populum Civitatum, & Diœceſum earumdem perpetuo conceſſerat, & aſſignaverat, cum orta fuiſſet contentio inter bo. me. Felicem tunc Archiepiſcopum Urbinaten., & bo. pariter me. Julium Sancti Petri ad Vincula, dum viveret S. R. E. Cardinalem de Urbino nuncupatum, cui regreſſus ad dictam Eccleſiam Urbinaten. per ipſius Felicis Archiepiſcopi deceſſum, ac in certis aliis tunc expreſſis eventibus auctoritate Apoſtolica conceſſus fuerat, ex una; necnon Collegium Doctorum ejuſdem Civitatis ex altera partibus, ſuper juriſdictione, ſeu adminiſtratione juſtitiæ in omnes Præſules, Clerum, & Populum Civitatum prædictarum, quam Felix Archiepiſcopus & Julius Cardinalis memorati prætextu erectionis hujuſmodi ad ſe ſpectare, Collegium vero vigore literarum Julii Prædeceſſoris ſibi conceſſum fuiſſe, & quia in dicta erectione de Privilegiis, ac Indultis ipſi Collegio, ut præmittitur, conceſſis nulla mentio facta eſtiterat, nullatenus Archiepiſcopo Urbinaten. competere, nec illius juriſdictionem ad cauſas appellationum interponendarum a ſententiis latis per Ordinarios in Foro Eccleſiaſtico, cum juriſdictio ipſa eidem Collegio prius conceſſa fuiſſet, ſe extendere poſſe aſſerebant, ac ad tollenda plurima ſcandala, quæ ex ejuſmodi contentione facile oriri poterunt, Julius Cardinalis, & Felix Archiepiſcopus præfati, necnon dictum Collegium medio, ac opera dicti Guidobaldi tunc Ducis Urbini deveniſſent ad quamdam concordiam, ſeu tranſactionem, cujus vigore conventum, ſtabilitumque fuit, quod Collegium, & illius Doctores cederent Archiepiſcopo Urbinaten. pro tempore eſiſtenti in cognoſcendis, & decidendis primis appellationibus ſuorum Suffraganeorum venientibus a foro Eccleſiaſtico, ut ſupra, & ſecundas appellationes, ſeu tertias illarum inſtantias ſibi reſervarent, quodque omnes, qui appellarent a ſententiis præfati Archiepiſcopi, ſeu ejus Vicarii inter illius Diœceſanos videlicet in prima, vel inter Suffraganeos, aut eum Fiſco ſuæ Eccleſiæ, vel aliorum Suffraganeorum in ſecunda inſtantia latis, ut ſupra, intelligerentur appellaſſe ad ipſum Collegium, Privilegiis, & Indultis Apoſtolicis tam Archiepiſcopo, quam Collegio hujuſmodi, ut præfertur, conceſſis quoad reliqua omnia ſalvis prorſus, ac illæſis; memoratus Pius Prædeceſſor hujuſmodi concordiam, ſeu tranſactionem ampliſſime approbaverit, & confirmaverit per ſuas anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo tertio, xiii. Kalend. Martii ſub plumbo expeditas literas tenoris ſequentis, videlicet:

Epitome ſequentis Conſtitutionis.

§. 10. *Pius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.* Ex ſolita Apoſtolicæ Sedis providentia ea, quæ pro bono pacis, & concordiæ inter Perſonas quaslibet, ac præſertim Cardinalatus, & Pontificali Dignitate præditas concordia terminata fuiſſe dicuntur, ne in recidivæ contentionis ſcrupulum dilabantur, quæque in juſtitiæ præſidentium favorem, commoda, & decus per Prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices conceſſa fuiſſe dicuntur, ut majoris roboris firmitatem obtineant, & perpetuo illibata perſiſtant, libenter, cum a Nobis petitur, Apoſtolico munimine roboramus, ac deſuper diſponimus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Sane Nobis nuper pro parte Dilectorum Filiorum Collegii tredecim Doctorum nuncupati Urbinat. exhibita petitio continebat, ac Di-

Conſtitutio Pii IV. in qua refertur ſupra relata Julii II Conſtitutio.

Dilectus Filius Julius S. Petri ad Vincula Diaconus Cardinalis de Urbino nuncupatus, ac Venerabilis Frater Felix modernus Archiepiſcopus Urbinat., & Magiſter Domus, nec nou Prælatus Domeſticus noſter eapoſuerunt, quod alias fel. rec. Julio Papæ II. Prædeceſſori Noſtro pro parte Guidobaldi tunc Urbini Ducis, ac univerſorum ejus Subditorum expoſito, quod licet autea piæ mem. Alexander Papa VI. etiam Prædeceſſor noſter, tunc ſuus, cupiens iudemnitati univerſorum Subditorum Dueatus Urbinat. conſulere, ipſum Ducatum Urbinat., ac Civitatem Seuogallien., illiuſque diſtrictum ab omni juriſdictione Rectoris Provinciæ Marcbiæ Anconitanæ ſegregaviſſet, ac certum Collegium Doctorum, Rutam nuncupatum, iu Romandiola inſtituiſſet, quodque omnes Cauſæ appellationom in quibuſcumque caoſis Eccleſiaſticis, & prophanis devolverentur ad illud, ordinaſſet, & quod propter temporum conditionem inſtitutio hujuſmodi ſuum ſortita effectum non fuiſſet; uihilominus idem Dux etiam cupiens indemnitatibus, & commoditatibus dictorum ſuorum Subditorum providere, in Civitate Urbini unum Collegium tredecim Doctorum inſtituerat, & quod coram eis omnes, & ſingulæ Cauſæ Eccleſiaſticæ, & prophanæ tractarentur, ac definirentur, etiam ordinaverat, præfatus Julius Prædeceſſor, Ducis, ac Subditorum hujuſmodi, nec uon etiam bon. mem. Franciſci Mariæ tunc Almæ Urbis Præfecti ſupplicationibus inclinatus, inſtitutionem ac ordinationem hujuſmodi authoritate Apoſtolica per ſuas literas confirmavit, & approbavit, quodque in ſecunda, & tertia iuſtantiis omnes Cauſæ tam Eccleſiaſticæ, quam prophanæ, & mixtæ, & Beneficiales (mere Eccleſiaſticis dumtaxat exceptis) Ducatus, & Dominii præfatorum tunc, & pro tempore exiſtentis Ducis, & Subditorum ſuorum hujuſmodi, tunc, & pro tempore exiſteutium tam ratione dicti Ducatus, quam aliorum ejuſdem Domiuiorum quorumcumque, coram dicto Collegio tredecim Doctorum, ac eiſdem modo, & forma, quibus coram Rectore dictæ Proviuciæ tractabautur, tractarentur, & finirentur, ita tamen, quod cauſæ ipſæ nou poſſent expediri, nec terminari, niſi de voto, & conſenſu majoris partis Doctorum Collegii hujuſmodi, alias ſententiæ latæ non tenerent, quæ vota ſigillatim, & ſecrete præſtari deberent, quodque, etiamſi contingeret aliquem, ſeu aliquos ea Doctoribus præfati Collegii ab eo ſe abſeutare, id quod per tunc præſentes factum, ac determinatum foret, perinde valeret, ac ſi omnes interfuiſſent, dummodo ahſeutes ultra dimidiam partem non éxiſterent; ac etiam quod Cauſæ appellationum per Subditos præfati Ducis a quibuſcumque ſententiis pro tempore interpoſitarum ad ipſum Collegium interpoſitæ eſſent, & cenſerentur, niſi forſan a ſententiis ipſius Collegii appellatum foret, quo caſu tunc ad Sedem Apoſtolicam appellari poſſet, dicta authoritate ſtatuit, & ordinavit, ipſoſque Subditos, necnon Ducatum, & Statum Urbinat., ac dictam Civitatem, & etiam Statum Senogallien. ab omni juriſdictione, & ſuperioritate Rectoris dictæ Provinciæ Marchiæ; uecnon Bononien., & Peruſin. Legationibus prorſus exemit, & ſegregavit, ac liberavit. Et inſuper eidem Collegio, quod in Cauſis hujuſmodi decidendis, & finiendis eiſdem prærogativis, Indultis, ac ordinationibus uteretur, potiretur, & gauderet, quibus præfatus Rector Provinciæ hujuſmodi utebatur, ac uti conſueverat, præfata authoritate conceſſit; Siatuta quoque, & Ordinationes per dictum Collegium in cauſis hujuſmodi decidendis, & terminaudis edita, eadem authoritate approbavit, & confirmavit; necnon ipſi Collegio nova ſtatuta condendi licentiam, & facultatem elargitus fuit, prout in ipſis Julii Prædeceſſoris literis deſuper confectis plenius dicitur contiueri; Et deinde, ſicut eadem expoſitio Nobis facta ſubjungebat, poſtquam Nos dudum ex certis rationabilibus cauſis Eccleſiam Urbinat., cui etiam tunc præfatus Felia tunc Epiſcopus Urbiuat. præerat, in Metropolitanam Eccleſiam cum Archiepiſeopali Diguitate, ac omuimoda juriſdictione, & ſuperioritate per alias noſtras literas perpetuo ereaeramus, necnon illi Callien., Senogallien., Piſauren., Foroſempronien., Feretran., & Eugubin. Civitates, & Diœceſes in Ducato, & Dominio præfatis conſiſtentes cum illarum diſtrictibus, Territoriis, ac Præſules pro tempore exiſtentes pro ſuffraganeis Epiſcopis, necnon Capitula, Clerum, & Populum Civitatum, & Diœceſum earumdem etiam perpetuo conceſſeramus, & aſſignaveramus, ipſoſque Præſules, Clerum, & Populum, quoad omnia Metropolitica, & Archiepiſcopalia ſuperioritatem, juriſdictionem, ac jura pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Urbinat. ſubjectos fore, & tamquam membra Capiti obſequentes, per eos de Arcbiepiſcopalibus juribus reſponderuni volueramus, prout in eiſdem literis noſtris etiam latius continentur: Orta contentione, & controverſia uter Felicem Archiepiſcopum, & Collegium Urbinat., uecnon etiam Julium Cardinalem præfatos, cui regreſſus ad dictam Eccleſiam Urbinat. per ipſius Felicis Archiepiſcopi deceſſum, ac forſan in certos alios tunc expreſſos eventus, authoritate prædicta conceſſus extitit, ſuper juriſdictione, ſeu adminiſtratione juſtitiæ in omnes Præſules, Clerum, & Populum Civitatum hujuſmodi, quam Archiepiſcopus, & Julius Cardinalis prætextu erectionis ad ſe ſpectare; Collegium vero vigore literarum Julii Prædeceſſoris hujuſmodi ſibi conceſſam fuiſſe; Et quia in dicta erectione de Privilegiis, & indultis ipſi Collegio, ut præmittitur, conceſſis uulla mentio facta extiterat, nullatenus Archiepiſcopo Urbinat. præfato competere, nec juriſdictionem præfati Archiepiſenpi ad cauſas appellationum interponen. per Suffraganeos illius a ſententiis latis per Ordinarios in Foro Eccleſiaſtico, cum juriſdictio ipſa eidem Collegio conceſſa prius extitiſſet, ſe extendere oſtendi poſſe aſſerebant. Cumque ex hac contentione ſcandala plurima oriri poſſe dubitarent, Julius Cardinalis, & Felix Archiepiſcopus præfati volentes, ut bonos decet Præſules, fomenta diſſentionum, & ſcandalorum, quæ inter ipſos, & Collegium hujuſmodi occaſione Juriſdictionis præfatæ de facili ſuſcitari poſſent, propter concurſum, & ſtudium præveniendi, in totum tollere, & extirpare tam eorum propriis, quam Succeſſorum ſuorum Archiepiſcoporum Urbinat. nominibus infraſcriptam cum dicto Collegio inierunt concordiam, & conventionem, medio, & opera Dilecti Filii Nobilis Viri Guidobaldi moderni Du-

Item erectio Eccleſiæ Urbinaten. in Metropolitanam a S. Sua facta.

Necnon lis inde orta inter Archiepiſcopum, & Collegium quoad cognitionem cauſarum.

Digitized by Google

Et concordia inter eos ſtabilita.

Ducis Urbini, videlicet: Quod Collegium, & illius Doctores cederent Archiepiſcopo Urbinat. pro tempore exiſtenti in cognoſcendis, & decidendis primis appellationibus ſuorum Suffraganeorum venientibus a foro Eccleſiaſtico, ut ſupra, & ſecundas appellationes, ſeu tertias illarum inſtantias ſibi reſervarent; quodque omnes, qui appellarent a ſententiis præfati Archiepiſcopi, ſeu ejus Vicarii inter ejus Diœceſanos, videlicet in prima, vel inter Suffraganeos, aut cum Fiſco ſuæ Eccleſiæ, vel aliorum Suffraganeorum in ſecunda inſtantiis latis, ut ſupra, intelligerentur appellaſſe ad ipſum Collegium, privilegiis, indultis, & conceſſionibus Apoſtolicis, tam Archiepiſcopo, quam Collegio hujuſmodi, ut præmittitur, conceſſis, & factis, quoad reliqua omnia ſalvis, & illæſis, ac in ſuo pleno robore permanentibus, necnon forſan alias Partes ipſæ verbo, vel in ſcriptis convenerunt, pepigerunt, & concordarunt, ut conventio, & concordia, necnon pactio hujuſmodi eorum ſucceſſores præfatos adſtringerent, & obligarent, illa omnia ſupraſcripta approbari, & confirmari voluerunt. Quare Julius Cardinalis, & Felix Archiepiſcopus, ac Collegium, necnon Guidobaldus Dux præfati Nobis humiliter ſupplicarunt, ut conventioni, & concordiæ, ac ſine illarum præjudicio, & læſione, ſtatutis, ordinationibus, exemptioni, ſegregationi, liberationi, conceſſioni, confirmationi Prædeceſſoris hujuſmodi pro illarum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ firmitatis adjicere, aliaque in præmiſſis opportuna providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ſingulorum ac præſertim Venerab. Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, & Prælatorum Domeſticorum Urbis, prout poſſumus, votis libenter annuimus, veriores dictæ concordiæ, & conventionis, necnon Statutorum, Ordinationum, exemptionis, ſegregationis, liberationis, conceſſionis, & confirmationis prædictarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, conventionem, & concordiam præfatas, etiamſi in ſcriptis non extent, ſed verbis duntaxat initæ ſint, ac ſine earum præjudicio, & læſione, ſtatuta, ordinationes, exemptionem, ſegregationem, liberationem, conceſſionem, & confirmationem, necnon literas Julii Prædeceſſoris hujuſmodi, & prout illas concernunt, omnia, & ſingula in eiſdem concordia, & literis Julii Prædeceſſoris contenta, ac exinde ſecuta quæcumque Apoſtolica authoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, necnon eis plenum robur firmitatis adjicimus, omneſque, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui forſan intervenerint, in eiſdem ſupplemus, necnon illa valida, & efficacia fore, & eſſe, ac per eoſdem præmiſſos, & alios, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum, obſervari debere, nec ab illis ullo umquam tempore reſilire poſſe, ſed modernum Archiepiſcopum, & Succeſſores ſuos, ac Collegium præfatos ad illorum totalem obſervationem teneri, & obligatos fore, necnon quibuſvis juris, & facti opportunis remediis ad id cogi, & conſtringi poſſe. Et ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis authoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari, & definiri debere; necnon ex tunc, ſi ſecus ſuper iis a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus, & declaramus; Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Eccleſiæ Urbinat. juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, ac Literis Apoſtolicis eiſdem Archiepiſcopo, & Collegio, ac quibuſvis aliis quomodolibet, etiam motu ſimili conceſſis, approbatis, & innovatis; Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, adjectionis, ſuppletionis, decreti, declarationis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo tertio, tertiodecimo Kal. Martii Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Quæ a Pontifice confirmatur.

Epitome ſequentis Conſtitutionis.

§.11. Poſtmodum vero idem Pius Papa IV. antedictum Collegium Doctorum amplioribus privilegiis, & gratiis ornare volens, duos ſingulis annis in Poeſi doctos poetica laurea decorandi: necnon eos, quos prævio diligenti examine idoneos, ac ſufficientes comperiſſet, ad Doctoratus in Jure tam Canonico, quam Civili, & Bachalaureatus, Licentiaturæ, ac Magiſterii in Medicina, vel alia licita facultate gradus promovendi; Notarios itidem publicos, ſeu Tabelliones, & Judices Ordinarios, prævio ſimili examine, idoneos repertos creandi: Nothos etiam, ſpurios, inceſtuoſos, manſeres, & ex quocumque illicito coitu procreatos legitimandi, & ad primæva naturæ jura, perinde ac ſi de legitimo matrimonio nati eſſent, reſtituendi: Nobiles inſuper, ſeu etiam Milites, & Equites deauratos faciendi, & conſtituendi, amplam præfato Collegio licentiam, facultatem, & authoritatem conceſſerit, ac indulſerit ſuis anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto, nono Kal. Martii in ſimili forma expeditis literis, quarum tenor eſt, qui ſequitur, videlicet.

Conſtitutio altera Pii IV. qua Collegio tribuitur facultas.

§.12. *Pius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.* Sedes Apoſtolica gratiarum abundantiſſima mater, ac illarum ſolertiſſima diſpenſatrix, Doctorum hominum Collegiis amplas facultates interdum tribuere conſuevit, ad hoc, ut ejus munera per multorum peritorum maturam deliberationem, & prudens judicium, nonniſi Perſonis benemeritis conferantur, ac diſtribuantur. Hinc eſt, quod Nos, qui accepimus olim cla. mem. Guidobaldum Urbini Ducem commoditatibus, & indemnitatibus univerſorum Subditorum ſuorum providere cupientem, in Civitate Urbini unum Col-

le-

legium tredecim Doctorum forſan nuncupatum, coram quibus omnes, & ſingulæ totius Ducatus, ac Dominii pro tempore exiſtentis Urbinaten. Ducis, & Subditorum præfatorum Cauſæ Eccleſiaſticæ, & prophanæ, necnon etiam mixtæ tractarentur, & deſinirentur, inſtituiſſe, illudque per fel. rec. Julium PP. II. Prædeceſſorem noſtrum, ac etiam per nos, & forſan alios Romanos Pontifices etiam Prædeceſſores Noſtros approbatum, & confirmatum extitiſſe, ac illi nonnulla; privilegia, conceſſiones, & indulta, quibus ipſi Doctores circa deciſiones, & expeditiones Cauſarum uti deberent, auctoritate Apoſtolica conceſſa fuiſſe, idem Collegium, ejuſque Doctores amplioribus favoribus, & gratiis proſequi, ac decorare volentes, motu proprio, non ad alicujus Nobis pro eis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate Collegio, & Doctoribus hujuſmodi nunc, & pro tempore exiſtentibus ad inſtar nonnullorum aliorum Italiæ Collegiorum, in perpetuum duos ſingulis annis in poeſi doctos poetica laurea decorandi, & inſigniendi, necnon eos, quos in jure Canonico, & Civili, ſeu altero eorum ſtuduiſſe, in eiſque, ſeu eorum altero per diligentem examinationem ſcientia, & moribus idoneos, ac ſufficientes eſſe invenerint, in utroque, ſeu altero jurium hujuſmodi, aut medicina, vel alia licita facultate ſtuduiſſe, & ſimiliter per diligentem examinationem duorum, vel trium per eos eligendorum Doctorum, ſeu Magiſtrorum, vel Licentiatorum facultatis, in qua ſtuduerint, coram eis habendam, ac fidelem Magiſtrorum, ſeu Doctorum eorumdem atteſtationem, medio juramento eis faciendam peritos, ac ſcientia, & moribus ad hoc idoneos, ſufficienteſque eſſe repererint, de eorumdem Doctorum, ſeu Magiſtrorum, vel Licentiatorum conſilio, & aſſenſu, ac eorum votis juratis in artibus, aut medicina, vel alia licita facultate hujuſmodi ad Bachalaureatus, Licentiaturæ, Doctoratus, & Magiſterii gradus promovendi, ac in eis legendi, diſputandi, & interpretandi, necnon alios actus ad perſonas in hujuſmodi gradibus conſtitutas quomodolibet pertinentes faciendi auctoritatem concedendi, & ipſorum graduum ſolita inſignia eis exhibendi, necnon eos, quos ad hoc idoneos, & fideles, ac in literatura ſufficientes eſſe repererint, in Notarios publicos, ſeu Tabelliones, & Judices Ordinarios, recepto prius ab eis, juxta formam præſentibus annotatam, ſolito juramento, creandi; ac de Notariatus, & Tabellionatus, ac Judicatus officii hujuſmodi per pennam, & calamare, ut moris eſt, inveſtiendi; Necnon Nothos, Baſtardos, naturales, ſpurios, inceſtuoſos, & manſeres copulative, vel disjunctive ex quocumque illicito coito procreatos, tam præſentes, quam abſentes, viventibus, ſeu etiam mortuis eorum Parentibus; itaut ad paternam, & alias ſucceſſiones bonorum quorumcumque ſuorum Agnatorum, Cognatorum, & Attinentium, ſine præjudicio tamen venientium ab inteſtato, admitti, & in illis ſuccedere; Necnon ad honores, dignitates, ſtatus, gradus, & officia ſecularia publica, & privata quæcumque recipi, & admitti, illaque gerere, & exercere libere, & licite poſſint, & valeant, ac ſi de legitimo matrimonio procreati eſſent, ſervata tamen forma literarum noſtrarum deſuper editarum legitimandi, ac ad primæva, ac legitima naturæ jura, & quoſlibet

Decorandi duos quotannis poetica laurea, & idoneos promovendi ad gradus Doctoratus, Baccalaureatus, & Licentiaturæ.

Item creandi Notarios, & legitimandi ſpurios.

Necnon Nobiles Milites, & Equites deauratos conſtituendi.

actus legitimos reſtituendi, & reducendi; Necnon Nobiles, ſeu etiam Milites, vel etiam Equites deauratos, ut pro fide, juſtitia, & Religione pugnent, hortando, faciendi, creandi, & conſtituendi, eiſque inſignia, & arma in ſimilibus dari ſolita, dandi, & concedendi, necnon ipſos nobilitatis equeſtribus inſigniis decorandi, dicta auctoritate tenore præſentium licentiam, facultatem, & auctoritatem concedimus, & indulgemus, non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in provincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon legibus Imperialibus, ac ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam municipalibus Civitatum, & locorum, in quibus ipſi legitimandi fuerint, Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, illis præſertim, quibus caveri dicitur expreſſe, quod Naturales, & Baſtardi legitimari non poſſint, niſi de conſenſu legitimorum, & naturalium, necnon quibuſvis Cancellariæ Apoſtolicæ regulis per Nos, & Sedem eamdem in contrarium hactenus editis, & in poſterum edendis, ac privilegiis, indultis, & Literis Apoſtolicis, etiam quibuſvis Univerſitatibus, ſtudiorum generalium Collegiis, & quibuſvis aliis locis, etiam motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam de conſilio ejuſdem Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conceſſis, & confirmatis, ac in poſterum concedendis, & confirmandis; Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, & formis ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus cæteriſque contrariis quibuſcumque. Forma autem juramenti, quod Notarii, Tabelliones, & Judices per ipſos Collegium, & Doctores, ut præfertur, creandi hujuſmodi præſtabunt, talis eſt. Ego N. de N. Clericus N. ab hac hora in antea fidelis ero Beato Petro, & S. R. E. ac Domino meo Pio Papæ IV., & Succeſſoribus ſuis canonice intrantibus, non ero in conſilio, auxilio, conſenſu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, vel capiantur mala captione. Conſilium, quod mihi per ſe, vel literas, aut Nuncium manifeſtabunt, ad eorum damnum ſcienter nemini pandam, ſi vero ad meam notitiam aliquid devenire contingat, quod in periculum Romani Pontificis, aut Eccleſiæ Romanæ vergeret, ſeu grave damnum, illud pro poſſe impediam, & ſi hoc impedire non poſſem procurabo bona ſide id ad notitiam Domini Papæ perferri; Papatum Romanum, & Regalia S. Petri, ac jura ipſius Eccleſiæ ſpecialiter, ſi qua eadem Eccleſia in Civitate, vel terra, de qua ſum oriundus, habeat, adjutor eis ero ad defendendum, & detinendum, ſeu recuperandum contra omnes homines; Tabellionatus officium fideliter exercebo, contractus in quibus exigitur conſenſus Partium, fideliter faciam nil addendo, vel minuendo ſine voluntate Partium, quod ſubſtantiam contractus immutet; ſi vero in conficiendo aliquod Inſtrumentum

Præſcribiturque Formula juramenti a Notariis præſtandi.

unius

unius ſolius Partis ſit requirenda voluntas, hoc ipſum faciam, ut ſcilicet nil addam, vel minuam, quod immutet facti ſubſtantiam contra voluntatem ipſius; Inſtrumentum non conficiam de aliquo contractu, in quo ſciam intervenire, ſeu intercedere vim, vel fraudem; contractus in Protocollum redigam, & poſtquam in Protocollum redegero, malitioſe non differam contra voluntatem illorum, vel illius, quorum, ſeu cujus eſt contractus, ſuper eo publicum conficere Inſtrumentum, ſalvo meo debito, & conſueto ſalario. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Euangelia. Nulli ergo omnino liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, Indulti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto, nono Kal. Martii Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Epitome ſequentis Conſtitutionis.

§. 13. Deinde memoratus Urbanus VIII. Prædeceſſor noſter, ne dubitari contingeret, an ejuſmodi Privilegia a Julio II., & Pio IV. conceſſa præfato Collegio per obitum q. Franciſci Mariæ ultimi Ducis Urbini, & devolutionem illius Ducatus ad Sedem Apoſtolicam adhuc durarent, vel expiraſſent, ipſi Collegio facultatem, ac auctoritatem cognoſcendi, & judicandi cauſas appellationum tam Eccleſiaſticas, quam Laicales omnium, & quorumcumque Judicum Ducatus, & Legationis Urbinaten. (exceptis tamen Beneficialibus, ac iis, quæ juxta diſpoſitionem Concilii Tridentini, vel alias de jure eſſent inappellabiles) in ſecundis ſeu tertiis inſtantiis, ac in omnibus illis, in quibus daretur appellatio, poſtquam judicatæ fuiſſent a Judicibus ordinariis appellationum, ubi exiſterent, & nonnullis adjectis declarationibus, & diſpoſitionibus tam circa electionem, & numerum Doctorum votantium, & ſupranumerariorum ejuſdem Collegii, quam circa modum ab ipſis in ejuſmodi Cauſarum deciſione ſervandum, conceſſerit, ac impertitus fuerit; præterea expreſſe decreverit, ac diſpoſuerit, ut in præmiſſis cauſis appellationum tam Eccleſiaſticis, quam laicalibus ad Collegium ſpectantibus appellari non poſſet *omiſſo medio*, & ſi appellari contingeret, nullus Judex ſe ingerere deberet, niſi in vim ſpecialis commiſſionis Romani Pontificis pro tempore exiſtentis manu ſignatæ; alias licitum eſſet eidem Collegio ad ulteriora procedere, non obſtante quacumque inhibitione, & abſque alicujus pœnæ incurſu, ipſumque Collegium reaſſumere, inhibere, & exequi poſſet, prout de jure, ac ubi Collegium judicaſſet in caſu, quo dari deberet appellatio, tunc ejus cognitio, ſeu commiſſio ad exiſtentem pro tempore in eiſdem partibus Apoſtolicæ Sedis Legatum, pertineret; ac inſuper eidem Collegio ſtatuta ſuper modo cognoſcendi cauſas, & pro felici ipſius gubernio neceſſaria, & opportuna condendi, & quoties ſibi videretur, immutandi, ac innovandi, ſalva tamen ſemper approbatione d. Legati, ſive ejus V. Legati facultatem pariter conceſſerit, ac indulſerit; necnon doctorandi, & alia privilegia eidem Collegio competentia, dummodo eſſent in uſu, & non eſſent revocata, neque ſub aliquibus revocationibus comprehenſa, & ſacris Canonibus, Concilii Tridentini decretis, Conſtitutionibuſque Apoſtolicis non adverſarentur, approbaverit, & confirmaverit per ſuas in forma Brevis die octava Julii anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſexto expeditas literas tenoris ſequentis, videlicet.

Conſtitutio Urban VIII. qua, non obſtante devolutione ſtatus Urbini ad S. Sedem, denuo conceditur Collegio.

§. 14. *Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam.* Cum ſicut pro parte dilectorum Filiorum Communitatis, & hominum Civitatis noſtræ Urbinaten., necnon Collegialium Collegii Doctorum ejuſdem Civitatis Nobis nuper expoſitum fuit, Collegium præfatum, in quo admittuntur omnes ii, qui ex Patre Cive nati ad Doctoratus gradum Urbini promoventur, prætextu literarum fel. rec. Julii II. ſuper erectione dicti Collegii, & Pii IV. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum ſuper confirmatione certæ concordiæ inter eoſdem Doctores, & tunc exiſtentem Archiepiſcopum Urbinaten. ſuper cauſarum cognitione in prima, ſecunda, & tertia inſtantiis initæ emanatæ facultatem judicandi in cauſis appellationum tam in foro ſæculari, quam Eccleſiaſtico Status ac Ducatus Urbini, aliarumque Civitatum, Terrarum, & Locorum per obitum q. Franciſci Mariæ ultimi Ducis Urbini ad Sedem Apoſtolicam devolutorum, & noſtro incorporationis Decreto comprehenſorum ſibi competere prætendant, Nos ejuſdem Civitatis Communitatem, & homines, necnon Doctores præfatos ob præcipuum, quo illos complectimur, paternæ charitatis affectum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtant, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen., harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ne dubitari contingat, an dicta privilegia Julii II., & Pii IV. adhuc durent, vel expiraverint per mortem dicti ultimi Ducis, tredecim ejuſdem Collegii Doctoribus, ut infra, eligendis, & pro tempore exiſtentibus facultatem de cætero judicandi in cauſis appellationum ſtatus præfati, aliarumque Civitatum, Terrarum, & Locorum ſupranarratorum, tam in foro Sæculari, quam Eccleſiaſtico auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & impertimur; ita tamen, quod ex dicto Collegio DD. tredecim Votantes, & quatuor, vel quinque Supranumerarii, ſi opus fuerit, eligantur qui eorundem Votantium, ſi abfuerint, vel ſi ſuſpecti allegati fuerint, vices in judicando ſupplere valeant, ſed exiſtente neceſſario votantium numero, ut infra dicetur, a dando, vel ferendo voto ſe abſtinere debeant, nec judicare poſſint. Porro tam Votantium, quam Supranumerariorum electio pro prima vice dilecto Filio noſtro Franciſco S. Laurentii in Damaſo Diacono Cardinali Barberino nuncupato S. R. E. Vicecancellario, noſtro ſecundum carnem ex Fratre germano nepoti, & in Statu, ac Ducatu Urbini & præfatis aliis Terris, & Locis hujuſmodi noſtro, & Apoſtolicæ Sedis de Latere Legato reſervata ſit, & cenſeatur; de cætero autem deficiente aliquo ex ſupradictis, tres a præfato Collegio Doctores nominabuntur, quorum unus ab ipſo

Facultas decidendi cauſas, ſed beneficialibus exceptis & juxta novam regulam, quoad numerum votantium, eorum qualitatem, & modum ferendi votum, nec non cum aliqua ſubjectione Legato Apoſtol.

ipſo Franciſco Cardinali moderno, ſeu pro tempore exiſtente Legato, vel ab hac Sede eligetur. Inter hos tredecim Doctores Votantes, quinque ad minus erunt Eccleſiaſtici non uxorati ſed incedentes in habitu, & tonſura Clericalibus, ad quos ſolos dumtaxat cauſarum Eccleſiaſticarum cognitio pertinebit, in quibus Laici ſe alias ingerere non valeant, nec poſſint, quam in dando eorum voto conſultivo. In cauſis vero laicalibus ipſi votum dabunt, & ferent promiſcue cum Laicis, & eas, prout juris erit, terminabunt, non tamen votis ſecretis, ſicut in præfatis Julii II. Prædeceſſoris noſtri literis conceſſum fuit, ſed votis apertis, & in jure fundatis, & ſententiæ ad minus in cauſis Eccleſiaſticis a Judice, ſeu Ponente ſubſcribentur, non obſtante ſtylo in contrarium faciente. Habebit Collegium mediante diſtinctione præfata auctoritatem cognoſcendi cauſas appellationum tam Eccleſiaſticas, quam Laicales omnium, & quorumcumque Judicum Legationis ſupradictæ exceptis tamen beneficialibus, & iis, quæ juxta diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini, vel alias de jure ſunt inappellabiles, in ſecundis, ſeu tertiis inſtantiis, & in omnibus illis, in quibus dabitur appellatio poſtquam judicata fuerint a Judicibus ordinariis appellationum, ubi dicti Judices appellationum exiſtunt, quibus nullum cenſeatur illatum præjudicium; Verum in cauſis Eccleſiaſticis pro earum definitione ad minus tres Judices, & in Laicis ad minus quinque interveniant, & in illorum defectu, ut præfertur, ſupplebunt Supranumerarii, & etiam in eorum defectu, poterunt ſubrogari alii Judices ad electionem, & de conſenſu partium, dummodo in cauſis Eccleſiaſticis pro earum difinitione ſemper ſint Judices Eccleſiaſtici. In cauſis appellationum ſpectantibus, ut ſupra eſt, ad Collegium, tam Eccleſiaſticis, quam Laicalibus appellari non poſſit, *omiſſo medio*, & ſi appellari contigerit, in iis nullus Judex ſe ingerere debeat niſi in vim commiſſionis expreſſæ, mano noſtra ſignatæ; alias licitum ſit eidem Collegio ad ulteriora procedere, non obſtante quacumque inbibitione, & abſque alicujus pœnæ incurſu, ipſumque Collegium reaſſumere, inhibere, & exequi poſſit, prout juris erit. Ubi vero Collegium judicaverit, in caſu quo dari debeat appellatio, ejus cognitio, ſeu commiſſio ad dictum Legatum ſpectabit. Præterea eidem Collegio ſtatuta ſuper modo cognoſcendi cauſas, & pro felici ipſius gubernio neceſſaria, & opportuna condendi, illaque toties, & quoties ſibi videbitur, & placuerit, alterandi, immutandi, & innovandi, ſalva tamen ſemper approbatione dicti Legati, ſive ejus Vicelegati, facultatem concedimus, & impertimur; necnon doctorandi, & alia privilegia eidem Collegio competentia, dummodo ſint in uſu, nec ſint revocata, neque ſub aliquibus revocationibus comprehenſa, ſacriſque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, conſtitutionibuſque Apoſtolicis non adverſentur, auctoritate, & tenore præſentium approbamus, & confirmamus illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus. Decernentes præſentes literas validas, firmas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, dictoque Collegio in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, ſicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, & irritum, & inane, ſi ſecus ſuper iis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodulibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus, omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die VIII. Julii MDCXXXVI. Pontificatus noſtri Anno Decimotertio.

Item fruendi privilegiis dũmodo ſint in uſu.

§.15. Poſtremo ſimilis memoriæ Clemens X. etiam Prædeceſſor noſter ex publico Studio pro lectionibus Sacrorum Canonum, & Legum Civilium, ac aliarum ſcientiarum, ſeu facultatum, & præſertim mathematicarum diſciplinarum in prædicta Urbinatenſi Civitate olim inſtituto, necnon ex præfato Doctorum Collegio, recenter Civium opera inter ſe unitis, & conjunctis, unam Univerſitatem Studii generalis, in qua Sacra Theologia, Jus Canonicum, & Leges Civiles, Philoſophia, Mathematicæ, aliæque ingenuæ diſciplinæ, ſcientiæ, & artes publice docerentur, ac perlegerentur, & qui peracto ſtudiorum curriculo idonei reperti fuiſſent, ad Baccalaureatus, Magiſterii, Doctoratus, alioſque gradus ſcholaſticos, ſervata in omnibus Viennen., & Tridentini Conciliorum diſpoſitione, promoveri libere, & licite poſſent, in omnibus, & per omnia, prout in aliis Studiorum generalium Univerſitatibus per Sedem Apoſtolicam erectis fieri ſolet, Apoſtolica auctoritate perpetuo erexerit, & inſtituerit, ac ipſi Univerſitati Studii generalis ſic erectæ, & inſtitutæ, ejuſque Rectoribus, Magiſtris, Doctoribus, Lectoribus, Scholaribus, Officialibus, & Miniſtris, aliiſque perſonis quibuſcumque pro tempore exiſtentibus, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, indultis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, prærogativis, honoribus, præeminentiis, & gratiis, quæ tam per ſan. mem. Clementem VIII., quam alios quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, tunc ſuos, Univerſitati Studii generalis Civitatis noſtræ, tunc pariter ſuæ, Ferrarien., ejuſque Rectori, Magiſtris, Doctoribus, Lectoribus, Scholaribus, Officialibus, & Miniſtris, aliiſque perſonis reſpective, etiam per viam communicationis, & alias quomodolibet, & qualitercumque conceſſa, & attributa fuerunt, pari modo, abſque ulla prorſus differentia uti, frui, & gaudere libere pariter, & licite valerent, ſimili auctoritate perpetuo conceſſerit, ac indulſerit, per ſuas in ſimili forma Brevis die vi. Aprilis anno 1671. datas literas tenoris ſequentis, videlicet:

Epitome ſequentis Conſtitutionis.

§.16. *Clemens Papa X. Ad perpetuam rei memoriam.* Æternæ ſapientiæ conſilio Speculatores domus Iſrael, quæ eſt Sancta Dei Eccleſia, nullo licet meritorum noſtrorum ſuffragio, conſtituti excitandis, promovendiſque bonarum literarum, & laudabilium diſciplinarum ſtudiis, quæ Catholicæ Fidei, divinique cultus propagationi, & incremento, ac juſtitiæ adminiſtrationi,

Conſtitutio Clem. X. in qua refertur erectio ſtudii publici in Palatio Pontificio a Card. Cybo Legato facta, & cauſa unionis inter illud, & Collegium D.D.

Digitized by Google

ni, aliiſque in publicum commodis, magnopere conducibilia ſunt, & depulſa ignorantiæ caligine mentes luce veritatis illuſtrant, peculiarem Paſtoralis muneri noſtri ſollicitudinem propenſa charitate adhibemus, ſicut omnibus maturæ conſiderationis trutina perpenſis ad Omnipotentis Dei gloriam, ac ad hujus Sanctæ Sedis Dignitatem, noſtrorumque, & ejuſdem Sedis etiam in temporalibus Subditorum decorem, commodum, & utilitatem ſalubriter expedire in Domino arbitramur. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Communitas, & homines Civitatis noſtræ Urbinaten., quod cum Collegium Doctorum ejuſdem Civitatis ex antiqua conſuetudine publicam in ea Inſtitutionum Juris civilis lectinnem baberet, ibique Philoſophia, & Sacra Theologia a Fratribus Ordinis Minorum S. Franciſci Conventualium nuncupatorum publice quoque perlegerentur in utilitatem Studioſorum, ut peractis Studiorum curriculis ad DoctoratusLauream provehi valerent: Dilectus Filius noſter Alderanus S.R.E. Presbyter Cardinalis Cybo nuncupatus tunc temporis in illis partibus Sedis Apoſtolicæ Legatus probe cognitum, perſpectumque habens, quantum eidem Civitati decoris, atque utilitatis accedere poterat, ſi inſtituto ibidem Studio hujuſmodi, quo Parentes eorum liberos Studiorum cauſa alibi ſubſtentandi onere, atque impenſa liberabantur, incrementum, atque norma traderentur, lecturas præfatas in aliquot manſiones remotas, nec ulli alii uſui applicatas Palatii Pontificii dictæ Civitatis inſimul redegit, aliaſque ordinarias Sacrorum Canonum, & Legum Civilium, ac aliarum ſcientiarum, ſeu facultatum, & præſertim mathematicarnm diſciplinarum, quæ in eadem Civitate ante hac eximie floruerunt, lectiones, ſeu Cathedras inſtituit, ut ibidem tam indigenæ, quam Exteri, tradita ſibi à Domino talenta docendn exercere valerent, & Juventus ad ingenuas artes, atque ſcientias addiſcendas, atque excolendas ardentiori ſtimulo incitaretur, huicque Studio nonnullos paucos redditus ſub Vexilliferi pro tempore exiſtentis, & ſex Nobilium præfatæ Civitatis ſuperintendentia aſſignavit, ac fel. rec. Innocentius Papa Decimus Prædeceſſor noſter, cognita grandi utilitate, quæ inde reſultabat in favorem ejuſdem Studii, quædam bona ſtabilia duorum Conventuum ſuppreſſorum Congregationis Monacorum Cæleſtinorum, & Ordinis Fratrum Servorum Beatæ Mariæ Virginis reſpective conceſſit; Et ſubinde rec. me. Alexander Papa Septimus etiam Prædeceſſor noſter publici pariter commodi conſideratione adductus, proventum annuum Spheriſterii, qui prius ad exiſtentem pro tempore in eiſdem partibus Sedis præfatæ Legatum ſpectabat, eidem Studio applicavit. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, emolumenta quidem ex præmiſſis provenientia ſtipendiis, quæ Lectoribus dicti Studii annuatim præſtantur, ſufficiant; ſi vero Studium hujuſmodi in Univerſitatem Studii generalis cum privilegiis, & indultis ad inſtar illorum, quæ a piæ mem. Clemente Papa Octavo Prædeceſſore pariter noſtro Univerſitati Studii generalis Civitatis noſtræ, tunc ſuæ, Ferrarienſis conceſſa fuerunt, erigeretur, & inſtitueretur, inde numerus Studioſorum tam Provincialium, quam Exterorum ibidem excreſceret, & non ſolum dictæ Civitatis Urbinatenſis, quæ a mari remota commercio non admodum floret, ſed victualibus abundat, & quieti, quam literarum ſtudia deſiderant, colendæ peropportuna exiſtit, decori, & ornamento, ſed etiam illius civium, & incolarum compendio, utilitati, & levamento magnopere conſuleretur. Cumque dicti Exponentes hujuſmodi erectionis, & inſtitutionis gratia procuraverint, ut idem Studium, ac memoratum Doctorum Collegium, quod ante hac à dicto Studio diviſum fuit, & (ut aſſeritur) vigore quarumdam ſimilis rec. Pii Papæ IV. etiam Prædeceſſoris noſtri literarum per ſimilis memoriæ Urbanum Papam Octavum Prædeceſſorem pariter noſtrum confirmatarum facultate conferendi lauream doctoralem in quibuſcumque facultatibus, ac creandi Equites, & legitimandi Spurios fruitur; nec non ex privilegio per piæ pariter memoriæ Julium Papam Secundum, & dictum Pium Prædeceſſorex conceſſo de cauſis appellationum in ſecunda, & tertia inſtantia tam civilibus, quam criminalibus, Eccleſiaſticis, & prophanis in illo Statu, & Provincia cognoſcit, firma, ſtabilique unione inter ſe conjungerentur; Nobis propterea ipſi Exponentes humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſibi in præmiſſis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ad conſtantis fidei, & ſinceræ devotionis affectum, quem dicti Exponentes erga Nos, & Sedem præfatam gerere comprobantur, paternæ dirigentes conſiderationis intuitum, eorumque votis in præmiſſis, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere cupientes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati de nonnullorum dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum ſuper hoc negotiu a ſimilis rec. me. Clemente Papa IX. Prædeceſſore pariter noſtro deputatorum conſilio, in præfata Civitate Urbinaten. ex Collegio Doctorum, & Studio hujuſmodi, ſicut præmittitur, inter ſe unitis, & conjunctis, unam Univerſitatem Studii generalis, in qua Sacra Theologia, Jus Canonicum, & Leges Civiles, philoſophia, mathematicæ, aliæque ingennæ diſciplinæ, ſcientiæ, & artes publice doceantur, & prælegantur, & qui peracto ſtudiorum curriculo habiles, & idonei reperti fuerint, ad Bachalaureatus etiam formati, ac Magiſterii & Doctoratus, alioſque gradus ſcholaſticos, ſervata tamen in omnibus forma, & diſpoſitione Viennen., & Tridentini Conciliorum, quibus in aliquo derogare non intendimus, promoveri libere, & licite poſſint, & valeant in omnibus, & per omnia, prout in aliis Studiorum generalium Univerſitatibus per Sedem Apoſtolicam præfatam erectis fieri ſolet, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, ſine alicujus præjudicio, perpetuo erigimus, & inſtituimus, ac ipſi Univerſitati Studii generalis ſic erectæ, & inſtitutæ, ejuſque Rectoribus, Magiſtris, Doctoribus, Lectoribus, & Scholaribus, Officialibus, & Miniſtris, aliiſque Perſonis quibuſcumque pro tempore exiſten., ut omnibus, & ſingulis

Hinc ex utroque a Pontifice erigitur univerſitas Generalis, cui conceduntur privilegia Univerſitatis Ferrarien.

gulis privilegiis, indultis, libertatibus, immunitatibus, exemptiouibus, facultatibus, favoribus, honoribus, prærogativis, præeminentiis & gratiis quibuſcumque, quæ tam per præfatum Clementem VIII., quam alios quoſcumque Romanos Pontifiees Prædeceſſores noſtros præfatæ Univerſitati Studii geoeralis Ferrarien., ejuſque Rectori, Magiſtris, Doctoribus, Lectoribus, Sholaribus, Officialibus, & Miniſtris, aliiſqoe perſunis reſpective etiam per viam communicationis, & alias quomodolibet, & qualitercumque conceſſa, & attributa fueruot, pari modo, & abſque ulla prorſus differentia uti, frui, & gaudere libere pariter, & licite valeant, ſine ullo tamen præjudicio exactiooum Cameralium, circa quas nihil innovatum ſit, auctoritate, & tenore præfatis itidem perpetuo concedimus, & indulgemus. Decernentes easdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, nec ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium erectionum, & gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aliiſque contrariis diſpoſitionibus, etiam per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices, ac Sedem præfatam quandocumque faciendis unquam comprehendi, aut comprehenſas cenſeri, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanaverint, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, & plenarie reintegratas, ac etiam ſub poſteriore data per eos, ad quos pro tempore ſpectabit, eligeoda de novo conceſſa iotelligi, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari, & illis reſpective in omnibus, & per omnia pleoiſſime ſuffragari: ſicque, & non aliter io præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. præfatæ Cardinales etiam de Latere Legatos, alioſque quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper iis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Apoſtolicis, & in univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinatiooibus, necnon, quateous opus ſit, dictæ Civitatis Urbinaten., aliiſque quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetodioibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſcumque perſonis, & locis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in geoere, vel in ſpecie in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & inoovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, meotio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die VI: Aprilis MDCLXXI. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Confirmatio relatarũ Cõſtitutionum.

§.17. Nos igitur attendentes firmiora eſſe ea, quibus Sedis prædictæ ſæpius iotercedit auctoritas, ac Univerſitatem Studii generalis, & Collegium Doctorum præmemorata ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi, & ornare volentes, motu proprio, non ad cujuſquam Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera liberalitate, certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine, præinſertas Julii II., Pii IV., Urbani VIII., & Clementis X. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum literas, omniaque, & ſingula io eis contenta teoore præſentium auctoritate Apoſtolica confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis, ac irrefragabilis Apoſtolicæ firmitatis robur, & munimen adjicimus; quinimo motu, ſcientia, deliberatione, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus omoia, & ſingula io eiſdem literis contenta denoo ſtatuimus, ſancimus, & ordinamus, ac ab omnibus & quibuſcumque etiam ſpeciali, ac individua nota dignis, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum, exacte, inconcuſſe, ac ioviolabiliter perpetuo obſervari volumus, deceroimus, & mandamus.

Declaratio 9. In cauſis ad Collegiũ ſpectantibus appellari non poſſe *hoc omiſſo medio*.

§.18. Præterea ad tollendas controverſias pluries obortas, & in Romana Curia agitatas circa interpretationem prædictarum literarum Urbani VIII. Prædeceſſoris, in quibus decernitur, quod in cauſis appellationum tam Eccleſiaſticis, quam Laicalibus, ad memoratum Collegium ſpectantibus appellari non poſſit, *omiſſo medio*, & ſi appellari contigerit, nullus Judex ſe ingerere debeat, niſi in vim ſpecialis commiſſionis Romani Pontificis pro tempore exiſtentis manu ſignatæ; declaramus, & Apoſtolica auctoritate, quatenus opus ſit, denuo ſancimus, decernimus, ac ordinamus, omnes, & quaſcumque cauſas appellationum interpoſitarum a ſententiis, ſeu decretis latis a quibuſcumque Judicibus tam Eccleſiaſticis, quam Laicalibus omnium, & quarumcumque Civitatum, Terrarum, & locorum Ducatus, & Legationis Urbinateo. (exceptis tamen beneficialibus, ac iis, quæ juxta Tridentini Concilii diſpoſitionem vel alias de jure ſunt inappellabiles, ac iis inſuper exceptis, quæ prius in Curia Archiepiſcopali Urbinaten., vel ab aliis Judicibus ordinariis appellationum in locis, ubi exiſtunt, ut præfertur, judicandæ erunt) in ſecundis, ſeu tertiis inſtantiis omnino devolvi debere ad prædictum Collegium Doctorum; inhibentes, ac ſtricte iotercidentes, ne *hoc omiſſo medio* appellari poſſit ad pro tempore exiſtentem Urbini Legatum, ſeu Vicelegatum, nec etiam ad Auditoris Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, vel quodcumque aliud quantumlibet privilegiatum, ac ſpeciali mentione dignum Romanæ Curiæ Tribunal, aut Judicem, & ſi appellari contigerit, nullus Judex in ejuſmodi cauſis ſe ingerere poſſit, niſi vigore ſpecialis

lis commiſſionis, quæ noſtra, vel Romani Pontificis pro tempore exiſtentis manu ſignata fuerit; Quod ſi abſque hujuſmodi commiſſione ſe ingerere præſumpſerit, omnia ab eo geſta, & decreta, attentata, nulla, ac irrita ſint eo ipſo; quin etiam eidem Collegio, ut quacumque inhibitione non obſtante, & abſque alicujus pœnæ incurſu, ad ulteriora in ſimilibus cauſis procedere, ac ubi opus fuerit, inhibere, eaſque a quocumque Judice, & Tribunali reaſſumere, cognoſcere, & prout juris eſſe cenſuerit, fine debito terminare libere, ac licite poſſit, & valeat, ſimili auctoritate tenore præſentium perpetuo concedimus, ac indulgemus.

Declaratio 2. Loca, quæ Ducatui Urbini ſubjecta erant, dum a Sixto V. Rota Maceraten. erecta fuit ſub ejuſdem diſpoſitione non comprehendi.

§.19. Ad hæc aliam ſimiliter controverſiam non ſemel excitatam, an oppida, & loca, quæ dum fel. pariter rec. Sixtus V. Prædeceſſor noſter Tribonal Audientiæ Cauſarum Provinciæ Marchiæ, Rotam nuncupatam, in Civitate noſtra, tunc ſua, Maceratenſi per literas anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo octavo Idibus Martii ſub plumbo expeditas, inſtituit, ac erexit, Ducatui Urbini ſubjecta erant, ſub earum literarum diſpoſitione comprehenderentur, e medio tollere, ac penitus dirimere cupientes, & declarationibus alias, ac nuper, nempe diebus 23. Septembris, & 7. Octobris anno milleſimo ſeptingenteſimo duodecimo per Dilectum Filium noſtrum Petrum Marcellinum Tit. Sancti Joannis ante Portam Latinam Presbyterum S. R. E. Cardinalem Corradinum nuncupatum, tunc Pro-Auditorem noſtrum, factis inhærentes, Civitates, Oppida, & Loca omnia, quæ Ducatui Urbini tempore, quo præfatæ Sixti Prædeceſſoris literæ emanarunt, ſubjecta erant, ſub earumdem literarum diſpoſitione non comprehendi, nec ullo modo comprehenſa cenſeri; ac ita a quibuſcumque Judicibus perpetuo judicari, ac definiri debere, ſtatuimus, decernimus, & declaramus.

Declaratio 3. omnes ſubditos non alibi quam in Univerſitate Urbinaten. poſſe Lauream Doctoralem accipere:

§.20. Demum, cum ſicut accepimus, tametſi pluribus Edictis, quorum primum a præfato Guidobaldo ſecundo Urbini Duce die 17. menſis Auguſti anno 1565. alia vero recentiora a diverſis ejuſdem Civitatis pro tempore Legatis, & V. Legatis promulgata fuerunt, ſalubriter cautum, ac expreſſe vetitum fuerit, ne Subditi ejuſdem Ducatus, & Legationis alibi, quam in memorato Urbinatenſi Doctorum Collegio Lauream, & Gradum Doctoratus accipiant, & qui ſecus fecerint, ab omnibus, & quibuſcumque publicis in ea Provincia muneribus, ac officiis excludantur, nec ibidem Doctoris profeſſionem exercere umquam poſſint; Nihilominus ejuſmodi Edictorum diſpoſitione poſthabita, quamplures Subditi ad publica munera, & Doctoratus exercitium ibidem paſſim admittantur, licet Doctoratus inſignia in prædicto Collegio minime ſuſceperint; Nos proinde eorumdem Edictorum executioni, ac ipſius Collegii decori, utilitati, & incremento, quantum cum Domino poſſumus, opportune conſulere cupientes, quemadmodum illuſtre cæteris omnibus exemplum præbere curavimus, dum anteactis annis duos ex germano Fratre ſecundum carnem Nepotes noſtros, nimirum Dilectum Filium noſtrum Annibalem, modo S. Mariæ in Coſmedin Diaconum S.R.E. Cardinalem, & Camerarium Albanum nuncupatum, & Dilectum pariter Filium Magiſtrum Alexandrum Albanum in utraque Signatura noſtra nunc Referendarium, & Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Clericum, quamvis literarum ſtudiis in hac Alma Urbe noſtra operam navaſſent, non alibi tamen, quam Urbini in præfato Collegio eos Doctoratus laurea inſigniri voluimus; ita nunc tenore præſentium Apoſtolica authoritate decernimus, præcipimus, & mandamus, ut in poſterum, atque perpetuis futuris temporibus Subditi prædictæ Legationis, qui peracto ſtudiorum curriculo, Doctorali Laurea ornari voluerint, eam in memorato Collegio omnino recipere teneantur, & qui alibi ipſam receperint, ad exercenda publice munera, & Officia, atque etiam ad gerendum quarumvis cauſarum in quocumque foro patrocinium in omnibus ejuſdem Legationis locis prorſus inhabiles, & incapaces ſint, ac eſſe intelligantur, nec illos a quoquam ad id, præterquam a Nobis, & a Romano Pontifice pro tempore exiſtente habilitari, neque cum ipſis ſuper hujuſmodi defectu diſpenſari unquam poſſe motu, ſcientia, deliberatione, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus ſtatuimus, decernimus, & declaramus.

A Card. Annibale Albano, & R.P.D. Alexandro Albano, Clementis XI. Nepotibus ad exemplum cæterorum in d. Univerſitate Doctoralis gradus ſuſceptus fuit.

Clauſulæ ampliſſimæ.

§.21. Decernentes pariter eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod intereſſe in præmiſſis habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, & dignitatis exiſtant, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, cauſæque, propter quas præſentes emanarint, ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet etiam quantumvis juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe; ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, ac fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere debere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque, & quomodocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab iis reſpective inviolabiliter obſervari; Sicque, & non aliter in præmiſſis, per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apoſtolicæ Nuncios, alioſve quoslibet quacumque authoritate, præeminentia, aut poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.22. Non

Derogatio ampliſſima quibuſcúque contrariis.

§.22. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de jure quæſito non tollendo, & quibuslibet Apoſtolicis, ac in univerſalibus, Provincialibuſque Conciliis editis, & edendis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, quibus omnibus, & ſingulis quoad ea, quæ præſentibus adverſantur, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſe, ac latiſſime derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides habenda tranſumptis.

§.23. Cæterum volumus, quod earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

§.24. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum Confirmationis, approbationis, declarationis, mandati, ordinationis, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo primo, Decimoquarto Kal. Aprilis Pontificatus noſtri Anno Vigeſimo Primo.

Finis Pontificatus Clementis XI.

INNO-

Digitized by Google

INNOCENTIUS XIII.

PONTIFEX CCXLVIII.

ANNO CHRISTI MDCCXXI.



INNOCENTIUS XIII. Romanus, Michael Angelus de Comitibus antea vocatus, S. R. E. Presbyter Cardinalis Tit. SS. Quirici, & Julitæ, primum Epiſcopus Auximanus, deinde Viterbienſis, Summus Pontifex electus fuit Die 8. Maji anni 1721. & die 19. ejuſdem menſis Coronatus; creavitque Cardinales 3. Vixit An.68. Menſes 9. Dies 28. Obiit An.1724. Die 7. Martii. Sepultuſque fuit in Baſilica Vaticana. Vacavit Sedes Menſes 2. Dies 22.

I.

Dat. 9. Maji. 1721. Ann. 1. Confirmatur Conſtitutio Clementis XI. de Privilegiis Univerſitatis Studii Generalis, & Collegii Doctorum Civitatis Urbini, cum nova eorumdem conceſſione.

Laudata Conſtitutio hic refertur, & ed. fuit 1721., Mart. 19., P. 21: Hujus Pontificis Conſt. edit. 1721., Nov. 27., P. 1. conceditur locus in Rota Maceraten. uni ex Civibus Urbini.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. RATIONI congruit, ac convenit æquitati, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia, ac benignitate proceſſerunt, licet ejus ſuperveniente obitu Literæ Apoſtolicæ deſuper expeditæ non fuerint, debitum conſequantur effectum.

Epitome ex cauſa Conſtitutionis Clement. XI. §. 1. Cum itaque, ſicut accepimus, felic. recor. Clemens Papa XI. Prædeceſſor Noſter cupiens Civitati noſtræ, tunc ſuæ, Urbini, ubi natus, & educatus fuerat, quamque nedum ortu ſuo, ſed ſuis etiam eximiis virtutibus plurimum illuſtravit, præcipuum aliquod Pontificiæ ſuæ Charitatis, & beneficientiæ argumentum tribuere, ac potiſſimum erga Univerſitatem ſtudii generalis ibidem Apoſtolica auctoritate dudum erectum, in qua olim doctorali laurea decoratus; necnon erga Collegium J. U. Doctorum inibi pari auctoritate inſtitutum, cui ille itidem, dum in minoribus eſſet gradibus, adſcriptus fuerat, grati, memoriſque animi ſui propenſionem palam oſtendere, & declarare, nonnulla privilegia, & Indulta a diverſis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus etiam Noſtris, tunc ſuis Univerſitati Studii generalis, & Collegio Doctorum prædictis olim conceſſa, ac inſuper nonnulla Edicta, & Decreta in utriuſque favorem a Ducibus, & pro tempore Legatis, & Vicelegatis ejuſdem Civitatis Urbini edita, ut in poſterum obſervarentur exactius, paulo antequam viam uni-

univerſæ carnis ingrederetur. nempe menſe Martio proxime præterito, Apoſtolica auctoritate approbaverit, & confirmaverit, pluraque alia ad eorumdem Univerſitatis, & Collegii decus, ac utilitatem diſpoſuerit per ſuas Literas, quæ tamen ob ejus ſubſecutum obitum ab illo ſubſignari, & conſueto Romanæ Curiæ more expediri minime potuerunt, tenoris ſequentis, videlicet.

Exordium a Pontificia ſollicitudine pro movendi felicem ſtatum Locorum S. R. E. ſubditorum, Civitatis præſertim Urbini ſuæ Patriæ cujus laudes recenſentur.

§.2. *Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.* Inter multiplices, atque graviſſimas ſolicitudines, quas pro communi univerſi Chriſtiani Gregis vigilantiæ noſtræ divina diſpoſitione commiſſi regimine, ac utilitate dies, noctesque ſuſcipimus, illa potiſſimum cor noſtrum vehementer pulſat, & angit, ut Populorum S. R. E. etiam in temporalibus ſubditorum commodis, & proſpero, felicique ſtatui paterna charitate conſulamus, ac ea præſertim, per quæ literarum ſtudia foventur, Juventus liberalibus diſciplinis, & doctrinis eruditur, Juris in primis utriuſque prudentia, ſine qua Reſpublica rite gubernari nequiret, addiſcitur, & recta cauſarum forenſium cognoſcendarum, juſtitiæque adminiſtrandæ ratio cuſtoditur, omni adhibita ope, ſedulitate, & cura promoveamus. Quo quidem paterni amoris ſenſu, ſi cæteras omnes Pontificiæ Ditionis Civitates merito reſpicimus, dignum profecto, juſtumque eſt, ut Civitatem noſtram Urbinatenſem, ubi vitæ limen attigimus, ac primis literarum rudimentis imbuti fuimus, quæque omni tempore totius Urbinatenſis Ducatus Princeps, & Caput extitit, & plurimos tulit non tam bonarum artium, & mathematicarum præſertim diſciplinarum laude imo etiam militari gloria inſignes, quam Eccleſiaſticarum dignitatum ſplendore conſpicuos Viros; apud quos itidem, & ſolidæ pietatis, orthodoxæque Religionis cultus, ac ſumma in Romanos Pontifices, & Apoſtolicam Sedem obſervantia, & ſtudium ſemper emicuit, propenſiori quodam affectu, natura ipſa dictante, reſpiciamus, ac unice in Chriſto diligamus. Nec minus æquum arbitramur, & congruum, ut Univerſitatem quoque ſtudii generalis illic Apoſtolica auctoritate erectam, in qua Nos olim lauream doctoralem accepimus, ac inſuper Collegium J. V. Doctorum ibidem pari auctoritate inſtitutum, unde Viri ſæpenumero prodierunt doctrinæ fama celebres, illuſtriumque munerum ab ipſis recte geſtorum merito commendati, cui Nos etiam adſcriptos aliquando fuiſſe, non ſine voluptate meminimus, paterna dilectione complectamur, gratæque voluntatis noſtræ, ac ſimul Pontificiæ largitatis ſignificationibus proſequamur.

A Clem. XI. d. Civitas ab ære alieno fuit ſoluta.

§.3. Quocirca plurium Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, qui Patrias ſuas inſignibus, maximiſque beneficiis ornarunt, morem, exemplumque ſecuti, inter ipſa Pontificatus noſtri primordia conſiderantes prædictam Patriam noſtram dilectiſſimam ingenti quadraginta millium aureorum ære alieno, cui infelix ſuperiorum temporum conditio, & publicæ neceſſitates cauſam præbuerunt, gravari, ac fere opprimi, & ob publicorum proventuum tenuitatem nedum omni prorſus carere ſpe illud unquam diſſolvendi, ſed etiam oneri annuorum ejus fructuum ferendo longe imparem eſſe: æquum proinde, munerique noſtro conſentaneum duximus rationem inire, qua graviſſimo huic malo occurreretur, inſtitutoque ea pecuniis a Nobis ante aliquos annos collatis multiplico, cujus adminiſtratio a Viris ad id a Nobis delectis ſumma fide, ac induſtria hactenus geſta fuit, eam jam pecuniarum ſummam conflavimus quæ memorato æri alieno penitus extinguendo ſatis erit, huncque in uſum quamprimum juſſu noſtro, benedicente Domino erogabitur.

Metropolitana Eccleſia prænobili Altari, ſacraque ſupellectili ſumptuoſa ditata.

§.4. Præterea Metropolitanam ejuſdem Civitatis Urbinatenſis Eccleſiam, in qua ſacris Baptiſmi aquis abluti fuimus, magnifico, atque prænobili Altari æneis ornamentis, antiquis marmoribus, & lapidibus verſicoloribus ſelectiſſimis exculto, ſub quo ſacrum Corpus S. Creſcentini Martyris, ipſius Civitatis Protectoris, reconditum eſt: ſex ibidem prægrandibus candelabris cum Cruce, aliiſque vaſis argenteis elegantiſſime elaboratis; multa, & ſumptuoſa omnis generis ſupellectile in uſum ſacri Miniſterii: geminis attalicis ſtragulis magni pretii, totidemque a celebrioribus ævi noſtri Pictoribus delineatis, atque confectis tabulis decorari noſtra pariter, & quidem maxima impenſa curavimus.

Ejuſdem Eccleſiæ Canonicales proventus aucti Ædes Archiepiſcopales amplatæ, Collegium extructum.

§.5. Exiguum inſuper, nec præfatæ Metropolitanæ Eccleſiæ dignitati parem Beneficiatorum illi inſervientium numerum auximus, congruaque dote inſtruximus: Canonicales proventus, antea admodum tenues, certa annua quingentorum aureorum ſuper fructibus, & redditibus quibuſcumque Monaſterii Sanctæ Mariæ de Claravalle nullius, ſeu Senogallien. Diœceſis in perpetuum aſſignata penſione, amplificavimus: Sacrarium in uſum Canonicorum a fundamentis ereximus, & congruis armariis pro ſacrorum ſuppellectilium decenti cuſtodia exornavimus; Archiepiſcopales ædes, anguſtas, & collabentes refecimus, ac ampliavimus, Collegium itidem, in quo Nobiles Adoleſcentes tum indigenæ, tum etiam exteri, bonis artibus, honeſtiſque moribus a doctis, piiſque Magiſtris ſedulo inſtituuntur, fere in meditullio Civitatis a fundamentis excitavimus.

Bibliotheca in Conventu S. Franciſci ad publicum uſum erecta.

§.6. Publicam quoque Bibliothecam in Conventu Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci Conventualium nuncupatorum ad uſum, & commoditatem eorumdem Fratrum, ac Civium, & Incolarum quorumcumque ipſius Civitatis, nec non Studioſorum ad prælatam Univerſitatem ſtudii generalis confluentium inſtituimus, non modica pecuniarum ſumma in id opus erogata, præſertim in conſtructionem Fabricæ ejuſdem Bibliothecæ, eamque non modo ſcriniis, ſeu forulis nuceo ligno decenter elaboratis, ac filo æreo reticulato munitis, verum etiam pluribus codicibus ad omnes prope ſcientias, & artes tum liberales, tum mechanicas ſpectantibus, ſive per Nos emptis, ſive e domeſtica noſtra Bibliotheca extractis, ut ultra nonnullos in antiqua dicti Conventus Bibliotheca exiſtentes, ac alios plures, quos bo. me. Alexander Fidelis, dum viveret, Epiſcopus Æſinus, ejuſmodi noſtræ in ſuam æque, ac noſtram Patriam beneficæ voluntatis probe conſcius, in ſuis ſupremis tabulis diſpoſitioni noſtræ hoc conſilio reliquerat, in ſcriniis hujuſmodi jam collocati, & congrue diſpoſiti reperiuntur, inſtrui fecimus; illiſque nuper alios etiam codices, præſertim ad artem medicam pertinentes; quos quon. Joannes Maria Lanciſius, dum vixit, Cubicularius, & Medicus

Digitized by Google

eus noſter ſecretus propenſo in eamdem Patriam noſtram animo dictæ Bibliothecæ legaverat, addi juſſimus, quin imo etiam in poſterum eamdem Bibliothecam aliis codicibus, ſeu voluminibus, dum, benedicente Domino, vita ſuppetet, augere intendimus, ut exinde memorati Fratres, Cives, Incolæ, & ſtudioſi bonarum, ac præſertim ſacrarum literarum, laudabiliumque diſciplinarum ſtudiis commodius, ac impenſius vacare, uberioreſque in eis progreſſus facere valeant.

Mœnia Civitatis reſtaurata. Duo fixa loca in Rotis Peruſiæ & Maceratæ Civibus aſſignata. Mons frumentarius erectus.

§.7. Ad hæc præfatæ Patriæ noſtræ mœnia pluribus in locis collapſa, aut collabentia inſtauravimus, ejus inſuper Civibus I. V. Doctoribus certum, fixumque locum inter Auditores Tribunalium, quæ Rotæ nuncupantur, Civitatum noſtrarum Peruſiæ, & Maceratæ in perpetuum aſſignavimus, ac non ita pridem pium Montem frumentarium cum dote ſeptingentorum modiorum frumenti, qui quot annis mutuo pauperibus dari debeant, ad hoc, ut ejuſmodi ſubſidio propriis neceſſitatibus conſulere poſſint, & agri præſertim culturam deſerere non cogantur, certis pro recta illius adminiſtratione ſancitis legibus, ereximus, atque fundavimus, pluribuſque aliis, nec vulgaribus beneficiis tum eamdem Patriam noſtram, tum etiam peculiares illius Cives hactenus proſecuti ſumus, & ad extremum uſque vitæ noſtræ ſpiritum, adjuvante Domino, proſequi non deſinemus.

Referuntur Privilegia Univerſitati, & Collegio Doctorum a Pontificibus conceſſa.

§.8. Nunc vero ad Univerſitatem Studii generalis, & ad Collegium I. V. Doctorum in eadem Urbinatenſi Civitate dudum, ut præfertur, erecta Apoſtolicæ noſtræ conſiderationis intuitum convertentes, & gratum noſtrum erga ipſa animum profiteri, teſtatumque facere cupientes æquum in primis ducimus iis, quæ a pluribus Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris ad illorum decus, ornamentum, ac utilitatem provide, atque ſapienter conſtituta fuerunt, Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robur adjicere aliaque deſuper ſtatuere, atque diſponere quemadmodum in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Epitome ſequentis Conſtitutionis.

§.9. Cum itaque, ſicut accepimus, fel. rec. Julius II. Romanus Pontifex Prædeceſſor noſter inſtitutionem præfati Collegii a q. Guido Ubaldo Urbini Duce factam pro cognitione cauſarum tam Eccleſiaſticarum, quam prophanarum totius Urbinatenſis ditionis in ſecunda, & tertia inſtantiis (cauſis mere Eccleſiaſticis dumtaxat exceptis) benigne approbaverit, & confirmaverit, ac regulam in ejuſmodi Cauſarum deciſione ſervandam præſcripſerit, pluraque alia in favorem ejusdem Collegii diſpoſuerit per ſuas anno milleſimo quingenteſimo ſeptimo xii. Kalen. Martii ſub plumbo expeditas literas, quarum tenor eſt, qui ſequitur, videlicet:

Conſtitutio Julii II. qua confirmatur erectio Collegii 13. Doctorum, quibus præſcribitur regula in decidendis cauſis (meris Eccleſiaſticis exceptis) in 2. & 3. inſtantiis.

§.10. *Julius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.* Ad ſacram Beati Petri Sedem Divina diſpoſitione ſublimati, ſingulis, quæ pro perſonarum Nobis, & Apoſtolicæ Sedi devotarum pace, commodo, & tranquillitate profutura fore conſpicimus, Apoſtolicæ providentiæ ſolicitudinem libenter intendimus, & ad felicem eorum proſecutionem, & confirmationem, cum a Nobis petitur, opem, & operam impendimus efficaces. Sane exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Nobilis Viri Guidobaldi Ducis Urbinaten., & univerſorum Subditorum ejus petitio continebat, quod licet olim fel. rec. Alexander Papa VI. Prædeceſſor noſter, cupiens indemnitati univerſorum ſubditorum Ducatus Urbinaten. conſulere, ipſum Ducatum Urbinaten., & Civitatem Senogallien., illiuſque diſtrictum ab omni juriſdictione Rectoris Provinciæ Marchiæ Anconitanæ ſegregaverit, & ſeparaverit, ac certum Collegium Doctorum, Rotam nuncupatam, in Romandiola inſtituerit; ad quos omnes Cauſæ appellationum in quibuſcumque cauſis Eccleſiaſticis, & prophanis devolverentur, ordinaverit, & quod propter temporum conditiones hujuſmodi Inſtitutio effectum ſortita non fuerit; Nihilominus idem Dux etiam cupiens indemnitatibus, & commoditatibus dictorum Subditorum ſuorum providere, in Civitate Urbinaten. unum Collegium tredecim Doctorum inſtituit, & quod coram eis omnes, & ſingulæ Cauſæ Eccleſiaſticæ, & prophanæ tractarentur, & definirentur, etiam ordinavit. Quare pro parte Ducis, & Subditorum hujuſmodi, necnon etiam dilecti filii Nobilis Viri Franciſci Mariæ Urbis Præfecti Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut inſtitutioni, & ordinationi Collegii tredecim in legibus, & Decretis Doctorum hujuſmodi Apoſtolicæ confirmationis robor adjicere, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos, qui noſtrorum, & S. R. E. Subditorum commoditatibus intendimus, & quantum cum Domino poſſumus, ipſos ab expenſis, & oneribus relevamus, necnon præfati Ducis propoſitum plurimum in Domino commendantes, inſtitutionem, & ordinationem prædictas auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, ac quod in ſecunda, & tertia inſtantia omnes Cauſæ tam Eccleſiaſticæ, quam prophanæ, & mixtæ, ac Beneficiales (meris Eccleſiaſticis dumtaxat exceptis) Ducatus, in Dominii temporalis præfati nunc, & pro tempore exiſtentis, tam ratione Ducatus præfati nunc, & pro tempore exiſtentis, quam aliorum ejus dominiorum quorumcumque coram dicto Collegio tredecim Doctorum, eiſdem modo, & forma, quibus coram Rectore Provinciæ Marchiæ hujuſmodi tractantur, tractentur, & finiantur. Ita tamen, quod Cauſæ præfatæ non poſſint expediri; nec terminari, niſi de voto, & conſenſu majoris partis Doctorum dicti Collegii, & alias ſententiæ latæ non teneant, quæ vota ſecrete, & ſigillatim præſtare debeant, quodque etiamſi contingeret aliquem, ſeu aliquos ex Doctoribus dicti Collegii exinde ſe abſentare, quod per tunc præſentes factum, & terminatum fuerit, perinde valeat, ac ſi omnes interfuiſſent, dummodo abſentes ultra dimidiam partem non exiſtant; ac etiam quod cauſæ appellationum quarumcumque per Subditos præfati Ducis a quibuſcumque ſententiis pro tempore interpoſitarum ad ipſum Collegium interpoſitæ ſint, & eſſe cenſeantur, niſi forſan a ſententiis ipſius Collegii appellatum fuerit, quo caſu tunc ad Sedem Apoſtolicam appellari valeat, eadem auctoritate ſtatuimus, & ordinamus, ipſoſque Subditos, necnon Ducatum, & Statum Urbinaten., ac etiam Statum & Civitatem Senogallien. ab omni juriſdictione, & ſuperioritate Rectoris dictæ Provinciæ Mar-

Item Ducatus, & Status Urbinaten. ac Senogallien. eximuntur a Rectore Marchiæ, cujus privilegia, aliaque Collegio tribuuntur.

chiæ, necnon Bononienſi, & Peruſina Legationibus prorſus eximimus, & ſegregamus, ac liberamus. Et inſuper eidem Collegio, ut in Cauſis hujuſmodi decidendis, & finiendis eisdem prærogativis, indultis, & ordinationibus utatur potiatur, & gaudeat, quibus dictus Rector præfatæ Provinciæ utitur, & uti conſuevit, præfata auctoritate concedimus; Statuta quoque, & ordinationes per dictum Collegium in cauſis decidendis, & terminandis edita, dummodo ſint licita, & honeſta, & ſacris Canonibus non obviantia, dicta auctoritate confirmamus, & approbamus, ipſique Collegio nova ſtatuta, quatenus ſint licita, & boneſta, condendi eadem auctoritate licentiam elargimur, & facultatem, non obſtantibus Apoſtolicis, necnon dictæ Provinciæ ſpecialibus, & generalibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus pro illorum ſufficienti derogatione ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, ſeu de verbo ad verbum mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret illorum tenores præſentibus pro expreſſis babentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, quodque Collegium hujuſmodi nondum ad numerum tredecim Doctorum deventum eſt, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, approbationis, ſtatuti, ordinationis, exemptionis, ſegregationis, liberationis, conceſſionis, elargitionis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo ſeptimo, duodecimo Kal. Martii Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Epitome ſequentis Conſtitutionis.

§. 11. Ac ſubinde rec. me. Pius Papa IV. etiam Prædeceſſor noſter, poſtquam Urbinaten. Eccleſiam in Metropolitanam erexerat cum Archiepiſcopali Dignitate, & omnimoda jurisdictione, ac ſuperioritate, necnon illi Callien., Senogallien., Piſauren., Foroſempronien., Feretran. & Eugubin., Civitates, & Diœceſes (quibus poſtmodum fel. itidem rec. Urbanus VIII. etiam Prædeceſſor noſter Urbanien., & S. Angeli in Vado Civitates, & Diœceſes adjecit) cum earum diſtrictibus, & Territoriis, ac Præſules pro tempore esiſtentes pro ſuffraganeis Epiſcopis, necnon Capitula, Clerum, & Populum Civitatum, & Diœceſum earumdem perpetuo conceſſerit, & aſſignaverat, cum orta fuiſſet contentio inter bo. me. Felicem tunc Archiepiſcopum Urbinaten., & bu. pariter me. Julium Sancti Petri ad Vincula, dum viveret S. R. E. Cardinalem de Urbino nuncupatum, cui regreſſus ad dictam Eccleſiam Urbinaten. per ipſius Felicis Archiepiſcopi deceſſum, ac in certis aliis tunc expreſſis eventibus auctoritate Apoſtolica conceſſus fuerat, ex una; necnon Collegium Doctorum ejusdem Civitatis ex altera partibus, ſuper jurisdictione, ſeu adminiſtratione juſtitiæ in omnes Præſules, Clerum, & Populum Civitatum prædictarum, quam Felix Archiepiſcopus & Julius Cardinalis memorati prætextu erectionis hujuſmodi ad ſe ſpectare, Collegium vero vigore literarum Julii Prædeceſſoris ſibi conceſſum fuiſſe, & quia in dicta erectione de Privilegiis, ac Indultis ipſi Collegio, ut præmittitur, conceſſis nulla mentio facta extiterat, nullatenus Archiepiſcopo Urbinaten. competere, nec illius jurisdictionem ad cauſas appellationum interponendarum a ſententiis latis per Ordinarios in Foro Eccleſiaſtico, cum jurisdictio ipſa eidem Collegio prius conceſſa fuiſſet, ſe extendere poſſe aſſerebant, ac ad tollenda plurima ſcandala, quæ ex ejusmodi contentione facile oriri poterunt, Julius Cardinalis, & Felix Archiepiſcopus præfati, necnon dictum Collegium medio, ac opera dicti Guidobaldi tunc Ducis Urbini deveniſſent ad quamdam concordiam, ſeu tranſactionem, cujus vigore conventum, ſtabilitumque fuit, quod Collegium, & illius Doctores cederent Archiepiſcopo Urbinaten. pro tempore exiſtenti in cognoſcendis, & decidendis primis appellationibus ſuorum Suffraganeorum venientibus a foro Eccleſiaſtico, ut ſupra, & ſecundas appellationes, ſeu tertias illarum inſtantias ſibi reſervarent, quodque omnes, qui appellarent a ſententiis præfati Archiepiſcopi, ſeu ejus Vicarii inter illius Diœceſanos videlicet in prima, vel inter Suffraganeos, aut cum Fiſco ſuæ Eccleſiæ, vel aliorum Suffraganeorum in ſecunda inſtantia latis, ut ſupra, intelligerentur appellaſſe ad ipſum Collegium, Privilegiis, & Indultis Apoſtolicis tam Archiepiſcopo, quam Collegio hujuſmodi, ut præfertur, conceſſis quoad reliqua omnia ſalvis prorſus, ac illæſis; memoratus Pius Prædeceſſor hujuſmodi concordiam, ſeu tranſactionem ampliſsime approbaverit, & confirmaverit per ſuas anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo tertio, xiii. Kalend. Martii ſub plumbo expeditas literas tenoris ſequentis, videlicet:

Conſtitutio Pii IV., in qua refertur ſupra relata Julii II. Conſtitutio.

§. 12. *Pius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.* Es ſulita Apoſtolicæ Sedis providentia ea, quæ pro bono pacis, & concordiæ inter Perſonas quaslibet, ac præſertim Cardinalatus, & Pontificali Dignitate præditas concordia terminata fuiſſe dicuntur, ne in recidivæ contentionis ſcrupulum dilabantur, quæque in juſtitiæ præſidentium favorem, commoda, & decus per Prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices conceſſa fuiſſe dicuntur, ut majoris roboris firmitatem obtineant, & perpetuo illibata perſiſtant, libenter, cum a Nobis petitur, Apoſtolico munimine roboramus, ac deſuper diſponimus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Sane Nobis nuper pro parte Dilectorum Filiorum Collegii tredecim Doctorum nuncupati Urbinat. exhibita petitio continebat, ac Dilectus Filius Julius S. Petri ad Vincula Diaconus Cardinalis de Urbino nuncupatus, ac Venerabilis Frater Felix modernus Archiepiſcopus Urbinat., & Magiſter Domus, nec non Prælatus Domeſticus noſter expoſuerunt, quod alias fel. rec. Julio Papæ II. Prædeceſſori Noſtro pro parte Guidobaldi tunc Urbini Ducis, ac univerſorum ejus Subditorum expoſito, quod licet antea piæ mem. Alexander Papa VI. etiam Prædeceſſor noſter, tunc ſuus, cupiens indemnitati univerſorum Subditorum Ducatus Urbinat. conſulere, ipſum Ducatum Urbinat., ac Civitatem Senogallien., illiuſque diſtrictum ab omni juriſdictione Rectoris Provinciæ Marchiæ Anco-

conitanæ ſegregaviſſet, ac certum Collegium Doctorum, Rotam nuncupatum, in Rotoandiola inſtituiſſet, quodque omnes Cauſæ appellationum in quibuſcumque cauſis Eccleſiaſticis, & prophanis devolverentur ad illud, ordinaſſet, & quod propter temporum conditionem inſtitutio hujuſmodi ſuum ſortita effectum non fuiſſet; nihilominus idem Dux etiam cupiens indemnitatibus, & commoditatibus dictorum ſuorum Subditorum providere, in Civitate Urbini unum Collegium tredecim Doctorum inſtituerat, & quod coram eis omnes, & ſingulæ Cauſæ Eccleſiaſticæ, & prophanæ tractarentur, ac definirentur, etiam ordinaverat, præfatus Julius Prædeceſſor, Ducis, ac Subditorum hujuſmodi, nec non etiam bon. mem. Franciſci Mariæ tunc Almæ Urbis Præfecti ſupplicationibus inclinatus, inſtitutionem ac ordinationem hujuſmodi authoritate Apoſtolica per ſuas literas confirmavit, & approbavit, quodque in ſecunda, & tertia inſtantiis omnes Cauſæ tam Eccleſiaſticæ, quam prophanæ, & mixtæ, & Beneficiales (mere Eccleſiaſticis dumtaxat exceptis) Ducatus, & Dominii præfatorum tunc, & pro tempore exiſtentis Ducis, & Subditorum ſuorum hujuſmodi, tunc, & pro tempore exiſtentium tam ratione dicti Ducatus, quam aliorum ejuſdem Dominiorum quorumcumque, coram dicto Collegio tredecim Doctorum, ac eiſdem modo, & forma, quibus coram Rectore dictæ Provinciæ tractabantur, tractarentur, & finirentur, ita tamen, quod cauſæ ipſæ non poſſent expediri, nec terminari, niſi de voto, & conſenſu majoris partis Doctorum Collegii hujuſmodi, alias ſententiæ latæ non tenerent, quæ vota ſigillatim, & ſecrete præſtari deberent, quodque, etiamſi contingeret aliquem, ſeu aliquos ex Doctoribus præfati Collegii ab eo ſe abſentare, id quod per tunc præſentes factum, ac determinatum foret, perinde valeret, ac ſi omnes interfuiſſent, dummodo abſentes ultra dimidiam partem non exiſterent; ac etiam quod Cauſæ appellationum per Subditos præfati Ducis a quibuſcumque ſententiis pro tempore interpoſitarum ad ipſum Collegium interpoſitæ eſſent, & cenſerentur, niſi forſan a ſententiis ipſius Collegii appellatum foret, quo caſu tunc ad Sedem Apoſtolicam appellari poſſet, dicta authoritate ſtatuit, & ordinavit, ipſoſque Subditos, necnon Ducatum, & Statum Urbinat., ac dictam Civitatem, & etiam Statum Senogallien. ab omni juriſdictione, & ſuperioritate Rectoris dictæ Proviciæ Marchiæ; necnon Bononien., & Peruſin. Legationibus prorſus exemit, & ſegregavit, ac liberavit. Et inſuper eidem Collegio, quod in Cauſis hujuſmodi decidendis, & finiendis eiſdem prærogativis, Indultis, ac ordinationibus uteretur, potiretur, & gauderet, quibus præfatus Rector Provinciæ hujuſmodi utebatur, ac uti conſueverat, præfata authoritate conceſſit; Statuta quoque, & Ordinationes per dictum Collegium in cauſis hujuſmodi decidendis, & terminandis edita, eadem authoritate approbavit, & confirmavit; necnon ipſi Collegio nova ſtatuta condendi licentiam, & facoltatem elargitus fuit, prout in ipſis Julii Prædeceſſoris literis deſuper confectis plenius dicitur contineri; Et deinde, ſicut eadem expoſitio Nobis facta ſubjungebat, poſtquam Nos dudum ex certis rationabilibus cauſis Eccleſiam Urbinat., cui etiam tunc præfatus Felix tunc Epiſcopus Urbinat. præerat, in Metropolitanam Eccleſiam cum Archiepiſcopali Dignitate, ac omnimoda juriſdictione, & ſuperioritate per alias noſtras literas perpetuo erexeramus, necnon illi Callien., Senogallien., Piſauren., Foroſempronien., Feretran., & Eugubin. Civitates, & Diœceſes in Ducatu, & Dominio præfatis conſiſtentes cum illarum diſtrictibus, Territoriis, ac Præſules pro tempore exiſtentes pro ſuffraganeis Epiſcopis, necnon Capitula, Clerum, & Populum Civitatum, & Diœceſum earumdem etiam perpetuo conceſſeramus, & aſſignaveramus, ipſoſque Præſules, Clerum, & Populum, quoad omnia Metropolitica, & Archiepiſcopalia ſuperioritatem, juriſdictionem, ac jura pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Urbinat. ſubjectos fore, & tamquam membra Capiti obſequentes, per eos de Archiepiſcopalibus juribus reſponderunt volueramus, prout in eiſdem literis noſtris etiam latius continentur: Orta contentione, & controverſia inter Felicem Archiepiſcopum, & Collegium Urbinat., necnon etiam Julium Cardinalem præfatos, cui regreſſus ad dictam Eccleſiam Urbinat. per ipſius Felicis Archiepiſcopi deceſſum, ac forſan in certos alios tunc expreſſos eventus, authoritate prædicta conceſſus extitit, ſuper juriſdictione, ſeu adminiſtratione juſtitiæ in omnes Præſules, Clerum, & Populum Civitatum hujuſmodi, quam Archiepiſcopus, & Julius Cardinalis prætextu erectionis ad ſe ſpectare; Collegium vero vigore literarum Julii Prædeceſſoris hujuſmodi ſibi conceſſam fuiſſe; Et quia in dicta erectione de Privilegiis, & indultis ipſi Collegio, ut præmittitur, conceſſis nulla mentio facta extiterat, nullatenus Archiepiſcopo Urbinat. præfato competere, nec juriſdictionem præfati Archiepiſcopi ad cauſas appellationum interponen. per Suffraganeos illius a ſententiis latis per Ordinarios in Foro Eccleſiaſtico, cum juriſdictio ipſa eidem Collegio conceſſa prius extitiſſet, ſe extendere oſtendi poſſe aſſerebant. Cumque ex hac contentione ſcandala plurima oriri poſſe dubitarent, Julius Cardinalis, & Felix Archiepiſcopus præfati volentes, ut bonos decet Præſules, fomenta diſſentionum, & ſcandalorum, quæ inter ipſos, & Collegium hujuſmodi occaſione Juriſdictionis præfatæ de facili ſuſcitari poſſent, propter concurſum, & ſtudium præveniendi, in totum tollere, & extirpare tam eorum propriis, quam Succeſſorum ſuorum Archiepiſcoporum Urbinat. nominibus infraſcriptam cum dicto Collegio inierunt concordiam, & conventionem, medio, & opera Dilecti Filii Nobilis Viri Guidobaldi moderni Ducis Urbini, videlicet: Quod Collegium, & illius Doctores cederent Archiepiſcopo Urbinat. pro tempore exiſtenti in cognoſcendis, & decidendis primis appellationibus ſuorum Suffraganeorum venientibus a foro Eccleſiaſtico, ut ſupra, & ſecundas appellationes, ſeu tertias illarum inſtantias ſibi reſervarent; quodque omnes, qui appellarent a ſententiis præfati Archiepiſcopi, ſeu ejus Vicarii inter ejus Diœceſanos, videlicet in prima, vel inter Suffraganeos, aut cum Fiſco ſuæ Eccleſiæ, vel aliorum Suffraganeorum in ſecunda inſtantiis latis, ut ſupra, intelligerentur appellaſſe ad ipſum Collegium, privilegiis, indultis, & conceſſionibus Apoſto-

Item erectio Eccleſiæ Urbinaten. in Metropolitanam a S. Sua facta,

Necnon lis inde orta inter Archiepiſcopum, & Collegium quoad cognitionem cauſarum.

Et concordia inter eos ſtabilita.

licis

licis, tam Archiepiſcopo, quam Collegio hujuſmodi, ut præmittitur, conceſſis, & factis, quoad reliqua omnia ſalvis, & illæſis, ac in ſuo pleno robore permanentibus, necnon forſan alias Partes ipſæ verbo, vel in ſcriptis convenerunt, pepigerunt, & concordarunt, ut conventio, & concordia, necnon pactio hujuſmodi eorum ſucceſſores præfatos adſtringerent, & obligarent, illa omnia ſupraſcripta approbari, & confirmari voluerunt. Quare Julius Cardinalis, & Felix Archiepiſcopus, ac Collegium, necnon Guidobaldus Dux præfati Nobis humiliter ſupplicarunt, ut conventioni, & concordiæ, ac ſine illarum præjudicio, & læſione, ſtatutis, ordinationibus, exemptioni, ſegregationi, liberationi, conceſſioni, confirmationi Prædeceſſoris hujuſmodi pro illarum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ firmitatis adjicere, aliaque in præmiſſis opportuna providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ſingulorum, ac præſertim Venerab. Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, & Prælatorum Domeſticorum Urbis, prout poſſumus, votis libenter annuimus, veriores dictæ concordiæ, & conventionis, necnon Statutorum, Ordinationum, exemptionis, ſegregationis, liberationis, conceſſionis, & confirmationis prædictarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, conventionem, & concordiam præfatas, etiamſi in ſcriptis non extent, ſed verbis dumtaxat initæ ſint, ac ſine earum præjudicio, & læſione, ſtatuta, ordinationes, exemptionem, ſegregationem, liberationem, conceſſionem, & confirmationem, necnon literas Julii Prædeceſſoris hujuſmodi, & prout illas concernunt, omnia, & ſingula in eiſdem concordia, & literis Julii Prædeceſſoris contenta, ac exinde ſecuta quæcumque Apoſtolica authoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, necnon eis plenum robur firmitatis adjicimus, omneſque, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui forſan intervenerint, in eiſdem ſupplemus, necnon illa valida, & efficacia fore, & eſſe, ac per eoſdem præmiſſos, & alios, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum, obſervari debere, nec ab illis ullo umquam tempore reſilire poſſe, ſed modernum Archiepiſcopum, & Succeſſores ſuos, ac Collegium præfatos ad illorum totalem obſervationem teneri, & obligatos fore, necnon quibuſvis juris, & facti opportunis remediis ad id cogi, & conſtringi poſſe. Et ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis authoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari, & definiri debere; necnon ex tunc, ſi ſecus ſuper iis a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus, & declaramus; Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Eccleſiæ Urbinat. juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, ac Literis Apoſtolicis eiſdem Archiepiſcopo, & Collegio, ac quibuſvis aliis quomodolibet, etiam motu ſimili conceſſis, approbatis, & innovatis; Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis ſpecialis, ſpecifica, expreſſi, & individua mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, adjectionis, ſuppletionis, decreti, declarationis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo tertio, tertiodecimo Kal. Martii Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Quæ à Pontifice confirmantur.

Epitome ſequentis Conſtitutionis.

§. 13. Poſtmodum vero idem Pius Papa IV. antedictum Collegium Doctorum amplioribus privilegiis, & gratiis ornare volens, duos ſingulis annis in Poeſi doctos poetica laurea decorandi: necnon eos, quos prævio diligenti examine idoneos, ac ſufficientes comperiſſet, ad Doctoratus in Jure tam Canonico, quam Civili, & Bachalaureatus, Licentiaturæ, ac Magiſterii in Medicina, vel alia licita facultate gradus promovendi; Notarios itidem publicos, ſeu Tabelliones, & Judices Ordinarios, prævio ſimili examine, idoneos repertos creandi: Nothos etiam, ſpurios, inceſtuoſos, manſeres, & ex quocumque illicito coitu procreatos legitimandi, & ad primæva naturæ jura, perinde ac ſi de legitimo matrimonio nati eſſent, reſtituendi: Nobiles inſuper, ſeu etiam Milites, & Equites deauratos faciendi, & conſtituendi, amplam præfato Collegio licentiam, facultatem, & authoritatem conceſſerit, ac indulſerit ſuis anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto, nono Kal. Martii in ſimili forma expeditis literis, quarum tenor eſt, qui ſequitur, videlicet.

Conſtitutio altera Pii IV. qua Collegio tribuuntur facultas.

§. 14. *Pius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.* Sedes Apoſtolica gratiarum abundantiſſima mater, ac illarum ſolertiſſima diſpenſatrix, Doctorum hominum Collegiis amplas facultates interdum tribuere conſuevit, ad hoc, ut ejus munera per multorum peritorum maturam deliberationem, & prudens judicium, nonniſi Perſonis benemeritis conferantur, ac diſtribuantur. Hinc eſt, quod Nos, qui accepimus olim cla. mem. Guidobaldum Urbini Ducem commoditatibus, & indemnitatibus univerſorum Subditorum ſuorum providere cupientem, in Civitate Urbini unum Collegium tredecim Doctorum forſan nuncupatum, coram quibus omnes, & ſingulæ totius Ducatus, ac Dominii pro tempore exiſtentis Urbinaten. Ducis, & Subditorum præfatorum Cauſæ Eccleſiaſticæ, & prophanæ, necnon etiam mixtæ tractarentur, & definirentur, inſtituiſſe, illudque per fel. rec. Julium PP. II. Prædeceſſorem noſtrum, ac etiam per nos, & forſan alios Romanos Pontifices etiam Prædeceſſores Noſtros approbatum, & confirmatum extitiſſe, ac illi nonnulla privilegia, conceſſiones, & indulta, quibus ipſi Doctores circa deciſiones, & expeditiones Cauſarum uti deberent, auctoritate Apoſtolica conceſſa fuiſſe, idem Collegium, ejuſque Doctores amplioribus favoribus, & gra-

Decorandi duos quotannis poetica laurea, & idoneos promovendi ad gradus Doctoratus, Baccalaureatus, & Licentiaturæ.

& gratiis proſequi, ac decorare volentes, motu proprio, non ad alicujus Nobis pro eis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate Collegio, & Doctoribus hujuſmodi nunc, & pro tempore exiſtentibus ad iuſtar nonnullorum aliorum Italiæ Collegiorum, in perpetuum duos ſingulis annis in poeſi doctos poetica laurea decorandi, & inſigniendi, necnon eos, quos in jure Canonico, & Civili, ſeu altero eorum ſtuduiſſe, in eiſque, ſeu eorum altero per diligentem examinationem ſcientia, & moribus idoneos, ac ſufficientes eſſe invenerint, in utroque, ſeu altero jurium hujuſmodi, aut medicina, vel alia licita facultate ſtuduiſſe, & ſimiliter per diligentem examinationem duorum, vel trium per eos eligendorum Doctorum, ſeu Magiſtrorum, vel Licentiatorum facultatis, in qua ſtudnerint, coram eis habendam, ac fidelem Magiſtrorum, ſeu Doctorum eorumdem atteſtationem, medio juramento eis faciendam peritos, ac ſcientia, & moribus ad hoc idoneos, ſufficienteſque eſſe repererint, de eorumdem Doctorum, ſeu Magiſtrorum, vel Licentiatorum conſilio, & aſſenſu, ac eorum votis juratis in artibus, aut medicina, vel alia licita facultate hujuſmodi ad Bachalaureatus, Licentiaturæ, Doctoratus, & Magiſterii gradus promovendi, ac in eis legendi, diſputandi, & interpretandi, necnon alios actus ad perſonas in hujuſmodi gradibus conſtitutas quomodolibet pertinentes faciendi auctoritatem concedendi, & ipſorum graduum ſolita inſignia eis exhibendi, necnon eos, quos ad hoc idoneos, & fideles, ac in literatura ſufficientes eſſe repererint, in Notarios publicos, ſeu Tabelliones, & Judices Ordinarios, recepto prius ab eis, juxta formam præſentibus annotatam, ſolito juramento, creandi, ac de Notariatus, & Tabellionatus, ac Judicatus officii hujuſmodi per pennam, & calamare, ut moris eſt, inveſtiendi; Necnon Nothos, Baſtardos, naturales, ſpurios, inceſtuoſos, & manſeres copulative, vel disjunctive ex quocumque illicito coitu procreatos, tam præſentes, quam abſentes, viventibus, ſeu etiam mortuis eorum Parentibus; itaut ad paternam, & alias ſucceſſiones bonorum quorumcumque ſuorum Agnatorum, Cognatorum, & Attinentium, ſine præjudicio tamen venientium ab inteſtato, admitti, & in illis ſuccedere; Necnon ad honores, dignitates, ſtatus, gradus, & officia ſecularia publica, & privata quæcumque recipi, & admitti, illaque gerere, & exercere libere, & licite poſſint, & valeant, ac ſi de legitimo matrimonio procreati eſſent, ſervata tamen forma literarum noſtrarum deſuper editarum legitimandi, ac ad primæva, ac legitima naturæ jura, & quoslibet actus legitimos reſtituendi, & reducendi; Necnon Nobiles, ſeu etiam Milites, vel etiam Equites deauratos, ut pro fide, juſtitia, & Religione pugnent, hortando, faciendi, creandi, & conſtituendi, eiſque inſignia, & arma in ſimilibus dari ſolita, dandi, & concedendi, necnon ipſos nobilitatis equeſtribus inſigniis decorandi, dicta auctoritate tenore præſentium licentiam, facultatem, & auctoritatem concedimus, & indulgemus, non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in provincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon legibus Imperialibus, ac ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam municipalibus Civitatum, & locorum, in quibus ipſi legitimandi fuerint, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, illis præſertim, quibus caveri dicitur expreſſe, quod Naturales, & Baſtardi legitimari non poſſint, niſi de conſenſu legitimorum, & naturalium, necnon quibuſvis Cancellariæ Apoſtolicæ regulis per Nos, & Sedem eamdem in contrarium hactenus editis, & in poſterum edendis, ac privilegiis, indultis, & Literis Apoſtolicis, etiam quibuſvis Univerſitatibus, ſtudiorum generalium Collegiis, & quibuſvis aliis locis, etiam motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam de conſilio ejuſdem Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conceſſis, & confirmatis, ac in poſterum concedendis, & confirmandis; Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, & formis ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Item creandi Notarios, & legitimandi ſpurios.

Necnon Nobiles Milites, & Equites deauratos conſtituendi.

Forma autem juramenti, quod Notarii, Tabelliones, & Judices per ipſos Collegium, & Doctores, ut præfertur, creandi hujuſmodi præſtabunt, talis eſt. Ego N. de N. Clericus N. ab hac hora in antea fidelis ero Beato Petro, & S.R.E. ac Domino meo Pio Papæ IV., & Succeſſoribus ſuis canonice intrantibus, non ero in conſilio, auxilio, conſenſu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, vel capiantur mala captione. Conſilium, quod mihi per ſe, vel literas, aut Nuncium manifeſtabunt, ad eorum damnum ſcienter nemini pandam, ſi vero ad meam notitiam aliquid devenire contingat, quod in periculum Romani Pontificis, aut Eccleſiæ Romanæ vergeret, ſeu grave damnum, illud pro poſſe impediam, & ſi hoc impedire non poſſem procurabo bona fide id ad notitiam Domini Papæ perferri; Papatum Romanum, & Regalia S. Petri, ac jura ipſius Eccleſiæ ſpecialiter, ſi qua eadem Eccleſia in Civitate, vel terra, de qua ſum oriundus, habeat, adjutor eis ero ad defendendum, & detinendum, ſeu recuperandum contra omnes homines; Tabellionatus officium fideliter exercebo, contractus in quibus exigitur conſenſus Partium, fideliter faciam nil addendo, vel minuendo ſine voluntate Partium, quod ſubſtantiam contractus immutet; ſi vero in conficiendo aliquod Inſtrumentum unius ſolius Partis ſit requirenda voluntas, hoc ipſum faciam, ut ſcilicet nil addam, vel minuam, quod immutet facti ſubſtantiam contra voluntatem ipſius; Inſtrumentum non conficiam de aliquo contractu, in quo ſciam intervenire, ſeu intercedere vim, vel fraudem: contractus in Protocollum redigam, & poſtquam in Protocollum redegero, malitioſe non differam contra voluntatem illorum, vel illius, quorum, ſeu cujus eſt contractus, ſuper eo publicum conficere Inſtrumentum, ſalvo meo debito, & conſueto ſalario. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia. Nulli ergo omnino liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, Indulti, & derogationis

Præſcribiturque Formula juramenti a Notariis præſtandi.

nis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto, nono Kal. Martii Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Epitome ſequentis Conſtitutionis.

§. 15. Deinde memoratus Urbanus VIII. Prædeceſſor noſter, ne dubitari contingeret, an ejuſmodi Privilegia a Julio II., & Pio IV. conceſſa præfato Collegio per obitum q. Franciſci Mariæ ultimi Ducis Urbini, & devolutionem illius Ducatus ad Sedem Apoſtolicam adhuc durarent, vel expiraſſent, ipſi Collegio facultatem, ac auctoritatem cognoſcendi, & judicandi cauſas appellationum tam Eccleſiaſticas, quam Laicales omnium, & quorumcumque Judicum Ducatus, & Legationis Urbinaten. (exceptis tamen Beneficialibus, ac iis, quæ juxta diſpoſitionem Concilii Tridentini, vel alias de jure eſſent inappellabiles) in ſecundis ſeu tertiis inſtantiis, ac in omnibus illis, in quibus daretur appellatio, poſtquam judicatæ fuiſſent a Judicibus ordinariis appellationum, ubi exiſterent, & nonnullis adjectis declarationibus, & diſpoſitionibus tam circa electionem, & numerum Doctorum votantium, & ſupranumerariorum ejuſdem Collegii, quam circa modum ab ipſis in ejuſmodi Cauſarum deciſione ſervandum, conceſſerit, ac impertitus fuerit; præterea expreſſe decreverit, ac diſpoſuerit, ut in præmiſſis cauſis appellationum tam Eccleſiaſticis, quam laicalibus ad Collegium ſpectantibus appellari non poſſet *om ſſo medio*, & ſi appellari contingeret, nullus Judex ſe ingerere deberet, niſi in vim ſpecialis commiſſionis Romani Pontificis pro tempore exiſtentis manu ſignatæ; alias licitum eſſet eidem Collegio ad ulteriora procedere, non obſtante quacumque inhibitione, & abſque alicujus pœnæ incurſu, ipſumque Collegium reaſſumere, inhibere, & exequi poſſet, prout de jure, ac ubi Collegium judicaſſet in caſu, quo dari deberet appellatio, tunc ejus cognitio, ſeu commiſſio ad exiſtentem pro tempore in eiſdem partibus Apoſtolicæ Sedis Legatum, pertineret; ac inſuper eidem Collegio ſtatuta ſuper modo cognoſcendi cauſas, & pro felici ipſius gubernio neceſſaria, & opportuna condendi, & quoties ſibi videretur, immutandi, ac innovandi, ſalva tamen ſemper approbatione d. Legati, ſive ejus V. Legati facultatem pariter conceſſerit, ac indulſerit; necnon doctorandi, & alia privilegia eidem Collegio competentia, dummodo eſſent in uſu, & non eſſent revocata, neque ſub aliquibus revocationibus comprebenſa, & ſacris Canonibus, Concilii Tridentini decretis, Conſtitutionibuſque Apoſtolicis non adverſarentur, approbaverit, & confirmaverit per ſuas in forma Brevis die octava Julii anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſexto expeditas literas tenoris ſequentis, videlicet.

Conſtitutio Urban. VIII. qua, non obſtante devolutione ſtatus Urbini ad S. Sedem, conceditur Collegio.

§. 16. *Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam*. Cum ſicut pro parte dilectorum Filiorum Communitatis, & hominum Civitatis noſtræ Urbinaten., necnon Collegialium Collegii Doctorum ejuſdem Civitatis Nobis nuper expoſitum fuit, Collegium præfatum, in quo admittuntur omnes ii, qui ex Patre Cive nati ad Doctoratus gradum Urbini promoventur, prætextu literarum fel. rec. Julii II. ſuper erectione dicti Collegii, & Pii IV. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum ſuper confirmatione certæ concordiæ inter eoſdem Doctores, & tunc exiſtentem Archiepiſcopum Urbinaten. ſuper cauſarum cognitione in prima, ſecunda, & tertia inſtantiis initæ emanatæ facultatem judicandi in cauſis appellationum tam in foro ſæculari, quam Eccleſiaſtico Status ac Ducatus Urbini, aliarumque Civitatum, Terrarum, & Locorum per obitum q. Franciſci Mariæ ultimi Ducis Urbini ad Sedem Apoſtolicam devolutorum, & noſtro incorporationis Decreto comprehenſorum ſibi competere prætendant, Nos ejuſdem Civitatis Communitatem, & homines, necnon Doctores præfatos ob præcipuum, quo illos complectimur, paternæ charitatis affectum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtant, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen., harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ne dubitari contingat, an dicta privilegia Julii II., & Pii IV. adhuc durent, vel expiraverint per mortem dicti ultimi Ducis, tredecim ejuſdem Collegii Doctoribus, ut infra, eligendis, & pro tempore exiſtentibus facultatem de cætero judicandi in cauſis appellationum ſtatus præfati, aliarumque Civitatum, Terrarum, & Locorum ſupranarratorum, tam in foro Sæculari, quam Eccleſiaſtico auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & impertimur; ita tamen, quod ex dicto Collegio DD. tredecim Votantes, & quatuor, vel quinque Supranumerarii, ſi opus fuerit, eligantur qui eorundem Votantium, ſi abfuerint, vel ſi ſuſpecti allegati fuerint, vices in judicandu ſupplere valeant, ſed exiſtente neceſſario votantium numero, ut infra dicetur, a dando, vel ferendo voto ſe abſtinere debeant, nec judicare poſſint. Porro tam Votantium, quam Supranumerariorum electio pro prima vice dilecto Filio noſtro Franciſco S. Laurentii in Damaſo Diacono Cardinali Barberino nuncupato S. R. E. Vicecancellario, noſtro ſecundum carnem ex Fratre germano nepoti, & in Statu, ac Ducatu Urbini & præfatis aliis Terris, & Locis hujuſmodi noſtro, & Apoſtolicæ Sedis de Latere Legato reſervata ſit, & cenſeatur; de cætero autem deficiente aliquo ex ſupradictis, tres a præfato Collegio Doctores nominabuntur, quorum unus ab ipſo Franciſco Cardinali moderno, ſeu pro tempore exiſtente Legato, vel ab hac Sede eligetur. Inter hos tredecim Doctores Votantes, quinque ad minus erunt Eccleſiaſtici non uxorati ſed incedentes in habitu, & tonſura Clericalibus, ad quos ſolos dumtaxat cauſarum Eccleſiaſticarum cognitio pertinebit, in quibus Laici ſe alias ingerere non valeant, nec poſſint, quam in dando eorum voto conſultivo. In cauſis vero laicalibus ipſi votum dabunt, & ferent promiſcue cum Laicis, & eas, prout juris erit, terminabunt, non tamen votis ſecretis, ſicut in præfatis Julii II. Prædeceſſoris noſtri literis conceſſum fuit, ſed votis apertis, & in jure fundatis, & ſen-

Facultas decidendi cauſas, ſed beneficialibus exceptis & juxta novam regulam, quoad numerum votantium, eorum qualitatem, & modum ferendi votum, nec non cum aliqua ſubjectione Legato Apoſtol.

& ſententiæ ad minus in cauſis Eccleſiaſticis a Judice, ſeu Ponente ſubſcribentur, non obſtante ſtylo in contrarium faciente. Habebit Collegium mediante diſtinctione præfata auctoritatem cognoſcendi cauſas appellationum tam Eccleſiaſticas, quam Laicales omnium, & quorumcumque Judicum Legationis ſupradictæ exceptis tamen beneficialibus, & iis, quæ juxta diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini, vel alias de jure ſunt inappellabiles, in ſecundis, ſeu tertiis inſtantiis, & in omnibus illis, in quibus dabitur appellatio poſtquam judicata fuerint a Judicibus ordinariis appellationum, ubi dicti Judices appellationum exiſtunt, quibus nullum cenſeatur illatum præjudicium: Verum in cauſis Eccleſiaſticis pro earum definitione ad minus tres Judices, & in Laicis ad minus quinque interveniant, & in illorum defectu, ut præfertur, ſupplebunt Supranumerarii, & etiam in eorum defectu, poterunt ſubrogari alii Judices ad electionem, & de conſenſu partium, dummodo in cauſis Eccleſiaſticis pro earum difinitione ſemper ſint Judices Eccleſiaſtici. In cauſis appellationum ſpectantibus, ut ſupra eſt, ad Collegium, tam Eccleſiaſticis, quam Laicalibus appellari non poſſit, *omiſſo medio*, & ſi appellari contigerit, in iis nullus Judex ſe ingerere debeat niſi in vim commiſſionis expreſſæ, manu noſtra ſignatæ; alias licitum ſit eidem Collegio ad ulteriora procedere, non obſtante quacumque inhibitione, & abſque alicujus pœnæ incurſu, ipſumque Collegium reaſſumere, inhibere, & exequi poſſit, prout juris erit. Ubi vero Collegium judicaverit, in caſu quo dari debeat appellatio, ejus cognitio, ſeu commiſſio ad dictum Legatum ſpectabit. Præterea eidem Collegio ſtatuta ſuper modo cognoſcendi cauſas, & pro felici ipſius gubernio neceſſaria, & opportuna condendi, illaque toties, & quoties ſibi videbitur, & placuerit, alterandi, immutandi, & innovandi, ſalva tamen ſemper approbatione dicti Legati, ſive ejus Vicelegati, facultatem concedimus, & impertimur; necnon doctorandi, & alia privilegia eidem Collegio competentia, dummodo ſint in uſu, nec ſint revocata, neque ſub aliquibus revocationibus comprehenſa, ſacriſque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, conſtitutionibuſque Apoſtolicis non adverſentur, auctoritate, & tenore præſentium approbamus, & confirmamus illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus. Decernentes præſentes literas validas, firmas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, dictoque Collegio in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, ſicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, & irritum, & inane, ſi ſecus ſuper iis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus, omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die VIII. Julii MDCXXXVI. Pontificatus noſtri Anno Decimotertio.

Item fruendi privilegiis dũ modo ſint in uſu.

§. 17. Poſtremo ſimilis memoriæ Clemens X. etiam Prædeceſſor noſter ex publico Studio pro lectionibus Sacrorum Canonum, & Legum Civilium, ac aliarum ſcientiarum, ſeu facultatum, & præſertim mathematicarum diſciplinarum in prædicta Urbinatenſi Civitate olim inſtituto, necnon ex præfato Doctorum Collegio, recenter Civium opera inter ſe unitis, & conjunctis, unam Univerſitatem Studii generalis, in qua Sacra Theologia, Jus Canonicum, & Leges Civiles, Philoſophia, Mathematicæ, aliæque ingenuæ diſciplinæ, ſcientiæ, & artes publice docerentur, ac perlegerentur, & qui peracto ſtudiorum curriculo idonei reperti fuiſſent, ad Baccalaureatus, Magiſterii, Doctoratus, alioſque gradus ſcholaſticos, ſervata in omnibus Vienuen., & Tridentini Conciliorum diſpoſitione, promoveri libere, & licite poſſent, in omnibus, & per omnia, prout in aliis Studiorum generalium Univerſitatibus per Sedem Apoſtolicam erectis fieri ſolet, Apoſtolica auctoritate perpetuo erexerit, & inſtituerit, ac ipſi Univerſitati Studii generalis ſic erectæ, & inſtitutæ, ejuſque Rectoribus, Magiſtris, Doctoribus, Lectoribus, Scholaribus, Officialibus, & Miniſtris, aliiſque perſonis quibuſcumque pro tempore exiſtentibus, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, indultis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, prærogativis, honoribus, præeminentiis, & gratiis, quæ tam per ſan. mem. Clementem VIII., quam alios quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, tunc ſuos, Univerſitati Studii generalis Civitatis noſtræ, tunc pariter ſuæ, Ferrarien., ejuſque Rectori, Magiſtris, Doctoribus, Lectoribus, Scholaribus, Officialibus, & Miniſtris, aliiſque perſonis reſpective, etiam per viam communicationis, & alias quomodolibet, & qualitercumque conceſſa, & attributa fuerunt, pari modo, abſque ulla prorſus differentia uti, frui, & gaudere libere pariter, & licite valerent, ſimili auctoritate perpetuo conceſſerit, ac indulſerit, per ſuas in ſimili forma Brevis die vi. Aprilis anno 1671. datas literas tenoris ſequentis, videlicet:

Epitome ſequentis Conſtitutionis.

§. 18. *Clemens Papa X. Ad perpetuam rei memoriam*. Æternæ ſapientiæ conſilio Speculatores domus Iſrael, quæ eſt Sancta Dei Eccleſia, nullo licet meritorum noſtrorum ſuffragio, conſtituti excitandis, promovendiſque bonarum literarum, & laudabilium diſciplinarum ſtudiis, quæ Catholicæ Fidei, divinique cultus propagationi, & incremento, ac juſtitiæ adminiſtrationi, aliiſque in publicum commodis, magnopere conducibilia ſunt, & depulſa ignorantiæ caligine mentes luce veritatis illuſtrant, peculiarem Paſtoralis muneris noſtri ſollicitudinem propenſa charitate adhibemus, ſicut omnibus maturæ conſiderationis trutina perpenſis ad Omnipotentis Dei gloriam, ac ad hujus Sanctæ Sedis Dignitatem, noſtrorumque, & ejuſdem Sedis etiam in temporalibus Subditorum decorem, commodum, & utilitatem ſalubriter expedire in Domino arbitramur. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Communitas, & homines Civitatis noſtræ Urbinaten., quod cum Collegium Doctorum ejuſdem Civitatis ex antiqua

Conſtitutio Clem. X. in qua refertur erectio ſtudii publici in Palatio Pontificio a Card. Cybo Legato facta, & cauſa unionis inter illud, & Collegium D.D.

Digitized by Google

qua conſuetudine publicam in ea Inſtitutionum Juris civilis lectionem haberet, ibique Philoſophia, & Sacra Theologia a Fratribus Ordinis Minorum S. Franciſci Conventualium nuncupatorum publice quoque perlegerentur in utilitatem Studioſorum, ut peractis Studiorum curriculis ad DoctoratusLauream provehi valerent: Dilectus Filius noſter Alderanus S.R.E. Presbyter Cardinalis Cybo nuncupatus tunc temporis in illis partibus Sedis Apoſtolicæ Legatus probe cognitum, perſpectumque habens, quantum eidem Civitati decoris, atque utilitatis accedere poterat, ſi inſtituto ibidem Studio hujuſmodi, quo Parentes eorum liberos Studiorum cauſa alibi ſubſtentandi onere, atque impenſa liberabantur, incrementum, atque norma traderentur, lecturas præfatas in aliquot manſiones remotas, nec ulli alii uſui applicatas Palatii Pontificii dictæ Civitatis inſimul redegit, aliaſque ordinarias Sacrorum Canonum, & Legum Civilium, ac aliarum ſcientiarum, ſeu facultatum, & præſertim mathematicarum diſciplinarum, quæ in eadem Civitate ante hac eximie floruerunt, lectiones, ſeu Cathedras inſtituit, ut ibidem tam indigenæ, quam Exteri, tradita ſibi à Domino talenta docendo exercere valerent, & Juventus ad ingenuas artes, atque ſcientias addiſcendas, atque excolendas ardentiori ſtimulo incitaretur, huicque Studio nonnullos paucos redditus ſub Vexilliferi pro tempore exiſtentis, & ſex Nobilium præfatæ Civitatis ſuperintendentia aſſignavit, ac fel. rec. Innocentius Papa Decimus Prædeceſſor noſter, cognita grandi utilitate, quæ inde reſultabat in favorem ejuſdem Studii, quædam bona ſtabilia duorum Conventuum ſuppreſſorum Congregationis Monachorum Cæleſtinorum, & Ordinis Fratrum Servorum Beatæ Mariæ Virginis reſpective conceſſit; Et ſubinde recol. me. Alexander Papa Septimus etiam Prædeceſſor noſter publici pariter commodi conſideratione adductus, proventum annuum Spheriſterii, qui prius ad exiſtentem pro tempore in eiſdem partibus Sedis præfatæ Legatum ſpectabat, eidem Studio applicavit. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, emolumenta quidem ex præmiſſis provenientia ſtipendiis, quæ Lectoribus dicti Studii annuatim præſtantur, ſufficiant; ſi vero Studium hujuſmodi in Univerſitatem Studii generalis cum privilegiis, & indultis ad inſtar illorum, quæ a piæ mem. Clemente Papa Octavo Prædeceſſore pariter noſtro Univerſitati Studii generalis Civitatis noſtræ, tunc ſuæ, Ferrarienſis conceſſa fuerunt, erigeretur, & inſtitueretur, inde numerus Studioſorum tam Provincialium, quam Exterorum ibidem excreſceret, & non ſolum dictæ Civitatis Urbinatenſis, quæ a mari remota commercio non admodum floret, ſed victualibus abundat, & quieti, quam literarum ſtudia deſiderant, colendæ peropportuna exiſtit, decori, & ornamento, ſed etiam illius civium, & incolarum compendio, utilitati, & levamento magnopere conſuleretur. Cumque dicti Exponentes hujuſmodi erectionis, & inſtitutionis gratia procuraverint, ut idem Studium, ac memoratum Doctorum Collegium, quod ante hac a dicto Studio diviſum fuit, & (ut aſſeritur) vigore quarumdam ſimilis rec. Pii Papæ IV. etiam Prædeceſſoris noſtri literarum per ſimilis memoriæ Urbanum Papam Octavum Prædeceſſorem pariter noſtrum confirmatarum facultate conferendi lauream doctoralem in quibuſcumque facultatibus, ac creandi Equites, & legitimandi Spurios fruitur; necnon ex privilegio per piæ pariter memoriæ Julium Papam Secundum, & dictum Pium Prædeceſſores conceſſo de cauſis appellationum in ſecunda, & tertia inſtantia tam civilibus, quam criminalibus, Eccleſiaſticis, & prophanis in illo Statu, & Provincia cognoſcit, firma, ſtabilique unione inter ſe conjungerentur; Nobis propterea ipſi Exponentes humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſibi in præmiſſis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ad conſtantis fidei, & ſinceræ devotionis affectum, quem dicti Exponentes erga Nos, & Sedem præfatam gerere comprobantur, paternæ dirigentes conſiderationis intuitum, eorumque votis in præmiſſis, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere cupientes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati de nonnullorum dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum ſuper hoc negotio a ſimilis rec. me. Clemente Papa IX. Prædeceſſore pariter noſtro deputatorum conſilio, in præfata Civitate Urbinaten. ex Collegio Doctorum, & Studio hujuſmodi, ſicut præmittitur, inter ſe unitis, & conjunctis, unam Univerſitatem Studii generalis, in qua Sacra Theologia, Jus Canonicum, & Leges Civiles, philoſophia, mathematicæ, aliæque ingenuæ diſciplinæ, ſcientiæ, & artes publice doceantur, & prælegantur, & qui peracto ſtudiorum curriculo habiles, & idonei reperti fuerint, ad Baccalaureatus etiam formati, ac Magiſterii & Doctoratus, alioſque gradus ſcholaſticos, ſervata tamen in omnibus forma, & diſpoſitione Viennen., & Tridentini Conciliorum, quibus in aliquo derogare non intendimus, promoveri libere, & licite poſſint, & valeant in omnibus, & per omnia, prout in aliis Studiorum generalium Univerſitatibus per Sedem Apoſtolicam præfatam erectis fieri ſolet, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, ſine alicujus præjudicio, perpetuo erigimus, & inſtituimus, ac ipſi Univerſitati Studii generalis ſic erectæ, & inſtitutæ, ejuſque Rectoribus, Magiſtris, Doctoribus, Lectoribus, & Scholaribus, Officialibus, & Miniſtris, aliiſque Perſonis quibuſcumque pro tempore exiſten., ut omnibus, & ſingulis privilegiis, indultis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, favoribus, honoribus, prærogativis, præeminentiis & gratiis quibuſcumque, quæ tam per præfatum Clementem VIII., quam alios quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros præfatæ Univerſitati Studii generalis Ferrarien., ejuſque Rectori, Magiſtris, Doctoribus, Lectoribus, Scholaribus, Officialibus, & Miniſtris, aliiſque perſonis reſpective etiam per viam communicationis, & alias quomodolibet, & qualitercumque conceſſa, & attributa fuerunt, pari modo, & abſque ulla prorſus differentia uti, frui, & gaudere libere pariter, & licite valeant, ſine

Hinc ex utroque a Pontifice erigitur univerſitas Generalis, cui conceduntur privilegia Univerſitatis Ferrarien.

ullo

ullo tamen præjudicio exactionum Cameralium, circa quas nihil innovatum ſit, auctoritate, & tenore præfatis itidem perpetuo concedimus, & indulgemus. Decernentes easdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, nec ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium erectionum, & gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aliiſque contrariis diſpoſitionibus, etiam per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices, ac Sedem præfatam quandocumque faciendis unquam comprehendi, aut comprehenſas cenſeri, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanaverint, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, & plenarie reintegratas, ac etiam ſub poſteriore data per eos, ad quos pro tempore ſpectabit, eligenda de novo conceſſa intelligi, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari, & illis reſpective in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari: ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. præfatæ Cardinales etiam de Latere Legatos, alioſque quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper iis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Apoſtolicis, & in univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon, quatenus opus ſit, dictæ Civitatis Urbinaten., aliiſque quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſcumque perſonis, & locis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & infererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die VI. Aprilis MDCLXXI. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Confirmatio relatarũ Cõſtitutionum.

§.19. Nos igitur attendentes firmiora eſſe ea, quibus Sedis prædictæ ſæpius intercedit auctoritas, ac Univerſitatem Studii generalis, & Collegium Doctorum præmemorata ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi, & ornare volentes, motu proprio, non ad cujuſquam Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera liberalitate, certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine, præinſertas Julii II., Pii IV., Urbani VIII., & Clementis X. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum literas, omniaque, & ſingula in eis contenta tenore præſentium auctoritate Apoſtolica confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis, ac irrefragabilis Apoſtolicæ firmitatis robur, & munimen adjicimus; quinimo motu, ſcientia, deliberatione, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus omnia, & ſingula in eisdem literis contenta denuo ſtatuimus, ſancimus, & ordinamus, ac ab omnibus & quibuſcumque etiam ſpeciali, ac individua nota dignis, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum, exacte, incuncte, ac inviolabiliter perpetuo obſervari volumus, decernimus, & mandamus.

Declaratio q. In cauſis ad Collegiũ ſpectantibus appellari non poſſe *hoc omiſſo medio*.

§.20. Præterea ad tollendas controverſias plures obortas, & in Romana Curia agitatas circa interpretationem prædictarum literarum Urbani VIII. Prædeceſſoris, in quibus decernitur, quod in cauſis appellationum tam Eccleſiaſticis, quam Laicalibus, ad memoratum Collegium ſpectantibus appellari non poſſit, *omiſſo medio*, & ſi appellari contigerit, nullus Judex ſe ingerere debeat, niſi in vim ſpecialis commiſſionis Romani Pontificis pro tempore exiſtentis manu ſignatæ; declaramus, & Apoſtolica auctoritate, quatenus opus ſit, denuo ſancimus, decernimus, ac ordinamus, omnes, & quaſcumque cauſas appellationum interpoſitarum a ſententiis, ſeu decretis latis a quibuſcumque Judicibus tam Eccleſiaſticis, quam Laicalibus omnium, & quarumcumque Civitatum, Terrarum, & locorum Ducatus, & Legationis Urbinaten. (exceptis tamen beneficialibus, ac iis, quæ juxta Tridentini Concilii diſpoſitionem vel alias de jure ſint inappellabiles, ac iis iuſuper exceptis, quæ prius in Curia Archiepiſcopali Urbinaten., vel ab aliis Judicibus ordinariis appellationum in locis, ubi exiſtunt, ut præfertur, judicandæ erunt) in ſecundis, ſeu tertiis inſtantiis omnino devolvi debere ad prædictum Collegium Doctorum; inhibentes, ac ſtricte interdicentes, ne *hoc omiſſo medio* appellari poſſit ad pro tempore exiſtentem Urbini Legatum, ſeu Vicelegatum, nec etiam ad Auditoris Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, vel quodcumque aliud quantumlibet privilegiatum, ac ſpeciali mentione dignum Romanæ Curiæ Tribunal, aut Judicem, & ſi appellari contigerit, nullus Judex in ejuſmodi cauſis ſe ingerere poſſit, niſi vigore ſpecialis commiſſionis, quæ noſtra, vel Romani Pontificis pro tempore exiſtentis manu ſignata fuerit; Quod ſi abſque hujuſmodi commiſſione ſe ingerere præſumpſerit, omnia ab eo geſta, & decreta, attentata, nulla, ac irrita ſint eo ipſo: quin etiam eidem Collegio, ut quacumque inhibitione non obſtante, & abſque alicujus pœnæ incurſu, ad ulteriora in ſimilibus cauſis procedere, ac ubi opus fuerit, inhibere, eaſque a quocumque Judice, & Tribunali reaſſumere, cognoſcere, & prout juris eſſe cenſuerit, fine debito terminare libere, ac licite poſſit, & valeat, ſimili auctoritate tenore præſentium perpetuo concedimus, ac indulgemus.

Declaratio 2. Loca, quæ Ducatui Urbini ſubjecta erant, dum a Sixto V. Rota Maceraten. erecta fuit ſub ejuſdem diſpoſitione non comprehendi.

§.21. Ad hæc aliam ſimiliter controverſiam non ſemel eacitatam, an oppida, & loca, quæ dum fel. pariter rec. Sixtus V. Prædeceſſor noſter Tribunal Audientiæ Cauſarum Proviociæ Marchiæ, Rotam nuncupatam, iu Civitate noſtra, tunc ſua, Maceratenſi per literas anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo octavo Idibus Martii ſub plumbo eapeditas, inſtituit, ac eresit, Ducatui Urbini ſubjecta erant, ſub earum literarum diſpoſitione comprehenderentur, e medio tollere, ac penitus dirimere cupientes, & declarationibus alias, ac nuper, nempe diebus 23. Septembris, & 7. Octobris anno milleſimo ſeptingenteſimo duodecimo per Dilectum Filium noſtrum Petrum Marcellinum Tit. Sancti Joannis ante Portam Latinam Presbyterum S. R. E. Cardinalem Corradinum nuncupatum, tunc Pro-Auditorem noſtrum, factis inhærentes, Civitates, Oppida, & Loca omnia, quæ Ducatui Urbini tempore, quo præfatæ Sisti Prædeceſſoris literæ emanarunt, ſubjecta erant, ſub earumdem literarum diſpoſitione non comprehendi, nec ullo modo comprehenſa cenſeri; ac ita a quibuſcumque Judicibus perpetuo judicari, ac definiri debere, ſtatuimus, decernimus, & declaramus.

Declaratio 3. omnes ſubditos non alibi quàm in Univerſitate Urbinaten. poſſe Lauream Doctoratem accipere;

§.22. Demum, cum ſicut accepimus, tametſi pluribus Edictis, quorum primum a præfato Guidobaldo ſecundo Urbini Duce die 17. menſis Auguſti anno 1565. alia vero recentiora a diverſis ejuſdem Civitatis pro tempore Legatis, & V. Legatis promulgata fuerunt, ſalubriter cautum, ac expreſſe vetitum fuerit, ne Subditi ejuſdem Ducatus, & Legationis alibi, quam in memorato Urbinatenſi Doctorum Collegio Lauream, & Gradum Doctoratus accipiant, & qui ſecus fecerint, ab omnibus, & quibuſcumque publicis in ea Provincia muneribus, ac officiis excludantur, nec ibidem Doctoris profeſſionem exercere umquam poſſint; Nihilominus ejuſmodi Edictorum diſpoſitione poſthabita, quamplures Subditi ad publica munera, & Doctoratus exercitium ibidem paſſim admittantur, licet Doctoratus inſignia in prædicto Collegio minime ſuſceperint; Nos proinde eorumdem Edictorum eaecutioni, ac ipſius Collegii decori, utilitati, & incremento, quantum cum Domino poſſumus, opportune conſulere cupientes, quemadmodum illuſtre cæteris omnibus eaemplum præbere curavimus, dum anteactis annis duos ex germano Fratre ſecundum carnem Nepotes noſtros, nimirum Dilectum Filium noſtrum Annibalem, modo S. Mariæ in Conſmedin Diaconum S.R.E. Cardinalem, & Camerarium Albanum nuncupatum, & Dilectum pariter Filium Magiſtrum Alexandrum Albanum in utraque Signatura noſtra nunc Referendarium, & Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Clericum, quamvis literarum ſtudiis in hac Alma Urbe noſtra operam navaſſent, non alibi tamen, quam Urbini in præfato Collegio eos Doctoratus laurea inſigniri voluimus; ita nunc tenore præſentium Apoſtolica authoritate decernimus, præcipimus, & mandamus, ut in poſterum, atque perpetuis futuris temporibus Subditi prædictæ Legationis, qui peracto ſtudiorum curriculo, Doctorali Laurea ornari voluerint, eam in memorato Collegio omnino recipere teneantur, & qui alibi ipſam receperint, ad exercenda publice munera, & Officia, atque etiam ad gerendum quarumvis cauſarum in quocumque foro patrocinium in omnibus ejuſdem Legationis locis prorſus inhabiles, & incapaces ſint, ac eſſe intelligantur, nec illos a quoquam ad id, præterquam a Nobis, & a Romano Pontifice pro tempore exiſtente habilitari, neque cum ipſis ſuper hujuſmodi defectu diſpenſari unquam poſſe motu, ſcientia, deliberatione, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus ſtatuimus, decernimus, & declaramus.

A Card. Annibale Albano, & R.P.D Alexãdro Albani, Clemẽtis XI. Nepotibus ad exẽplum cæterorum in d.Univerſitate Doctorales gradus ſuſceptus fuit.

Clauſulæ ampliſſimæ.

§.23. Decernentes pariter eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod intereſſe in præmiſſis habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, & dignitatis exiſtant, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, cauſæque, propter quas præſentes emanarint, ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet etiam quantumvis juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe; ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, ac fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere debere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque, & quomodocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab iis reſpective inviolabiliter obſervari; Sicque, & non aliter in præmiſſis, per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apoſtolicæ Nuncios, alioſve quoslibet quacumque authoritate, præeminentia, aut poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari,

Derogatio ampliſſima quibuſcũque contrariis.

§.24. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de jure quæſito non tollendo, & quibuslibet Apoſtolicis, ac in univerſalibus, Provincialibuſque Conciliis editis, & edendis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, quibus omnibus, & ſingulis quoad ea, quæ præſentibus adverſantur, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua

Digitized by Google

qua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſe, ac latiſſime derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides habenda tranſumptis.

§.25. Cæterum volumus, quod earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

§.26. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum Confirmationis, approbationis, declarationis, mandati, ordinationis, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo primo, Decimoquarto Kalen. Aprilis Pontificatus noſtri Anno Vigeſimo Primo.

Cauſa præſentis conſtitutionis.

§.27. Ne autem de approbatione, confirmatione, innovatione, Decretis, declarationibus novis conceſſionibus, ſtatutis, mandato, & voluntate Clementis Prædeceſſoris circa præmiſſa ex eo, quod ipſius Clementis Prædeceſſoris ob ſubſecutum ejus obitum, ut præfertur, Literæ Apoſtolicæ præinſertæ ab ipſo ſubſignatæ, ac in forma ſolita expeditæ non fuerint, valeat quomodolibet hæſitari, & ii, quorum intereſt, aut intereſſe poterit, quomodolibet in futurum, illorum fruſtrentur effectu, volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, præcipimus, & mandamus, quod approbatio, confirmatio, innovatio, Decreta, declarationes, novæ conceſſiones, ſtatuta, mandatum, & voluntas ejuſdem Clementis Prædeceſſoris, quoad omnia, & ſingula, quæ in præfatis Literis continentur, integrum ſortiantur effectum, perinde ac ſi ſuper illis ipſius Prædeceſſoris Literæ confectæ, & ſub plumbo juxta conſuetum Romanæ Curiæ morem expeditæ fuiſſent, quodque præſentes literæ ad probandum, ac plene juſtificandum approbationem, confirmationem, innovationem, Decreta, declarationes, novas conceſſiones, ſtatuta, mandatum, & voluntatem Clementis Prædeceſſoris hujuſmodi ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.

Mandatum pro executione Conſtitutionis Clem. XI.

Confirmatio ejuſdem Conſtitutionis.

§.28. Præterea ne præinſertæ Clementis Prædeceſſoris Literæ ullo unquam tempore a quoquam ea quovis capite impugnari, invalidari, aut in controverſiam adduci, & vocari poſſint, ſed perpetuis futuris temporibus firmæ, validæ, efficaces, ac illibatæ perſiſtant, eas Nos tenore præſentium ſpecialiter, & expreſſe approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur, & monimen adjicimus, ac omnes, & ſingulos tam Juris quam facti defectus, ſi qui forſan deſuper intervenerint, ſupplemus, ac illas perpetuò valere, & obſervari debere volumus, & ordinamus.

Nova confirmatio eorũ omnium, quæ in præſ. Clementis Conſtitutione cõtinentur.

§.29. Inſuper ad majorem, & abundantiorem præmiſſorum cautelam, & executionem, ea omnia, & ſingula, quæ in antedictis præinſertis literis ab eodem Clemente Prædeceſſore in commodum, favorem, ac utilitatem Univerſitatis Studii generalis, & Collegii Doctorum prædictorum approbata, confirmata, conceſſa, diſpoſita, ac ſtatuta fuerunt, Nos ſimiliter tenore præſentium ampliſſime approbamus, confirmamus, concedimus, diſponimus, atque ſtatuimus, eaque omnia, & ſingula ab omnibus, ad quos ſpectat, vel ſpectabit in futurum, inconcuſſe, ac inviolabiliter perpetuò obſervari ex certa noſtra ſcientia, & matura deliberatione, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine volumus, decernimus, præcipimus, & mandamus.

Deputatio Executorum præſentis Cõſtitutionis.

§.30. Quocirca univerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Canonicis, & aliis Perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, necnon modernis, & pro tempore exiſtentibus Urbini Legato, & Vice Legato, ſeu ejuſdem Legationis Præſidi, & Cameræ Apoſtolicæ Auditori, ac eorumdem Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Vicariis, ſeu Officialibus in ſpiritualibus generalibus per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque ubi & quando opus fuerit, ac pro parte illorum, aut alicujus eorum, quos ipſæ literæ concernunt, & concernent, fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque, & eorum cuilibet in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra omnes, & ſingulos, quos eædem Literæ quomodolibet concernunt, & concernent, ut præfertur, illis, & in eis contentis quibuſcumque pacifice frui, potiri, & gaudere: Non permittentes eorum aliquem deſuper per Locorum Ordinarios, ſeu alios quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, & inquietari, Contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, pœnas Eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias illorum arbitrio imponendas, & applicandas pœnas, aliaque opportuna Juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac cenſuras, & pœnas prædictas, legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, etiam iteratis vicibus aggravando, & reaggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulæ ſpeciales.

§.31. Non obſtantibus omnibus, & ſingulis, quæ præfatus Clemens Prædeceſſor in prædictis ſuis literis decrevit non obſtare, quæ Nos pariter, ac iterum non obſtare decernimus, & mandamus, quibus omnibus quoad ea, quæ præſentibus adverſantur, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum harum ſerie ſpecialiter, expreſſe, ac ampliſſime ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.32. Volumus autem, ut earumdem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud ubique ab omnibus habeatur, quæ eisdem præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§.33. Nulli ergo omnino hominum liceat

paginam hanc noſtrarum approbationis, confirmatiouis, ſtatuti, decreti, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo primo VII. Idus Maji Pontificatus Noſtri Anno Primo.

I I.

Dat. 18. Maii. 1721. ann. 1.

Conceduntur Privilegia & gratiæ Conclaviſtis poſtremi Conclavis.

Eadem privilegia conceſſa fuere a Clem: XI Conſt. ed. 1700, Dec: 8, P. 1. Et a Bened. XIII conceduntur Conſt: ed: 1624, Jan. 4. P. 1.

INNOCENTIUS PAPA XIII.
URBIS.

Cauſæ indulti.

MOtu proprio, &c. Nos volentes dilectos filios Conclaviſtas, qui Conclavi, in quo divina favente clementia, ad Summi Apoſtolatus apicem aſſumpti fuimus, nobis, & Venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus uti familiares, & continui commenſales inſervientes interfuerunt: quique ea de cauſa labores, vigilias, & incommoda plura ſubierunt, habita ratione obſequiorum hujuſmodi favoribus, gratiis & privilegiis pro cujuſque meritis exornare:

Donati ſcut. 10. mil. auri pro Concl.

§. 1. Ipſoſque Conclaviſtas, quibus hodie, ac aliis participantibus deſcriptis in Rolo, ſeu diviſione ſubſcripto, vel ſubſcripta per dilectum filium Magiſtrum Gaſparem de Carpineo Datarium noſtrum, ſummam decem millium ſcutorum auri in auro ex pretio tot officiorum vacabilium ad nos ſpectan. gratioſe donavimus, in

Receptio in familiares.

veros, indubitatos, & non fictos familiares, & continuos commenſales noſtros, ac eos, qui ex illis clerici exiſtunt, ſeu militiæ clericali adſcribi deſiderant, quoſque tres hujuſmodi Cardinales ſingulatim in quolibet ordine antiquiores, gradu, nobilitate, & aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint in noſtros, & Sedis Apoſtolicæ Notarios, ſine tamen præjudicio dilectorum filiorum de numero participantium Nota-

Notarios.

riorum recipimus, & tam illos, quam alios Conclaviſtas ſingulos, qui ſingulatim ab eiſdem tribus Cardinalibus digni tali honore reputati fue-

Comites.

rint, Sacri Palatii, & Aulæ Lateranenſis Comites, & Milites, & tam illos, quam omnes, & quoſcumque alios Conclaviſtas indiſtincte, qui nobiles non ſunt, nobiles utique Urbis, vel alicujus alterius ex Civitatibus temporali dominio eidem Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immedia-

Cives.

te ſubjectis Cives eſſe voluerint, ſingulos in ea ipſa Civitate, quam ſigillatim quiſque eorum elegerit, & ad quam ab eiſdem tribus Cardinalibus ſe admitti petierit, veros Cives ad inſtar, & nulla prorſus differentia inter eos, & ſingulos alios veros originarios, & antiquiſſimos etiam nobiles, & participantes Cives ipſius Urbis, vel Civitatis; itaut ipſum jus civilitatis ad quoſcumque illorum hæredes eodem modo tranſeat, creamus, conſtituimus, deputamus, ac

Nobiles creat.

nobilitatis, & civilitatis titulo, honore, & inſignus decoramus, aliorumque familiarium, & continuorum commenſalium nobis actu in Palatio noſtro Apoſtolico inſervientium, ac in illius tinello comedentium, & bibentium, ac noſtrorum, & Sedis prædictæ Notariorum Palatii, & Aulæ prædictorum Comitum militum, & nobilium, ac civium hujuſmodi originariorum numero, & conſortio favorabiliter aggregamus, ac pro veris, & indubitatis, & non fictis familiaribus, continuis commenſalibus, ac Notariis noſtris, Comitibus, nobilibus, militibus, & civibus deinceps haberi volumus, ac reputari mandamus, eiſque in quibuſcumque impetrationibus, conceſſionibus, & literis, tam gratiam, quam juſtitiam ſeparatim, ſeu utramque mistim concernen. ſed familiares continuos Commenſales, noſtroſque Comites, milites, nobiles, & cives etiam originarios nominari, nec propterea impetrationes, conceſſiones, & literæ hujuſmodi ſubreptionis vitio ſubjaceant, ſed validæ, & efficaces exiſtant, ac ex nunc deinceps in perpetuum omnibus, & quibuſcumque ac prorſus ſimilibus antelationum antelationibus, prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, eſemptionibus, decretis, declarationibus, derogationibus, mandatis, ſuſpenſionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac juribus, quibus alii noſtri familiares tempore dictæ Aſſumptionis noſtræ ad Summi Apoſtolatus apicem, ac quibus alii ejuſdem Sedis Notarii etiam de numero participantium exiſtentes, etiamſi habitum, & Rocchetum Notariorum ipſius Sedis non deferant, palatiique, & Aulæ prædictorum Comites, milites, nobiles etiam originarii, ac antiquiſſimi cives ejuſdem Urbis, vel Civitatis, quam, ut præfertur, elegerint, quique ex utroque parente vere nobili, & civi originario, & antiquiſſimo procreati de jure, ſtatuto, conſuetudine, vel alias ex aliquo ſpeciali privilegio, ſeu alias quomodolibet, etiam quoad aſſecutionem quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum etiam per quaſcumque literas, ſeu Conſtitutiones Apoſtolicas pro tempore editas utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum ubique locorum in judicio, & extra ſine tamen eorundem Notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite, valeant, realiter, & integre in omnibus, & per omnia etiamſi in Urbe, & civitate hujuſmodi non habitaverint perinde, ac ſi de vere nobili genere, & ex utroque parente nobili originario, ac antiquiſſimo cive procreati forent, & hujuſmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, conceſſiones, indulta, & jura, quæ pro aliis nobilibus, & civibus originariis emanarunt, & quæ ratione nobilitatis, & civilitatis naturalis, & originariæ aliis competunt, pro eiſdem Conclaviſtis in ſpecie emanaſſent, ſeu emanarent, & eis naturaliter de jure ſtatuto, conſuetudine, fundatione, vel alias competerent, auctoritate, & tenore ſimilibus indulgemus.

Exemptio a gabellis, decimis, & oneribus.

§. 2. Noſque Conclaviſtas prædictos a ſolutione, & exactione decimarum, & cujuſcumque pedagii, ſubſidii, gabellæ, & cujuſcumque oneris tam ordinarii, quam extraordinarii ubique locorum, & ex quacumque quantumvis urgen-

tiſ-

Digitized by Google

tiſsima, & inexcogitabili cauſa, & occaſione etiam ad inſtantiam Imperatoris, Regum, & Rerum publicarum etiam Venetiarum, & aliorum quorumcumque Principum, impoſitorum, & imponendorum pro tempore, ex nunc prout ex tunc, & e contra, & poſtquam caſus hujuſmodi impoſitionis, & ſolutionis evenerit, liberamus, & eximimus, liberoſque, & exemptos fore, & eſſe decernimus; diſtrictius inhibentes dilectis filiis nunc, & pro tempore exiſtentibus ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerario, Theſaurario, Præſidentibus Clericis, ac quibuſcumque aliis Officialibus Cameræ prædictæ, & Exactoribus pedagiorum, decimarum, ſubſidii, gabellarum, & onerum hujuſmodi, ac aliis perſonis, cujuſcumque Eccleſiaſticæ, vel ſæcularis dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtentibus, ne eos ad aliquam ſolutionem cogere, ſeu compellere, aut ſuper præmiſſis, eorumve uſu poſſeſſione, vel quaſi directe, vel indirecte quovis quæſito colore, vel ingenio moleſtare, vel alias quomodolibet impedire quoquomodo præſumant.

Abſolutio a cenſuris.

§.3. Necnon omnes eoſdem Conclaviſtas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, ſi quas quomodolibet propter contraventiones contentorum in Conſtitutionibus ſuper creatione Romani Pontificis pro tempore editis, vel alias quomodolibet incurrerunt in foro conſcientiæ tantum abſolvimus, & liberamus, ac omnes, & quoſcumque defectus, ſi qui forte ſint omnium proviſionum, beneficiorum, dignitatum, ac permutationum eorumdem Conclaviſtarum tam ex multiplicitate titulorum, ac ob incurſionem quarumcumque cenſurarum, & irregularitatis, quam alias, ex quavis cauſa provenien. ſanamus, ac hujuſmodi proviſiones vigore eorum privilegiorum in foro conſcientiæ tantum, perinde ac ſi novas proviſiones obtinuiſſent, revalidamus, & quatenus opus ſit, omnibus, & ſingulis eorum de omnibus, & ſingulis dignitatibus, & aliis cum cura, & ſine cura beneficiis Eccleſiaſticis quomodolibet qualificatis, & nuncupatis etiam cujuſvis Ordinis Regularium per eos reſpective obtentis, de novo etiam reſpective providemus, ac omnes, & ſingulas penſiones eis, & eorum ſingulis ſuper quorumvis beneficiorum Eccleſiaſticorum quomodolibet qualificatorum, & nuncupatorum etiam alicujus Ordinis Regularium fructibus, &c. reſpective reſervatas ſimiliter de novo reſervamus.

Remiſſio fructuum male perceptorũ.

§.4. Ipſiſque Conclaviſtis, eorumque ſingulis quoſcumque fructus, redditus, & proventus Eccleſiaſticos occaſione quarumcumque dignitatum, Canonicatuum, & præbendarum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcumque, & quarumcumque penſionum annuarum ipſis, & eorum cuilibet collatorum, & reſervatarum, tam ex antedictis, quam ex aliis defectibus, & occaſionibus etiam ratione omiſſionis recitationis horarum Canonicarum indebite perceptos cujuſcumque quantitatis fuerint, gratioſe remittimus, & condonamus, ac cum eis ſuper inhabilitate, & irregularitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam, ex eo quod cenſuris hujuſmodi ligati Miſſas, & alia divina officia, dummodo tamen non in contemtum Clavium celebraverint, aut alias in Divinis ſe immiſcuerint; quodque illa, & aliis præmiſſis non obſtantibus ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, alias rite, & dummodo nullum aliud alicui eorum obſtet Canonicum impedimentum promoveri, & in illis, & in ſuſceptis per eos alias rite ordinibus etiam in altaris miniſterio miniſtrare etiam libere, & licite valeant, diſpenſamus.

Legitimatio illegitimorũ.

§.5. Ac eoſdem Conclaviſtas, ſi qui eorum defectum natalium patiantur, ex quocumque damnato, & illicito coitu, etiamſi ex nobiliſſimis parentibus, & vilibus feminis forſan procreati ſint, etiamſi alias legitimati exiſtant, legitimamus, omnemque ab illis genituræ hujuſmodi maculam, ſive notam abſtergimus, & abolemus, ac legitimis natalibus reſtituimus, & cum eorum ſingulis, ut in quibuſcumque bonis paternis, & maternis, aliorum conſanguineorum, ſeu cognatorum, vel aliorum quorumcumque, ſine tamen præjudicio venientium ab inteſtato, vel ex fideicommiſſo, ſeu alias de jure valida diſpoſitione, & præterquam in bonis Eccleſiaſticis, & ab Eccleſia provenientibus, ſuccedere, & illa donationis, vel alio quovis titulo conſequi, & habere, ac ad æquales portiones cum legitimis ſuccedere eos ad omnia jura, legitimas ſucceſſiones ex teſtamento, vel ab inteſtato hæreditates, legata, libertates reſtituendo, realiter, & cum effectu, ac ad dignitates, honores, & quæcumque alia officia ſæcularia publica, vel privata etiam aſſumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac ſi de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obſtan. ſi aliud canonicum eis non obſiſtat impedimentum, ut Clericali charactere, qui illo nondum inſigniti ſint, inſigniri, ac ad omnes etiam ſacros, & presbyteratus ordines, ſi nondum ad illos promoti ſint, promoveri, ac poſtmodum charactere, & ordinibus hujuſmodi, illorumque privilegiis uti, ac in eiſdem ordinibus etiam in altaris miniſterio miniſtrare, ac quæcumque, & qualiacumque cum cura, & ſine cura beneficia Eccleſiaſtica, etiamſi perſonatus, adminiſtrationes, & officia etiam curata, & electiva in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis Eccleſiis, ſeu ſi Parochiales Eccleſiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, ac Canonicatus, & præbendæ, dignitates, non tamen majores poſt Pontificalem in Cathedralibus, aut principales in Collegiatis Eccleſiis hujuſmodi fuerint, ſi ſibi alias canonice conferantur, aut ipſi eligantur, præſententur, vel alias aſſumantur ad illa, & inſtituantur in eiſdem recipere, & dummodo plura ſimul non ſint, quam quæ a Concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint, retinere libere, & licite valeant, ſimiliter diſpenſamus.

Expeditio literarum Apoſtolicarũ gratis.

§.6. Quodque omnes, & quæcumque gratiæ, proviſiones, commendæ, & quævis aliæ literæ Apoſtolicæ proviſionum quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum hujuſmodi, prout noſtris Familiaribus continuis commenſalibus, gratis dentur, concedantur, & expediantur, ac etiam literæ ipſæ in forma Brevis, tam de capienda poſſeſſione nomine dictæ Cameræ Apoſtolicæ, quam alias uti illis ſuper proviſionibus quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum dari poterunt, ſimiliter gratis dentur, concedantur, & expediantur; ac dari, concedi, & expediri omnino debeant, etiam præcipimus, & mandamus.

§.7. Ac

Digitized by Google

Conceſſio antianitatis ſi quibus Hieroſolymitanis ſeu alterius militiæ.

§.7. Ac Conclaviſtis prædictis, qui S. Joannis Hieroſolymitani, ſeu cujuſvis alterius militiæ regularis etiam expreſſè profeſſi ſunt, ut etiamſi ab eorum conventu abſentes exiſtent, dum tamen quinquennalem, ſeu aliam debitam reſidentiam in conventu fecerint, & conſueta ſervitia præſtiterint quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum, & quarumvis penſionum, & commendarum eorum militiæ, ſeu Religionis capaces exiſtant perinde, ac ſi in eadem militia, ſeu Religione antianitatem de juſtitia conſequuti fuiſſent ſimiliter indulgemus. Eiſdemque Conclaviſtis, & eorum ſingulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, vel Cathedralium, ſeu duarum inſignium Urbis Collegiatarum Eccleſiarum, aut perſonæ aliæ quæcumque Eccleſiaſticæ io dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, tam in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, & eorum ſingulos eligen. ſeu eligendæ quaſcumque penſiones annuas eis, & eorum ſingulis ſuper quibuſcumque fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus, & emolumentis univerſis, certis, & incertis quarumcumque menſarum Epiſcopalium, Archiepiſcupalium, & Abbatialium, ac etiam diſtributionibus quotidianis etiam ratione ſervitii, & mercedis Dignitatum, Canonicatuum, & Præbendarum, cæterorumque aliorum quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum; etiam per prædictæ S. R. Eccleſiæ Cardinales obtentorum, & in poſterum obtinendorum cum cura, & ſine cura ſæcularium, & quorumvis Ordinum Regularium, ſeu fructus, redditus, & proventus hujuſmodi beneficiorum reſervatos, ſeu reſervandos, etiamſi ſemel, vel pluries tranſlatæ, ſeu tranſlati fuerint uſque ad ſummam centum ducatorum auri de Camera ſimilium in toto, vel in parte, ac in una, ſeu pluribus vicibus, ac etiam in mortis articulo caſſare, & extinguere, & poſtquam caſſatæ, & extinctæ fuerint alias ſimiles penſiones annuas, ſeu fructus, redditus, & proventus hujuſmodi uſque ad ſummam prædictam uni, vel pluribus aliis perſonis Eccleſiaſticis, vel etiam clericali charactere tunc temporis nondum inſignitis cum clauſula tamen ex tunc prout poſtquam dicto charactere rite inſigniti fuerint per eoſdem Conclaviſtas, & eorum ſingulos nominan. etiam quæcumque quodcumque, & qualiacumque beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, & expectantibus alias tamen penſionum capacibos, ſimiliter eis quoad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis eiſdem modo, & forma, quibus eiſdem Conclaviſtis reſervatæ, ſeo reſervati erant etiam abſque beneficia ipſa obtinentium conſenſu integre perſulvendas, ac per eos propria aoctoritate percipiendas, exigendas, & levandas, aut percipiendos, exigendos, & levandos, reſervare, conſtituere, concedere, & aſſignare valeant; præfatique tranſlatarii in quaſi poſſeſſione dictas penſiones exigen. in qua ipſi Conclaviſtæ tempore tranſlationis per eos præſentium vigore facien. exiſtebant, in omnibus, & per omnia ſubrogati eſſe cenſeantur, etiam concedimus pariter, & indulgemus. Etiamſi ſimilem gratiam a Prædeceſſoribus noſtris alias forſan obtinuerint, ſeu quilibet eorum obtinuerit, tam vigore aliorum Privilegiorum Conclaviſtarum, quam ex quocumque alio indulto, & privilegio, quorum effectum per hanc novam gratiam, & conceſſionem impedire nolumus, ſed cumulative conceſſam, vel conceſſas eſſe volumus, itaut quilibet eorum cumulative, & ampliative prædictis facultatibus præſentibus, & præteritis privilegiis, hac in re conceſſis, uti, & frui poſſint.

Ampliatio.

§.8. Decernentes ipſas translationes, & novas reſervationes, conſtitutiones, & aſſignationes penſionum, ſeu fructuum, redditoum, & proventnum bujuſmodi, ut præfertur facien. ex ounc prout poſtquam factæ fuerint plenam roboris firmitatem obtinere, ipſoſque beneficia ſuper quorum fructibus, redditibus, proventibus, aliiſque hujuſmodi reſervatæ fuerint obtinentes ad illas perſolven. efficaciter obligatos fore: Ac cum eisdem Conclaviſtis, quod ratione quarumcumque penſionum annuarum eis, & eorum cuilibet ſuper quibuſcumque beneficiis Eccleſiaſticis etiam Cathedralibus, & aliis Eccleſiis, ſeu Monaſteriis etiam a prædictis S. R. E. Cardinalibus obtentis, & ut præfertur obtinendis, vel alias quomodolibet qualificatis, non tamen ultra ſummam ducatorom ducentorum parium pro quolibet nunc, & pro tempore reſervatorum, & reſervandarum habitum, & tonſuram Clericales geſtare, & in illis, dummodo alias ipſi habitum decentem, & honeſtum deferant, incedere minime debeant, nec ad id a quoquam deſuper cogi, ſeu compelli, minuſque aliquas ſententias, cenſuras, ac etiam privationis, ſeu ceſſationis ipſarum penſionum pœnas occaſione præmiſſorum incurrere poſſint, ſed easdem penſiones ad prædictam ſummam ducentorum ducatorom aſcenden., & reſervatas, ut præfertur, etiamſi matrimonium jam contraxerint, vel poſt hac contrahere voluerint, cum unica tamen, & virgine recipere, & libere retinere.

Exemptio a ſpoliis, & facultas teſtandi.

§.9. Poſtremo, quod bona quæcumque ad dictos Conclaviſtas, & eorum quemlibet ſpectan., & per eos etiam ratione quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum etiam Canonicatuum, & præbendarum, ac dignitatum quarumcumque alias obtentorum, & obtinendorum, aut alias quomodolibet, & quovis quæſito colore, vel ingenio, ſeu eorum induſtria legitime tamen ac alias licite acquiſita, & acquiren. etiam in Urbe, ejuſque diſtrictu, ac ubique exiſtentia ſpoliis minime ſubjaceant: ſed Conclaviſtæ prædicti etiamſi Religioni alicujus Militiæ, etiam prædicti S. Joannis Hieroſulymitani adſcripti fuerint, de illis in favorem quarumcumque perſonarum de jure tamen capacium etiamſi Curiales eſſe deſierint, & in quocumque loco quantumvis remoto, etiam extra eorum, & cujuslibet ipſorum propriam reſidentiam eos decedere contigerit, teſtari, & alias diſponere, iiſque ab inteſtato decedentibus legitimi eorum hæredes quicumque ſuccedere, libere, & licite valeant ſimili modo concedimus, & indulgemus, præcipientes, mandantes eisdem S. R. E. Camerario, Theſaurario, Præſidentibus, Clericis Cameræ noſtræ prædictæ, & quibuſvis aliis ſpoliorum hujuſmodi Collectoribus, & Subcollectoribus, ac Militiarum præfatarum Officialibus, aut Prioribus, & quibuſvis aliis perſonis, tam ſæcularibus, quam regularibus cujuſcumque gradus, ſtatus, ordinis, & præeminentiæ, etiamſi ſpeciali nota digni exiſtant, ne in bujuſmodi bonis manus apponant, neque hæredes præfatorom Conclaviſtarum deſuper moleſtare audeant, ſeu præſumant. Ac etiam decernen-

Digitized by Google

nentes donationes etiam per viam teſtimenti, & codicillorum per ipſos Conclaviſtas de eorum bonis hujuſmodi facien. ſemper, & perpetuo validas, & efficaces fore.

Ab inſinuatione in Camera.

§. 10. Nec eoſdem Conclaviſtas: eorumque aliquem ad præſentem motum proprium, ſeu literas ſuper præſentibus, ſi videbitur conficien. in dicta Camera inſinuandum, aut admitti, & regiſtrari petendnm teneri, nec illum, ſeu illas etiamſi motus proprius, & literæ hujuſmodi intra legitimum tempus inſinuatus, admiſſus, & regiſtratus non fuerit, ſeu illæ inſinuatæ, admiſſæ, ſeu regiſtratæ non fuerint propterea minus validum, ſeu validas cenſeri, ſed ſuos plenarios effectus ſortiri debere; ac Motum proprium, & literas hujuſmodi, & in eis contenta quæcumque ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis ſimilium gratiarum revocatoriis, vel quæ eas limitarent, ſeu moderarentur, quæ a nobis, & a dicta Sede, & pro tempore, & de quibuſvis cauſis etiam urgentiſſimis, etiam in favorem fidei, & divini cultus augmentum etiam conſiſtorialiter, vel alias quavis auctoritate hactenus, vel in poſterum emanaverint minime comprehenſum, vel comprehenſas eſſe, ſed quoties illæ emanabunt toties eum, & eas in priſtinum ſtatum reſtitutum, repoſitum, & reintegratum, ſeu reſtitutas, repoſitas, & reintegratas eſſe cenſeri.

Comprehenſio procuratoris in privilegiis.

§. 11. Et inſuper enm dilectus filius Abbas Joannes de Spinoſa Vicarius clericus Toletan. ſeu alterius Civitatis, vel Diœceſis, tanquam dictorum Conclaviſtarum Procurator, in præmiſſis ſedulam pro eis operam navaverit, propterea, & aliorum meritorum ſuorum, & obſequiorum Nobis, & dictæ Sedi impenſorum intuitu, volentes ipſum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi, eidem Joanni, licet ipſe in Conclavi prædicto non intervenerit, nihilominus omnibus & ſingulis ſupradictis gratiis, privilegiis, facultatibus, immunitatibus, libertatibus, honoribus, prærogativis, præeminentiis, indultis, exemptionibus, cæteriſque præmiſſis (non tamen quoad participationem decemmillium ſcutorum auri hujuſmodi per nos ut ſupradictis Conclaviſtis donatorum, & inter eos, ut præfertur diſtributorum, ſeu diſtribuendorum) tamquam Conclaviſta frui, & gaudere, & libere, & licite poſſit, & valeat, perinde, ac ſi Conclavi hujuſmodi vere, & realiter interfuiſſet, Conſtitutionibus, & Ordinationibus, cæteriſque ſupradictis, & aliis contrariis nequaquam obſtan. motu, ſcientia, & auctoritate ſimilibus de ſpeciali gratia indulgemus. Sicque per quoſcumque Judices etiam Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet in quavis cauſa aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritumque &c. attentari.

Expeditio gratioſa, & per viam ſecretam.

§. 12. Et inſuper Venerab. fratri noſtro Franciſco Oſtien. & Veliternen. Cardin. Barberino nuncupato ejuſdem S. R. E. Vicecancellario, & Literarum Apoſtolicarum Summatori, necnon dilectis filiis Secretariis Apoſtolicis, Præſidenti Plumbi, aliiſque Officialibus, ad quos literarum prædictarum deſuper conficiendarum expeditio per viam ſecretam quomodolibet ſpectat & pertinet, ſub pœna indignationis noſtræ Motu ſimili, & ea certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine paribus etiam mandamus, ut prædictas literas ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis tam conjunctim, quam ſeparatim pro ſingulis, quibus conceſſæ fuerunt, ac ſeorſim, & ſeparatim eum omnibus, & quibuſcumque derogationibus, decretis, & clauſulis in eis conceſſis gratis etiam quoad compoſitionem in Dataria noſtra, & per eamdem viam ſecretam abſque alio mandato expediant, & expediri faciant Inſuper omnia, & ſingula privilegia, gratias, & conceſſiones eiſdem Conclaviſtis, & eorum cuilibet a diverſis ſummis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris hue uſque conceſſa, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus confirmamus, & approbamus, ac de novo liberaliſſime concedimus.

Derogatio contrariorũ.

§. 13. Noū obſtantibos præmiſſis, ac de certo eorumdem Notariorum numero etiamſi ad illum non ſit deventum, ac Noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de præſtan. conſenſu in penſionibus, & fel. record. Pii Papæ V. de ſimilibus, & diſſimilibus gratiis in d. Camera infra tres menſes præſentandis, & regiſtrandis, ac Pii V. Romanorum Pontificum prædeceſſorum Noſtrorum contra illegitimos, necnon Pictaven. Concilii, ac noſtris, & Cancellariæ prædictæ regulis, etiam in craſtinum dictæ Aſſumptionis Noſtræ ad ſummi Apoſtolatus apicem editis, & in prædicta Cancellaria publicatis, ac etiam in univerſalibus, & provincialibus Conciliis editis ſpecialibus, vel geoeralibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac Eccleſiarum, Monaſteriorum, Ordinum etiam S. Joannis Hieroſolymitani, ac etiam Urbis Romæ, ac aliarum Civitatum, Oppidorum, & Terrarum Cameræ prædictæ, & quarumvis univerſitatum etiam juramento &c. roboratis, ſtatntis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, naturis, & decretis, & novis reformationibus, etiam legibus tam Pontificiis, quam Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, ac ſacris Canonibus; privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis illis, eorumque ſuperioribus, & perſonis, ac locis quibuſcumque in genere, vel in ſpecie, ac cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis etiam vim contractus, & ſtatuti perpetui continentibus, ac etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, & conſiſtorialiter, ac alias in contrarium conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis juribus omnibus, quibus omnibus &c. etiamſi de illis &c. eorum tenores &c. illis alias &c. permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe motu pari derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque cum clauſulis opportunis.

Fiat Motu proprio M. A.

ET cum abſolutione a cenſuris ad effectum &c. & quod obſtantiæ etiam beneficialibus Conclaviſtarum, & ab eis ſubrogati hujuſmodi, & diſpenſationes, ac indulta habeantur pro expreſſis, ſeu in toto, vel in parte exprimi poſſint in literis, & in caſibus regulæ de inſordeſcen. cum opportuna illius necnon alterius regulæ de non tollen. jure quæſito derogatione, & quarumcumque aliarum Conſtitutionum Apoſtolicarum, & Conciliorum etiam generalium, & ſtatutorum, ac

Digitized by Google

ac privilegiorum popoli Romani, & Cluniacen., Ciſtercien., S. Benedicti, S. Auguſtini, & aliorum Ordinum, & Militiarum etiam S. Joannis Hieroſolymitani, & Eccleſiis, Monaſteriis, Civitatibus, & locis, & perſonis, & dominis temporalibus ſub quibuſcumque verborum formis, ac cum quibuſvis efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, & decretis, etiam conſiſtorialibus, etiam contra aliemgenas, & alias perſonas certis modis non qualificatas, aut alias quomodolibet conceſſis, quorum tenores &c. latiſſime, ac de verbo ad verbum, prout ipſis Conclaviſtis magis placuerit exprimi poſſint, & cum ſuſpenſione quarumcumque gratiarum, indultorum quibuſvis ordinariis collatoribus conferendi beneficia eccleſiaſtica etiam reſervata ad eorum collationem &c. pertinentia, & in omnibus, aut certis expreſſis cauſis quomodolibet conceſſis latiſſime exteoden. ita ut omnia tollantur, & quod ſola præſentis Motus proprii ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat, in judicio, & extra, regula contraria non obſtan., & quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum indultorum, conceſſionum, gratiarum, derogationum major, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in literis ſi videbitur, in quibus ſingulorum Conclaviſtarum nomina, & cognomina, qualitates, ordines, gradus, Diœc., patria, & cætera requiſita exprimi, & deſcribi, ſeu pro expreſſis, & deſcriptis haberi poſſint inter eos Sacriſta, & Magiſtri Cæremoniarum Capellæ Noſtræ, necnon Secretarius Collegii eorundem Cardinalium, & cæteri alii in notula per ipſos Magiſtros Cæremoniarum facta, & deſcripta adnotati, & deſcripti, ſi alias ad penſiones, & beneficia hujuſmodi babiles, & capaces fuerint, cumprehendantur, & adnotentur ſimul, vel ad partem etiam in una, non facta mentione de alia, vel aliis prout videbitur expedien.

Tranſumptorum fides.

§.14. Volumus autem, quod literarum ſuper præſentibus conficiendarum, ſeu præſentis Motus proprii tranſumptis impreſſis, & ſigillo, ac manu alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, & ſubſcriptis eadem fides tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ originalibus literis, ſeu præſenti Motui proprio originali adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, aut exhibitus, vel oſtenſus foret. FIAT M.A.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum quinto decimo Kalendas Junii Anoo Primo.

Nomina autem ipſorum Conclaviſtarum ſunt hæc quæ ſequuntur.

Reverendiſſimus Dominus Frater Auguſtinus Nicolaus de Abbatibus Oliverius Piſaurenſis Epiſcopus Targenſis Sacriſta.

R. P. D. Dominicus Rivera Urbinas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Canonicus U. S. R., ac S. Collegii Secretarius.

Joannes Baptiſta Gambarucci Presbyter Romanus ejusdem Baſilicæ perpetuus Beneficiatus.

Ignatius Reali Clericus Romanus ejusdem Baſilicæ Beneficiatus Coadjutor.

Franciſcus Bolſa Presbyter Novocomenſis Canonicus Inſignis Collegiatæ Sanctæ Mariæ de Rotunda.

Venantius Philippus Pierſanti Presbyter Camerinen. prædictæ Inſignis Collegiatæ Canonicus Magiſtri Cæremoniarum.

Franciſcus Ignatius Ferranti Presbyter Æſinus. Matthæus Scaglioni Presbyter de Voleotano Montis Faliſci Diœceſis. Bartholomæus Moglia Laicus Romanus Noſtri dum Cardinalatus honore fungebamur.

Felix Solatius Presbyter Roſſanenſis, & Vicarius Generalis Oſtienſis. Joſeph Lamblotte Laicus Nemurcen. Diœceſis. Sebaſtiani Antonii Epiſcopi Oſtienſis Tanara.

Franciſcus Antonius Fini Presbyter Minervienſis Metropolitanæ Eccleſiæ Beneventanæ Archipresbyter. Nicolaus Xaverius Sancta Maria Diaconus Manſionarius prædictæ Metropolitanæ. Fratris Vincentii Mariæ Epiſcopi Portuen. Urſini.

Abbas Laurentius Pius Bonſius Clericus Florentinus. Franciſcus Judice Laicus Hungarus Franciſci Epiſcopi Tuſculani Judice.

Livius Guarinus Laicus Forolivienſis. Bartholomæus Fantinus Laicus Mutinenſis. Fabritii Epiſcopi Albanenſis Paulutii.

Joannes Antonius Vendettuoli Presbyter Venafrenſis. Jacobus Collez Clericus Leodien. Diœceſis. Franciſcus Siciliani Laicus Barenſis. Franciſci Epiſcopi Sabinenſis Pignattelli.

Franciſcus Velli Presbyter Præneſtinus Baſilicæ Principis Apoſtolorum perpetuus Beneficiatus. Petrus Cheller Clericus Amburgenſis. Franciſci Epiſcopi Preneſtini Barbarini Vener. Fratruum noſtrorum Epiſcoporum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium.

Abbas Joſeph Maria Benveduti Clericus Eugubinus. Marcus Mittarelli Laicus Civitatis Ducalis. Franciſcus Gotti Presbyter Bononienſis. Jacobi Tituli Sanctæ Mariæ in Via Boncompagni.

Comes Philippus Raynaldus a Turre Preſbyter, & Abbas Albenſis Eques Commendatarius, & Receptor S. Religionis Sanctorum Mauritii, & Lazari. Jacobus Antonius Carpanus Presbyter Dertonenſis. Alexander Joannes Andreazzini Laicus Romanus. Joſephi Tituli Sanctæ Praxedis Sacripantes.

Bartholomæus Claricius Presbyter Anconitanus. Camillus Scola Philoſophiæ, ac Medicinæ Doctor Baſſanenſis. Joannes Antonius Spoladori Laicus Taruiſinus. Georgii Tituli Sanctorum XII. Apoſtolorum Cornelii.

Jacobus Leoni Presbyter Signinæ Diœceſis. Joſeph Maria Cardoni Laicus Lucenſis. Laurentii Tituli Sancti Petri ad Vincula Corſini.

Antonius Aga Presbyter Romanus. Andreas Campanella Laicus Balneoregenſis. Franciſcus Maria Serra Laicus Romanus. Franciſci Tituli Sanctæ Cæciliæ de Aquaviva.

Abbas Bartholomæus Caſtelli J. U. D. Clericus Interamnenſis. Laurentius Foſchi Clericus Diœceſis Albanenſis. Thomæ Tituli Sanctæ Mariæ Transtyberim Ruffi.

Petrus Antonius Ventura Presbyter Camerinenſis Canonicus Inſignis Collegiatæ Sanctæ Mariæ in Vialata. Nicolaus Carignani Laicus Lucenſis. Horatii Philippi Tituli Sancti Honuphrii Spadæ.

Mauritius Jacquin Laicus Pariſienſis. Antonius Lori Laicus de Prato Diœceſis Aſculan. Philippi Antonii Tituli Sancti Chryſogoni Gualterii.

Cre-

Creſcentius Maſchi Laicus Urbinas. Antonius Maria Giulietti Presbyter Auximanus. Carulus de Rubeis Clericus Romanus. Joſephi Tituli Sanctæ Mariæ Angelorum Vallemini.

Abbas Paulus Antonius Folſi Clericus Forolivienſis. Dominicus Alexander Bugiani Laicus Romanus. Joannis Dominici Tituli Sanctæ Anaſtaſiæ Paracciani.

Michael Angelus Magnoni Presbyter ex Diœceſi Sancti Miniati. Petrus Canevari Laicus Romanus. Caroli Auguſtini Tituli Sancti Auguſtini Fabroni.

Comes Livius Adrianus Presbyter I. U. D. Collegiatus Patavinus. Comes Antonius Mantua Laicus Patavinus. Petri Tituli S. Marci Priuli.

Joannes Baptiſta Rondoni Presbyter Bononienſis Sacræ Theologiæ Doctor, ac Perinſignis Collegiatæ Sancti Petronii Bononiæ. Jacobus Philippus Lazari Laicus Bononienſis. Ulyſſis Joſephi Tituli Sanctæ Crucis in Hieruſalem Gozzadini.

Joſeph Caſtelluccius Presbyter Civitatis Potentiæ. Joſeph Cardini Laicus ex Civitate Aretii. Joannes Baptiſta Innocentii Clericus Sabienſis. Ludovici Tituli Sancti Sylveſtri in Capite Pici.

Antonius Leprotti Phyſicæ, & Medicinæ Doctor Laicus Bononienſis. Joannes Stacchini Laicus de Bonifacio Januen. Joannis Antonii Tituli Sancti Caliſti de Via.

Abbas Jacobus Antonius Daffico Presbyter Januen. Hieronymus Calzi Laicus Romanus. Auguſtini Tituli Sanctæ Mariæ de Populo Cuſani.

Salvator de Rubeis Clericus Romanus. Joſeph Haffner Laicus Helvetus Sotodorenus. Julii Tituli Sancti Laurentii in Pane, & Perna Piazzæ.

Angelus de Gianneskys a Caſtroplani Presbyter Cluſinæ Diœceſis Abbas Sancti Blaſii. Urbanus Garofoli Laicus Romanus. Antonii Felicis Tituli Sanctæ Balbinæ Zonzadarii.

Abbas Cæſar Ondedei Presbyter Eugubinus Baſilicæ Sanctorum Laurentii, & Damaſi de Urbe Canonicus. Thomas Puccetti Clericus Romanus. Joannis Baptiſtæ Tituli Sanctæ Mariæ in Aracœli Bulli.

Thomas de Cecchottis Clericus Reatinus. Franciſcus Maria Lucca Laicus Romanus. Petri Sancti Joannis ante Portam Latinam Corradini.

Michael Petit de Ravannes Presbyter Diœceſis Pariſienſis Abbas Commendatarius Monaſterii in Arganna Diœceſis Catalaunenſis. Joannes Vivant Presbyter Pariſien. Diœceſis Canonicus Honorarius Eccleſiæ Metropolitanæ Pariſienſis. Franciſcus Soldinus Florentinus. Armandi Cardinalis de Rohan.

Comes Franciſcus de Schrottempach Laicus ex Tyria. Matthias Breugeiſen. Presbyter Viennenſis in Franciſcus Giſtel Laicus Tridentinus. Wolphangii Annibalis Tituli Sancti Marcelli Scrattempach.

Andreas Boccacani Presbyter Narnien. Diœceſis. Liborius Cagliati Florentinus Societatis Jeſu Laicus. Joannis Baptiſtæ Tituli Sancti Stephani in Cælio Monte Ptolomei.

Abbas Antonius Sartori Clericus Ariminenſis. Cajetanus Bononi Laicus Novocomenſis. Benedicti Sanctorum Nerei, & Archillei Odeſcalchi.

Ludovicus Guido Guerapin. de Vaureal Presbyter Senonenſis Doctor Sorbonicus. Petrus Guerin de Tincin. Presbyter Gratianopolitanus Rector, & Socius Sorbonicus. Abbas Vezeliacenſis Eccleſiæ Senonen. Archidiaconus major. Petrus Julien. Laicus Diœceſis Agathenſis Henrici Cardinalis de Biſſy.

Felix Roſa Pepe Presbyter Abellienſis Diœceſis Canonicus Averſanus. Bernardinus de Benedictis Laicus Spoletanus. Innici Tituli Sancti Thomæ in Parione Caraccioli.

Antonius Pierſantes Clericus Conjugatus Camerinen. Diœceſis. Nicolaus Corbellus Laicus Romanus. Bernardini Tituli Sancti Petri in Monte Aureo Scotti.

Joſeph Caracciolus Laicus Neapolitanus. Marcus Ricciatoli Laicus Romanus. Nicolaus Belarducci Laicus Capuanus. Nicolai Tituli Sancti Martini in Montibus Caraccioli.

Abbas Hieronymus Cardoni Presbyter Lucenſis Baſilicæ Principis Apoſtolorum perpetuus Beneficiatus. Joſeph Friſelli Laicus Romanus. Joannis Baptiſtæ Tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum Patritii.

Comes Joannes Fabius de Braſchis I. U. D. Clericus Ceſenatenſis. Ludovicus Moſconus Laicus Peruſinæ Diœceſis. Nicolai Tituli Sancti Sixti Spinulæ.

Abbas Hieronymus Crivelli Presbyter Mediolanenſis. Ioſeph Fragiotti Laicus Romanus. Giberti Tituli Sancti Alexii Borromei.

Ioannes Franciſcus Baſſel Diœceſis Moguntinæ, ejusque Canonicus ad Gradus B. M. V.. Emericus Gabriel Comes Eſterbaſis Diœceſis Strigonienſis Canonicus Poſonienſis Præpoſitus B. M. in Rath. Ioannes Ziein Diœceſis Conſtantienſis. Emerici Cardinalis Czakij.

Ioannes Paulus Mercantilius Clericus Romanus. Conſtantinus Grimaldus Laicus e Regio Lepidi. Georgii Tituli Sanctæ Agnetis Spinulæ.

Hieronymus Mareſti Laicus Ferrarienſis. Franciſcus Quercioli Laicus Imolen. Cornelii Tituli Sancti Hieronymi Illyricorum Bentivoli.

Comes Ludovicus Emmanuel de Ghiſtel ex Marchionibus S. Floræ Abbas, & Clericus Atrebatenſis. Abbas Gaſpar Ruggia Clericus Romanus Baſilicæ Principis Apoſtolorum Beneficiatus Coadjutor Philippi Thomæ de Bauſſu Cardinalis de Alſatia.

Vincentius Margarita I. U. D. Presbyter Brixienſis. Ioannes Danielis Laicus Cenedenſis Ioannis Franciſci Tituli Sanctorum Marcellini, & Petri Barbadici.

Ioſephus Emidius de Graſſis Clericus Aſculanus. Ioannes Bianchini Clericus Aſculanus. Ioannes Bianchini Clericus Mediolanenſis. Ioannes Georgeus Grau Hungarus. Michaelis Friderici Tituli Sanctæ Sabinæ de Althann.

Philippus Ortenſius Fabri Clericus Conjugatus Romanus. Arnoldus de Paulis Laicus Leodienſis. Ioannis Baptiſtæ Tituli S. Priſcæ Salerni.

Gabriel Lopez Viegea Clericus Luſitanus Civitatis Elviæ. Ioannes Franciſcus Vervela Clericus Barchinonenſis. Alvari Cardinalis Cienfuegos Presbyterorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium.

Cc Ioan-

Ioannes Baptiſta Filippani Presbyter Romanus. Auguſtinus Luppachioli Clericus Gallesii Diœceſis Civitatis Caſtellanæ. Franciſcus Titii Laicus Valliſmontanæ Diœceſis Segninæ. Benedicti Sanctæ Mariæ in Via lata Pamphilii.

Ioannes Antonius Coltrolini Clericus Conjugatus Romanus. Alexander Perazzoli Laicus Neapolitanus. Petri Sancti Laurentii in Damaſo Otthoboni.

Abbas Lucas Nicolaus Recchi Clericus Ripanus. Ioannes Argenti Laicus Romanus. Ioſephi Renati Sancti Georgii Imperialis.

Andreas Ianuen. Laicus Præneſtinus. Petrus Buccardus Laicus Romanus. Laurentii Sancti Nicolai in Carcere de Alteriis.

Abbas Chriſtophorus Venturelli Clericus Amerinus, Hieronymus Georgii Laicus Piſanus, Caroli Sancti Angeli in Foro Piſcium Columnæ.

Carolus Aucajanus Laicus Spoletanus Eques Commendatarius Sacræ Religionis Sanctorum Mauritii, & Lazari. Franciſcus Blancus Laicus Viadamen. Diœceſis Mantuanæ. Annibalis Sanctæ Mariæ in Coſmedin Albani.

Ubaldus Monacelli Presbyter Eugubinæ Diœceſis. Auguſtinus Cincielli Laicus Caſtelianæ Diœceſis. Curtii Sancti Euſtachii Origbi.

Ermannus Adamus Tenantevvich. Philopolitanus. Fridericus Antonius Gunter Presbyter Moguntinus. Ioannes Georgios Mesbach Laicus Manoziavalenſis Herbipolen. Diœceſis. Damiani Cardinalis Schonborn.

Marchio Ioannes Thaddæus Canalis Laicus Reatinus. Laurentius Buſſonus Romanus Clericus Conjugatus. Fabii Sanctorum Viti, & Modelli Oliveri.

Ioannes Matthæus Niccioli Clericus Piſaurenſis. Franciſcus Gambirati Laicus Romanus. Iulii Cardinalis Alberoni Diaconorum S. R: E. Cardinalium.

Frater Magiſter Hieronymus Maria de Allegris Florentinus Ordinis Servorum Beatæ Mariæ Virginis.

Frater Magiſter Joannes Baptiſta Amadeus Lucenſis Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini Sacriſtæ.

Comes Petrus Donarellus a Ruere es Marchionibus Orciani Laicus Anconitanus Cuſtos Fontis, & Aquarum Conclavis.

Urbanus Bizxani Laicus Romanus cum prædicto Reverendiſſimo Epiſcopo Targenſi Sacriſta Joannes Oliva Presbyter Rhodiginus cum dicto R. P. D. Rivera Sacri Collegii Secretario:

Vincentius de Appolloniis Presbyter Æſinus cum dicto R. P. D. Rivera Sacri Collegii Secretario.

Frater Jacobus Curtius Laicus Urbinas cum dicto Fr. Magiſtro Amadeo Subſacriſta.

Michael Angelus Pauli Piſaurenſis. Joannes Baptiſta Nucarini Fulginas Medici Phyſici.

Victorius Maſinus Florentinus.

Jacobus Manſuetus Romanus Aromatarius. Jacobus Antonios Baſſius Mantuanus. Ioannes Baptiſta Varola Mantuanus ejus Auxiliatores.

Joſeph de Ambroſiis Romanus. Dominicus Adrovizi Urbinas Barbitonſores. Dominicus Borgialli Rumanus. Hieronymus Gatti Calaber eorum Auxiliatores.

Antonius Ravaſi Faberlignarius. Petrus Paulus Alfieri Fabercementarius. Franciſcus Moſſius a Morbegno Novocomenſis Diœceſis Famulus Magiſtrorum Cæremoniarum.

Dominicus Fantoni.
Carolus Antonius Sala.
Ioſeph Picbigno.
Petrus Giannini.
Ioſeph Antonius Finiti.
Ioſeph Barzotti.
Franciſcus Vattani.
Stephanus Orlandi.
Conſtantinus Cichelli.
Angelus Davegio.
Ioannes Giorgetti.
Iacobus Boſcheroli.
Bartholomæus Isola.
Cæſar Giuliani.
Franciſcus Bruni.
Philippus Mezzarota.
Bernardinus Scaletta.
Ioannes Valeva.
Ioannes Baptiſta Ricci.
Ioannes Petrus Giorgi.
Petrus Lancetta.
Gregorius Crivelli.
Marcus Lamboni.
Andreas Giuliani.
Ioannes Baptiſta Goldoni.
Ioannes Franciſcus Gonnella.
Paulus Betroli.
Remigius Valena.
Paſchalis Guerdi.
Marcus Antonius Guarnacci.
Martinus Dominici.
Dominicus Picchi.
Iacobus Matthias Bartolini.
Bartholomæos Paſcucci.
Scopatores Conclavis.

III.

Conceduntur Privilegia & Indulta Dapiferis poſtremi Conclavis.

Dat. 18. Maji 1721. anno 1.

Eadem Privilegia conceſſa fuere ab Inn: XII Conſt: ed: 1695, Jul: 15, P. 1. a Clem: XI Conſt. ed: 1700, Dec: 8, P 1. Et a Bened: XIII conceduntur Conſt: ed: 1724, Jan: 4., P. 5.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

URBIS.

Causa Indulti.

MOtu proprio, &c. Nos volentes dilectos filios noſtros, dum Cardinalatus honore fungebamur, & Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Dapiferos, qui Conclavi, in quo Divina favente Clementia ad Summi Apoſtolatus apicem aſſumpti fuimus, inſervierunt, quique ea de cauſa labores, vigilias, & incommoda plura ſubierunt, habita ratione obſequiorum hujuſmodi, favoribus, gratiis, & privilegiis pro cujuſcunque meritis exornare, ac eoſdem Dapiferos, & eorum ſingulos.

Dapiferi creantur Commenſales, & Notarii Apoſtol.

§. 1. Motu proprio, non ad ipſorum Dapiferorum, vel alterius pro ipſis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam ſed de mera liberalitate, certaque ſcientia noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine in veros, indubitatos, &

non

Digitized by Google

non fictos familiares, continuos commenſales noſtros, & eos qui ex illis Clerici exiſtunt, ſeu militiæ Clericali adſcribi deſiderant, quoſque tres ex præfatis Cardinalibus in quolibet ordine antiquiores gradu, nobilitate, & aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint, in noſtros, & Apoſtolicæ Sedis Notarios, ſine tamen præjudicio dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium, tenore præſentium recipimus, & tam illos, quam alios Dapiferos ſingulos, qui ſigillatim ab eiſdem tribus Cardinalibus digni tali honore approbati fuerunt, Sacri Palatii, & Aulæ Lateranen., comites, & milites, ac tam illos, quam alios omnes quoſcumque Dapiferos indiſtincte, qui nobiles non ſunt, nobiles, quique Urbis, vel alicujus alterius ex civitatibus, temporalis dominio dictæ Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubjectis cives eſſe voluerint, ſingulos in ea ipſa civitate, quam ſigillatim quiſque eorum elegerit, & ad quam ab eiſdem Cardinalibus ſe admitti petierint, veros cives ad inſtar, & nulla prorſus differentia inter eos, & ſingulos alios veros originarios, & antiquiſſimos, & nobiles participantes cives ipſius urbis, vel civitatis.

Nobiles, & cives.

Jus Civitatis in hæredes tranſit.

§. 2. Itaut ipſum jus civitatis ad quoſcunque in eorum hæredes eodem modo tranſeat, creamus, conſtituimus, & deputamus, ac nobilitatis, & civilitatis titulo, honore, & inſigniis decoramus, aliorumque familiarium continuorum commenſalium nobis actu in Palatio noſtro Apoſtolico ſervientium, & in illius tinello comedentium, & bibentium noſtrorum, & Sedis Apoſtolicæ Notariorum, Palatiique, & Aulæ præfatæ comitum, militum, & nobilium, & civium hujuſmodi originariorum numero, & conſortio favorabiliter aggregamus, & pro veris, indubitatis, & non fictis familiaribus continuis commenſalibus, ac Notariis noſtris, comitibuſque, & militibus, nobilibuſque, ac civibus deinceps haberi, & reputari volumus, & mandamus, eiſque in quibuſcumque impetrationibus, ac conceſſionibus, & literis; tam gratiam, quam juſtitiam ſeparatim, ſeu utramque mixtim concernen. ſe familiares, continuos commenſales noſtros, & comites, milites, nobiles, ac cives, & originarios nominari, nec propterea impetrationes, conceſſiones, & litteræ ipſæ ſubreptionis vitio ſubjaceant, ſed validæ, & efficaces exiſtant, ac ex nunc deinceps, & in perpetuum omnibus, & quibuſcumque, prorſus ſimilibus antelationibus antelationum, prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, & declarationibus, derogationibus, mandatis, ſuſpenſionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac juribus, quibus alii noſtri familiares tempore dictæ Aſſumptionis noſtræ ad Summi Apoſtolatus apicem, ac quibus alii ejuſdem Sedis Notarii, etiam de numero participantes, exiſtentes, etiam ſi habitum, & Rocchettum Notariorum ipſius Sedis non deferant, Palatiique & Aulæ prædictæ comites. & milites, ac nobiles originarii, & antiquiſſimi cives ejuſdem urbis, vel civitatis, quam, ut præfertur, elegerint quicumque ex utroque parente vere nobili, ac cive originario, & antiquiſſimo procreati de jure, ſtatuto, conſuetudine, vel alias ex aliquo ſpeciali privilegio, ſeu alias etiam per quaſcumque literas, ſeu conſtitutiones Apoſtolicas pro tempore editas, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ubique locorum in Judicio, & extra, ſine tamen eorundem Notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, & gaudere libere, licite valeant realiter, & integre in omnibus, & per omnia etiamſi in urbe, & civitate hujuſmodi non habitaverint perinde, acſi de vero nobili genere ex utroque Parente originario, & antiquiſſimo Cive procreati forent, & hujuſmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, conceſſiones, indulta, & jura, quæ pro aliis Nobilibus, & Civibus originariis emanarunt, & quæ ratione nobilitatis, & civilitatis naturalis, & originariæ aliis competunt pro eiſdem Dapiferis in ſpecie emanaſſent, ſeu emanarent, & eis naturaliter de jure. ſtatuto, conſuetudine, fundatione, vel alias competerent, vigore præſentium indulgemus.

A gabellis liberantur.

§. 3. Ac ſingulos Dapiferos præfatos a ſolutione, & exactione decimarum Eccleſiaſticarum, ubique locorum, & ex quacumque quantumvis urgentiſſima, & inexcogitabili cauſa, & occaſione, etiam ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Rerumpublicarum, etiam Venetorum, & quorumcumque aliorum Principum impoſitarum, & imponendarum pro tempore liberamus; & eximimus, liberoſque, & exemptos fore, & eſſe decernimus: necnon ipſis Dapiferis, eorumque ſingulis quoſcumque fructus, & proventus Eccleſiaſticos, tam occaſione penſionum annuarum ipſis, vel eorum alicui reſervatarum, quam ratione omiſſionis recitationis horarum canonicarum indebite perceptos, cujuſcumque quantitatis fuerint gratioſe remittimus, & condonamus, ac cum eis ſuper inhabilitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quod cenſuris hujuſmodi ligati Miſſas, & alia Divina officia, non tamen in contemptum clavium, celebraverint, aut alias in Divinis ſe immiſcuerint, ut illa, & eiſdem præmiſſis non obſtantibus, ad omnes etiam ſacros, & Presbyteratus ordines alias tamen rite promoveri, & in illis etiam ſuſceptis alias rite per eos ordinibus etiam in Altaris Miniſterio miniſtrare etiam libere, & licite valeant, diſpenſamus.

Illegitimos legitimis natalibus reſtituit.

§. 4. Ac eoſdem Dapiferos, ſi qui eorum defectum natalium patiuntur ex quocumque damnato, & illicito coitu, etiamſi ex nobiliſſimis parentibus, ac vilibus feminis forſan procreati ſint, etiamſi legitimati alias exiſtant, legitimamus, omnemque ab illis genituræ hujuſmodi maculam, ſive notam abſtergimus, & abolemus, ac legitimis natalibus reſtituimus, ac cum eorum ſingulis, ut in quibuſcumque bonis paternis, & maternis, & aliorum conſanguineorum, ſeu cognatorum, vel aliorum quorumcumque non tamen feudalibus, & emphiteuticis, aut Eccleſiaſticis, vel ab Eccleſia acquiſitis, ac ſine præjudicio venientium ab inteſtato, vel ex fideicommiſſo, ſeu alias de jure valida diſpoſitione ſuccedere, & illa donationis, ſeu alio quovis titulo conſequi, & habere, ac ad æquales portiones cum legitimis ſuccedere, eos ad omnia jura legitima, & ſucceſſiones ex teſtamento, vel ab inteſtato hæreditates, legata, libertates reſtituendo, & reintegrando realiter, & cum effectu.

Ad dignitates admitti jubet.

§. 5. Necnon ad dignitates, honores, & quæcum-

Digitized by Google

cumque alia officia ſæcularia publica, vel privata, etiam aſſumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac ſi de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obſtante, ſi aliud canonicum eis non obſiſtat impedimentum, ac clericali charactere, qui illo nondum inſigniti ſunt, inſigniri, & ad omnes etiam ſacros, & Presbyteratus ordines, ſi ad illos nondum promoti ſunt, promoveri, & poſtmodum charactere, & ordinibus hujuſmodi, illorumque privilegiis uti, ac in eiſdem ordinibus etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, ac quæcumque, & qualiacumque cum cura, & ſine cura beneficia Eccleſiaſtica, etiamſi perſonatus, adminiſtrationes, & officia etiam curata, & electiva in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis Eccleſiis, ſeu ſi Parochiales Eccleſiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, & Canonicatus, & præbendæ, non tamen in Cathedralibus, ac dignitates, non tamen in eiſdem Cathedralibus poſt Pontificalem, majores, nec principales in Collegiatis Eccleſiis hujuſmodi fuerint, ſi ſibi alias canonice conferantur, aut ipſi eligantur, præſententur, vel alias aſſumantur ad illa, & inſtituantur in illis recipere, & dummodo plura ſimul non ſint, quam quæ a Concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint, retinere libere, & licite valeant, ſimiliter diſpenſamus.

Expeditionem literarum gratis fieri mandat.

§.6. Quodque omnes, & quæcumque gratiæ, proviſiones, commendæ, ac præſentes, & quævis aliæ literæ Apoſtolicæ, ac etiam in forma brevis pro illis expediendæ gratis ubique expediantur, tam de capienda poſſeſſione nomine Cam. Apoſtolicæ, quam in favore literarum Apoſtolicarum ubi illis ſuper proviſionibus quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum dari poterunt, prout noſtris Familiaribus, & continuis commenſalibus etiam gratis dantur, ac conceduntur, ac dari, & concedi debent, præcipimus, & mandamus. Ac Dapiferis præfatis, & eorum ſingulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, aut aliarum Eccleſiarum, aut perſonæ quæcumque Eccleſiaſticæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, tam in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, & eorum ſingulos eligendi, ſeu eligendæ, quaſcumque Penſiones annuas eis, eorumque ſingulis ſuper fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis univerſis certis, & incertis, ac diſtributionibus quotidianis quarumcumque menſarum Epiſcopalium, Archiepiſcopalium, & Abbatialium, ac Dignitatum, & Canonicatuum, & Præbendarum, cæterorumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum etiam per S.R.E. Cardinales obtentorum, & impoſterum obtinendorum cum cura, & ſine cura, Sæcularium, aut quorumvis Ordinum Regularium, ſeu fructus, redditus, & proventus, aliaque emolumenta, & diſtributiones hujuſmodi reſervatas, ſeu reſervatos, ac reſervandas, ſeu reſervandos, etiamſi alias ſemel, vel pluries tranſlatæ, ſeu tranſlati fuerint uſque ad ſummam centum ducatorum in toto, vel in parte, ac etiam in mortis articulo caſſare, & extinguere, ac poſtquam caſſatæ, & extinctæ fuerint, alias ſimiles penſiones annuas, ſeu fructus, redditus, & proventus, & alia emolumenta, & diſtributiones hujuſmodi uſque ad ſummam prædictam, uni, vel pluribus aliis perſonis Eccleſiaſticis per eoſdem Dapiferos, & eorum ſingulos nominandis quotcumque, quæcumque, & qualiacumque beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, & expectantibus, alias tamen penſionum hujuſmodi capacibus ſimiliter eis quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis eiſdem modo, & forma quibus eiſdem Dapiferis reſervatæ, ſeu reſervati erant, etiam abſque beneficia hujuſmodi obtinentium conſenſu, integre perſolvendas, ſeu perſolvendos, & per eos percipiendas, exigendas, levandas, ac percipiendos, exigendos, levandos, reſervare, conſtituere, & aſſignare valeant, ipſique tranſlatarii in poſſeſſionem dictas penſiones exigendi, in qua ipſi Dapiferi tempore tranſlationis per eos vigore præſentium faciendæ, exiſtebant, in omnibus, & per omnia ſubrogati eſſe cenſeantur etiam concedimus, & indulgemus, etiamſi ſimilem gratiam a Prædeceſſoribus noſtris alias forſan obtinuerint, ſeu quilibet eorum obtinuerit, illius effectu cumulative eos gaudere, & potiri volumus.

§.7. Decernentes ipſas tranſlationes, & novas reſervationes, conſtitutiones, & aſſignationes penſionum, ſeu fructuum, reddituum, & proventuum, aliorumque hujuſmodi plenam roboris firmitatem obtinere, ipſoſque beneficia, ſuper quorum fructibus, redditibus, & proventibus reſervatæ fuerint, obtinentes, ad illas perſolvendas efficaciter obligatos fore: ac eiſdem Dapiferis, ut ratione quarumcumque penſionum eis, & eorum cuilibet, ſuper quibuſcumque beneficiis Eccleſiaſticis, ut præfertur, vel alias quomodolibet qualificatis, non tamen ultra ſummam ducentorum ducatorum auri de Camera pro quolibet, nunc, & pro tempore reſervatarum, ac reſervandarum, habitum, & tonſuram clericales geſtare, & in illis dummodo ipſi habitum decentem, & honeſtum deferant, incedere minime debeant, nec ad id a quoquam cogi, ſeu compelli, minuſque aliquas ſententias, aut cenſuras, etiam privationis, ſeu caſſationis ipſarum penſionum ad prædictam ſummam ducentorum ducatorum aſcendentes, & reſervatas, ut præfertur, etiamſi matrimonium contraxerint cum unica tantum, & virgine, recipere, & retinere.

Bona ipſorum a ſpoliis liberat.

§.8. Poſtremo quod bona quæcumque ad dictos Dapiferos, & eorum quemlibet ſpectantia, & per eos etiam ratione quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum etiam Canonicatuum, & præbendarum, ac dignitatum quarumcumque per eos alias obtentorum, & obtinendorum, aut alias quomodolibet, & quovis quæſito colore, vel ingenio, ſeu eorum induſtria, legitime tamen, & licite acquiſita, & acquirenda etiam in Urbe, ejuſdem diſtrictu, ac ubicumque exiſtentia, ſpoliis minime ſubjaceant: ſed ipſi Dapiferi etiamſi Religioni alicujus Militiæ, etiam S. Joannis Hieroſolymitani adſcripti fuerint, de illis in favorem quarumcumque perſonarum de jure tamen capacium, etiamſi curiales eſſe deſierint, & in quocumque loco quantumvis remoto, eos decedere contigerit, teſtari, & alias diſponere, eiſque ab inteſtato decedentibus eorum hæredes quicumque ſuccedere libere, & licite valeant, ſimili modo concedimus, & indulgemus.

Eximit a moleſtiis.

§.9. Præcipientes, & mandantes dilectis filiis nunc, & pro tempore exiſtentibus S.R.E. Came-

merario, Theſaurario, Præſidentibus, Clericis Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, & quibuſcumque aliis ſpoliorum hujuſmodi Collectoribus, ac Militiarum præfatarum Officialibus, aut Procuratoribus, ne in hujuſmodi bonis manus apponant, neque hæredes dictorum Dapiferorum deſuper moleſtare audeant, ſeu præſumant: ac etiam decernentes donationes, etiam per viam Teſtamenti, & codicillorum per ipſos Dapiferos de eorum bonis hujuſmodi, ſervatis de jure ſervandis, faciendas ſemper, & perpetuo validas, & efficaces fore, nec eoſdem Dapiferos, eorumque aliquem ad literas ſuper præſentibus conficiendas in dicta Camera inſinuandum, aut admitti, & regiſtrari petendum teneri, nec illas etiamſi intra tempus legitimum inſinuatæ, admiſſæ, ſeu regiſtratæ non fuerint, propterea minus validas cenſeri, ſed ſuos plenarios effectus ſortiri debere, eaſdemque præſentes, & in eis contenta quæcumque ſub quibuſvis revocationibus, limitationibus, ſuſpenſionibus, modificationibus, decretis, conſtitutionibus Apoſtolicis ſimilium gratiarum revocatoriis, vel quæ eas limitarent, aut moderarent, quæ a nobis, & dicta Sede pro tempore, & de quibuſvis cauſis, etiam urgentiſſimis, etiam in Divini cultus augmentum, etiam conſiſtorialiter, vel alias quavis auctoritate hactenus, vel impoſterum emanaverint, minime comprehendi, ſed quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum repoſitas, & reintegratas eſſe, & cenſeri: ſicque per quoſcumque Judices etiam Commiſſarios quavis auctoritate fungen. in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari & diffiniri debere; irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his a quoqam quavis auctoritate ſcieuter, vel ignoranter contigerit attentari.

Expeditionẽ gratioſam mãdat. §.10. Et inſuper dilectis filiis Reſcribendario, & Compntatori Collegii Scriptorum literarum Apoſtolicarum, & aliis, ad quos earundem literarum expeditio ſpectat, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna indignationis noſtræ Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus maudamus, ut eaſdem præſentes, & forſan alias literas ſuper præmiſſis omnibus, tam conjunctim, quam diviſim, ac pro ſingulis quibuſcumque derogationibus, decretis, & clauſulis in eis contentis, gratis de mandato noſtro ubique in omnibus Officiis etiam abbreviatorum, ſollicitatorum, Secretariorum plumbi, & regiſtri abſque aliqua pecuniarum exactione, etiam per viam compoſitionis facien. omni contradictione, & dilatione ceſſantibus, ſignent, expediant, & expediri faciant.

Contrariis derogat. §.11. Non obſtantibus eiſdem præmiſſis, ac de certo Notariorum numero, etiamſi ad illnm non ſit deventum, quibus alias per præſentes non intendimus derogare, ac regula noſtra de præſtando conſenſu in penſionibus, ac fœlicis recordationis Pii Papæ IV. prædeceſſoris noſtri de ſimilibus, vel diſſimilibus gratiis in Camera Apoſtolica infra tres menſes præſentandis, ac regiſtrandis, ac recolendæ memoriæ Pii Papæ V. etiam prædeceſſoris noſtri contra Illegitimos, ac Pictaven. Concilii, & aliis Apoſtolicis, ac etiam in Univerſalibus, Provincialibuſque Conciliis editis ſpecialibus vel generalibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, & Monaſteriorum, Eccleſiarum, Ordinum, etiam S. Joannis Hieroſolymitani, ac etiam Urbis Romæ, & aliarum Civitatum, Oppidorum, & Terrarum, aut Cameræ prædictæ, ac quarumvis Univerſitatum, etiam juramento, confirmatione, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, decretis, ac etiam novis reformationibus, ac etiam legibus, tam Pontificiis, quam Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, etiam ſacris Canonibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis, Superioribus, ac perſonis, & locis quibuſcumque in genere, vel in ſpecie ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis irritantibus, & aliis decretis, etiam viin contractus, & ſtatuti perpetui continentibus, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine, ſimilibus, ac etiam conſiſtorialiter, ac alias forſan in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis inter alia diſponen. quod beneficia Urbis nonniſi perſonis certis modo, & forma qualificatis, & oriundis ex certis locis, ac trium Ordinum Militiarom expreſſe profeſſis, conferri, & commendari ſoleant, quibus omnibus, etiamſi alias pro eorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe harum ſerie Motu pari derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis.

Fiat Motu proprio M. A.

Et cum abſolotione a cenſuris ad effectum, &c. & in caſibus regulæ de inſordeſcentibus cum opportuna illius, necnon alterius regulæ de non tollendo jure quæſito, aliiſque neceſſariis, & opportunis derogationibus, quatenus opus ſit, & quod indultorum, conceſſionum, gratiarum, derogationum, aliorumque præmiſſorum omnium, & ſingulorum major, & verior ſpecificatio, & expoſitio fieri poſſit in literis, in quibus ſingulorum Dapiferorum nomina, & cognomina, ordines, qualitates, gradus, Diœceſes, Patriæ, & alia requiſita exprimi, & deſcribi, ſeu pro expreſſis, & deſcriptis haberi poſſint juxta notulam per ipſos ſeu eorum Deputatos confectam ſimul, vel ad partem etiam in una non facta mentione de alia, vel aliis, prout videbitur expedire, &c.

§.12. Volumus autem, quod literarum ſuper præſentibus conficiendarum tranſumptis, etiam impreſſis, & ſigillo, & manu alicujus Perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, & ſubſcriptis eadem fides, tam in judicio, quam extra illud, adhibeatur, quam originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Volumus autem, quod ſola præſentis Motus proprii noſtri Signatura ſufficiat, ubique fidem faciat in judicio, & extra illud, regula quacumque contraria non obſtante. Tranſumptorum.

Fiat M. A.

Da-

Digitized by Google

Datum Romæ Apud Sanctum Petrum, Quinto decimo Kalendas Junii Anno Primo.

Nomina Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium, & Dapiferorum ſunt hæc, quæ ſequuntur.

MICHAEL ANGELUS DE COMITIBUS nunc INNOCENTIUS XIII. Romanus.
Abbas Cæſar Meniconi.

EPISCOPI VI.

Sebaſtianus Epiſcopus Oſtien. Sacri Collegii Decanus Cardinalis Tanara Bononienſis. Franciſcus de Bic Eques S. Jacobi Bruxellenſis.

Fr. Vincentius Maria Epiſcopus Portuen. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Orſini Romanus. Balthaſar Coſcia Beneventanus.

Franciſcus Epiſcopus Tuſculanus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Judice Neapolitanus. Camillus Marchio Penna.

Fabritius Epiſcopus Albanen. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Paulutius Forolivienſis. Comes Nicolaus Maria Saxatellus.

Franciſcus Epiſcopus Sabinen. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Pignattellus Neapolitanus. Abbas Joannes Baptiſta Zoli.

Franciſcus Epiſcopus Præneſtinus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Barberinus Romanus: Dominicus Gregorius Paſſerini de Nurſia.

PRESBYTERI.

Jacobus Tituli Sanctæ Mariæ in Via Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Boncompagni Archiepiſcopus Bononien. Romanus. Antonius Gabriellius Romanus.

Joſeph Tituli Sanctæ Praxedis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Sacripantes Narnienſis. Abbas Romualdus Riſi Narnienſis.

Gregorius Tituli Sanctorum XII. Apoſtolorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Cornelius Epiſcopus Patavin. Venetus. Joannes Franciſcus Ruggia Romanus.

Laurentius tituli Sancti Petri ad Vincula Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Corſinus Florentinus. Philippus Acciajoli Florentinus.

Franciſcus Tituli Sanctæ Cæciliæ Cardinalis de Aquaviva Neapolitanus. Marchio Matthæus Sacchettus Romanus.

Thomas Tituli Sanctæ Mariæ Transtyberim Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Ruffi Epiſcopus Ferrarien. Neapolitanus. Marius Canſacchi Amerinus.

Horatius Philippus Tituli Sancti Honuphrii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Spada Epiſcopus Auximan. Lucenſis. Joannes Antonius Leoni Romanus.

Philippus Antonius tituli Sancti Chryſogoni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Gualterii Urbevetanus. Fortunatus Malvezzi.

Joſeph Tituli Sanctæ Mariæ Angelorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Vallemani Fabrianenſis. Franciſcus Maria della Volpe.

Joannes Dominicus Tituli Sanctæ Anaſtaſiæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Paracciani Romanus. Comes Joſeph Miſtais de Ferrettis.

Carolus Auguſtinus Tituli Sancti Auguſtini Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Fabronus Piſtorienſis. Franciſcus Bini Florentinus.

Petrus Tituli Sancti Marci Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Priuli Venetus. Commendator Franciſcus Columna.

Ulyſſes Joſeph Tituli Sanctæ Crucis in Hieruſalem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Gozzadini Epiſcopus Imolen. Bononien. Comes Alphonſus Servantii.

Ludovicus Tituli Sancti Silveſtri in Capite Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Picus Epiſcopus Senogallien. de Mirandola. Abbas Dominicus de Therry Hybernus.

Joannes Antonius Tituli Sancti Caliſti Sanctæ Romanæ Ecleſiæ Cardinalis de Via Epiſcopus Ariminenſis Bononienſis. Comes . . . Lignani.

Auguſtinus Tituli Sanctæ Mariæ de Populo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Cuſani Epiſcopus Papien. Mediolanenſis. Antonius Facchinetti.

Julius Tituli Sancti Laurentii in Pane, & Perna Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Piazza Epiſcopus Faventinus Forolivienſis. Vincentius Terdotius.

Antonius Felix Tituli Sanctæ Balbinæ Cardinalis Zonzedarius Senenſis. Abbas Ludovicus Anguiſciola.

Joannes Tituli Sanctæ Mariæ in Ara-Cæli S. R. E. Cardinalis Buſſi Epiſcopus Anconitanus Viterbienſis. Benedictus Buſſi Viterbienſis.

Petrus Tituli Sancti Joannis ante Portam Latinam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Corradinus Setinus. Franciſcus Buccapadulius Romanus.

Armandus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis de Rohan. Epiſcopus Argentin. Gallus. Comes Ferdinandus Bolognetti.

Wolphangus Tituli Sancti Marcelli Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Scrattempach Epiſcopus Olomucen. Germanus. Marchio Hieronymus Lucinus Mediolanen

Joannes Baptiſta Tituli Sancti Stephani in Cælio Monte S. R. E. Cardinalis Ptolomeus Piſtorienſis. Petrus Tiſtaſecca.

Benedictus Tituli Sanctorum Nerei, & Archillei Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Odeſcalchi Archiepiſcopus Mediolanenſis. Comes Aloyſius Turconus Mediolanenſis.

Henricus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis de Biſſy Epiſcopus Meldenſis Gallus. Abbas Franciſcus Cajetanus Thomatus Romanus.

Innicus Tituli Sancti Thomæ in Parione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Caraccioli Epiſcopus Averſanus Neapolitanus. Bartholomæus Mollo Averſanus.

Bernardinus Tituli Sancti Petri in Monte Aureo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Scotti Mediolanenſis. Philippus Erneſtus de Bruggen. ex liberis nobilibus Ducatus Curlandiæ.

Nicolaus Tituli Sancti Martini in Montibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Caraccioli Archiepiſcopus Capuanus Neapolitanus. Jacobus Amadori olim Lamfredini Florentinus.

Joannes Baptiſta Tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Patritii Romanus. Marchio Patritius Patritii Romanus.

Nicolaus Tituli S. Sixti Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Spinula Januenſis. Orlandius Eques de Catenacciis.

Gibertus Tituli Sancti Alexii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Borromeus Epiſcopus Novarien. Mediolanenſis. Comes Conſtantinus Pagani Civitatis Ducalis. Emeri-

Emericus S. R. E. Cardinalis Czaky Epiſcopus Hungarus. Philippus Jacobus Caſſ.rs Colonien. Diœceſis &c. Decanus Collegiatæ Sancti Gregorii Colonien.

Georgius S. Agnetis S. R. E. Cardinalis Spinula Januen. Thomas Iſoldus Spoletan. Diœceſis.

Cornelius Tituli Sancti Hieronymi Illyricorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Bentivoli Ferrarienſis. Abbas Joſeph Aſcevolinus Romanus.

Philippus Thomas S. R. E. Cardinalis de Bouſſu de Alſatia Archiepiſcopus Mechlinienſis Flandrus. Comes Joannes Petrus de Azzis.

Joannes Franciſcus Tituli Sanctorum Marcellini, & Petri Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Barbadicus Epiſcopus Brixienſis Venetus. Marchio Horatius Lancellotti Romanus.

Michael Fridericus Tituli S. Sabinæ S. R. E. Cardinalis de Althann. Epiſcopus Vaccien. Germanus. Julius Gabriellius Romanus.

Joannes Baptiſta Tituli Sanctæ Priſcæ Sanctæ Romanæ Ecceeſiæ Cardinalis Salerni Conſentinus, Joſeph Baldinucci Lucenſis.

Alvarus S. R. E. Cardinalis Cienfuegos Aſturianus. Cæſar Eques Herculanus.

DIACONI X.

Benedictus Sanctæ Mariæ in Via lata primus Diaconus S. R. E. Cardinalis Pamphylii Romanus. Michael Angelus Fagnani Romanus.

Petrus S. Laurentii in Damaſo S. R. E. Cardinalis Otthobonus Venetus. Fr. Benedictus de Fabris Eques Hieroſolymitanus.

Joſeph Renatus Sancti Georgii S. R. E. Cardinalis Imperiali Januenſis. Lauretus Barbari.

Laurentius S. Agathæ S. R. E. Cardinalis de Alteriis Romanus. Marchio Paulus de Drago Romanus.

Carolus S. Angeli in foro piſcium S. R. E. Cardinalis Columna Romanus. Fabritius Sabellus Romanus.

Annibal S. Mariæ in Coſmedin. S. R. E. Cardinalis Albanus Urbinas. Philippus Baro de Scarlattis Romanus.

Curtius S. Euſtachii S. R. E. Cardinalis Origbi Romanus. Canonicus Nicolaus Maria Origbi Romanus.

Damianus S. R. E. Cardinalis de Schomborn. Germanus. Willhelmus Henricus liber Baro de Bouſcrodt Germanus.

Fabius Sanctorum Viti, & Modeſti S. R. E. Cardinalis Oliverii Piſaurenſis. Joannes Andreas Oliveri Piſaurenſis Eques Sancti Stephani.

Julius S. R. E. Cardinalis Alberoni Parmenſis Joannes Andreas Pieri Lucenſis.

IV.

Dat. 16. Maji. 1721. ann. I.

Conceduntur Privilegia Familiaribus Sanctitatis Suæ.

Eadem Privilegia conceſſa fuere a Clem. XI. Conſt. ed. 1701., April. 5., P. 1. Et conceduntur a Benedicto XIII. Conſt. ed. 1724., Dec. 15. P. 1.

INNOCENTIUS PP. XIII.

Nomina Familiarium.

VEnerabilibus Fratribus Sinibaldo ab Auria Patracen, Cubiculi Noſtri Præfecto, Proſpero Mareſuſco Cæſarien. Auditori Noſtro, & Nicolao Auguſtino de Abbatibus Oliverio Epiſcopo Prophyrien. Sacrarii Noſtri, ac dilectis Filii Magiſtris Nicolao Judice Neapolitan. Palatii Noſtri Apoſtolici reſpective Præfectis, Bartholomæo Ruſpulo Romano Notario Protonotario nuncupato de numero Participantium, libellorum ſupplicum Nobis porrectorum, Dominico Rivera Urbinaten. notarum arcanarum, & Dominico Paſſionei Foroſempronien. Epiſtolarum Latinarum reſpective Secretariis in utraque Signatura noſtra Referendariis, necnon Cæſari Menicono Peruſin. Pincernæ, Joanni Philippo Bandino Camerinen., Franciſco Ignatio Ferranti Maſſalienſi Æſinæ Diœceſis Eleemoſynario Secreto, Philippo Magnino Romano, Antonio Taſca Theatin. Veſtiario, Matthæo Scagliono a Valentano Montis Faliſci Diœceſis, Literarum noſtrarum in forma Brevis, quæ ad Principes ſcribuntur, Secretario, Paulo Cæſio Romano, Riccardo a Balneo Mantuan., Nicolao Michelangeli Senogallien. Diœceſis Medico Secreto, Hieronymo Columnæ Forerio Majori, Andreæ Maidalchino, Octavio Rinaldo de Bubalo a Valle Romanus, Cubiculariis Secretis Noſtris, Joſepho Accoramibono Spoletan. Subdatario, ac Olympio Miliani de Inſula Lilii nullius Diœceſis Architriclino, ac Joanni Bortonio Nolan. Caudatario, Joanni Baptiſtæ Precurti Romano Crucifero, Dominico Pizzi de Iſchia Aquæpenden. Diœceſis, Franciſco Mariani Viterbien, Capellanis Secretis, ac Scipioni de Fabiis Romano, Dominico Romboluio Piſtorien., Franciſco Pino pariter Romano, Bartholomæo Moſlia itidem Romano, Hieronymo Giorgi Oppidi Liburni Piſan. Diœceſis, ac Iacobo Antonio Biancono a Capranica Sutrin. Diœceſis Clericis, ſeu Presbyteris, vel Laicis Cubiculi Noſtri Adjutoribus familiaribus continuis Commenſalibus noſtris, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium.

§. 1. Circumſpecta Romani Pontificis gratiarum diſpenſationis providentia devotos, & fideles ſuos, illos præſertim, qui grata familiaritatis obſequia jugiter ei impendunt, ac quos ad id alias propria virtutum merita commendant, honoris, & famæ amplioribus præconiis, ac præclaris dignitatum titulis decorare, & ornare, necnon ſpecialis benevolentiæ favoribus amplecti ſolet, prout perſonarum qualitatibus conſpicit convenire.

Commendantur, & abſolvuntur a cenſuris.

§. 2. Hinc eſt, quod Nos ad grata familiaritatis obſequia, quæ vos, qui etiam continui commenſales noſtri exiſtitis, & quilibet veſtrum nobis hactenus impendiſtis, & adhuc ſolicitis ſtudiis impendere non deſiſtitis, necnon ad vitæ, ac morum honeſtatem, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, & quibus perſonas veſtras, etiam familiari experientia juvari percepimus, condignam rationem habentes, ac propterea easdem perſonas veſtras peculiaris favore gratiæ, ac ſpecialis honoris, & excellentiæ dignitatis titulo ſublimare volentes, voſque, & quemlibet veſtrum a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodati exiſtitis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſen-

Digitized by Google

Motu proprio creantur Notarii, Comites, Equites, Nobiles, & Cives.

ſentes; Motu proprio, non ad veſtram, vel alterius pro vobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera liberalitate, & certa ſcientia noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine vos, & quemlibet veſtrum reſpective in noſtros, & Sedis Apoſtolicæ Notarios (ſine tamen præjudicio dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium) Apoſtolica auctoritate tenore præſentium recipimus, & ſacri Palatii, & Aulæ Lateranen. Comites necnon auratæ Militiæ Equites, ac nobiles Romanos, & Urbis Romæ, ac Civitatum Avenionen., Bononien., Ferrarien., Beneventan., omniumque, & ſingularum aliarum Civitatum, Terrarum, & Locorum Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubjectorum cives cum omnibus juribus, juriſdictionibus, prærogativis, & inſignibus debitis, & conſuetis creamus, ac conſtituimus, ac in numerum, & conſortium aliorum noſtrorum, & ejuſdem Sedis Notariorum, necnon Palatii, & Aulæ hujuſmodi Comitum, Equitum, & nobilium Romanorum, aliorumque Civium, Civitatum, & Terrarum prædictarum referimus, & conſcribimus.

Exponentur Notariorum, & privilegia cum quadam reſtrictione.

§.3. Vobiſque, etiamſi habitum, & rocchettum Notariorum dictæ Sedis juxta Decreta Lateranen. Concilii noviſſime celebrati non deferatis, aut Civitates hujuſmodi non incolueritis, nec unquam in eiſdem Civitatibus domicilium habueritis, ut omnibus, & quibuſcumque privilegiis, & facultatibus, exemptionibus, & immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus cæteri omnes Notarii noſtri, etiam de numero participantium, ac Comites, Equites, & Nobiles (citra tamen exemptiones a Sacro Concilio Tridentino ſublatas, itaut nedum quoad criminalia, ſed etiam quoad civilia ſubjaceatis Ordinariis, ac citra facultates legitimandi, ad gradus promovendi, Notarios, ſeu Tabelliones creandi, aliaque hujuſmodi privilegia a Notariis, & Comitibus præfatis prætenſa; itaut illis nullibi uti valeatis, ac irritum, & inane exiſtat quicquid ſecus per vos aut quemlibet veſtrum reſpective attentari contigerit) necnon Cives originarii, etiam in Dignitatum, Beneficiorum, & Officiorum Eccleſiaſticorum, & Sæcularium, etiam ex perſonis Romanorum Civium originariorum vacantium aſſecutione, & exercitio tam in Urbe, quam in omnibus, & ſingulis Civitatibus prædictis, & alias ubique locorum, & gentium, necnon ſeſſionum, & conventuum utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non ſolum ad eorum inſtar, ſed pariformiter, & æque principaliter, ac ſi privilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, & indulta hujuſmodi pro vobis emanaſſent, uti, potiri, & gaudere, ac in omnibus, & ſingulis Apoſtolicis, aliiſque Literis, Inſtrumentis, & Scripturis publicis, & privatis deinceps nomine veſtro conficiendis Notarios, Comites, Equites, & Nobiles, ac de nobili genere ex utroque parente procreatos, necnon Romani, & aliarum Civitatum, & Terrarum Cives, prout libuerit, vos inſcribere, & illis ſubſcribere valeatis; ac pro veris, & non fictis Notariis, Comitibus, Equitibus, & Nobilibus ac Civibus habeamini, nihilque qualecumque illud fuerit, cum iis ſubſcriptionibus ſubreptitium, vel obreptitium, aut invalidum, ſed illud idem efficax in omnibus cenſeatur, necnon honoris cauſa inſignia gentis noſtræ, ſive integre, ſive cum veſtris reſpective compoſita geſtare poſſitis, prout vobis placuerit, concedimus.

Eximuntur a Decimis, aliiſque impoſitionibus, ea excepta pro auxilio contra Infideles.

§.4. Et inſuper vos, veſtraque Beneficia, & Officia Eccleſiaſtica quæcumque, quotcumque & qualiacumque, illorum fructus, res, & jura ubicumque locorum, Regnorum, & Provinciarum, necnon in Urbe, Civitatibus, Terris, & Locis eidem Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubjectis conſiſtentia prædia, domos, poſſeſſiones, & bona patrimonialia, aliaque temporalia mobilia, & immobilia, ac ſemoventia, necnon actiones, & jura præſentia, & futura cujuſcumque qualitatis, quantitatis, & naturæ, ac cujuſvis etiam annui valoris, fructus redditus, & proventus hujuſmodi ſint, vel fuerint, ac etiam quæcumque a vobis vendenda, ac pro veſtris, ac familiarum veſtrarum uſibus emenda ab omnibus, & quibuſcumque Decimis quartis, & dimidiis partibus, ſubſidiis, etiam charitativis, necnon vectigalibus, portoriis, tributis, datiis, pedagiis, collectis, & quocumque alio nomine nuncupatis, angariis, perangariis, ceteriſque oneribus, & contributionibus tam Urbanis, quam Ruſticis ordinariis, & extraordinariis, realibus, perſonalibus, & mixtis, etiam ratione munitionum mœnium, & pontium, portarum, & moliturarum, & mercium cujuſcumque generis tranſitus, ſeu paſſus, & vecturæ, etiam in aliud Territorium, ſeu Provinciarum, Terra, Mari, & flumine, necnon equorum mortuorum, ſtabulationum militum, inſtitutionis Seminarii Eccleſiaſtici, aut quæcumque alia quantumvis gravi, & graviſſima cauſa (pro ſubventione contra Infideles dumtaxat excepta) nunc & pro tempore impoſitis, ita quod vos, & quilibet veſtrum nihil omnino horum, aut aliorum ſimilium ſubire teneamini, nec per Cameræ Apoſtolicæ, aut alios Commiſſarios, ſeu Vectigalium, & Tributorum hujuſmodi Redemptores, Conductores, & Exactores quocumque privilegio, exemptione, & facultate ſuffultos alias quam, ut præfertur valeatis coarctari (quandiu ſervitiis noſtris inſtiteritis dumtaxat) eximimus, & liberamus.

Permittitur pluralitas Beneficiorum.

§.5. Ad hæc vobiſcum, & cum quolibet veſtrum reſpective, & quæcumque duo diſſimilia, vel ſimplicia ſimilia ſeu ſingulis tribus tectis quarumcumque trium Cathedralium, etiam Metropolitanarom, aut aliarum, etiam Collegiatarum Eccleſiarum conſiſtentia, etiamſi unum ex illis omnibus cum cura, aut dignitas etiam major, & principalis, Canonicatus, & Præbenda, Perſonatus, adminiſtratio, vel Officium fuerit, & ad Dignitatem, Perſonatum, Adminiſtrationem, vel Officium hujuſmodi conſueverit quis per electionem aſſumi, eique cura etiam juriſdictionalis immineat animarum, ſi alicui veſtrum alias canonice conferantur, aut quiſque veſtrum eligatur, præſentetur, aut alias aſſumatur ad illa, & inſtituatur in eis, recipere, & dummodo illa omnia (uno excepto) perſonalem reſidentiam non requirant, inſimul quoad vixeritis retinere.

Eximuntur a Reſidentia durante familiaritate.

§.6. Necnon etiam quandiu Nobis inſervieritis tantum in Beneficiis Eccleſiaſticis, etiam curatis (non tamen parochialibus, nec curatis cura animarum Parochianorum) per vos pro tem-

tempore reſpective obtentis, etiam de jure, ſtatuto, fundatione, vel privilegio, perſonalem reſidentiam requirentibus, etiamſi Dignitates in Eccleſiis Cathedralibus, etiam Metropolitanis poſt Pontificalem majores, & Collegiatis Eccleſiis hujuſmodi principales fuerint, perſonaliter reſidere non teneamini, nec per locorum Ordinarios, aut Eccleſiarum earundem Capitula, ſeu quoſvis alios ad reſidendum interim in illis invite compelli poſſitis, omneſque, & ſingulos nihilominus veſtrorum Beneficiorum obtentorum fructus, redditus, ac proventus durante ſervitio prædicto cum ea integritare (diſtributionibus quotidianis dumtaxat exceptis) cum qua illos perciperetis, ſi in eiſdem Eccleſiis, ſive Locis perſonaliter reſideretis, percipere, exigere, & levare.

Facultas recipiendi Ordines extra tēpora, & ſine licentia.

§.7. Ac interim, vel poſtmodum, ſi volueritis, in Romana Curia, vel extra eam a quocumque, quem malueritis, Catholico Antiſtite gratiam, & communionem ejuſdem ſedis habente, quem duxeritis eligendum, ad omnes, etiam ſacros, & Presbyteratus Ordines aliquibus tribus Dominicis, vel aliis feſtivis diebus, etiam extra tempora a jure ſtatuta proprii Ordinarii, aut cujuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita, ſi alias ad id idonei reperti fueritis, ſuper quo Antiſtitis conſcientiam oneramus, promoveri, & promoti in illis etiam in Altaris miniſterio miniſtrare.

Item audiendi, & docendi Leges, cauſaſque tuendi.

§.8. Necnon, etiamſi Presbyteri fueritis, ac dignitates, & Officia obtinueritis, leges, & jura civilia, etiam publice in ſcholis, & Univerſitatibus ſtudiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodo trigeſimum ætatis annum non exceſſeritis, audire, & ſi habiles, & ſufficientes reperti fueritis, etiam ad Doctoratus gradum in hujuſmodi facultate vos promoveri facere, jura etiam publice docere, atque Judicis, Advocati, & Procuratoris officium in Cauſis Eccleſiaſticis, & civilibus tantum exercere libere, & licite poſſitis, & valeatis. auctoritate, & tenore prædictis de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus.

Necnon eligendi Confeſſorum cum ampla facultate.

§.9. Liceat quoque Vobis, & cuilibet veſtrum aliquem idoneum, & approbatum ab Ordinario ſæcularem, vel cujuſvis Ordinis regularem in veſtrum eligere Confeſſorem, qui vita cujuslibet veſtrum comite vos, & quemlibet veſtrum a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, & per vos incurſis, & quibus vos etiam Apoſtolica auctoritate illaqueari contigerit, etiamſi abſolutio Nobis, & ſucceſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus ſpecialiter, vel generaliter reſervata exiſtat, quorumcumque votorum, & Eccleſiæ præceptorum tranſgreſſionibus, homicidio caſuali, manuum violentarum in quaſvis perſonas, etiam Eccleſiaſticas, (non tamen Epiſcopos, vel alios ſuperiores Prælatos) de præterito injectionibus, ſeu conſilii, vel favoris ad id præſtationibus, jejuniorum omiſſionibus (non tamen recitationis horarum Canonicarum, aliorumque Divinorum Officiorum) & denique ab omnibus, & quibuſcumque aliis veſtris peccatis, criminibus, & exceſſibus, ac delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam talibus propter quæ Sedes prædicta merito conſulenda foret, videlicet a contentis in Literis die Cœnæ Domini publicari conſuetis, ſemel tantum in vita, & mortis articulo; in reliquis vero dictæ Sedi quomodocumque reſervatis, aliiſque quibuſvis caſibus veſtris diligenter auditis (ſine tamen alicujus præjudicio) auctoritate Apoſtolica abſolvere, & vobis pro commiſſis pœnitentiam injungere ſalutarem, necnon vota quæcumque (ultra marino, viſitationis liminum Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, caſtitatiſque, & Religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeat.

Facultas transferendi Penſiones uſque ad ducatos 300.

§.10. Vobiſque ulterius, & cuicumque veſtrum reſpective, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, ſeu aliarum Cathedralium Eccleſiarum, aut perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ tam in dicta Curia, quam extra eam ad id per vos reſpective coram Notario, & teſtibus fide dignis eligendi, ſeu eligendæ quaſcumque penſiones annuas vobis ſuper menſarum Abbatialium, ſeu Capitularium ac Epiſcopalium, & Archiepiſcopalium, ac quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura ſæcularium, & quorumvis Ordinum, & Militiarum regularium, etiam Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, quomodocumque, & qualitercumque qualificatorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & diſtributionibus, etiam quotidianis, ſeu illarum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, diſtributiones, & emolumenta vobis nunc, & pro tempore aſſignata, & reſervata, ac reſervanda pro ſumma videlicet trecentorum ducatorum auri de Camera quoad ſingulos veſtrum, quandocumque alicui veſtrum reſpective placuerit, ſimul, vel ſucceſſive in toto, vel in parte, etiam in cujuslibet veſtrum mortis articulo, caſſare, & extinguere, ac poſtquam caſſitæ, & extinctæ fuerint, alias ſimiles penſiones annuas ſuper eiſdem fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis, ſeu illarum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, diſtributiones & emolumenta hujuſmodi uſque ad ſummam, & quantitatem prædictam uni, vel pluribus aliis perſonis etiam per vos nominandis, etiam quæcumque, quotcumque, & qualiacumque Beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, & expectantibus Clericis, ſeu clericali Charactere inſigniri volentibus, etiam eis, quoad vixerint, ſeu eorum Procuratoribus, ad id ſpeciale ab eis mandatum habentibus, iiſdem modo, & forma quibus vobis aſſignatæ, & reſervatæ, ſeu aſſignata, & conceſſa fuerint reſpective, etiam abſque conſenſu eaſdem penſiones ſolvere debentium, etiamſi illas, vel illa alias caſſari, & reſervari de novo faciendi facultatem non habueritis, ac penſiones, & fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, ac diſtributiones, & emolumenta hujuſmodi, etiam pluries caſſata, & de novo aſſignata fuerint, uſque ad ſummam, & quantitatem prædictam, etiam Literis Apoſtolicis ſuper reſervationibus, & aſſignationibus hujuſmodi non confectis, ac alias cum omnibus privilegiis, Decretis, clauſulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, & cautelis, ac etiam cenſuris, & pœnis in prioribus reſervationibus hujuſmodi conceſſis, & contentis, necnon

cum ſubrogatione in quibuſvis veſtris Juribus, etiam quoad quaſi poſſeſſionem exigendi, in qua tunc eritis integre perſolvendas, ſervata tamen forma Conſtitutionis fel. rec. Innoc. PP. XI. Prædeceſſoris Noſtri ſuper tranſlationibus penſionum cultæ, reſervare, conſtituere, & aſſignare valeant, auctoritate, & tenore prædictis de ſpeciali gratia indulgemus.

Facultas teſtandi uſque ad 6000. ducatos & ſine ſolemnitatibus.

§.11. Necnon etiam vobis, ut de omnibus, & ſingulis domibus, prædiis, poſſeſſionibus, & locis, ac juriſdictionibus, cæteriſque bonis mobilibus, & immobilibus, quæ tamen non ſint Altaris, ſeu Altarium Eccleſiarum Vobis commiſſarum miniſterio, ſeu alicui ſpeciali earumdem Eccleſiarum Divino cultui, ſeu uſui deputata, ſeque moventibus, cujuſcumque qualitatis, quantitatis, valoris, ſpeciei, pretii, & conditionis exiſtentibus, ac juribus, & actionibus ad vos ratione Eccleſiarum, etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, quibus vos forſan præeſſe contigerit, necnon Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, dignitatum, & aliorum quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura ſæcularium, & quorumvis ordinum regularium, quæ etiam ex quibuſvis conceſſionibus, & diſpenſationibus Apoſtolicis in titulum, commendam, adminiſtrationem, ac alias quomodolibet obtinueritis, obtinetis, & obtinebitis, & fructuum, reddituum, & proventuum Eccleſiaſticorum, loco penſionum annuarum ſuper ſimilibus fructibus, redditibus, proventibus vobis reſervatorum, & aſſignatarum, ac reſervandurum, & aſſignandarum, quos, & quas perceperitis, percipitis, & percipietis in futurum, necnon emolumentorum quorumcumque Romanæ Curiæ Officiorum, & alias quomodolibet ſpectantibus, & pertinentibus, ac etiam de dictis proventibus, fructibus, redditibus, & penſionibus annuis, necnon undecumque, licite tamen acquiſitis, & acquirendis, ac alias etiam de muneribus, & officiis, quæ exercueritis, & vos exercere contigerit, & alias quavis occaſione, vel cauſa, ſeu contemplatione ad vos perventis, & perventuris, etiam ſi in pecunia numerata, & jocalibus, gemmis, aliiſque pretioſioribus rebus conſiſtant, tam in dicta Curia, quam extra eam ubique locorum etiam penes Beneficia ipſa exiſtentibus (quorum omnium qualitates etiam annuos valores, etiamſi talia forent, quæ generali appellatione bonorum, & ſupellectilium non venirent ſed ſpecialibus indigerent vocabulis, præſentibus, ac ſi ſpecifice, & ſigillatim exprimerentur, & denominarentur, pro ſufficienter expreſſis, ac declaratis haberi volumus) uſque ad ſummam ſex millium Ducatorum auri de Camera pro unoquoque veſtrum, ac etiam ipſis fructibus, redditibus, & proventibus & penſionibus debitis, & debendis (ſervata tamen forma Conſtitutionum Apoſtolicarum jam editarum, & ſi quas deinceps edi contigerit ſuper fructibus inexactis) jam cumulative, cum quibuſvis aliis ſimilibus, vel diſſimilibus facultatibus habitis, & habendis, tam pro decentibus, & honeſtis impenſis funebribus, quam etiam pro remuneratione illorum, qui vobis viventibus ſervìverint, etiam ultra ſervitii meritum, ac in veſtrorum conſanguineorum, & affinium quorumcumque locorum piorum favorem, & uſum ac alias pro arbitrio, & voluntate veſtris, & cujuslibet veſtrum abſolutis teſtari, & teſtamento, codicillis, fideicommiſſis, legatis, donationibus, tam inter vivos, quam cauſa mortis, & aliis quibuſcumque modis, & titulis, ſcriptura etiam minus ſolemni, coram duobus vel tribus teſtibus, aut etiam cedula ſola manu veſtra ſcripta, vel ſubſcripta, & alias in omnibus, & per omnia, prout, quomodolibet vobis videbitur, etiam in ipſa Curia, & in mortis articulo, etiam nulla facta mentione præſentis vel aliarum vobis pro tempore conceſſarum ſimilium facultatum aut quod in vim illarum teſtari ſeu diſponere velitis, & intendatis, ſemel iterum aut pluries diſponere, ſtatuere, & ordinare, itant quicquid teſtatum, geſtum, aut ordinatum, ſeu alias diſpoſitum a vobis fuerit, etiam in vim ſimplicis diſtributionis, ac alias omni alio meliori modo valeat, ſervari debeat, ipſaque teſtamenta, codicilla, & diſpoſitiones, ordinationes, legata, & ſtatuta pluries, ac toties, quoties vobis videbitur moderari, limitare, ac etiam in totum revocare, & alia de novo condere libere, & licite valeatis, auctoritate Apoſtolica earumdem tenore præſentium plenam, & liberam concedimus facultatem.

Indultum in caſu Inteſtatæ ſucceſſionis, aut minus validæ diſpoſitionis.

§.12. Et inſuper ſtatuimus, & ordinamus, vobiſque indulgemus, quod ſi vos ab inteſtato, & ſine ulla, vel cum minus valida bonorum, & rerum, ac fructuum, reddituum, & proventuum prædictorum diſpoſitione in dicta Curia, vel extra eam tam continua, quam interpolata inibi cujuslibet veſtrum reſpective manſione, ac etiam extra Beneficia veſtra, vel alia loca debitæ a vobis reſidentiæ perſonalis, ac etiam nulla ſubſiſtenti cauſa ab humanis decedatis, omnia, & ſingula bona, res, & jura, etiam, ut præfertur qualificata, necnon ſpolia cujuſcumque quantitatis, & valoris exiſtentia, etiam ex prædictis, & alias undecumque pervenientia ad Cameram Apoſtolicam, ſeu in dictis Beneficiis ſuccèſſores non pertineant, ſed ad hæredes veſtri ſanguinis integre deveniant, & illis deficientibus inter familiares veſtros arbitrio perſonæ ſeu perſonarum, quas ad id ſcripto nominaveritis, diſtribuantur, niſi de alia diſpoſitione, vel intentione veſtra ſcripta etiam minus ſolemni ſecus appareret, quam tunc velut efficacem ipſæ perſonæ, vel alii Judices, ſeu Executores omnino exequi, & adimplere, illique ſe conformare in omnibus, & per omnia debeant. Et nihilominus quæcumque hujuſmodi teſtamenta, legata, donationes, diſpoſitiones, & alia forſan a vobis, etiam nulla, vel minus ſufficienti facultate ſuffultis de hujuſmodi bonis, juribus, & actionibus, fructibus, pecuniis, jocalibus, aliiſque rebus ſupradictis, etiam in favorem Conſanguineorum, & Affinium prædictorum, & alias quomodolibet facta cum omnibus inde ſecutis, ac etiam ea, quæ per vos in futurum fieri, ex nunc, prout ex tunc & e contra pro dicta ſumma ſex millium Ducatorum approbamus, & confirmamus, omneſque, & ſingulos Juris, ac ſolemnitatum omiſſarum, & omittendarum, necnon ſubſtantiales alioſque defectus quoſcumque, ſi qui intervenerint, aut intervenerunt in eiſdem, etiamſi tales ſint, vel fuerint, quod ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa de illis mentio præſentibus habenda eſſet, ſupplemus.

Inhibitio contra Perturbatores.

§.13. Diſtrictius inhibentes quibuſcumque Archiepiſcopis, Epiſcopis, aut aliis Eccleſiarum

Præ-

Digitized by Google

Prælatis, necnon Cameræ prædictæ Præſidentibus, & Clericis, ac eorum, necnon Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Cruciatæ Sanctæ, & aliis Collectoribus, & Subcollectoribus, cæteriſque cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis exiſtentibus, etiam quavis auctoritate, & poteſtate fungentibus, ſub excommunicationis majoris, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, ne Univerſitates, Collegia, ac loca, & legatarios hæredes, & perſonas, necnon teſtamentorum, voluntatum, & ordinationum hujuſmodi executores prædictos directe, vel indirecte quovis quæſito colore, vel ingenio moleſtare audeant, quoquo modo, vel perturbare.

Clauſulæ. §.14. Ac decernentes prædicta omnia, & ſingula, præſenteſque literas, & teſtamenta, donationes, legata, ordinationes, derogationes, diſpoſitiones, & alia quæcumque necnon quæ in præmiſſis facta ſunt, aut fieri contigerit tam vigore præſentis, quam etiam aliarum conceſſionum vobis factarum, & deinceps in genere, & in ſpecie faciendarum cum inde ſecutis, & ſecuturis, etiamſi vos intra Curiam, aut in quacumque alia Mundi parte extra Eccleſias, & beneficia perſonalem reſidentiam requirentia qualitercumque qualificata per vos nunc, & pro tempore obtenta, etiam pro veſtra ſola voluntate, & nulla ſubſiſtente cauſa non reſidendi ab humanis recedere contigerit, ſub Literis rec. mem. Pii Papæ IV. prædeceſſoris noſtri contra quoſcumque Epiſcopos, Archiepiſcopos, & alios Prælatos, necnon Parochialium Eccleſiarum Rectores, cæteroſque reſidentiæ perſonali prædictæ adſtrictos extra illam quomodocumque decedentes ſeptimo Kalen. Decembris Pontificatus ſui Anno Quinto, aut alio veriori tempore emanatis, & ſub quibuſcumque aliis Conſtitutionibus, aut revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus, Decretis, declarationibus Apoſtolicis, Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis ex quibuſcumque cauſis quantumcumque maximis, urgentibus, & inexcogitabilibus, etiam in favorem fidei, & divini cultus augmentum, ac conſiſtorialiter etiam a Nobis, & Sede prædicta hactenus, vel nunc, & pro tempore factis, & editis minime comprehendi, ſed ſemper ab illis excepta, & quoties emanata fuerint, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum, & etiam ſub poſteriori data, etiam cum derogationibus, & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibuſque, & aliis Decretis per vos eligenda apponendis, & latiſſime ſpecificandis repoſita, reſtituta, & plenarie reintegrata, & de novo conceſſa, validaque, & efficacia fore, necnon perpetua firmitate ſubſiſtere, ſuoſque plenarios & omnes effectus, quos de Jure, ſtylo, conſuetudine, aut alias quomodocumque ſortiri poterunt, ac vim veri, legitimi jurati, ſtipulati, validi, & efficacis contractus inter vos ex una, ac Nos, & Cameram prædictam ex altera partibus habere, ac etiam per promotionem ad Eccleſiam Cathedralem, etiam Metropolitanam, aut translationem, vel aliam ſtatus, & perſonæ veſtræ mutationem ceſſare, nec per ſimiles, vel diſſimiles gratias vobis conceſſas, & concedendas confundi, ſed ipſis cumulative in omnibus & per omnia uti, ſi quid in una ex facultatibus hujuſmodi defecerit, per aliam ſuppleri debuerit, nec hæredes, legatarios, ac loca, ad quos, ſeu quæ bona, jura, & actiones hujuſmodi devenerint, vel quibus relinquentur, aut executores prædictos ad tertiam, ſeu aliam eorum partem, quam etiam ex nunc vobis, ac locis, hæredibus, legatariis, ac donatariis prædictis liberaliter concedimus, & donamus, Cameræ, vel Fabricæ, aut Beneficiis prædictis, etiam pro expeditione contra Infideles, & quibuſvis aliis quantumlibet piis uſibus ſolvendum, ac cum iis deſuper componendum, vel vos ad aliam particularem licentiam, ſive Indultum, aut confirmationem præſentium a nobis, vel ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus petendum, aut impetrandum, vel etiam in alia ſimili gratia, ſeu confirmatione illius vobis quomodocumque concedenda, de præſenti mentionem aliquam faciendam ullatenus teneri, nec ad id ulla unquam neceſſitate cogi poſſe.

§.15. Et ſic in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & ejuſdem S. R. E. Cardinales, necnon pro tempore exiſtentes dictæ Cameræ Camerarium, Præſidentes, & Clericos in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.16. Quo circa Venerabil. Fratribus noſtris Oſtien., & Portuen. Cardinalibus Epiſcopis, & dilecto filio Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per Apoſtolica ſcripta mandamus motu ſimili, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte veſtra deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, vobiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes literas, & in eis contenta hujuſmodi firmiter obſervari, ac vos illis omnibus pacifice frui, & gaudere, non permittentes vos per quoſcumque quavis auctoritate fungentes contra earumdem præſentium tenorem quomodolibet, indebite moleſtari, inquietari, vel perturbari, contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper haben. ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Committitur Executio.

§.17. Non obſtantibus præmiſſis, ac piæ mem. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris pariter noſtri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium in judicium non trahatur; necnon Lateranen. Concilii noviſſime celebrati de certo Notariorum numero, etiamſi ad illum nondum deventum fuerit, cui pro hoc alias derogare non intendimus, ac de conſenſu præſtando in penſionibus, & quibuſvis aliis etiam per Nos, & Sedem prædictam editis, & in poſterum edendis Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, ac ſtylo in ſimilibus hactenus obſervato, ac recol. me. Alexandri PP. VII. etiam prædeceſſoris noſtri tertiam partem bonorum Eccleſiaſticorum Came-

Digitized by Google

meræ prædictæ deberi inter alia diſponente, nec non ejusdem Bonifacii Papæ VIII. per quam conceſſiones fructus in abſentia percipiendi ſine præfisione temporis fieri prohibentur, ac Pii Papæ IV. Prædeceſſoris pariter noſtri de gratiis qualecumque intereſſe Cameræ Apoſtolicæ concernentibus in dicta Camera intra certum tunc expreſſum tempus præſentandis, & regiſtrandis, ita quod præſentes in eadem Camera nullo unquam tempore regiſtrari facere teneamini, ac ſimilis rec. mem. Urbani Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri de penſionibus alias translatis iterum non transferendis, ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, & quibuſvis aliis Apoſtolicis, ac in univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon legibus etiam Imperialibus, & municipalibus, tam Urbis, quam aliarum Civitatum, & Locorum, in quibuſvis cives Originarii creati exiſtitis, & quarumvis Eccleſiarum, Monaſteriorum, Ordinum, & Hoſpitalis prædictorum, necnon quorumvis Collegiorum, & officiorum dictæ Curiæ, & Regnorum, Provinciarum, & Urbis, ac aliarum Civitatum, & Locorum, ac Cameræ prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, etiamſi de illis ſervandis, & non impetrandis literis Apoſtolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut alias quomodolibet conceſſis utendo vos per vos, vel Procuratores veſtros præſtiteritis forſan hactenus, vel vos in poſterum præſtare contigerit juramentum; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis dictis Eccleſiis, Monaſteriis, Ordinibus, & Hoſpitalibus, illorumque Præſulibus, ſeu Adminiſtratoribus, & Superioribus, ac Magiſtris, Præceptoribus, Prioribus, Militibus, etiam Antianis, Capitulis, Conventibus, Civitatibus, & Locis, aliiſque prædictis, ac illorum Communitatibus, Civitatibus, & Locis, aliiſque perſonis, etiam particularibus, necnon Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Ordinariis, etiam eisdem Cardinalibus, ac dictæ Curiæ, Officialibus, illorumque Collegiis, ac etiam Decimarum, pedagiorum, gabellarum, & onerum Exactoribus, & Appaltatoribus, & aliorum onerum Redemptoribus ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis Decretis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac etiam Nos, & Sedem prædictam, etiam conſiſtorialiter, ac de eorumdem Cardinalium conſilio, etiam per modum Statuti, & Conſtitutionis perpetuorum, ac motu, & ſcientia ſimilibus, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, vel ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Marchionum, & aliorum Principum inſtantiam, ſeu illorum contemplatione in genere, vel in ſpecie, ac alias quomodolibet, etiamſi in eis, ac ſtatutis, & ſtabilimentis prædictis caveatur expreſſe, vel tacite, quod Urbis, niſi originariis Civibus Romanis, ac Civium eorumdem filiis conferantur, quodque nonnullarum Eccleſiarum Beneficia niſi per perſonas illuſtres, vel nobiles, ac etiam originarios cives, aut alias certo modo in illis expreſſo qualificatos obtineri non poſſint, & nulli in Cives Urbis, ac Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & Locorum hujuſmodi admitti, ſeu illorum privilegiis uti poſſint, niſi prius in dictis Civitatibus, Oppidis, Terris, & Locis per certum tempus habitaverint, ſeu etiam in illis bona etiam ſtabilia forſan ad certum valorem aſcendentia poſſederint, quodque Præceptoriæ, & alia Beneficia quæcumque dicti Hoſpitalis tam ex ejus inſtitutione, quam ex ſtabilimentorum prædictorum diſpoſitiones penſionibus Clericis ſæcularibus, & aliis perſonis, etiam Apoſtolica auctoritate reſervandis gravari non poſſint, quodque ſtabilimentis, & privilegiis prædictis, etiam vigore implicitæ derogationis latiſſime extendendæ, etiam per quaſcumque literas Apoſtolicas, & quaſvis etiam derogatoriarum derogatorias, efficaciores, & inſolitas clauſulas derogari non poſſit, nec derogatum cenſeatur, niſi derogatio hujuſmodi de conſilio Cardinalium eorumdem fiat, & tum demum Magiſtri, & Conventus prædictorum ad id accedat aſſenſus, ſintque literæ derogationis hujuſmodi etiam per dictum Magiſtrum ſubſcriptæ, ac illi, & præfato Conventui per diverſas in forma Brevis, aut alias literas diverſis temporibus cum certis intervallis præſentatas intimatæ, & non alias, nec alio modo, & ſemper in omnibus, quæ ſic fient etiam de ſimili conſilio derogationibus ſit appoſita clauſula, quod illarum effectum ſortiantur de conſenſu Magiſtri, & Conventus prædictorum, & non alias, nec alio modo, quodque ipſi Exactores, & Appaltatores Decimas, pedagia, & onera hujuſmodi, etiam ab exemptis exigere, & illos ad ſolutionem, ſeu contributionem cogere, & compellere poſsint, ſeu debeant. Quibus omnibus illorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus pro expreſsis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat in genere, & in ſpecie ad effectum præſentium ſufficienter, & expreſſe derogamus, ac derogatum eſſe decernimus; quodque vos primam non feceritis in Eccleſia hujuſmodi perſonalem reſidentiam conſuetam, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.18. Volumus autem quod antequam gratia creationis in noſtros, & Sedis Apoſtolicæ Notarios vobis, ut ſupra facta perfrui valeatis, in manibus alicujus Perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ profeſſionem fidei juxta articulos pridem a Sede prædicta propoſitos expreſſe emittere, & ſolitum fidelitatis juramentum præſtare omnino teneamini. Adimplenda ante uſu Notariatus.

§.19. Quodque præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur in judicio, & extra, quæ adhiberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§.20. Cæterum volumus pariter, atque decernimus, ut illis ex vobis, quibus ſimiles teſtandi de bonis, ac penſiones transferendi facultates a Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, quorum reſpective etiam familiares, continui commenſales erant, conceſſæ fuerunt, præſentes literæ quoad facultates teſtandi de bonis, & transferendi penſiones hujuſmodi minime ſuffragentur. Præſentes Literæ non ſuffragantur Prædeceſſorum Familiaribus.

Da-

Digitized by Google

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XXVI. Maji MDCCXXI. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

V.

Dat. 27. Maji. 1721. ann. 1.

Indicitur Jubilæum Univerſale initio Pontificatus Sanctitatis Suæ.

Huic ſimile Jubilæum indictum fuit a Clem. XI. Conſt: ed: 1701, Feb:25, P.1. & a Bened: XIII indicitur Conſt: ed: 1724, Jun:10, P.1.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes Literas inſpecturis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium à neceſſitate implorandi divinum auxiliū præſertim ob timorem Epidemicæ luis.

SUperni diſpoſitione conſilii, quo cæleſtia pariter, & terreſtria inſcrutabili ratione reguntur, ad Supremum Apoſtolatus faſtigium, nullo meritorum ſuffragio evecti, dum ſerio conſideramus impoſiti Nobis gravitatem oneris, Angelicis etiam humeris formidandi, cui collum humiliter ſupponere divinæ voci obſequendi Nos adegit neceſſitas, viriumque noſtrarum infirmitatem, tum luctuoſam rerum, & temporum conditionem, quotque, & quam graviſſimis Reſpublica Chriſtiana malorum procellis, & calamitatibus conflictetur, atque periculis expoſita ſit, toti contremiſcimus, crebraque es imo corde ſuſpiria, & uberes ea oculis lacrymas fundentes, ad Dominum cum Propheta clamare compellimur: Exaltatus, humiliatus ſum, & conturbatus: terrores tui conturbaverunt me; circumdederunt me, ſicut aqua tota die, circumdederunt me ſimul. Ac niſi ſpes noſtra in ipſo bonorum omnium Largitore repoſita eſſet, animo plane conciderenus; ſed quia benignus, & miſericors eſt Deus noſter, & propitiatur omnibus invocantibus eum in veritate, nec deſpicit in opportunitatibus, & tribulatione, eodem Propheta monente: Revela Domino viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet, & magis ejus clementiæ, & miſericordiæ confidere, quam noſtræ imbecillitati diffidere conſtituimus, cumque nos ſufficere non poſſe ſciamus, oculos noſtros ad Montem Sanctum ſuum, montem uberem, Montem pinguem, unde opportunum Nobis ad futurum auxilium, & eniſe petimus, & devote ſperamus. Id ipſum, ut & vos, quibus noſtra impendenda eſt ſolicitudo, conjunctis nobiſcum precibus faciatis, & divinam, qua agemus opem per jejunia, & eleemoſynas, aliaque pietatis opera nobis demereri ſedulo ſtudeatis, paterne requirimus, & monemus, ut ſcilicet totius conſolationis Deus, cui proprium eſt infirma mundi eligere, & dexteræ ſuæ potentia facere fortia, confirmet, quod operatus eſt in Nobis, & det Nobis ſedium ſuarum aſſiſtricem ſapientiam, mittat illam de Cælis ſanctis ſuis, & a ſede magnitudinis ſuæ, ut nobiſcum ſit, & nobiſcum laboret ad Divini nominis gloriam, Eccleſiæque Sanctæ utilitatem, & ſpiritualem omnium fidelium ædificationem, omniaque conſilia noſtra, & actiones dirigat ſecundum beneplacitum voluntatis ſuæ, hæreſes, & in Religione diſſidia extirpet, fidem Catholicam protegat, & propaget, quam mundus dare non poteſt inter Principes Orthodoxos pacem reſtituat, eorumque animos fortiter, & ſuaviter vinciat in vinculo charitatis, dira Epidemicæ luis flagella, quæ non procul ab Italiæ finibus, ſicut cum intimo animi noſtri dolore accepimus, miſere ſævire adhuc non ceſſat, ab iis, quos calamitas tenet, avertat, ab aliis vero, quos tantæ cladis metus, & pavor invaſit, pericula propulſet, ac nomen Chriſtianum ab Infidelium inſidiis, & incurſionibus potentia virtutis ſuæ tueatur. Hæc autem, ut ferventiori ſpiritus ardore, majorique fructu fiant, priſcum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum morem ſecuti, cæleſtium munerum theſauros, quorum diſpenſationem fidei noſtræ commiſit Divina dignatio, opportuno hoc recurrente tempore, quo Spiritus Sanctus repentino ſonitu ſuper Apoſtolos venit, menteſque carnalium in ſui amorem permutavit, & foris apparentibus linguis igneis facta ſunt intus corda inflammantia, proferre, & liberali manu erogare decrevimus.

Cauſa Jubilæi.

Indictio Iubilæi.

§.1. Itaque de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus authoritate confiſi ex illa ligandi, atque ſolvendi poteſtate, quam nobis Dominus licet indignis contulit, univerſis, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus in Alma Urbe noſtra degentibus, qui Solemni Proceſſioni, quam feria ſecunda feſti Pentecoſtes proximæ hebdomadæ, a Baſilica Principis Apoſtolorum ad Eccleſiam Sancti Spiritus in Saxia de eadem Urbe una cum Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, quos in Romana Curia adeſſe contigerit, ac Chriſtianorum Regum, & Principum Oratoribus apud Nos exiſtentibus, Prælatis quoque, & Officialibus ejuſdem Curiæ, univerſoque Clero, & Populo, benedicente Domino agemus, devote interfuerint, vel Sancti Joannis in Laterano, Principis Apoſtolorum, & S. Mariæ Majoris Eccleſias, ſeu Baſilicas, vel earum aliquam intra ſpatium ejuſdem, vel proximæ ſubſequentis hebdomadæ ſaltem ſemel viſitaverint, ibique per aliquod temporis ſpatium devote, ut ſupra, Deum oraverint, ac quarta, & ſexta feria, ac Sabbato alterius ex præfatis hebdomadis jejunaverint, & peccata ſua confeſſi, Sanctiſſimum Euchariſtæ Sacramentum in Dominica die immediate ſequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam reverenter ſumpſerint, ac pauperibus aliquam eleemoſynam, prout unicuique ſuggeret devotio erogaverint. Cæteris vero extra Urbem prædictam ubique degentibus, qui Eccleſias ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, ſeu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipſis deficientibus per eos, qui ibi curam Animarum exercent, poſtquam ad eorum notitiam hæ noſtræ pervenerint deſignandas, vel Eccleſiarum hujuſmodi aliquam ſpatio duarum ſimiliter hebdomadarum, a publicatione deſignationis, vel per Ordinarios, vel eorum Vicarios, ſeu Officiales, vel alios, ut præfertur, faciendæ decurſurarum, ſaltem ſemel viſitaverint, ibique, ut ſupra, oraverint, ac quarta, & ſexta feria, ac Sabbato alterius ex hebdomadis hujuſmodi jejunaverint, pariterque peccata ſua confeſſi, ac in die Dominica immediate ſe-

De exiſtentibus extra Urbem.

Digitized by Google

ſequenti, vel alia die intra eamdem hebdomadam Sanctiſſima Communione refecti fuerint, & pauperibus aliquam eleemoſynam, ut præmittitur, erogaverint, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem, ſicut in Anno Jubilæi viſitantibus certas Eccleſias intra, & extra Urbem prædictam concedi conſuevit, tenore præſentium concedimus, & elargimur.

De navigantibus, & iter agentibus.

§.2. Navigantes vero, & iter agentes, ut cum primum ad ſua ſeſe domicilia receperint, ſupra ſcriptis peractis, & viſitata Eccleſia Cathedrali, vel majori, aut Parochiali loci eorum domicilii, eamdem Indulgentiam conſequi poſſint, & valeant: Regularibus antem perſonis utriuſque ſexus, etiam in clauſtris perpetuo degentibus, necnon aliis quibuſcumque tam laicis, quam Eccleſiaſticis Sæcularibus, vel Regularibus, etiam in carcere, aut captivitate exiſtentibus, vel aliqua Corporis infirmitate, ſeu alio quocumque impedimento, detentis, qui ſupra expreſſa, vel eorum aliqua præſtare nequiverint, ut illa Confeſſarius ex jam approbatis a locorum Ordinariis ante præſentium publicationem, ſeu approbandis, eis in alia pietatis opera, commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare poſſit, eaque injungere, quæ ipſi pœnitentes efficere poterunt pariter concedimus, & indulgemus.

De Regularibus, & legitime impeditis.

De Confeſſario eligendo, ejuſque facultate.

§.3. Inſuper omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus utriuſque ſexus, tam laicis quam Eccleſiaſticis, Sæcularibus, & Regularibus, cujuſvis Ordinis, & Congregationis, & Inſtituti tam in Urbe præfata, quam extra eam ubique locorum, ut præfertur, degentibus, licentiam concedimus, & facultatem, ut ſibi ad hunc effectum eligere poſſint quemcumque Presbyterum Confeſſarium, tam Sæcularem, quam cujuſvis Ordinis, & Inſtituti regularem ex approbatis, ut præmittitur, a locorum Ordinariis, qui eos ab excommunicationis, ſuſpenſionis, & aliis Eccleſiaſticis Sententiis, & Cenſuris a jure, vel ab homine, quavis cauſa latis, ſeu inflictis, necnon ab omnibus peccatis, exceſſibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, ſive Nobis, & Sedi Apoſtolicæ, etiam in literis die Cœnæ Domini legi ſolitis contentis, & alias per quaſcumque noſtras, aut Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, quomodocumque reſervatis in foro conſcientiæ, & hac vice tantum abſolvere, & liberare valeant, & inſuper vota quæcumque (Religionis, & caſtitatis exceptis) in alia pia, & ſalutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in ſupradictis omnibus caſibus pœnitentia ſalutari, aliaque ejuſdem Confeſſarii arbitrio injungendis.

De publicatione Jubilæi.

§.4. Quapropter tenore præſentium in virtute Sanctæ Obedientiæ diſtricte præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuſcumque Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, & quibuſcumque Ordinariis locorum, ubicumque exiſtentibus, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis, qui curam Animarum exercent, ut cum præſentium literarum tranſumpta, aut exempla, etiam impreſſa, acceperint, illa ſtatim abſque ulla mora, retardatione, vel impedimento per ſuas Eccleſias, & Diœceſes, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, Eccleſiamque, ſeu Eccleſias viſitandas deſignent.

De caſibus reſervatis.

§.5. Non intendimus autem per præſentes ſuper aliaqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, ſeu inhabilitate quoquo modo contracta diſpenſare, vel aliquam facultatem tribuere diſpenſandi, ſeu habilitandi, & in priſtinum ſtatum reſtituendi, etiam in foro conſcientiæ, neque etiam eaſdem præſentes iis, qui Nobis, & Apoſtolica Sede, vel ab aliquo Prælato, ſeu Judice Eccleſiaſtico Excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, ſeu alias in Sententias, & Cenſuras, incidiſſe declarati, vel publice denunciati fuerint, niſi intra tempus dictarum duarum hebdomadarum ſatisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo ſuffragari poſſe, aut debere.

Clauſulæ.

§.6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, præſertim, quibus facultas abſolvendi in certis tunc expreſſis caſibus, ita Romano Pontifici pro tempore exiſtenti reſervatur, ut nec etiam ſimiles, vel diſsimiles Indulgentiarum, & facultatum hujuſmodi conceſsiones, niſi de illis expreſſa mentio, aut ſpecialis derogatio fiat, cuiquam ſuffragari queant, necnon Regula noſtra de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, ſive Inſtitutorum Regularibus, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtol. eiſdem Ordinibus, Congregationibus, & Inſtitutis, illorumque perſonis quomodolibet conceſsis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per Clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſsio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſsis, ac formam in eis traditam pro ſervata habentes, hac vice ſpecialiter, nominatim, & expreſſe, ad effectum præmiſſorum, derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.7. Ut autem præſentes noſtræ, quæ ad ſingula loca deferri non poſſunt ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut earundem præſentium tranſumptis, vel exemplis etiam impreſsis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, ubique locorum, & Gentium eadem prorſus fides habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcat. die XXVII. Maji MDCCXXI. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Man-

Digitized by Google

VI.

Dat.15.Maji. 1721. an. 1.

Mandatur continuatio Viſitationis Apoſtolicæ Eccleſiarum, & Locorum piorum Urbis.

Hujuſmodi Viſitatio inſtituta fuit ab Inn: XII. Conſtit. ed. 1693., Jan: 1., P. 2. Et continuata a Clem. XI. Conſt. ed. 1701. Jan. 14., P. 1. a Benedicto XIII: iterum præcipitur ejus continuatio Conſt. ed. 1724., Jul. 15. P. 1.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futurom rei memoriam.

Refertur inſtitutio, & continuatio d. Viſitationis.

CUM felic. record. Innocentius Papa XII. Prædeceſſor Noſter circa Pontificatus ſui primordia paſtoralem Cleri Romani, omniumque Almæ hujus Urbis Eccleſiarum, piorumque locorum, & operum viſitationem inſtituerit, eamque ipſemet in Patriarchalibus ejusdem Urbis Eccleſiis inchoaverit, ac ſibi in eo munere Adjutores nonnullos ex Sacro Venerabilium Fratrum noſtrorum tunc ſuorum S. R. E. Cardinalium Collegio delegerit, & aſſumpſerit, eiſque quosdam Romanæ Curiæ Prælatos, & alios ſubinde Cardinales adjunxerit, qui viſitationem ipſam peragerent, & negotia illam concernentia expedirent; ac Secretarium, Judicem, Cancellarium, ſeu Actuarium Commiſſarium, & Fiſcalem, alioſque forſan Officiales, & Miniſtros Sacræ Viſitationis hujuſmodi deputaverit, variaſque eisdem Cardinalibus, ac eorum, & dictorum Prælatorum Congregationi, necnon Officialibus, & Miniſtris prædictis facultates præeminentias, & indulta conceſſerit, & impartitus fuerit, & alias prout in diverſis ipſius Innocentii Prædeceſſoris Literis deſuper in ſimili forma Brevis expeditis, quarum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis haberi volumus, uberius continetur. Et ſicut accepimus memorati quidem Cardinales, Viſitatores una cum Prælatis Coadjutoribus etiam piæ mem. Clementis Papæ XI. Prædeceſſoris Noſtri juſſu viſitationem hujuſmodi, tam in eisdem Patriarchalibus, quam in aliis Collegiatis, & fere omnibus Parochialibus Eccleſiis, ac in multis Monaſteriis Regularium tam virorum quam mulierum, necnon Collegiis, Hoſpitalibus, Confraternitatibus, & aliis locis piis dictæ Urbis poſtea proſecuti fuerint, ſalutaribusque monitis, & Decretis, ubi opus fuerit providerint; Viſitatio tamen ipſa in omnibus Eccleſiis, ac locis, & Operibus piis prædictis nondum ſit peracta, ſed multa negotia eam concernentia, adhuc pendeant indeciſa; Hinc eſt, quod Nos paſtorali ſtudio conſiderantes quantopere viſitatio hujuſmodi utilis, & neceſſaria ſit, non modo ad tollendos abuſus, ſed etiam ad præcavendum, ne deinceps introducantur, quantumque boni ex illa hactenus provenerit, & benedicente Domino proventurum ſit, ſi Viſitatio ipſa continuetur, & abſolvatur, ac in ea, quæ ad Dei cultum, & gloriam, animarumque ſalutem opportuna, & conducibilia ſunt, ſicut hactenus factum eſt in poſterum quoque pie prudenterque ſtatuantur: Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, memoratam viſitationem continuari, & abſolvi; cauſaſque indeciſas in Congregatione prædicta pendentes, prout æquitatis, atque Juſtitiæ ratio ſuaſerit, terminari, viſitationes particularium Eccleſiarum, ac locorum, & Operum piorum jam inchoatas abſolvi, necnon Eccleſias, ac loca, & opera pia tam hucuſque viſitata, quæ iteratam viſitationem expoſcere videbuntur, quam nondum viſitata viſitari, cæteraque omnia, & ſingula viſitationem hujuſmodi concernentia fieri, geri, ſtatui, & ordinari, ac executioni demandari debere tenore præſentium decernimus, & mandamus.

Caufæ novæ continuationis præd. Viſitationis.

Mandatur continuandæ Viſitationis, cum nova conceſſione facultatum Congregationi facta.

Ac omnes, & ſingulas facultates, privilegia, gratias, præeminentias, prærogativas, & Indulta quæcumque prædictis Cardinalibus, & Prælatis, eorumque Congregationi, necnon omnibus, & ſingulis Officialibus, & Miniſtris ſupradictis a memoratis Innocentio, & Clemente Prædeceſſoribus per ſuas reſpective Literas deſuper emanatas quovis modo reſpective conceſſa, & attributa per obitum eorumdem Prædeceſſorum minime ceſſaſſe, ſed in ſuis robore, & firmitate permanere, omnibuſque, & ſingulis prædictis reſpective adhuc competere, & ſuffragari debere, decernimus pariter, & declaramus. Et quatenus opus ſit, facultates, privilegia, gratias, præeminentias, prærogativas, & Indulta hujuſmodi eisdem Cardinalibus, & Prælatis, eorumque Congregationi, ac officialibus, & Miniſtris prædictis in omnibus, & per omnia, prout eis reſpective a ſupradictis Innocentio, & Clemente Prædeceſſoribus conceſſa, & attributa fuerunt, motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus denuo concedimus tribuimus, & impartimur.

Clauſulæ.

§. 1. Decernentes eaſdem præſentes literas & in eis contenta quæcomque etiam ex eo, quod quicumque in præmiſſis, ſeu eorum aliqui intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes cujuſcumque ſtatus, gradus, Ordinis, & præeminentiæ, & dignitatis exiſtant, etiam Cardinalatus honore fulgentes, aut alias ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque cauſæ, propter quas præſentes emanarunt adductæ, verificatæ, vel juſtificatæ fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis juſta, pia, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno & ſubſtantiali, individuamque expreſſionem requirente defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari, ad terminos juris reduci, ſeu in controverſiam vocari, aut adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel intentari: ſeu impetrato, aut etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare poſſe, ſed ipſas præſentes Literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective

ve inviolabiliter obſervari, ſicque & noo aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, necnon ejusdem Saoctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales de Latere Legatos, ac alios quoslibet quacumque præminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate judicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.2. Non obſtantibus præmiſſis, ac omnibus & ſingulis illis, quæ memoratus Innocentius Prædeceſſor in ſuis literis ſupradictis voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.3. Volumus autem, ut earumdem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXVIII. Maji MDCCXXI. Pontificatus Noſtri Anoo Primo.

VII.

Dat. 16 Junii. 1721. an. 1.

Confirmatur Decretum Congregationis Epiſc. & Regul. de alternativa Officiorum pro Provincia S. Antonii in Luſitaoia Fratrum Min. de obſerv. Diſcalc.

A Clem: XI: Conſt. ed. 1712. Dec: 23, P. 13 revocata fuit diſmembratio Conventus S. Luciæ, & Hoſpitii de Portici. Et hujus Pontificis Conſt: ed. 1722., Jun. 22., P. 2. extat commiſſio Nuncio Neapolis ſuper eadem diſmembratione.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futurum rei memoriam.

NUper pro parte dilectorum filiorum Emmanuelis a Gloria, nonnullorumque fratrum expreſſe profeſſorum Provinciæ S. Antonii in Luſitania Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia Diſcalceatorum nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ expoſito, quod ipſi pro bono pacis, & pacifici ejuſdem Provinciæ regimine Alternativam Officiorum in ea cum diviſione Territorii ſtabilire plurimum deſiderabant in hunc modum, videlicet.

Diviſio Territorii Provinciæ cum æquali numero Religioſorũ.

§.1. Primo, quod prædicta Provincia Sancti Antonii ſecundum Regiones, Territoria, per quæ protenditur, in duas Æquales partes dividatur quarum Ulyſſiponenſes Civitates, Orientalem ſcilicet, & Occidentalem cum ſuis Territoriis, vulgo *Termos*, incluſive Provinciam de Alemviſo, & Regiones ultra mare comprehendat, Altera vero totum id, quod a Territoriis Ulyſſiponen. per Provinciam de Extremadura uſque ad Villam de Canthanhede diſtrictus Civitatis Conimbricen. incluſive includitur, & ſic diviſæ conſerventor, ut Religioſorum numerus utriuſque Hierarchiæ, Clericalis videlicet, & laicalis in unaquaque parte æqualis ſit. Sed quia de præſenti numerus Ulyſſiponenſium in magna parte a non Ulyſſiponenſibus habet excedi, donec ad æqualitatem perveniant, ex Novitiis recipiendis duæ partes ex Ulyſſiponenſibus, & una ex aliis dumtaxat ad habitum admittatur, proportione ſervata inter Clericos, & Laicos, prout neceſſitati Provinciæ videbitur expedire, ita taliter, ut ſemper æqualis Fratrum numerus hinc inde valeat conſervari, & hæc quaotum ad diviſionem.

§.2. Secundo: Quantum vero ad electionem Officiorum ita procedi debeat ut in ono Capitolo Miniſter Provincialis, & duo Definitores ex uoa parte, & Cuſtos, & alii duo Deſinitores ex alia parte eligantur. In capitulo vero ſequenti fiat viceverſa. Quia tamen duodecim ab hinc aonis ex non Ulyſſiponenſibus quatuor Provinciales Miniſtri ſortiti fuerunt, pro aliquali compenſatione cum parte Ulyſſiponenſi in Capitulo proxime habendo alternativa ex Ulyſſiponenſibus exordium ſervat, & ex iſtis Miniſter Provincialis, & duo Definitores, ex non Ulyſſiponenſibus vero Cuſtos & alii duo Definitores eligantur. In capitulo vero ſequenti res e contra ſe habeat. — De alternativa præcipuorum Officiorum.

§.3. Quod ſi ad electionem Vicarii Provincialis, deficiente Miniſtro ante completum trienoium oporteat deveniri, digniore Patre Provinciæ præſidente, in abſentia Superioris Generalis ex eadem Provincialis parte Vicarius eligatur. Quod etiam in electionibus tum Commiſſarii Provincialis, tam etiam Prominiſtri (impedito Provinciali) Capituli Generalis cauſa obſervandum erit, quantum ſcilicet ad hoc, quod electi ex eadem parte aſſumantur. Et ſic pariter obſervandum erit in Guardianorum electionibus, ut æqualis numerus ex unaquaque parte aſſumatur; Attamen, ot æqualis Conventuum diſtributio fiat, hic ordo ſervandus erit, quod ex illa parte, ubi Provincialis fuerit, eligantur Guardiani, vel Præſidentes cum voto pro Conventibus de Corthaneyra, Caſanova, Peoella, Soveral, Tancos, Canthanhede, Sernachi; Ex illa vero, ubi Cuſtos fuerit, eligantur ſimiliter Guardiani, vel Præſidentes cum voto pro Conveotibus Ulyſſiponis occidentalis, Collegii Conimbricen., Cornota, Meruana, Penheyro Certeam, Convaleſcenza, & Pombal. At ne ſuſtragia in Capitulis Provincialibus a parte Cuſtodis partem alteram excedere valeant, tunc dumtaxat, & non alias Secretarius Provinciæ, & ex parte Provincialis per electionem fiat, ſicuti Guardiani, & votum habeat io Comitiis Provincialibus, quoaduſque Conventus diſpares fuerint: Ita enim Novi Conventus, vel Hoſpitia ſicuti Guardiani, & Præſidentes cum voto diſtribui debent, ut pro unaquaque parte ſuffragia ſint æqualia: Quod ſi æquales exiſtant in ſuſtragiis hujuſmodi, nec votum Secretarius Provinciæ habeat nec per ſuſtragia, ſed ad Provincialis libitum aſſumatur. — Item reliquorum Officiorum, necnon de ſuffragiis.

§.4. Ad præſidentes quoque ſine voto, Vicarios, Novitiorum Magiſtros, Oſtiarios, & alia hujuſmodi Officia cum æqualitate quantum fieri poſſit, Religioſi ex unaquaque parte aſſumaotur, & qui in uno trienoio fuerint ex ona parte pro eiſdem officiis, io alio ſequenti ex altera eligantur.

§.5. Idem

Digitized by Google

§.5. Idem pariter obſervandum erit pro ſtudiis tum Philoſophiæ, tum Theologiæ Scholaſticæ, tumque Moralis, ut Studentes, Lectores & qui Paſſantes vulgo dicuntur, hinc inde in æquali numero eligantur, hac tamen exceptione, quod ſi ex una parte ſufficientes non ſint, qui legere poſſint, & hoc a pleno Definitorio approbetur, aſſumantur ex aliis, qui idonei reperiuntur, & hæc de electionibus.

De ſubrogationibus ante completum Triennium.

§.6. Tertio in ſubrogationibus ita res ſe habeat, quod deficiente ante completum Triennium, vel promoto aliquo ex Officialibus, tum Definitori, tum etiam alio quocumque, alter ex eadem parte ejus loco ſubſtituatur. Pro Definitorio vero hic ſpecialis ordo ſervandus erit, quod in ſubrogatione unius, aut alterius ex Definitorio, Primo Patres Provinciæ ſecundum eorum ordinem, ſecundo Excuſtodes, tertio Exdefinitores, quarto Exguardiani antiquiores ſubſtituantur; Cum hoc tamen, quod ſi multi Guardiani æquales ſint a die profeſſionis unus alterum in ſubrogatione præcedat; Si vero antiquior Exguardianus ſit Guardianus actualiter, alter Guardianus ejusdem partis ſuo loco eligatur, & ipſe in Definitorio ſubrogetur, in quo ſi triennium compleverit, gaudeat ac ſi Cuſtos, vel Definitor in Capitulo electus fuiſſet, ſi tamen non compleverit, remaneat, acſi nullatenus ſubrogaſſet. Et quia in Regionibus ultra Mare pro Conventu de Gran Parà, ex hac Provincia Guardianus, & Commiſſarius Provincialis eligi ſolent, ita electio imposterum fieri debeat, ut Guardianus eligendus ſemper ex parte Provincialis ſit, Commiſſarius vero ex parte Cuſtodis. Et ſi hic poſtquam ſuo officio functus fuerit, ad Provinciam primodictam revertatur, locum immediatum poſt Exdiffinitores in ſubrogationibus obtineat. Si vero Commiſſarius Miſſionum pro eodem GranParà ex hac Provincia fieri contigerit, per triennium tantum perduret, & modo ex una parte, modo ex alia eligatur, itaut in omnibus, & per omnia æqualis officiorum diſtributio conſervetur.

De Guardiano, & Commiſſario ultramarinis.

Pœnæ in contravenientes.

§.7. Et ſi Religioſus aliquis de præſenti, vel in futurum impugnaverit, & contradixerit, vel retardare præſumpſerit executionem Alternativæ hujuſmodi, aut alicujus ex conditionibus in ipſa præinſertis, ipſo facto privatus actibus legitimis in perpetuo exiſtat.

Decretū Congregationis pro recenſita alternativa.

§.8. Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui ſequitur. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, auditis PP. Procuratore Curiæ, & aliis Superioribus Generalibus Ordinis referente Eminentiſſimo Priolo, cenſuit, præfatam Alternativam in omnibus juxta petita eſſe concedendam, prout præſentis Decreti vigore benigne conceſſit. Romæ 23 Maji 1721.

Preces nonnullorum Religioſorum.

§.9. Cum autem ſicut pro parte eorumdem Emmanuelis, & Fratrum Nobis ſubinde expoſitum fuit, ipſi Decretum hujuſmodi quo firmius ſubſiſtat Apoſtolicæ Confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſiderent: Nos ſpecialem ipſis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate ſupradictæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti.

Clauſulæ.

§.10. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.11. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XVI. Junii MDCCXXI. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

VIII.

Conceduntur Privilegia Capellanis Sanctitatis Suæ.

Dat. 17. Junii 1721. an. 1.

Eadem Privilegia conceſſa fuere a Clem. XI. Conſtit. ed. 1712. Dec. 7., P. 13.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium in quo Capellanorum nomina recenſentur.

GRata familiaritatis obſequia, quæ dilecti filii Dominicus Miliani nullius Diœceſis Provinciæ Romanæ, Petrus Paulus Quintii Reatin. Petrus Galeazzi Montis Faliſci reſpective Diœceſis, & Ioſephus Anconitan. Canonicus Supranumerarius Eccleſiæ Anconitan. Presbyteri moderni Capellæ noſtræ Pontificiæ Capellani familiares Noſtri, Nobis, & Apoſtolicæ Sedi hactenus impenderunt, & adhuc ſolicitis ſtudiis impendere non deſiſtunt, necnon vitæ, ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus, eorum perſonas tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum teſtimoniis juvari percepimus; Nos inducunt, ut illis reddamur ad gratiam liberales.

§.1. Hinc eſt, quod Nos volentes illos ſpe-

Conceſſio privilegioru.

cialibus favoribus,&gratiis proſequi,eoſque a quibuſvis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti,aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure,vel ab homine quavis occaſione,vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, Motu proprio, non ad ſupradictorum Dominici, Petri Pauli, Petri, & Joſephi, vel alicujus ipſorum aut aliorum pro eis Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera noſtra deliberatione, ac certa ſcientia, Apoſtol. Auctoritate tenore præſentium, Dominicum, Petrum Paulum, Petrum, & Joſephum prædictos, & illorum ſingulos in noſtros, & Sedis Apoſtolicæ Notarios recipimus, ac Sacri Palatii, & aulæ Lateranen. Comites (ſine tamen dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium præjudicio,) necnon Nobiles Romanos, & Urbis Romæ, omniumque & ſingularum aliarum Civitatum, Terrarum, & locorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubjectorum Cives creamus & conſtituimus, ac in numerum, & conſortium aliorum noſtrorum,& ejuſdem Sedis Notariorum necnon Palatii, & aulæ Comitum, ac Nobilium Romanorum, aliorumque Civium Civitatum, & Oppidorum prædictorum referimus, & conſcribimus.

Ipſorum privilegia etiam ſi habitum nõ deferant donantur.

§.2. Ipſiſque etiamſi habitum, & rocchettum Notariorum dictæ Sedis juxta decretum Lateranen. Concilii noviſſime celebrati non deferant, aut Civitates hujuſmodi non incoluerint, nec unquam in eiſdem Civitatibus domicilium habuerint, ut omnibus, & quibuſcumque privilegiis, & facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus cæteri omnes Notarii noſtri, etiam de numero participantium, necnon Comites, & Nobiles, ac Cives originarii, etiam in dignitatum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum & ſæcularium, etiam ex perſonis Romanorum originariorum vacantium, aſſecutione, & exercitio tam in Urbe, quam Civitatibus prædictis, ac aliis ubique locorum, & gentium, necnon ſeſſionum, & conventuum utuntur, potiuntur & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non ſolum ad illorum inſtar, ſed pariformiter, & æque principaliter, ac ſi privilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, & indulta pro ipſis emanaſſent, (citra tamen exemptiones a Concilio Tridentino ſublatas, ita ut nedum quoad criminalia, ſed etiam quoad civilia ſubjaceant Ordinariis, ac citra facultates legitimandi, ad gradus promovendi, ac Notarios, ſeu Tabelliones creandi, aliaque hujuſmodi privilegia a Notariis Sedis Apoſtolicæ, & Comitibus Palatinis prætenſa, itaut illis ſupramemorati Capellani familiares noſtri nullibi uti valeant, ac irritum, & inane exiſtat, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari) uti, potiri, & gaudere, ac in omnibus, & ſingulis Apoſtolicis, aliiſque literis, inſtrumentis, & ſcripturis publicis, & privatis deinceps eorum nomine conficiendis ſeſe Notarios, Comites, & Nobiles, ac de nobili genere, ex utroque parente procreatos, necnon Romanæ & aliarum Civitatum Cives, ut libuerit inſcribere, & ſe illis ſubſcribere valeant, ac pro veris, & non fictis Notariis, Comitibus, Nobilibus, & Civibus habeantur, nihilque qualecumque illud fuerit, cum iis expreſſionibus ſubreptitium, obreptitium, aut invalidum, ſed illud idem efficax in omnibus, & per omnia cenſeatur, concedimus, & indulgemus.

Exemptio a decimis, & aliis impoſitionibus.

§.3. Et inſuper illos, eorumque beneficia, & officia Eccleſiaſtica quæcumque, quotcumque, & qualiacumque, illorum fructus, res, & jura ubicumque locorum, Regionum, & Provinciarum, necnon in Urbe, Civitatibus, Terris, & locis eidem Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubjectis conſiſtentia, prædia, domos, poſſeſſiones, & bona patrimonialia, aliaque temporalia mobilia, & immobilia, & ſemoventia, necnon actiones, & jura præſentia, & futura, cujuſcumque qualitatis, quantitatis, & naturæ, & cujuſvis etiam annui valoris, fructus, redditus, & proventus hujuſmodi ſint, vel fuerint, ac etiam quæcumque ab illis vendenda, ac pro illorum, familiarumque ſuarum uſibus emenda, ab omnibus, & quibuſcumque decimis, quartis, & dimidiis partibus, ſubſidiis etiam charitativis, necnon vectigalibus, portoriis, tributis, datus, pedagiis, collectis, & quocumque alio nomine nuncupatis, angariis, parangariis, cæteriſque oneribus, & contributionibus, tam urbanis, quam ruſticis, ordinariis, & extraordinariis, realibus, perſonalibus, & mixtis, etiam ratione munitionum mœnium, & pontium, portarum, & moliturarum, & mercium cujuſcumque generis, tranſitus, ſeu paſſus, & vecturæ, etiam in aliud territorium, ſeu Provinciam, terra, mari, & flumine, necnon equorum mortuorum, ſtabulationum militum, inſtitutionis Seminarii Eccleſiaſtici, aut quacumque alia quantumvis gravi, & graviſſima cauſa (pro ſubventione contra Infideles dumtaxat excepta) nunc, & pro tempore impoſitis, ita quod illi, & quilibet eorum nihil omnino horum, aut aliorum ſimilium ſubire teneantur, nec per Cameræ Apoſtolicæ, aut alios Commiſſarios, ſeu vectigalium & tributorum hujuſmodi redemptores, conductores, & exactores, quocumque privilegio, exemptione, & facultate ſuffultos, alias quam ut præfertur, valeant coarctari (quamdiu ſervitiis noſtris inſtiterint dumtaxat) eximimus, & liberamus.

Diſpenſatio.

§.4. Ad hæc cum eiſdem, ut quæcumque duo diſſimilia, vel ſimplicia ſimilia ſub ſingulis tribus tectis quarumcumque trium Cathedralium, etiam Metropolitanarum, aut aliarum Eccleſiarum conſiſtentia, etiamſi unum ex illis omnibus cum cura, aut dignitas, etiam major, & principalis, Canonicatus, & Præbenda, Perſonatus, adminiſtratio, vel officium fuerit, & ad dignitatem, perſonatum, adminiſtrationem, vel officium hujuſmodi conſueverit quis per electionem aſſumi, eiſque cura etiam juriſdictionalis immineat animarum, ſi eis alias canonice conferantur, aut eligantur, præſententur, aut alias aſſumantur ad illa, & inſtituantur in eis, recipere, & dummodo illa omnia (uno excepto) perſonalem reſidentiam non requirant, inſimul quoad vixerint retinere. Necnon etiam quandiu nobis inſervierint tantum in beneficiis Eccleſiaſticis, non tamen Parochialibus, vel curam animarum Parochianorum haben., per eos pro tempore obtentis, etiam de jure,

Digitized by Google

jure, ſtatuto, fundatione, vel privilegio, perſonalem reſidentiam requirentibus, etiamſi dignitates in Metropolitanis, vel Cathedralibus majores, & in Collegiatis Eccleſiis hujuſmodi principales fuerint, perſonaliter reſidere non teneantur, nec ad id per locorum Ordinarios, ſeu Eccleſiarum earundem Capitula, aut quoſvis alios ad reſidendum interim in illis inviti compelli poſſint, omneſque, & ſingulos illorum beneficiorum obtentorum fructus, & redditus durante ſervitio prædicto cum ea integritate (diſtributionibus quotidianis dumtaxat exceptis), cum qua illos perciperent, ſi in eiſdem Eccleſiis, vel locis perſonaliter reſiderent, percipere, exigere, & levare, proviſo tamen per eos, ut onera eiſdem dignitatibus, & beneficiis quovis modo incumben. congrue ſupportentur.

Indultum do[c]endi leges.

§.5. Necnon etiamſi presbyteri fuerint, ac dignitates, & officia obtinuerint, leges, & jura civilia etiam publice in ſcholis, & Univerſitatibus ſtudiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodo iidem trigeſimum ætatis annum non exceſſerint, audire, ac ſi habiles, & ſufficientes reperti fuerint, etiam ad Doctoratus gradum in hujuſmodi facultate ſe promoveri facere, ipſaque jura etiam publice docere, atque Judicis, Advocati, & Procuratoris officium in cauſis Eccleſiaſticis, & civilibus tantum exercere libere, & licite poſſint, & valeant, de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus.

Licentia eligendi Confeſſarium.

§.6. Liceat quoque ipſis, & eorum ſingulis aliquem idoneum, & ab Ordinario loci approbatum presbyterum ſæcularem, vel cujuſvis Ordinis regularem in ſuum eligere Confeſſorem, qui vita eis comite, eos, & ipſorum ſingulos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, & per eos incurſis, & quibus ipſos pro tempore illaqueari contigerit, etiamſi abſolutio nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus ſpecialiter, vel generaliter reſervata exiſtat, ac quorumcumque votorum, & Eccleſiaſticorum præceptorum tranſgreſſionibus, homicidio caſuali, manuum violentarum in quaſvis perſonas etiam Eccleſiaſticas (non tamen Epiſcopos, vel alios Superiores Prælatos) de præterito injectionibus, ſeu conſilii, vel favoris ad id præſtationibus, jejuniorum omiſſionibus, necnon recitationis horarum Canonicarum, aliorumque Divinorum officiorum, ac deniqoe ab omnibus, & quibuſcumque aliis eorum peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes prædicta merito conſulenda foret, videlicet a contentis in literis die Cœnæ Domini publicari conſuetis, ſemel tantum in vita, & mortis articulo, in reliquis vero dictæ Sedi quomodolibet reſervatis, aliiſque quibuſvis caſibus ſemel in anno, confeſſionibus illorum diligenter auditis (ſine tamen alicujus præjudicio), prædicta auctoritate Apoſtolica abſolvere, & pro illis commiſſis pœnitentiam pro modo culpæ injungere ſalutarem, necnon vota quæcumque (ultramarino, viſitationis liminum Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, caſtitatiſque, & religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare poſſit.

Indultum transferendi penſiones.

§.7. Ac etiam eiſdem, eorumque ſingulis, ut quicumque locorum Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, ſeu aliarum Cathedralium Eccleſiarum, aut perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, tam in dicta Curia, quam extra eam, etiam ad id per eos, aut eorum ſingulos coram Notario, & Teſtibus fide dignis eligendi, ſeu eligendæ, quaſcumque penſiones annuas eis, & eorum ſingulis ſuper menſarum Abbatialium, ſeu Epiſcopalium, aut Archiepiſcopalium, & quorumcumque aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura ſæcularium, & quorumcumque ordinum Regularium etiam Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani quomodocumque, & qualitercumque aliorum qualificatorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & diſtributionibus etiam quotidianis, ſeu illorum loco, fructus, proventus, jura, obventiones, diſtributiones, & emolumenta ſibi nunc, & pro tempore aſſignata, & reſervata, quandocumque ſimul, vel ſucceſſive in toto, vel in parte, uſque ad ſummam centum ducatorum auri de Camera, de eorumdem Capellanorum, vel cujuslibet ipſorum conſenſu in toto, vel in parte etiam in mortis articulo, caſſare, & extinguere, ac poſtquam caſſatæ, & extinctæ fuerint alias ſimiles penſiones annuas ſuper fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & diſtributionibus, ſeu illorum loco, fructus, redditus, proventus, jura, obventus, & emolumenta hujuſmodi, etiam uſque ad ſummam prædictam, uni, vel pluribus aliis perſonis etiam per eoſdem Capellanos, & eorum ſingulos nominandis, etiam quæcumque, quotcumque, & qualiacumque beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, & expectantibus, ſeu Clericali charactere inſigniri volentibus, ſimiliter eis quoad vixerint, vel eorum legitimis Procuratoribus, eiſdem modo, & forma, quibus eiſdem Capellanis aſſignatæ, aut reſervari, vel aſſignari conceſſæ, ſeu conceſſi fuerint, etiam abſque conſenſu eaſdem penſiones, & fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, ac diſtributiones, & emolumenta hujuſmodi ſolvere debentium, etiamſi pluries caſſatæ, & de novo aſſignatæ fuerint, uſque ad ſummam, & quantitatem prædictam, ac alias cum omnibus, & quibuſcumque exemptionibus, privilegiis, decretis, clauſulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, & cautelis, ac etiam cenſuris, & pœnis in prioribus reſervationibus hujuſmodi conceſſis, & contentis, integre perſolven., reſervare, conſtituere, & aſſignare.

Facultas teſtandi.

§.8 Necnon ut iidem Capellani, & eorum quilibet de omnibus, & ſingulis domibus, prædiis, poſſeſſionibus, terris, & locis, etiam juriſdictionalibus, cæteriſque bonis immobilibus, & mobilibus, quæ tamen non ſint Altaris, ſeu Altarium Eccleſiarum ipſis Capellanis noſtris prædictis commiſſarum miniſterio, ſeu alicui ſpeciali earumdem Eccleſiarum divino cultui, vel uſui deputata, ſeque moventibus cujuſcumque qualitatis, quantitatis, valoris, ſpeciei, pretii, & conditionis exiſtentibus, ac juribus, & actionibus ad eos ratione Eccleſiarum, etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, Dignitatum, & aliorum quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura ſæcula-

rium, & quorumvis Ordinum regularium, quæ ea quibuſvis conceſſionibus, & diſpenſationibus Apoſtolicis in titulum, commendam, adminiſtrationem, ac alias quomodolibet obtinuerint, obtinent, ac obtinebunt, ac fructuum, reddituum, & proventuum Eccleſiaſticorum loco penſionum annuarum, penſionumque annuarum ſuper ſimilibus fructibus, redditibus, & proventibus eis reſervatarum, & aſſignatorum, ac reſervandorum, & aſſignandarum, quos, & quas perceperint, percipiunt, & percipient in futurum, necnon emolumentorum quorumcumque Romanæ Curiæ officiorum, ac alias quomodolibet ſpectantibus, & pertinen., ac etiam de dictis fructibus, redditibus, proventibus, ac penſionibus annuis, necnon eorum induſtria, & labore quomodolibet, & undecumque, licite tamen, acquiſitis, & acquirendis, ac alias etiam de muneribus, & officiis, quæ exercuerint, ac eos exercere contigerit, & alia quavis occaſione, vel cauſa, ſeu contemplatione ad eoſdem perventis, & perventuris, etiamſi in pecunia numerata, ac jocalibus, gemmis, aliiſque pretioſioribus rebus conſiſtant, tam in dicta Curia, quam extra eam, ubique locorum, etiam penes beneficia ipſa exiſtentibus, quorum omnium qualitates, & veros annuos valores, etiam ſi talia forent, quæ in generali appellatione bonorum, & ſupellectilium non venirent, ſed ſpecialibus indigerent vocabulis, præſentibus, acſi ſpecifice, & ſigillatim exprimerentur, & denotarentur, pro ſufficienter expreſſis, ac declaratis haberi volumus, ac etiam de ipſis proventibus, ac penſionibus debitis, ac debendis, ac nondum perceptis, & exactis, etiamſi eorum ſolutionis, aut perceptionis terminus nondum advenerit, pro illa rata, quæ illis debita erit, Conſtitutione declaratoria ſuper fructibus, & pecuniis non exactis, quæ forſan ad ſucceſſores in ipſis beneficiis ſpectare, & pertinere debeant, non obſtante, etiam accumulative cum quibuſvis aliis ſimilibus, vel diſſimilibus facultatibus habitis, & habendis uſque ad ſummam ducentorum ducatorum auri ſimilium dumtaxat, tam pro decentibus, & honeſtis impenſis funebribus, quam etiam pro remuneratione illorum, qui eis viventibus inſervierint, etiam ultra ſervitii meritum, ac in ipſorum conſanguineorum, & affinium, ac quorumcumque piorum locorum favorem, & uſum, & alias pro eorum arbitrio, & voluntate abſolutis teſtari, ac teſtamento, codicillis, fideicommiſſis, legatis, donationibus, tam inter vivos, quam cauſa mortis, & aliis quibuſcumque modis, & titulis, ſcriptura etiam minus ſolemni, etiam coram duobus, vel tribus teſtibus, aut etiam cedula ſola eorum manu ſcripta, vel ſubſcripta, ac alias in omnibus, & per omnia, prout, & quemadmodum eis videbitur, etiam in ipſa Curia, (non tamen extra reſidentiam) etiam in mortis articulo, & non facta mentione præſentis, vel aliarum eis pro tempore conceſſarum ſimilium facultatum, aut quod in vim illarum teſtari, ſeu diſponere velint, & intendant, ſemel, atque iterum, & pluries diſponere, ſtatuere, & ordinare, itaut quicquid teſtatum, geſtum, aut ordinatum, ſeu alias ab ipſis diſpoſitum fuerit, etiam in vim ſimplicis diſtributionis, ac alias omni meliori modo valeat, & ſervari omnino debeat, ipſaque teſtamenta, codicillos, diſpoſitiones, ordinationes, donationes, legata, & ſtatuta etiam pluries, ac toties, quoties eis videbitur, moderari, limitare, ac etiam in totum revocare, & alia de novo condere, etiam libere, & licite valeant, plenam, & liberam concedimus facultatem.

Supplementū defectuum.

§.9. Statuentes nihilominus, & ordinantes, eiſque pariter indulgentes, quod ſi contigerit ipſos ab inteſtato, & ſine ulla, vel cum minus valida bonorum, & rerum, ac fructuum, reddituum, & proventuum prædictorum diſpoſitione in dicta Curia, vel extra eam, ac etiam extra ſua beneficia aut alia loca debitæ ab eis reſidentiæ perſonalis, etiam nulla ſubſiſtente cauſa, ab humanis decedere, omnia, & ſingula eorum bona, res, & jura etiam, ut præfertur, qualificata, necnon ſpolio pro dicta ſumma etiam ex prædictis, & alias undecumque provenientia, ad Cameram Apoſtolicam, ſeu in dictis beneficiis ſucceſſores non pertineant, ſed ad hæredes ſanguinis eorumdem integre deveniant, & illis deficientibus inter eorum familiares arbitrio perſonæ, ſeu perſonarum, quas ad id ipſi ſcripto nominaverint, diſtribuantur, niſi de alia diſpoſitione, vel intentione eorundem ſcriptura etiam minus ſolemni, ſecus appareret, quam tunc velut efficacem ipſæ perſonæ, vel alii Judices, ſeu Executores omnino exequi, & adimplere, illiſque ſeſe conformare in omnibus, & per omnia debeant. Et nihilominus quæcumque hujuſmodi teſtamenta, donationes, legata, diſpoſitiones, & alia forſan, alias ab ipſis, etiam nulla, aut minus ſufficienti facultate ſuffultis, de hujuſmodi bonis, juribus, actionibus, fructibus, pecuniis, jocalibus, aliiſque rebus ſupradictis, etiam in favorem conſanguineorum, & affinium prædictorum, & alias quomodolibet facta cum omnibus inde ſequutis, ac etiam ea, quæ per ipſos in futurum quomodolibet fient, ea nunc prout ea tunc, & e contra pro dicta ſumma ducentorum ducatorum dumtaxat, approbamus, & confirmamus, omneſque, & ſingulos juris, & facti, ac ſolemnitatum omiſſarum, & omittendarum, necnon ſubſtantiales, alioſque defectus quoſcumque, ſi qui intervenerint in eiſdem, etiamſi tales ſint, vel fuerint, quod ſpecialis, & ſpecifica de ipſis mentio habenda eſſet, ſupplemus.

Contraria omnia removet.

§.10. Non obſtantibus præmiſſis, ac Lateranen. Concilii noviſſime celebrati de certo Notariorum numero etiamſi ad illum nondum deventum fuerit, cui per hoc alias derogatum non intendimus, ac de conſenſu præſtando in penſionibus, & quibuſvis aliis, etiam per nos, & Sedem prædictam quomodolibet editis, & in poſterum edendis Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, & ſtylo in ſimilibus hactenus ſervato, ac piæ mem. Alexandri PP. VI. etiam prædeceſſoris noſtri tertiam partem bonorum Eccleſiaſticorum Cameræ prædictæ deberi inter alia diſponente, necnon ejuſdem Bonifacii PP. VIII. etiam prædeceſſoris noſtri, per quam conceſſiones de fructibus, in abſentia percipiendis ſine præfinitione temporis fieri prohibentur, ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, & quibuſvis aliis Apoſtolicis, ac univerſalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon legibus Imperialibus, & aliis etiam municipalibus, tam Urbis, quam quarumvis aliarum Civitatum, & locorum, in quibus Cives ordinarii creati ſunt,

ac

ac quarumvis Eccleſiarum, Monaſteriorum, ordinum, & Hoſpitalis prædicti, necnon quorumvis Collegiorum, & officiorum dictæ Curiæ, ac Regnorum, Provinciarum, & Urbis, ac aliarum Civitatum, & locorum, ac prædictæ Cameræ etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, etiamſi de illis ſervandis, & non impetrandis literis Apoſtolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut alias quomodolibet conceſsis utendo, ipſi Capellani per ſe, vel eorum Procuratores præſtiterint forſan hactenus, vel impoſterum eos præſtare contigerit juramentum; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, dictis Eccleſiis, Monaſteriis, Ordinibus, & Hoſpitali Sancti Joannis Hieroſolymitani, illorumque Præſulibus, ſeu Administratoribus, & Superioribus, ac Magiſtris, Præceptoribus, Prioribus, Militibus, etiam antianis, Capitulis, & Conventibus, Civitatibus, & locis, aliiſque perſonis, etiam particularibus, necnon Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum Ordinariis, etiam ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ac dictæ Cameræ officialibus, illorumque Collegiis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem prædictam, etiam conſiſtorialiter, & de ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, ac per modum ſtatuti, & Conſtitutionis perpetuorum, ac motu, & ſcientia paribus, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & Marchionum, & aliorum Principum inſtantiam, ſeu illorum contemplationem in genere, vel in ſpecie, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus conceſsis, confirmatis, & innovatis, & in poſterum concedendis, confirmandis, & innovandis, etiamſi in iis, ac ſtatutis, & ſtabilimentis prædictis caveatur expreſſe, vel tacite, quod Urbis nonniſi originariis Civibus Romanis, ac Civium eorumdem filiis, aliarum vero partium beneficia, niſi per perſonas illuſtres, ſeu nobiles, ac etiam originarios Cives, aut alias certo modo in illis expreſſo qualificatos obtineri, aut conferri non poſsint; & nullus in Civem Urbis, aut Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum hujuſmodi admitti, ſeu illorum privilegiis uti poſsit, niſi prius in dictis Civitatibus, Oppidis, & locis per certum tempus habitaverit, ſeu etiam ſtabilia forſan ad certum valorem aſcendentia poſsideat; quodque præceptoriæ, & alia beneficia quæcumque dicti hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, tam ex ejus inſtitutione, quam ex ſtabilimentorum prædictorum diſpoſitione non indultum perpetuorum beneficiorum conferri, ſed in commendam ad vitam Commendatariorum revocabiliter concedi debeant, & ſic penſionibus Eccleſiaſticis, ſæcularibus, aut aliis perſonis Apoſtolica auctoritate reſervandis, gravari non poſsint, quodque ſtabilimentis, & privilegiis præfatis, etiam vigore clauſulæ implicitæ derogationis latiſsime extendendæ, etiam per quaſcumque literas Apoſtolicas, & quaſvis etiam derogatoriarum derogatorias, efficacioreſque, & inſolitas clauſulas derogari non poſsit, nec derogatum cenſeatur, niſi derogatio hujuſmodi de conſilio dictorum Cardinalium fiat, & tum demum Magiſtri, & Conventus præfatorum ad id expreſsus accedat aſſenſus, ſintque literæ derogationis hujuſmodi etiam per dictum Magnum Magiſtrum ſubſcriptæ, ac ei, & præfato Conventui per diverſas in forma Brevis, aut alias literas diverſis temporibus cum certis intervallis præſentatas intimatæ, & non alias, nec alio modo, & ſemper in hujuſmodi literis, quæ ſic fient, etiam de ſimili conſilio, derogationis ſit appoſita clauſula, quod illarum effectum ſortiantur de conſenſu Magiſtri, & Conventus præfatorum, & non alias, nec alio modo. Quibus omnibus, & eorum ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſsio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, & in eis caveatur expreſſe, quod illis nullatenus derogari poſsit, quodque clauſula implicitæ derogationis in reſcripto, etiam motu proprio emanato appoſita aliter in literis exprimi, vel extendi nequeat, illorum omnium tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſsis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore, & firmitate permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie in genere, & in ſpecie ad effectum præmiſſorum ſpecialiter, & expreſſe, Motu, & ſcientia ſimilibus derogamus, ac derogatum eſſe decernimus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 11. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſsis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus ubique fides tam in Judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, & adhiberi poſſet, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Tranſumptorum fides.

§. 12. Quodque præfati antequam gratia Notariatus perfrui poſsint, & valeant in manibus alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, profeſsionem fidei juxta articulos pridem a Sede præfata propoſitos emittere, & ſolitum fidelitatis juramentum omnino præſtare teneantur, & quilibet ipſorum teneatur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XVII. Junii MDCCXXI. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Sta-

IX.

Dat. 5. Julii 1721. an. 1.

Statnimus, nt Fratres Laici de Obſerv: , Reform:, ac Tertii Ordinis in Regno Siciliæ præſtent juramentum cedendi præcedentiam Clericis.

De h e præcedentia extat Urb: VIII Conſt: ed: 1642, Nov: 16. Clem: XI Conſt: ed: 1714, Oct: 6, P. 14 confirmatum fuit quoddam Decretum de primatu in Provincia Bætica. Et Bened: XIII Conſt: ed: 1728, Dec: 16, P. 5 præcipitur executio Conſtitutionis Urb: VIII.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Ab Urb. VIII. vetitum fuit ſub excommunicationis pœna, ne Laici præcederent Clericos Min: de Obſerv.

Dudum fe: re: Urbanus Papa VIII. Prædeceſſor Noſter per quaſdam ſuas deſuper in ſimili forma Brevis die 16. Novembris 1642. Motu proprio expeditas literas, ne de cætero ulli Fratres Laici, ſeu Converſi Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia reformatorum nuncupatorum quovis ſub prætextu, quæſito colore, vel ingenio, etiam ratione antiquioris ſuæ ad habitum Regularem dicti Ordinis receptionis, aut in eo emiſſæ profeſſionis, ſeu cujuſvis conſuetudinis Fratres clericos ejuſdem Ordinis in quibuſvis functionibus publicis, quam privatis præcedere, & ne quicumque Superiores Ordinis prædicti id deinceps quoquo modo permittere auderent, ſeu præſumerent ſub excommunicationis pœna ipſo facto per contrafacientes incurrenda ſub certis modo, & forma tunc expreſſis Apoſtolica auctoritate ſtatuit, ordinavit, & prohibuit, & alias prout in prædictis literis, quarum tenorem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, ac ad verbum inſerto haberi volumus uberius continetur.

Preces præd. Fratrum Regni Siciliæ pro obſerv: Conſtitutionis Urban. VIII.

§.1. Cum autem ſicut dilecti filii Fratres Ordinis Minorum de Obſervantia, & Reformatorum, necnon Tertii Ordinis ejuſdem S. Franciſci Regni Siciliæ Nobis nuper exponi fecerunt, ipſi prædictarum literarum ejuſdem Urbani Prædeceſſoris obſervantiam Superioribus Generalibus Ordinum hujuſmodi per Nos præcipi summopere deſiderent, quemadmodum ab aliis omnibus regularibus, & ipſis ordinibus extra dictum Regnum ſervari aſſeritur: Nobis propterea dicti Exponentes quo graves perturbationes, lites, ac controverſiæ hac in re exortæ de medio tollantur, humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§.2. Nos igitur ipſos Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium, qui relationes dilectorum, etiam filiorum Commiſſarii Generalis Curiæ tam de Obſervantia, quam Procuratoris Generalis Reformatorum, & Tertii Ordinis hujuſmodi viderunt, conſilio, ut Superiores Regulares Ordinis prædicti impoſterum Laicos, ſeu Converſos quoſcumque ad profeſſionem admittere nequeant, niſi antea coram Teſtibus emittant votum, vel juramentum cedendi clericis præcedentiam, injuncta ſuperioribus contrafacientibus privationis officii, & vocis activæ, & paſſivæ pœna ipſo facto incurren. Laicis vero, ſeu Converſis ſine prædicto voto, ſeu juramento profitentibus nullitatis profeſſionis; & interim Superiores ejuſmodi Laicos, ſeu Converſos ad obſervantiam prædictarum literarum Urbani Prædeceſſoris hac de re emanatarum, ut præfertur cogant, dicta auctoritate tenore præſentium ibidem ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

Statutum de obſervantia d. Conſtitutionis, & de juramento præſtando a laicis ſub certis pœnis.

Clauſula.

§.3. Decernentes pariter eaſdem præſentes literas firmas validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſsime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſsis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictorum ordinum etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, aut quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſsis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſsis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.5. Volumus autem, ut earundem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſsis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die V. Julii MDCCXXI. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Con-

Digitized by Google

X.

Dat. 3. Julii 1721. an. 1.

Confirmantur Conſtitutiones Urbani VIII., & Alexandri VII. ſuper exemtione Hoſpitalium Fratrum Ordinis S. Joannis Dei ab Ordinariorum juriſdictione pro Congregatione Hiſpaniæ.

Hac de re vide hic relatas Conſtitutiones Pauli V ed. 1619, Mar. 16. Urb. VIII. ed. 1638., Jul. 9, P. 15. Alex. VII. ed. 1658, Nov. 6, P. 4. Et 1659, Nov. 5, P. 5. ab Inn. II. Conſt. ed. 1693, Maji 20, P. 2. conceſſa fuit exemtio a proceſſionibus. Et Bened. XIII Conſt. ed. 1724, Sept. 13, P. 1. confirmantur Privilegia conceſſa ab Urb. VIII, & nova conceduntur.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

INjuncti Nobis cælitus Paſtoralis officii ſollicitudo nos admonet, ut ea, quæ ad Sacrarum Religionum, & Congregationum uberes bonorum operum fructus in Eccleſia Dei ad illius laudem, & gloriam, pauperumque ſolamen & ſubſidium proferre jugiter ſatagentium favorem ex hujus S. Sedis providentia emanata noſcuntur, quo firma ſemper, atque illibata perſiſtant Apoſtolici muniminis præſidio roboremus.

A Paulo V. exempta fuit d. Congregatio ab Ordinariorum juriſdictione.

§. 1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Congregationis Hiſpaniæ Ordinis S. Joannis Dei, quod dudum felicis re: Paulus PP. V. Prædeceſſor noſter inter alia dictam Congregationem, omneſque & ſingulas ejus Domos, Superiores, etiam majorem, & fratres, ac perſonas, & miniſtrantes tam in Italia, quam in Hiſpaniis, aliiſque Mundi partibus conſiſtent, ac tam eatenus fundatas, quam de cætero fundandas, in his dumtaxat, quæ Regularia inſtituta juxta ejus Conſtitutiones a Sede Apoſtolica approbatas, & confirmatas concernebant, a ſuperioritate, viſitatione, correctione, & etiam obedientia Ordinariorum locorum, itaut Religioſi dictæ Congregationis regularibus Inſtitutis ſuis ſeſe conformare deberent, ſalvis in reliquis tam Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini Decretis, quam Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum tunc ſuorum literis in favorem ordinariorum emanatis, quibus nullatenus derogare, quinimo eas in ſuo robore, & firmitate permanere intendebat penitus, & omnino perpetuo exemit, abſolvit, & liberavit, ac eos in præmiſſis dumtaxat ab omnimoda Ordinariorum locorum juriſdictione perpetuo exemptos fore, & eſſe declaravit, ipſiſque Ordinariis, & eorum cuilibet, etiamſi Cardinalatus honore præfulgerent, ne deinceps in illis, quæ obſervantiam, diſciplinam, & Inſtituta Regularia Congregationis hujuſmodi, ut præfertur concernebant, præterquam in Caſibus in Sacris Canonibus, & Concilio Tridentino, ac literis Apoſtolicis prædictis quomodolibet contentis ſe immiſcere, & intromittere valerent, ſeu præſumerent, diſtricte præcepit, & inhibuit, & alias prout in ipſius Pauli Prædeceſſoris literis deſuper in ſimili forma Brevis die 16. Martii 1619. expeditis, quarum tenorem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis haberi volumus uberius continetur.

§. 2. Et ſubinde re: me: Urbanus PP. VIII. etiam Prædeceſſor noſter per alias ſuas itidem in ſimili forma Brevis expeditas literas, ut quoad dictæ Congregationis Conventus, & Hoſpitalia in quibus eſſent duodecim Religioſi, Epiſcopi nullatenus ſe ingererent, declaravit, & decrevit, prout in ipſius Urbani Prædeceſſoris literis deſuper confectis, quarum tenor eſt, qui ſequitur videlicet:

Urbani VIII. Conſtitutio, qua Conventus, ubi non ſunt 12. Religioſi, Ordinariorum juriſdictioni in nonnullis dumtaxat ſubjiciuntur.

§. 3. *Urbanus PP. VIII. Ad perpetuam rei memoriam.* Cum ſicut alias dilectus filius Angelicus Rampuela Congregationis B. Joannis Dei Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit per quamdam fel: rec: Pauli V. prohibeatur expreſſe ne plures ad habitum, & profeſſionem per fratres dictæ Congregationis ſuſcipi, & emitti ſolitam admittantur quam Infirmorum, & miſerabilium perſonarum neceſſitas exigat, ac per aliam conſtitutionem Pii V. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum ſtatuatur, ut quidquid Congregatio hujuſmodi fratres acquirunt non ſibi, exceptis dumtaxat victu, & veſtitu, ſed pauperibus infirmis, & Hoſpitalibus, ad quorum ſervitium particulari Inſtituto, ac voto obſtringuntur acquirant, indeque pateat dictam Congregationem non parum ab aliis Religionibus circa libertatem, & facultatem duodecim Religioſos in ſingulis ejus Conventibus, & Hoſpitalibus deputandis differre. Nobis propterea dictus Angelicus ſupplicari fecit, ut prædictam congregationem minime comprehenſam eſſe ſub Decreto auctoritate noſtra hac de re die 21. Junii 1625. inter Decreta de celebratione Miſſarum §. *Deinceps* edito declarare, ac alias, ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eumdem Angelicum Procuratorem Generalem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum Conſilio, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium declaramus, ac decernimus, ut quod dicta Congregatio, Conventus, & Hoſpitalia, in quibus erunt 12. Religioſi Epiſcopi nullatenus ſe ingerant, & quoad illos Conventus, & Hoſpitalia, in quibus erit minor Religioſorum numerus, iidem Epiſcopi poſſint inſimul cum Provinciali, vel alio majori ejuſdem Congregationis ſuperiore ad reviſionem computorum adminiſtrationis eorumdem Hoſpitalium procedere, ita tamen, ut contra Perſonas in nihilo prorſus ſe immiſceant. Non obſtantibus prædictis Decreto, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis ſuper numero Religioſorum in quolibet Monaſterio, aut Conventu conſtituendo, ac quatenus opus ſit dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Ma-

S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 9. Julii 1638. Pontificatus noſtri Anno Decimoquinto.

§.4. Ac poſtmodum ſimilis me: Alexander Papa VII. itidem Prædeceſſor noſter ex eo, quod ſibi tunc exiſtentes Fratres Congregationis hujuſmodi ſe ejuſdem Urbani Prædeceſſoris literarum tenore indigere, ſignificari fecerant, ipſe Alexander Prædeceſſor eaſdem Urbani Prædeceſſoris literis in forma proviſionis nuncupat. toto illarum tenore inſerto de verbo ad verbum tranſcribi mandavit, prout in ejuſdem Alexandri Prædeceſſoris literis, in hunc, qui ſequitur modum.

Alex an. VII. Constitutio in qua refertur alia Urbani. Constitutio, eique observantia mandatur.

§.5. *Alexander PP. VII. Ad futuram rei memoriam*. Proviſionis noſtræ debet provenire ſubſidio, ut juſtum unicuique conſervetur proinde Nos tenore quarumdam literarum in forma Brevis fe: re: Urbani PP. VIII. in favorem fratrum Congregationis S. Joannis Dei emanatarum, & in Secretaria Noſtra tunc ipſius Urbani Prædeceſſoris repertarum de verbo ad verbum tranſcribi, & præſentibus adnotari fecimus, ex eo, quod fratres Congregationis hujuſmodi ſe tenore prædicti indigere Nobis nuper ſignificari fecerunt, qui quidem tenor talis eſt, videlicet. Urbanus PP. VIII. ad perpetuam rei memoriam. Cum ſicut alias dilectus filius Angelicus Rampullus Congregationis B. Joannis Dei Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit per quamdam fe: re: Pauli V. prohibeatur expreſſe ne plures ad habitum & profeſſionem per fratres dictæ Congregationis ſuſcipi, & emitti ſolitam admittant, quam infirmorum, & miſerabilium perſonarum neceſſitas exigat, ac per aliam Conſtitutionem Pii V. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum ſtatuatur, ut quidquid Congregatio hujuſmodi fratres acquirunt non ſibi, exceptis dumtaxat victu, & veſtitu, ſed Pauperibus infirmis, & Hoſpitalibus, ad quorum ſervitium particulari Inſtituto, ac voto obſtringuntur, acquirant, indeque pateat dictam Congregationem non parum ab aliis Religionibus circa libertatem, & facultatem 12. Religioſos in ſingulis ejus Conventibus, & Hoſpitalibus deputandi differre Nobis propterea dictus Angelicus ſupplicari fecit, ut prædictam Congregationem minime comprehenſam eſſe ſub Decreto auctoritate Noſtra hac de re die 21. Junii 1625. inter Decreta de celebratione Miſſarum §. *Deinceps* edita declarare, ac alias, ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eumdem Angelicum Procuratorem Generalem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum Noſtrorum S.R.E. Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum conſilio Apoſtolica auctoritate tenore præſentium declaramus, & decernimus, ut quoad dicta Congregationis Hoſpitalia, & Converſoa in quibus erunt 12. Religioſi, Epiſcopi nullatenus ſe ingerant, & quoad illos Conventus, ſeu Hoſpitalia, in quibus erit minor Religioſorum numerus, iidem Epiſcopi poſſint in ſimul cum Provinciali vel alio majori ejuſdem Congregationis ſuperiore ad reviſionem computorum adminiſtrationis eorumdem Hoſpitalium procedere, ita tamen, ut contra Perſonas in nihilo prorſus ſe immiſceant. Non obſtantibus prædictæ Congregationis ac quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ſuper numero Religioſorum in quolibet Monaſterio, aut Conventu conſtituendo, ac quatenus opus ſit dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 9. Julii 1638. Pontificatus Noſtri Anno XV.

Constitutio Urbani VIII. iterum refertur.

Cæterum, ut tenor hujuſmodi ſic inſertus omnimodam rei, ſeu facti certitudinem faciat, volumus, ut illud idem robur, eamdemque vim, & eumdem vigorem in judicio, vel alibi ubicumque fuerit oſtenſus in omnibus, & per omnia habeat, quem haberent originales literæ prædictæ, ac illis pariter ſtetur, ſicut eiſdem literis ſtaretur ſi forent exhibitæ, & oſtenſæ; per præſentes autem nullum jus cuiquam de novo acquiri volumus, ſed antiquum tantummodo conſervari. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 9. Novembris 1658. Pontificatus noſtri Anno Quarto. G. Gualterius.

§.6. Ac ſucceſſive idem Alexander Prædeceſſor per alias pariter ſuas in eadem forma Brevis eſpeditas literas confirmavit Decretum per Congregationem tunc exiſtentium S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum editum, per quod eadem Cardinalium Congregatio, propoſitis in ea nonnullis dubiis, cenſuerat earumdem Urbani Prædeceſſoris literarum diſpoſitionem in omnibus obſervandam eſſe, prout in ipſius Alexandri Prædeceſſoris literis dicti Decreti confirmatoriis tenoris ſequentis videlicet.

Alex. VII. altera Constitutio, in qua refertur Decretum Congregationis Conc. de ſervanda Constitutione Urbani VIII., illudque confirmatur.

§.7. *Alexander Papa VII. Ad futuram rei memoriam*. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Paulus Paganus Congregationis Fratrum Beati Joannis Dei Procurator Generalis, quod licet dudum fel. rec. Urbanus PP. VIII. Prædeceſſor Noſter per ſuas in ſimili forma Brevis literas 9. Julii 1638. expeditas de tunc exiſtentium S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum conſilio declaraverit, ac decreverit, ut quoad dictæ Congregationis Conventus, & Hoſpitalia, in quibus forent 12. Religioſi, Epiſcopi nullatenus ſe ingererent, & quod illos Conventus, ſeu Hoſpitalia, in quibus foret minor Religioſorum numerus, idem Epiſcopi poſſent inſimul cum Provinciali, vel alio majori ejusdem Congregationis Superiore ad reviſionem computorum adminiſtrationis eorumdem Hoſpitalium procedere, ita tamen, ut contra Perſonas in nihilo ſe immiſcerent. Venerabilis nihilominus Frater Archiepiſcopus Calaritanus Superioritatem in Hoſpitalia Congregationis prædictæ intra fines Diœceſis Calaritanenſis exiſtentia, illaque tum quoad alia quæcumque ſibi ſubjecta eſſe prætendit, hacque occaſione nonnullas dubitationes per Congregationem Venerabilium Fratrum noſtrorum ejuſdem S. Congregationis Concilii Tridentini Interpretum reſolvi petiit, ſuper quibus emanavit Decretum ejuſdem Congregationis Cardinalium, prout conti-

Digitized by Google

tinetur in Scriptura tenoris, qui ſequitur, videlicet: Calaritana. Supplex petiit Archiepiſcopus Calaritanus infraſcriptas dubitationes per hanc Sacram Congregationem reſolvi. Primo An Fratres B. Joannis Dei a Magiſtratu Civitatis vocati, & addicti ſervitio Hoſpitalis, cujus ſe ipſe Magiſtratus protectionem gerere prætendit, ſint exempti a viſitatione Archiepiſcopi in his, quæ verſantur circa adminiſtrationem, & rationem bonorum reddendam. Secundo. Quomodo procedendum contra dictos Religioſos ſe opponentes dictæ viſitationi virtute privilegiorum. Tertio. An dicti Religioſi prætermiſſa juxta formam Sac. Concilii licentia Ordinarii in prima eorum fundatione, & receptione ſint nihilominus exempti a juriſdictione Archiepiſcopi circa regularem obſervantiam, & Perſonarum maxime dilapidando bona Hoſpitalis, vel ſcandaloſe vivendo. Die 27. Septembris 1659. Sacra Congregatio EE. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum cenſuit ſervandam in omnibus diſpoſitionem Brevis Urbani VIII. editi 9. Julii 1638. F. Cardinalis Paulutius Præfectus. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat dictus Paulus Decretum hujuſmodi pro firmiori illius robore, & efficacia Apoſtolicæ Confirmationis noſtræ Præſidio communiri ſummopere deſideret. Nos ipſum Paulum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati Decretum præinſertum Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit pleniſſime ſuffragari, & ab illis reſpective inviolabiliter obſervari; Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 5. Novembris 1659. Pontificatus Noſtri anno Quinto. S. Ugolinus.

Decretum d. Congregationis.

Cauſa confirmandi recenſitas Conſtitutiones, & preces Fratrũ Congregationis Hiſpaniæ.

§.8. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, præmiſſa a memoratis Urbano, & Alexandro Prædeceſſoribus tametſi provido, prudentique fuerint conſtituta conſilio, nihilominus nonnulli Hiſpaniarum Archiepiſcopi, & Epiſcopi non attentis præmiſſis, aliiſque Romanæ Curiæ reſolutionibus, Decretis, & Deciſionibus, Domos, & Hoſpitalia Congregationis S. Joannis Dei hujuſmodi abuſum, intruſionem, & poſſeſſionem illa viſitandi, allegantes, viſitare præſumant. Nobis propterea dicti Exponentes humiliter ſupplicari fecerunt, ut literas præinſertas pro firmiori eorum ſubſiſtentia noſtri muniminis præſidio fulcire de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos ipſis exponentibus ſpecialem gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui votum bo. me. Joannis Dominici ejuſdem S. R. E. Cardinalis Paracciani nuncupati, dum viſit dicti Ordinis apud Sedem Apoſtolicam Protectoris viderunt, ac relationem dilecti filii moderni Procuratoris Generalis ejuſdem Ordinis eiſdem Cardinalibus factam audiverunt conſilio præinſertas Urbani, & Alexandri Prædeceſſorum literas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

Confirmatio Conſtitutionũ Urb. VIII. & Alex. VII.

Clauſulæ.

§.9. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.10 Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus, & ſingulis illis, quæ dicti Urbanus, & Alexander Prædeceſſores in ſuis reſpective literis voluerunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.11. Volumus autem, ut præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die VIII. Julii MDCCXXI. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XI.

Dat. 24. Julii 1721. anno I.

Confirmantur Conſtitutiones Gregorii XV. Urbani VIII., Clementis IX., & X., ac Innocentii XI. quibus conceſſa, & confirmata fuere Hoſpitali B. M. Theutonicorum Privilegia Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani.

Hujuſmodi Conſtitutiones editæ fuerunt 1622., Dec. 23., 1624., Jan. 19., 1668., Jun. 19., 1670. Aug. 30., & 1677., Jan. 8., P. 1. Hujus Pontificis Conſt. ed. 1721., Nov. 10., P. 1., confirmatur Conſtitutio Pii V. de quibusdam aliis privilegiis.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

INſerutabili Divinæ Sapientiæ, atque Clementiæ arcano in Apoſtolicæ dignitatis faſtigio conſtituti, illa, quæ a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris in favorem Ordinum Militarium ad Chriſtiani nominis tutelam pie, ſalubriterque inſtitutorum fideli diſpenſatione, prudentique liberalitate emanarunt, ut firma ſemper, atque ſtabilia perſiſtant, Apoſtolici muniminis noſtri patrocinio, cum id a Nobis petitur libenter roboramus.

A Gregorio XV. conceſſa fuerunt præd. privilegia, & ab aliis relatis Pontificibus confirmata.

§.1. Dudum ſiquidem fel. rec. Gregorius Papa XV. Prædeceſſor Noſter omnia, & ſingula privilegia, Indulta, facultates, exemptiones, immunitates, libertates, & gratias tam per ſe, Sedemque Apoſtolicam, quam per re. me. Leonem X., Clementem VII., Paulum III., Pium IV., Pium V., Gregorium XIII., Sixtum V., Gregorium XIV., Clementem VIII., & Paulum V. Romanos Pontifices ſimiliter Prædeceſſores Noſtros dilectis filiis Magno Magiſtro, & Conventui Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, illiuſque Prioribus, Bajulivis, Præceptoribus, Commendatariis, Fratribus militibus, Subditis, Vaſſallis, Colonis, & Presbyteris curam animarum exercentibus conceſſa, & reſpective confirmata, Hoſpitali Domus Beatæ Mariæ Theuthonicorum, ejusque Magiſtro, Prioribus, Bajulivis, Præceptoribus, Commendatariis, Fratribus, Militibus, Subditis, Vaſſallis, Colonis, ac Presbyteris curam animarum exercentibus conceſſit, decernens Hoſpitale Beatæ Mariæ Theutonicorum, illiuſque Magiſtrum, Priores, Bajulivos, Præceptores, Commendatarios, Fratres, Milites, Subditos, Vaſſallos, Colonos, & Presbyteros nullis aliis privilegiis, gratiis, & indultis, quatenus in hujuſmodi conceſſione non comprehenderentur quovis prætextu, & ex quacumque cauſa uti, frui, & gaudere poſſe, nec debere, quinimo illa omnia ceſſare, ac irrita, & nulla, nulliuſque roboris, & momenti eſſe, & fore, prout in dictis Gregorii Prædeceſſoris in forma Brevis deſuper ſub die 23. Decembris 1622. expeditis literis, quarum tenorem præſentibus pro expreſſo haberi volumus, plenius continetur. Et ſubinde piæ mem. Urbanus VIII., Clemens IX. Clemens X., & Innocentius XI. Romani Pontifices, etiam Prædeceſſores Noſtri per ſuas pariter in forma Brevis die 19. Januarii 1624., & die 19. Junii 1668., ac die 30. Auguſti 1670., nec non die 8. Januarii 1677. reſpective expeditas literas, quarum tenores præſentibus iiſdem haberi volumus, pro expreſſis, jam dictas Gregorii Prædeceſſoris literas ſub certis modo, & forma tunc expreſſis confirmarunt, & approbarunt.

Preces Magni Magiſtri, & Fratrum Militum.

§.2. Cum autem, ſicut dilectus filius Noſter Damianus Hugo S. R. E. Cardinalis de Schonborn. nuncupatus Eccleſiæ Spiren. ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica Præſul pro parte dilectorum filiorum Magni Magiſtri, & fratrum Militum dicti Hoſpitalis B. Mariæ Theutonicorum, cujus dictus Damianus Hugo Cardinalis, & Præſul ex ſimili conceſſione, & diſpenſatione Magnus Præceptor, ſeu Commendatarius exiſtit, Nobis nuper expoſuit, præfatæ quidem Gregorii XV., ac Urbani VIII., Clementis IX., & Clementis X., ac Innocentii XI. Prædeceſſorum literæ in viridi ſint obſervantia, quia tamen firmiora ſunt ea, quæ frequentiori Sedis Apoſtolicæ præſidio roborantur, iidem Magnus Magiſter, & fratres milites literas hujuſmodi Apoſtolicæ Confirmationis Noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſiderent. Nos ipſorum Magni Magiſtri, & fratrum Militum votis quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere, eoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, prædictas Gregorii XV., ac Urbani VIII., Clementis IX. Clementis X., & Innocentii XI. Prædeceſſorum literas, omniaque, & ſingula in eis contenta tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus.

Confirmatio recenſitarum Conſtitutionum.

Clauſulæ particulares, cum executorum deputatione.

§.3. Decernentes præſentes literas nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo, quod locorum Ordinarii ad hoc vocati non fuerint notari impugnari, vel invalidari ullatenus poſſe, minuſque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, limitationibus, reſtrictionibus, & derogationibus comprehendi poſſe, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas eſſe ſicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Quocirca Venerabilibus fratribus Moguntin., & Salisburgen. Archiepiſcopis, ac dilecto filio Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte eorumdem Magiſtri, & Militum, ac fratrum d. Hoſpi-

pitalis Beatæ Mariæ Theutonicorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes; eiſque in præmiſsis efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes, faciant auctoritate noſtra eos præſentium literarum commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos per Ordinarios præfatos, aut quoſcumque alios contra præſentium tenorem quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari; Contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his haben. ſervatis proceſsibus cenſuras, & pœnas hujuſmodi incurriſſe declarando, illaſque etiam iteratis vicibus aggravando. Interdictumque Eccleſiaſticum apponendo, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio Brachii ſecularis.

§.5. Non obſtantibus omnibus, & ſingulis illis, quæ dicti Gregorius, & Urbanus, Clemens IX., Clemens X., & Innocentius XI. Prædeceſſores in ſuis literis prædictis reſpective voluerunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque, Aut ſi aliquibus communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, & excommunicari non poſſe niſi per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Eorumdem autem Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, volumus, quod Pii V. xxii Septembris anno Sexto & Gregorii XIII. ſub annulo Piſcatoris 15. Novembris Anno Nono, necnon Gregorii XV. Prædeceſſorum prædictorum ſub datum Nonis Februarii anno Secundo Pontificatuum ſuorum expeditis literis in ſuo robore, & efficacia permanentibus, præſentes literæ non comprehendant, neque Eccleſias, neque perſonas in his, quæ ad curam animarum pertinent, in quibus Decreta Concilii Tridentini, ac in prædicta Gregorii XV. Conſtitutione contenta omnino ſervari debeant; Ac quod præſentium literarum tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis in judicio, & extra illud ubique locorum plena, & indubitata, eademque prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XXIV. Julii MDCCXXI. Pontificatus noſtri Anno Primo.

XII.

Dat. 1. Sept. 1721. an. 1.

Conceduntur Exprovincialium Privilegia Fratribus de Obſerv: Reformat: Pœnitentiariis Minoribus S. Joannis in Laterano de Urbe.

Eadem privilegia conceſſa fuere Miſſionariis in Æthiopia a Clem. XI Conſt: ed: 1704, Jan: a. P. 5.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ROmanus Pontifex omnium Chriſtifidelium curæ ſuæ divinitus commiſſorum, & præſertim illorum, qui in Eccleſia Dei ſtrenue laborant, merita æqua lance librans, congrua ſingulis laborum præmia conſtituere ſtudet, ſicut juſtitiæ, & æquitati conſentaneum eſſe in Domino arbitratur.

Præter Cardinalis Majoris Pœnitentiarii, & cauſa præſentis conceſſionis.

§.1. Cum itaque, ſicut Venerabilis frater Noſter Fabritius Epiſcopus Albanen. S. R. E. Cardinalis Paulutius nuncupatus, qui alias Majoris Pœnitentiarii Officium obivit, necnon dilectus filius Noſter Bernardus Maria ejuſdem S. R. E. Cardinalis de Comitibus etiam nuncupatus noſter ſecundum carnem Germanus Frater in eodem Officio ſucceſſor Nobis nuper expoſuerunt, æquum non videatur, ut Fratres Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia Reformatorum nuncupatorum per Nos, & dictum Bernardum Mariam Cardinalem nunc, & pro tempore exiſtentem Majorem Pœnitentiarium ex diverſis prædicti Ordinis Provinciis, Linguis, & Nationibus, ad munus Minorum Pœnitentiariorum in Eccleſia Sancti Joannis in Laterano de Urbe pro ſuo quiſque idiomate exercendum aſſumpti, qui aſſiduam, laudabilemque ibidem pro animarum ſalute operam exhibent, majoremque vitæ partem in eorum Officiis traducunt, quoſcumque gradus, & dignitates in ejuſmodi provinciis conſequendi ſpe fruſtrati remaneant, cupiantque propterea iidem Fabritius Epiſcopus, & Bernardus Maria Cardinales Fratribus Minoribus Pœnitentiariis prædictis opportune in præmiſſis a Nobis provideri, & ut infra indulgeri. Nos eorumdem Fabritii Epiſcopi, & Bernardi Mariæ Cardinalium Majoris Pœnitentiarii, qui votum dilectorum filiorum Officialium Signaturæ Officii Pœnitentiariæ Apoſtolicæ ſuper præmiſſis audiverunt, deſiderio, & precibus Nobis ſuper hoc humiliter porrectis favorabilem aſſenſum præbere cupientes, ac etiam Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ut de cætero Fratres Pœnitentiarii Minores ex diverſis Provinciis, Linguis, & Nationibus, ſicut præfertur, aſſumpti, & pro tempore aſſumendi, qui laudabilem vitam in eorum Collegio vixerint, & ſervitium, ac miniſterium hujuſmodi in prædicta Eccleſia Sancti Joannis in Laterano Sedi Apoſtolicæ juxta Ordinationes, & ſtatuta Collegii dictorum Pœnitentiariorum per Cardinales Majores Pœnitentiarios Prædeceſſores edita, vel pro tempore exiſtentem Cardinalem Majorem Pœnitentiarium edenda decennii ſpatio præſtiterint (de quorum tamen adimplemento, & requiſitis idem pro tempore exiſtens Cardinalis Major Pœnitentiarius pro ejus arbitrio, & conſcientia ſuperioribus ipſius Ordinis teſtimonium exhibeat) reverſi deinde ad proprias Provincias de licentia ejuſdem Cardinalis Majoris Pœnitentiarii, omnibus, & ſingulis privilegiis, prærogativis, præeminentiis, & præcedentiis, quibus Fratres Ordinis prædicti, qui Miniſtri Provinciales fuerint, tam de jure, uſu, & conſuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere poſſunt, & poterunt in futurum, pari modo, & abſque ulla prorſus differentia uti, frui, & gaudere libere, & licite poſſint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi Provincialatus munere perfuncti fuiſſent, ita tamen, ut inter ipſos minores Pœnitentiarios Apoſtolicos, & Exprovinciales ſervetur æqualitas, & quoad ordinem præcedentiæ ſola

Conceſſio præd. etiam motu proprio facta Pœnitentiariis decennalibus ſub nonnullis conditionibus.

ſola prioritas, ſive antianitas Paternitatis attendatur, tenore præſentium concedimus & indulgemus.

Clauſula.

§.2. Decernentes eaſdem præſentes Literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari; ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac prædictorum Ordinis, & Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.4. Volumus autem, ut earumdem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die I. Septembris MDCCXXI. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XIII.

Dat. 13. Sept. 1721. an. 1.

Conceditur Cuſtodi & Guardiano S. Sepulcbi facultas conferendi Sacramentum Confirmationis.

Inn: XI Conſt. ed: 1678, Maji 25, P. 2. deſignatus fuit Conventus ubi Neapoli morari debeat Commiſſarius Terræ Sanctæ. Et Bened: XIII Conſt: ed: 1727, Mar: 3, P. 3. confirmantur privilegia & indulgentiæ conceſſa Fratribus Terræ Sanctæ.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Cauſæ præſentis conceſſionis.

CUM ad infraſcriptam Cardinalium Congregationem delatum fuerit dubium = An Cuſtos & Guardianus Sancti Sepulchri Domini Noſtri Jeſu Chriſti ex ſpeciali hujus Sanctæ Sedis delegatione, & vigore nonnullorum privilegiorum per dilectos filios ſuperiores Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia nuncupatorum exhibitorum, neceſſarias facultates habeat conferendi Sacramentum Confirmationis. Nos pro commiſſa Nobis cælitus Paſtoralis Officii cura omnes difficultates, ac in poſterum dubitandi hac in re occaſionem tollere cupientes, ac dilectum Filium Joannem Philippum a Mediolano Fratrem expreſſe profeſſum dicti Ordinis, ac Cuſtodem, & Guardianum dicti Sancti Sepulchri ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, auditis votis Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium in tota Republica Chriſtiana adverſus hereticam pravitatem Generalium Inquiſitorum auctoritate Apoſtolica ſpecialiter deputatorum, eidem Joanni Philippo Cuſtodi, & Guardiano ejuſdem Sancti Sepulchri durante ejus Officio, & pro locis Terræ Sanctæ tantum, ubi non erunt Epiſcopi Ritus Latini, in propria Diœceſi reſidentes poteſtatem, & facultatem conferendi Sacramentum Confirmationis hujuſmodi Oleo, & Chriſmate etiam antiquis, ſi nova haberi non poſſint per Catholicum Antiſtitem gratiam & communionem Sedis Apoſtolicæ habente, benedictis, dicta auctoritate, tenore præſentium concedimus, & delegamus; ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Conceſſio prædd. Joanni Philippo Cuſtodi S. Sepulchri facta pro locis ubi non ſint Epiſcopi Latini.

§.1. Non obſtantibus præmiſſis, ac Apoſtolicis, & in Univerſalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIII. Septembris MDCCXXI. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XIV.

Dat. 10. Nov. 1721. an. 1.

Confirmatur Conſtitutio Pii V. de exemtione ab oneribus ad inſtar Militum Hieroſolymitanorum pro Militibus Theutonicis.

Conſt. ed. 1721. Jul. 24. P. 1. confirmata fuerant quamplurima alia privilegia.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

MIlitantis Eccleſiæ regimini meritis licet imparibus divina diſpoſitione præſidentes inter cæteras Apoſtolicæ ſervitutis curas in eam peculiari ſtudio invigilamus, ut ea, quæ a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris in favorem Militarium Ordinum ad Sanctæ Fidei Catholicæ defenſionem, & propagationem pie, ſalubriterque inſtitutorum provide emanaſſe noſcuntur, quo ſolidius perennent, Apoſtolici Muniminis præſidio cum id a Nobis petitur libenter corroboramus, aliaſque diſponimus, prout conſpicimus in Domino rationi eſſe conſentaneum.

§.1. Dudum ſiquidem a Sa. me. Pio PP. V. Prædeceſſore Noſtro emanarunt literæ in ſimili forma Brevis, tenoris, qui ſequitur, videlicet. *Pius Papa V. Ad futuram rei memoriam.* Pro-

Pii V. Conſtitutio, qua

mere-

Digitized by Google

Militas Theutonici eximuntur ab oneribus, quibus non ſunt ſubjecti Milites Jeroſolymitani.

meretur fides, & devotio dilectorum filiorum Magiſtri, & Fratrum Militum Militiæ Beatæ Mariæ Theutonicorum, ut eos ſpecialibus favoribus, & gratiis quantum cum Domino poſſumus, libenter proſequamur. Hinc eſt, quod Nos precibus Magiſtri, & Militum Militiæ hujuſmodi Nobis per dilectum filium Nobilem Virum Comitem Proſperum ab Arcu ejuſdem Militiæ Commendatorem, & Sereniſſimi Maximiliani electi Imperatoris apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Oratorem humiliter porrectis inclinati; Magiſtro, & Militibus Theutonicis prædictis, ut ipſi poſthac eadem privilegia Indulta, Immunitates, & exemptiones, quas, & quæ dilecti filii Magiſter, & Fratres Milites Militiæ, ſeu Ordinis Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, in quibuſcumque impoſitionibus Decimarum, ſubſidiorum, ſeu aliorum quorumcumque onerum per Nos, & Sedem Apoſtolicam quomodolibet ex quibuſvis etiam urgentiſſimis cauſis pro tempore impoſitorum quoquo modo habent, & eis utantur, potiuntur, fruuntur, & gaudent, ſeu habere, uti, potiri, & gaudere poſſint, & debeant authoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus pariter, & indulgemus, mandantes quibuſvis impoſitionum hujuſmodi Exactoribus, & Collectoribus, ne eosdem Magiſtrum, & Milites Theutonicos ſuper ſolutione Decimarum, Subſidiorum, & aliorum quorumcumque onerum prædictorum contra tenorem præſentium moleſtare, aut perturbare audeant, vel præſumant, ſed Noſtras haſce literas eis inviolabiliter obſervent, & ab omnibus firmiter obſervari curent, & faciant. Nos enim irritum decernimus, & inane quidquid ſecus a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis quibuſvis ſtatutis, & Conſuetudinibus, etiam juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque Indultis, & literis Apoſtolicis quibuſvis perſonis quomodolibet in contrarium forſan conceſſis, & confirmatis, ſeu impoſterum concedendis, & confirmandis Quibus omnibus eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 13. Martii 1568. Pontificatus Noſtri anno tertio.

Preces Cardinalis Magni Præceptoris.

§.2. Cum autem, ſicut dilectus filius noſter Damianus Hugo S. R. E. Presbyter Cardinalis de Schonborn nuncupatus frater Miles, ac Magnus Præceptor, ſeu Commendatarius Hoſpitalis primodictæ Militiæ Nobis nuper expoſuit, ipſe præinſertas Pii Prædeceſſoris literas, quo ſerventur exactius, Apoſtolicæ Confirmationis noſtræ præſidio communiri, ac alias oppurtune ut infra a Nobis indulgeri ſummopere deſideret.

Confirmatio relatæ Conſtitutionis.

Nos ipſius Damiani Hugonis Cardinalis, & Magni Præceptoris, ſeu Commendatarii votis hac in re favorabiliter annuere volentes, ejus ſupplicationibus Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati de Congregationis nonnullorum ex Venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, & Romanæ Curiæ Prælatorum a Nobis ſpecialiter deputatæ, conſilio, præinſertas Pii Prædeceſſoris literas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, ac innovamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, hac tamen adiecta declaratione, ut ſicuti in impoſitionibus, ſi non ſunt expreſſe nominati fratres milites dicti Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani, non cenſentur comprehenſi, ita etiam fratres milites Theutonici nunquam cenſeantur comprehenſi niſi ſint ſpecialiter nominati.

Clauſulæ.

§.3. Decernentes easdem præſentes, & præinſertas literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari; Sicque in præmiſſis per quoſcumque Iudices Ordinarios & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, necnon omnibus, & ſingulis illis, quæ in literis præinſertis conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die X. Novembris MDCCXXI. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

X V.

Dat. 15. Nov. 1721. An. 1.

Confirmatur Decretum Definitorii Gen. Eremitarum S. Auguſtini de reductione Magiſtrorum Provinciæ Caſtellæ.

Auctus fuit numerus Magiſtrorum in Provincia Peruviana a Clemente XI. Conſt. ed. 1720., Oct. 20 P.20. Et ab hoc Pontifice augetur in Provincia Chilen. Conſt. ed. 1723., Auguſt. 7. P.3.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Cauſa, & modus redigendi Magiſteria ad 34.

EXponi Nobis nuper fecerunt Dilecti filii fratres Provinciæ Caſtellæ Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, quod cum in dicta Provincia numerus quadraginta Magiſtrorum in Sacra Theologia, qui cum a Priore Generali Ordinis hujuſmodi ex gratia, & abſque deſignato numero provideantur, reperiatur, ad majorem quantitatem etiam multiplicari poſſint, per dictum vero numerum dictæ Provinciæ maximum gravamen, & præjudicium inferatur, Definitorio generali in ultimis generalibus Comitiis celebratis pro ejus reductione uſque ad triginta Magiſteria in eadem Sacra Theologia, & quatuor de Pulpito, itaut ejuſmodi numerus impoſterum excedi, & alterari minime poſſit,

ſup-

ſupplicavit; Quandoquidem Provincia ipſa tantas vires ſufficientes non habet pro ſubminiſtraudis veſtiariis Magiſtris prædictis ultra dictum numerum triginta quatuor, & rurſus, quia in celebratione Capitulorum Provincialium major erit numerus eorumdem Magiſtrorum, quam Priorum votum habeutium, cum omnes Conventus non ſint, quam numero triginta novem taliter, quod in Provincialibus Comitiis facto eorumdem Magiſtrorum Prioribus minime conſideratis, prævalebit. Bene tamen verum eſt, quod cum omnes Magiſtri aſcendant, ut præfertur, ad quadraginta, inſuper in eadem ſupplicatione petitum fuit, quod idem Prior Generalis alium inſtituere nequeat uſquedum numerus ad triginta qoatuor Magiſteria redactus non fuerit; exceptis tamen quatuor de Pulpito tantummodo, quæ prædicta Provincia pro unica vice modo inſtitui poſſe inſtabat, ne, donec petitus numerus reducatur, verbi Dei Prædicatores, qui neceſſariis requiſitis præditi ſunt, debita remuneratione ob impenſum laborem fruſtrentor; reductione vero ſecota, alius non admittatur, niſi in caſum obitus, ſeu vacationis, & juxta modum, & formam a Conſtitutionibus Ordinis prædicti Apoſtolica auctoritate confirmatis præſcriptum cum ea ponderatione, quod eatenus neceſſaria quoque eſt inſtitutio circa dicta quatuor Magiſteria de Pulpito, quia cum plurimi experiantur, nullum poſſe aſſequi optatum præmium, libenter verbi Dei prædicationi non incumbunt, adeoque ut omni conatu ad ejuſmodi pium exercitium accendantur, ſpe præmii allici debent etiam com aſſecutione Magiſterii, ad quod tamen promoveri nequeant, niſi prius per ſexdecim annorum curſum, quorum duodecim in principalioribus ejuſdem Provinciæ Conventibus, Verbom Dei prædicaverint, prævio Examine coram Examinatoribus in Conventu Sancti Philippi Ordinis prædicti Oppidi Matriti Toletanen. Diœceſis juxta ordinatum in eisdem Conſtitutionibus pro Lectoribus ſubeundo. Definitorium autem Generale his rationibus auditis edidit Decretum tenoris, qui ſequitur, videlicet = Decretum Capituli Generalis, ut ſequitur =

Decretũ Definitorii Gen. pro d. reductione a Patribus Provinciæ petita.

Ego infraſcriptus Secretarius Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Patris Auguſtini fidem facio qualiter in Diffinitorio Capituli Generalis nuper celebrati exhibitus fuit libellus ſupplex nomine Provinciæ Caſtellæ, quo petebatur, numerus Magiſtrorum præfatæ Proviociæ redigeretur ad triginta in Sacra Theologia, & quatuor de Pulpito, itaut hujuſmodi numerus in poſterum excedere, & alterari minime poſſit. Cumque in præſenti omnes Magiſtri aſcendant ad quadraginta, petebatur. Quod P. Reverendiſſimus Generalis non poſſit alium inſtituere oſquedum numerus non fuerit redactus ad triginta quatuor Magiſteria exceptis tamen Lectoribus Salmaticenſibus, & exceptis quatuor de Pulpito, quæ Provincia Oratrix petit pro unica vice modo inſtitui poſſe, ne Prædicatures, qui ſua habent requiſita, ſua defraudentur remuneratione. Cui ſupplici libello Diffinitorii Generalis Patres albos calculos adjecerunt, & in præſcriptum numerum triginta quatuor Magiſtrorum cum præfatis conditionibus conſenſerunt. In quorum fidem &c. Datum in Conventu S. Patris Auguſtini de Urbe die 26. Junii 1721. -- Magiſter Frater Hieronymns Auguſtinus Zazzeri Aretinus Ordinis Secretarius. -- loco ✝ Sigilli.

Preces PP. Provinciæ.

§.1. Cnm autem, ſicut eadem Expoſitio ſubjungebat ipſi Exponentes Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, & ſervetur exactius Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimum deſiderent, Nos ipſos Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eurum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium, qui relationes dilecti filii moderni Procuratoris Generalis ejusdem Ordinis ſuper præmiſſis eisdem Cardinalibus factam, viderunt conſilio, Decretum præinſertum Capituli, ſeu Definitorii generalis reductionis numeri Magiſtrorum d. Provinciæ ad triginta quatuor, intra quem numerum prima quatuor loca vacatura Concionatoribus requiſita neceſſaria habentibus allignentor, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus ſalva tamen ſemper in præmiſsis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti.

§.2. Decernentes easdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit pleniſſime ſuffragari, & ab illis reſpective inviolabiliter obſervari. Sicque in præmiſſis per quoſcomque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper iis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſula.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit Ordinis, & Provinciæ, ac Conventuum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habeotes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XVIII. Novembris MDCCXXI. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Con-

XVI.

Dat. 21. Nov. 1721. an. 1.

Confirmatur Conſtitutio Urbani VIII. pro neceſſitatibus Locorum Terræ Sanctæ.

Alia Hujus Conſtitutionis Confirmatio extat Clem. XI Conſt: ed: 1701, Nov: 18, P. 1. Et Bened. XIII. Conſt: ed: 1727, Mat. 11, P. 4. confirmantur, privilegia, & indulgentiæ conceſſa perſonis Terræ S.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

SAlvatoris, & Domini Noſtri, qui pro humani generis redemptione ſe ipſum exinanivit, factus obediens uſque ad mortem, vices, licet immeriti gerentes in terris, inter multiplices graviſſimaſque Apoſtolicæ ſervitutis curas, in eam præcipue paſtoralis ſolicitudinis vigilantia incumbimus, ut tanti, & tam ſalubris myſterii monumenta, quæ in Civitate Hieruſalem, & locis circumvicinis ſunt, conſerventur, & omni, qua fieri poterit, majori honorificentia recolantur.

Ab Urb. VIII. injunctũ fuit Ordinatus, & Superioribus Religioſis, ut ſaltem bis in anno commẽdari curarent neceſſitates Terræ Sanct.

§. 1. Cum itaque alias felic rec. Urbano Papa VIII. Prædeceſſori noſtro expoſito, quod Eccleſiæ, & alia loca pia in Civitate Hieruſalem, & aliis locis Terræ Sanctæ exiſtentia fere diruta erant, & quæ adhuc ibi exiſtebant Monaſteria ære alieno ob impiam Turcarum, hæreticorum, & Schiſmaticorum Tyrannidem, & pro Sanctæ fidei Catholicæ in eiſdem locis conſervatione contracto admodum gravata reperiebantur, idem Urbanus Prædeceſſor Patriarchis, Archiepiſcopis, & aliis locorum Ordinariis, necnon omnibus & ſingulis quorumvis Ordinum Congregationum, & Inſtitutorum Regularium Generalibus commiſerit, & mandaverit, ut ad minus duabus vicibus quolibet anno, Adventus, & Quadrageſimæ temporibus, tam per Verbi Dei Prædicatores in ſuis ſacris Concionibus, quam in actionibus, & functionibus publicis neceſſitates eorumdem ſacrorum monumentorum Populo proponi, & commendari curarent, & facerent, & alias prout in ipſius Urbani Prædeceſſoris Literis deſuper in ſimili forma Brevis die 3. Februarii 1634. expeditis Literis, quarum tenorem præſentibus pro expreſſo haberi volumus uberius continetur; & ſicut pro parte dilecti filii Emanuelis Fernandez del Rio Ordini Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantis nuncupatorum Lectoris Jubilati, ac Execuſtodis Provinciæ Burgenſis, necnon totius Sacræ Cuſtodiæ, ac Familiæ Terræ Sanctæ in Romana Curia Commiſſarii, & Procuratoris Generalis Nobis nuper expoſitum fuit ipſe quo prædictæ Urbani Prædeceſſoris Literæ, quæ a recolen. me. Innocentio X., Clemente etiam X., Innocentio XI., Alexandro VIII., Innocentio XII., ac Clemente pariter XI. Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus itidem noſtris confirmatæ fuerunt exactius obſerventur, illas per Nos pariter confirmari, & innovari deſideret: Nos eorumdem Sacrorum monumentorum conſervationi, & manutentioni conſulere volentes, prædictas Urbani Prædeceſſoris Literas Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium confirmamus pariter,

Preces Procuratoris Gener. Terræ S. pro confirmatione d. Conſtitutionis jã pluries confirmatæ.

Confirmatio præd. Conſtitutionis.

& approbamus, illaſque innovamus, & obſervari mandamus. Volumus autem, ut Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi prædicti in relatione ſtatus Eccleſiarum ſuarum, quando viſitabunt limina Apoſtolorum, facienda, referant, ſe prædictis Urbani Prædeceſſoris, & præſentibus Noſtris Literis paruiſſe; contrariis, non obſtantibus quibuſcumque.

§. 2. Volumus inſuper, ut earumdem præſentium Literarum tranſumptis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XII. Novembris MDCCXXI. Pontificatus noſtri anno Primo.

XVII.

Confirmatur aſſignatio Loci a Clem: XI. facta in Rota Maceraten. uni ex Civibus Civitatis Urbini. Dat 27. Nov. 1721. an. 1.

Hujuſmodi aſſignatio facta fuit a Clem: XI an: 1705. Aug: 18, P. 5. Et Conſt: ed: 1706, Jan: 30, P. 6. conceſſus fuit Locus in Rota Peruſina. Ab hoc Pontifice Conſt: ed: 1721, Maji 9, P. 1. confirmata fuit Conſtitutio Clem: XI. ſuper privilegiis Univerſitatis, & Collegii Urbinaten.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

ÆQuum arbitramur, & congruum, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet ejus ſuperveniente obitu literæ deſuper confectæ minime fuerint, ſuum debitum ſortiantur effectum. Exordium.

Cauſæ ob quas a Clem. XI. facta fuerit d. aſſignatio.

§. 1. Alias ſiquidem felic: record: Clemens Papa XI. Prædeceſſor noſter, quanta olim ſtudiorum, & liberalium artium laude, & quibus inſignium virorum ingeniis, & gloris Civitas Noſtra, tunc ſua Urbinaten., Patria ejus dilectiſſima floruit, ſumma cum animi ſui jucunditate recolens, ea recordatione, ac ſinceræ fidei, & devotionis affectu, quem dilecti filii Communitas, & homines dictæ Civitatis erga eumdem Clementem Prædeceſſorem, & Sedem Apoſtolicam gerere comprobantur, merito inductus fuit, ut quemadmodum Agricola ei ſolo, cujus ubertatem agnoſcit, culturam, & ſemen impendit, ita idem Clemens Prædeceſſor in eamdem Civitatem Apoſtolicæ beneficentiæ ſuæ munera, quibus liberalium artium hujuſmodi, ac præſertim legum, quas non ſolum ornamenta Civitatum, ſed etiam præſidia eſſe conſtat, ſtudia foverentur, & reviviſcerent, quam libentiſſime conferret. Accepto igitur per eumdem Clementem Prædeceſſorem, quod dudum recol. mem. Sixtus Papa V. pariter Prædeceſſor Noſter, tunc ſuus, in Civitate Noſtra, tunc ſua Maceraten., unum Tribunal Audientiæ cauſarum Rotam nuncupatum, quod conſtare deberet quinque judicibus Auditoribus nuncupatis, ad cauſarum, & litium Provincialium

A Sixto V. inſtituta fuit Rota Macerat. quinque judicum, ex quibus 4. eſſent nominandi a Romano Pontifice.

lium Provinciæ Marchiæ expeditionem, perpetuo erexerit, & inſtituerit, quatuor vero ex quinque Auditoribus hujuſmodi, dum illorum officia pro tempore vacare contigerit, a Romano Pontifice pro tempore exiſtente deputandi ſint, dictus Clemens Prædeceſſor in prædicta Civitate Urbinaten. priſtinum ingeniorum, & animorum ad literarum, & præſertim Legum ſtudia vigorem, & alacritatem propoſitis honorum præmiis excitare, ſimulque perpetuum aliquod Patriæ ſuæ erga eam benevolentiæ monumentum extare cupiens & literarum dicti Sixti Prædeceſſoris ſuper erectione dicti Tribunalis emanatarum tenorem, & datam etiam vero rem, & alia quæcumque etiam ſpecificam, & individuam mentionem, & expreſſionem requirentia pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habens, Motu proprio, non ad Communitatis, & hominum præſcriptorum, aut cujuſvis alterius ſibi ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, & matura deliberatione ſuis, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſub data videlicet die 18. Auguſti 1705. Pontificatus ſui anno quinto, deinceps unum ex Officiis hujuſmodi cum omnibus, & ſingulis illius facultatibus, auctoritatibus, honoribus, præeminentiis, antelationibus, obventionibus & emolumentis uni ex Civibus originariis Civitatis Urbinaten., qui in illius ſtudii generalis Univerſitate, ad doctoratus lauream in utroque jure promoti, necnon Collegio etiam generali, ut vocant, Doctorum ipſius Civitatis adſcripti fuiſſent, ac cæteroqui qualitatibus juxta formam dictarum Sixti Prædeceſſoris literarum præditi reperirentur, a dicto Collegio generali pro tempore nominandis, perpetuo conceſſit, & aſſignavit, ita ſcilicet, ut idem Collegium tres Cives Originarios Urbinatenſes, ſicut præmittitur, promotos, adſcriptos, & qualificatos, quos non favore, gratia, precibus, aut quavis alia ambitione, ſeu corruptela, ſed uniuſcujuſque merito mature conſiderato magis idoneos, & aptiores in Domino judicaſſe, ad dictum Auditoratus Officium, quod ad quinquennium concedi conſuevit ex tunc, & perpetuis futuris temporibus quinquennio in quinquennium recurrente, ſeu alias quomodolibet, & quandocumque contingente illius vacatione nominare; unus vero ex tribus ſic nominatis per eumdem Clementem Prædeceſſorem, & Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem ad officium hujuſmodi aſſumi reſpective deberet, nec unquam idem officium a prædicto Clemente Prædeceſſore, ut præfertur, conceſſum, & aſſignatum, aliis, quam Civibus originariis Urbinatenſibus, ſicut præmittitur, nominandi, concedi, & aſſignari, vel de eo in aliorum, quam Civium originariorum hujuſmodi ſic nominandorum favorem diſponi ullatenus poſſet, aut deberet: Decernens quaſcumque collationes, conceſſiones, aſſignationes, aut alias diſpoſitiones de eodem Auditoratus Officio in aliorum, quam Civium originariorum prædictorum favorem, ut præfertur quomodocumque, & qualitercumque pro tempore faciendis nullas, irritas, & inanes nulliusque roboris, vel momenti fore, & eſſe, ac nulli prorſus ſuffragari, ſed literas deſuper conficiendas, & in eis contenta, ac inde cæteroqui legitime ſecutura quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet etiam ſpecifica, & individua mentione digni in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, aut auditi, neque cauſæ propter quas eædem Literæ emanaſſent, ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ fuiſſent, aut alia etiam quantumvis legitima, juridica, & privilegiata cauſa, colore prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & & totalis læſionis nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis ſuæ, aut intereſſe habentium conſenſus aliove quolibet etiam quantumvis magno, ac ſubſtantiali, ac incogitato, & incogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, vel modificari ad viam, ſeu terminos juris reduci, aut adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe, ſed ipſas Literas conficiendas ſemper firmas, validas, & & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectaſſet in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab illis reſpective inviolabiliter obſervari; ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de latere Legatos, cæteroſque quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definire debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus prædicti Sixti Prædeceſſoris literis, ac piæ mem. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris Noſtri, tunc ſui de una & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate earumdem literarum in judicium non traheretur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Civitatis Maceraten., & Tribunalis, prædictorum, ac quibuſcumque aliis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Civitati, & Tribunali, & quibuſvis aliis perſonis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, etiam conſiſtorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, ac pluries, & quantiſcumque vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita for-

A Clem. XI. assignati fuit Motu proprio officia præd. uni Civi Urbinaten. originario, in Univerſitate laureato, & Collegio Doctorum adſcripto ex tribus a d. Collegio nominatis a Rom. Pontifice eligendo.

Clauſulæ ampliſſimæ, & particulares.

forma adhoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, acſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & infererentur literis conficiendis hujuſmodi pro plene, & ſufficienter expreſsis, & inſertis habens, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ea vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogavit, ac pleniſsime, & ampliſsime derogatum eſſe voluit, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Confirmatio, & nova conceſſio recenſitæ Gratiæ ſuper qua expeditæ non fuerant Literæ Apoſt.

§.2. Ne autem de conceſsione, & aſsignatione perpetua Auditoratus Rotæ Maceraten. uni ex Civibus originariis dictæ Civitatis Urbinaten. a prædicto Clemente Prædeceſſore facta, ac decreto, derogatione, cæteriſque prædictis pro eo, quod ſuper illis ipſius Clementis Prædeceſſoris literæ confectæ minime fuerint, valeat quomodolibet hæſitari, ac Cives originarii prædicti illarum fruſtrentur effectu, volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod conceſsio, aſsignatio, decretum, derogatio aliaque prædicta memorati Clementis Prædeceſſoris dicta die 18. Auguſti 1705. ſuum ſortiantur effectum, perinde acſi ſuper illis ipſius Clementis Prædeceſſoris literæ ſub ejuſdem diei data confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur, quodque præſentes noſtræ literæ ad probandum plene conceſſionem, aſſignationem, decretum, derogationem, cæteraque prædicta ejuſdem Clementis Prædeceſſoris ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur, & nihilominus quatenus opus ſit omnia, & ſingula præmiſſa motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus iterum, & ex integro tenore præſentium concedimus.

Clauſulæ, et Deputatione executorum.

§.3. Quocirca Venerabilibus Fratribus Noſtris Oſtien., & Portuen. Epiſcopis, ac dilecto Filio Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Collegii Generalis fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eique in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate Noſtra illud earumdem præſentium literarum commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere non permittentes illud deſuper a quoquam quomodolibet indebite moleſtari, Contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus omnibus, & ſingulis illis, quæ dictus Clemens Prædeceſſor voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XXVII. Novembris MDCCXXI. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XVIII.

Creantur 50. Pueri Honorarii occaſione ſolemnis Equitatus in Comites Palatinos, & auratæ Militiæ Equites.

Dat. 15. Dec. 1721. ann. 1.

Dilecto Filio Alexandro Caſali Romano.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium.

EX Romani Pontificis beneficentia provenire dignum eſt, ut qui erga illum devotionis, & obſequii ſigna demonſtrant, iidem ab ipſo Romano Pontifice honoribus, & gratiis decorentur.

Cauſa hujuſmodi Creationis.

§.1. Cum itaque nuper in ſolemni equitatione, qua nos inſigni S. R. E. Cardinalium, Antiſtitum, Procerum, ac Officialium, Ordinumque Romanæ Curiæ comitatu pompa celebri, & multorum Adoleſcentulorum nobilium, ſeu puerorum honorariorum ad latus noſtrum adſtantium, corona ſtipati, lectica e Palatio noſtro Vaticano, ad Eccleſiam Sancti Ioannis Lateranen., ut moris eſt, proceſſimus, Tu unus ex Adoleſcentulis, ſeu pueris honorariis hujuſmodi extiteris, Nos propterea ut aliquod paterni noſtri affectus in familia tua extet monimentum, Te peculiari benevolentiæ Noſtræ favore proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac mera liberalitate Noſtris, Te auratæ militiæ Equitem, ac Aulæ Lateranenſis, & Palatii Apoſtolici Comitem, tenore præſentium facimus, & creamus, Teque aliorum Equitum, & Comitum hujuſmodi numero, & conſortio favorabiliter aggregamus, Tibique, ut Torquem aureum, & Enſem, & aurata Calcaria geſtare, necnon omnibus, & ſingulis privilegiis gratiis, & indultis, exemptionibus, & prærogativis, quibus alii Equites, & Comites hujuſmodi de jure, uſu, conſuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pari modo (citra tamen exemptiones a Sacro Concilio Tridentino ſublatas) uti, frui, & gaudere libere, & licite valeas, earumdem tenore præſentium concedimus, & indulgemus.

Creatio præd. motu proprio facta.

Clauſulæ.

§.2. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XV. Decembris MDCCXXI. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Similis pro ſingulis aliis pueris honorariis jun-

juxta Notulam introcluſam. Datum ut in præcedenti,

Nomina aliorum Puerorum honorariorum.

Franciſcus Olivieri Miles nondum Profeſſus Hoſpitalis Sancti Joaonis Hieroſolymitani.
Joannes Hieronymus Olivieri Frani Miles Militiæ SS. Mauritii, & Lazari.
Comes Franciſcus Simonetti.
Fantuzzi.
Cajetanus Terzi.
Dominicus de Effectibus.
Franciſcus Eleonori.
Ruggerius Falſacappa,
Bernardinus Bernardini.
Ludovicus Caſali Nobilis Romanus.
Innocentius Muti Nobilis Romanus.
Vincentius Muti Nobilis Romanus.
Coſmus de Angelis.
Bonacorſius Bonacorſi.
Marius Orſini.
Paulus Ciogni.
Cajetanus Rita.
Paulus Coſta.
Hieronymus Mignanelli.
Comes Andreas Piazza.
Joannes Baptiſta Juſtiniani.
Michael Angelus Magnoni.
Franciſcus Narici.
Joannes Crivelli.
Antonius Crivelli.
Hieronymus Ercolani.
Nicolaus del Majo Frater Miles nondum profeſſus Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani.
Carolus Bentivolo.
Felix degl'Atti.
Carolus Pozzi.
Joannes Guglielmus Valignani.
Horatius Amadei.
Erminegildus del Cinque.
Philippus Antomori.
Dominicus Papetti.
Michael Narici.
Alexander Orſini.
Alexander Sarazzani.
Paulus Benedetti.
Octavius Carletti.
Diomede Cerichelli.
Felix Sandali.
Dominicus Simonetti.
Tiberius Aſtalli.
Joannes Maria Torri.
Comes Franciſcus Piazza.
Franciſcus Gerardini.
Paulus Hieronymus Torre.

XIX.

Statuitur, ut Feſtum S. Antonii de Padua ſit de Præcepto in Hiſpaniarum, & Americæ Regnis. Dat. 27. Janu. 1722. ann. 1.

A Clemente XI. Conſt. ed. 1708., Dec. 6., P. 9. mandatum fuit ut Feſtum Conceptionis B. M. ubique de præcepto ſervaretur.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpet. rei memoriam.

Creditæ Nobis Cælitus diſpenſationis ratio exigit, ut piis Orthodoxorum Regum, & Principum pietatis, aliarumque Chriſtianarum virtutum decoribus multipliciter fulgentium votis ad augendam in Terris Sanctorum cum Chriſto in Cæleſti Hieruſalem regnantium qui tradita ſibi talenta non defoderunt in Terram, ſed uberi bonorum operum fructu multiplicarunt, venerationem laudabiliter tendentibus favorabilem aſſenſum paterna benignitate præbeamus. Exordium.

§. 1. Cum itaque ſicut pro parte Chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici Nobis nuper expoſitum fuit, ipſe Philippus Rex pro ſingulari ſua, Subditorumque ſuorum in Hiſpaniarum, & Americæ Regnis eidem Philippo Regi ſubjectis degentium erga Sanctum Antonium de Padua Confeſſorem devotione, feſtum ejusdem Sancti Antonii in dictis Regnis de præcepto ſervari plurimum deſideret. Nos devota, grataque animi intentione conſiderantes quot idem Sanctus illuſtria Sanctitatis Suæ monimenta reliquerit, & quot miraculis, quæ Divina bonitas, ejus interceſſione operari dignata eſt eximie claruerit, ac proinde piis, enixiſque memorati Philippi Regis precibus Nobis ſuper hoc humiliter porrectis benigne inclinati, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpoſitorum conſilio, ut perpetuis futuris temporibus feſtum ejusdem Sancti Aotonii de Padua in memoratis Regnis, & Dominiis tamquam de præcepto ſervetur, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus. Preces Regis Catholici, & cauſæ ſtatuti. Statutū præd.

§. 2. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Clauſulæ.

§. 3. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris, die XXVII. Januarii MDCCXXII. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Digitized by Google

XX.

Dat. 27. Mart. 1722. ann. 1.

Declaratur nullum Edictum Senatus ac Magiſtratus Lucernæ ſuper moderatione ſubſidiorum dotalium, livellorum, aliarumque expenſarum, Monialium, cum nonnullis Ordinationibus.

A Clem. XI. Conſt. edit. 1718., Dec. 10., P. 19. nullus declaratus fuit Tractatus Pacificationis inter Abbatem S. Galli, & Magiſtratus Bernen. & Tigurin. Et a Bened. XIII. Conſt. ed. 1726., Febr. 14., P. 2. nulla declarantur geſta a Sæculari Poteſtate in Sabaudia, & Pedemontio adverſus Monaſterium Magnum S. Bernardi.

Venerabili Fratri Epiſcopo Conſtantien.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Venerabilis Frater ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium.

ROmanus Pontifex in ſublimi Apoſtolicæ Sedis ſpecula cum poteſtatis plenitudine a Domino conſtitutus, Eccleſiæ Jura ubique ſarta tecta tueri, ac adverſus quæcumque per quæ illis aliquid detrimenti inferri dignoſcitur, tradita ſibi Divinitus auctoritate vindicare tenetur, ſicut omnibus maturæ conſiderationis trutina perpenſis, æquitati, & juſtitiæ, rectoque Ordini conſentaneum eſſe in Domino arbitratur.

Epitomes Edicti, in quo determinantur Monialiū ſubſidia Dotalia, Livella aliæque expenſæ ab earum conſanguineis facienda.

§. 1. Ad Noſtri ſiquidem Apoſtolatus notitiam non ſine gravi animi noſtri moleſtia pervenit, quod nomine Moderni Prætoris, & Senatus, necnon Magiſtratus C. centum nuncupat. Oppidi Lucernæ iſtius Conſtantien. Diœceſ. prodierit quoddam Decretum, ſive edictum non ita pridem evulgatum, quo inter alia Superiorisſis Monaſteriorum Monialium in eodem Oppido ejuſque Dominio conſiſtentium modus, & forma indicitur, quem de cætero in admiſſione, & receptione earumdem Monialium ſequi, & ſervare debeant, ac ſubſidiorum, ſeu Eleemosynarum dotalium quantitas deinceps ſolvenda præſcribitur, aliaque circa livellos, annuaſque præſtationes ipſis Monialibus aſſignandas, & expenſas occaſione earum Monachationis faciendas non minus temere, quam nulliter ſtatuuntur, & ordinantur, prout in memorato Decreto, ſive edicto, cujus tenorem non quidem illud approbandi, ſed prorſus reprobandi animo præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo & inſerto haberi volumus plenius dicitur contineri.

Cauſæ ſequentis declarationis.

§. 2. Cum autem præmiſſa, ad quæ iidem Prætor, & Senatus, ac Magiſtratus manum in meſſem alienam extendentes, damnabiliter devenerunt, Eccleſiaſticam libertatem, ac juriſdictionem Dei Ordinatione, & Canonicis Sanctionibus conſtitutam aperte læſerint, & lædant nec ullo modo perferri, aut diſſimulari valeant. Hinc eſt, quod Nos ex debito Paſtoralis officii quod humilitati noſtræ meritis licet, & viribus longe impari commiſit Divina Dignatio prædictæ Eccleſiæ jura a pernicioſis hujuſmodi laicorum conatibus illæſa, & illibata conſervare cupientes, Decretum, ſive edictum præfatum, ſicut præmittitur, promulgatum, aliave quæcumque in præmiſſis, ſeu eorum occaſione in præjudicium libertatis, & Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ quovis modo acta, geſta, & ordinata cum omnibus, & ſingulis inde ſecutis, & forſan quandocumque ſecuturis penitus, & omnino nulla, inania, invalida, irrita, & a non habentibus poteſtatem attentata, & de facto præſumta, nulliuſque prorſus roboris, & momenti eſſe & perpetuo fore auctoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus; Et nihilominus ad majorem cautelam, & quatenus opus ſit, illa omnia, & ſingula harum ſerie itidem perpetuo revocamus, caſſamus, irritamus, annullamus, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuamus, ac pro revocatis, caſſatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuamus, ac pro revocatis, caſſatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuis ſemper haberi volumus.

Declaratio nullitatis ſupradicti Edicti, cum illius revocatione.

Mandatur hujus Conſtitutionis publicatio, & obſervantia ſub pœna Interdicti.

§. 3. Diſtrictius propterea, ac in virtute Sanctæ obedientiæ mandantes omnibus, & ſingulis Abbatiſſis, Prioriſſis, ac quocumque alio nomine nuncupentur Superioriſſis Monaſteriorum Monialium hujuſmodi, ipſiſque Monialibus, aliiſque eorumdem Monaſteriorum Superioribus, Æconomis, adminiſtratoribus, & perſonis, ad quas ea res ſpectat, & pro tempore ſpectabit, etiam ſpeciali mentione dignis, ne juxta præfati Decreti, ſeu Edicti tenorem puellas, aliaſque Mulieres ad habitum, aut profeſſionem Regulares recipiant, & admittant, vel alias eidem Decreto, ſeu Edicto quoquo modo pareant, ſub Interdicti Eccleſiarum ipſo facto abſque alia declaratione per tranſgreſſores incurrenda pœna, cujus relaxationem Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti dumtaxat ſpecialiter reſervamus, ac proinde fraternitati tuæ per eaſdem præſentes iniungimus, quatenus hanc noſtram declarationem, annullationem, & prohibitionem, cæteraque præfata Abbatiſſis, Prioriſſis, Superioriſſis, Monialibus, aliiſque perſonis prædictis quamprimum pronunciari, & ad earum notitiam pervenire cures, ipſarumque præſentium literarum exemplum authenticum in actis Curiæ tuæ Epiſcopalis ad perpetuam rei memoriam regiſtrari, & ſervari mandes.

Tribuitur Epiſcopo Conſtantien. facultas moderandi neceſſitas expenſas.

§. 4. Cæterum cum ſicut etiam accepimus, nonnulli in Puellarum, & Mulierum prædictarum receptione ad habitum, & profeſſionem hujuſmodi in dictis Monaſteriis abuſus ob exceſſivam ſubſidiorum, ſeu eleemosynarum dotalium livellorum, annuarumve præſtationum, aliarumque expenſarum ea occaſione fieri ſolitarum quantitatem, quibus in hiſce præſertim rerum, & temporum difficultatibus illarum Parentes, & Conſanguinei ægre ſubvenire valent, irrepſerint, pro paterna, quam in omnes Chriſtifideles gerimus cura, & ſolicitudine opportunum deſuper remedium adhiberi volentes, ac de tua fide, prudentia, integritate, & Religionis zelo plurimam habentes in Domino fiduciam, eidem fraternitati tuæ harum ſerie committimus, & mandamus, ut ſingulorum Monaſteriorum Oppidi, & Dominii prædictorum redditibus, & oneribus prius diligenter inſpectis, numero Monialium in quolibet Monaſterio per Decreta Sacri Concilii Tridentini præſcripto, præſentiumque temporum conditione mature conſideratis, eadem ſubſidia, ſeu eleemosynas do-

dotales in uno quoque ex Monaſteriis hujuſmodi tametſi ab Ordinariorum juriſdictione exempta, & dictæ Sedi immediate ſubiecta forent, impoſterum contribuenda, pro tuo arbitrio, & conſcientia auctoritate noſtra prædicta ſtatuas, taxes, & determines; livellis quoque, annuiſve præſtationibus Monialium, in iiſdem Monaſteriis deinceps recipiendarum, quatenus neceſſariæ, atque Religionis uſu receptæ ſint modum imponas, ac certam, & moderatam taxas conſtituas; expenſas vero, ſeu contributiones, quas cum Moniales ad habitum, vel profeſsionem admittuntur, ſive pro conviviis, ſive in utilitatem Sacriſtiæ, aut ipſorum Monaſteriorum, non ſine gravi earum Parentum, & Conſanguineorum diſpendio, & incommodo hactenus fieri mos invaluit, pro tuo pariter arbitrio, & conſcientia modereris, ſeu reformes. Nos enim quamcumque neceſſariam, & opportunam ad præmiſſa facultatem, & poteſtatem tibi auctoritate, & tenore prædictis tribuimus, & impertimur.

Clauſulæ.

§.5. Decernentes ſic, & non aliter in præmiſſis, per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & ejusdem Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obſtantibus præmiſsis, ac Apoſtolicis, & in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon prædictorum Monaſteriorum, & aliis quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, aut quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ac uſibus, & ſtylis etiam immemorabilibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis eisdem Monaſteriis, illorumque Superioriſsis Monialibus, & aliis quibuſvis perſonis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſsimis, & inſolitis clauſulis, & Decretis in genere, vel in ſpecie in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſsis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſsis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.7. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſsis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum habeatur quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XXVII. Martii MDCCXXII. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

X X I.

Publicantur Literæ Proceſſus die Cœnæ Domini.

Dat. 2. April. 1722. ann. 1.

Eædem Literæ publicatæ fuere a Clem: XI Conſt: ed: 1701, Mar; 24; P. 1.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum DEI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium a Pontificia ſollicitudine ſervandi unitatem fidem, & pacem in Eccleſia.

PAſtoralis Romani Pontificis vigilantia, & ſolicitudo, cum in omni Chriſtianæ Reipublicæ pace, & tranquillitate procuranda, pro ſui muneris officio aſſidue verſatur, tum potiſſimum in Catholicæ fidei, & ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, unitate, atque integritate retinenda, & conſervanda, maxime elucet, nimirum, ut fideles Chriſti non ſint parvuli fluctuantes, neque circumferantur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, ad circumventionem erroris: ſed omnes occurrant in unitatem fidei, & agnitionis filii Dei in virum perfectum, neque ſe in hujus vitæ ſocietate, & communione lædant, aut inter ſe alter alteri offenſionem præbeat, ſed potius in vinculo charitatis conjuncti, tanquam unius corporis membra ſub Chriſto capite, ejuſque in terris Vicario Romano Pontifice Beatiſsimi Petri Succeſſore, a quo totius Eccleſiæ unitas dimanat, augeantur, in ædificationem, atque ita divina gratia adjuvante, ſic præſentis vitæ quiete gaudeant, ut futura quoque beatitudine perfruantur. Ob quas ſane cauſas Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, hodierna die, quæ anniverſaria Dominicæ Cœnæ commemoratione ſolemnis eſt, ſpiritualem Eccleſiaſticæ diſciplinæ gladium, & ſalutaria juſtitiæ arma per miniſterium Summi Apoſtolatus ad Dei gloriam, & animarum ſalutem ſolemniter exercere conſueverunt. Nos igitur quibus nihil optabilius eſt, quam fidei inviolatam integritatem, publicam pacem, & juſtitiam Deo auctore, tueri, vetuſtum, & ſolemnem hunc morem ſequentes.

Excommunicantur.

Hæretici cujuſcumque ſectæ, & eorum fautores libros legentes, tenen., & imprimen.

§.1. Excommunicamus, & anathematizamus, ex parte Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac Noſtra, quoſcumque Huſſitas, Vvichelphiſtas, Luteranos, Zuinglianos, Calviniſtas, Ugonottos, Anabaptiſtas, Trinitarios, & a Chriſtiana fide Apoſtatas, ac omnes, & ſingulos alios Hæreticos quocumque nomine cenſeantur, & cujuſcumque ſectæ exiſtant, ac eis credentes, eorumque receptatores, fautores, & generaliter quoſlibet illorum defenſores, ac eorumdem libros hæreſim continentes, vel de Religione tractantes, ſine auctoritate noſtra, & Sedis Apoſtolicæ ſcienter legentes, aut retinentes, imprimentes, ſeu quomodolibet defendentes ex quavis cauſa publice, vel occulte, quovis ingenio, vel colore, necnon Schiſmaticos, & eos, qui ſe a noſtra, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis obedientia pertinaciter ſubtrahunt, vel recedunt.

Appellantes a Pont. ad futurum Conc.

§.2. Item excommunicamus, & anathematiza-

tizamus omnes, & ſingulos cujuſcumque ſtatus, gradus, ſeu conditionis fuerint; Univerſitates vero, Collegia, & Capitula quocunque nomine nuncupentur, interdicimus ab ordinationibus, ſeu mandatis noſtris, ac Romanorum Pontificum pro tempore exiſtentium ad univerſale futurum Concilium appellantes: necnon eos, quorum auxilio, conſilio, vel favore appellatum fuerit.

§.3. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Curſarios, ac Latrunculos maritimos, diſcurrentes Mare noſtrum, præcipue a monte Argentario uſque ad Terracinam, ac omnes eorum fautores, receptatores, & defenſores.

§.4. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos, qui Chriſtianorum quorumcumque navibus, tempeſtate, ſeu in tranſverſum (ut dici ſolet) jactatis, vel quoquomodo naufragium paſſis, ſive in ipſis navibus, ſive ex eiſdem ejecta in mari, vel in litore inventa, cujuſcumque generis bona, tam in noſtris Tyrrheni, & Adriatici, quam in cæteris cujuſcumque maris Regionibus, & litoribus, ſubripuerint, itaut nec ob quodcunque privilegium, conſuetudinem, aut longiſſimi, & immemorabilis temporis poſſeſſionem, ſeu alium quemcumque prætextum excuſari poſſint.

§.5. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in Terris ſuis nova pedagia, ſeu gabellas, præterquam in caſibus ſibi a jure, ſeu ex ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia permiſſis imponunt, vel augent, ſeu imponi, vel augeri prohibita exigunt.

Falſarii literarũ Ap. ab habente auctoritat. ſignat.

§.6. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falſarios literarum Apoſtolicarum, etiam in forma Brevis, ac Supplicationum, gratiam, vel juſtitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S.R.E. Vicecancellarios, ſeu gerentes vices eorum, aut de mandato ejuſdem Romani Pontificis ſignatarum, necnon falſo publicantes literas Apoſtolicas, etiam in forma Brevis, & etiam falſo ſignantes ſupplicationes hujuſmodi ſub nomine Romani Pontificis, ſeu Vicecancellarii, aut gerentium vices prædictorum.

§.7. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sarracenos, Turcas, & alios Chriſtiani nominis hoſtes, & inimicos, vel Hæreticos per noſtras, ſive hujus ſanctæ Sedis ſententias expreſſe, & nominatim declaratos, deferunt ſeu tranſmittunt equos, arma, ferrum, filum, ferri ſtamnum, chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica inſtrumenta, lignamina, canapem, funes, tam ex ipſo canape, quam alia quacunque materia, & ipſam materiam, aliaque hujuſmodi, quibus Chriſtianos, & Catholicos impugnant, necnon illos, qui per ſe, vel alios de rebus ſtatum Chriſtianæ Reipublicæ concernentibus, in Chriſtianorum perniciem, & damnum, ipſos Turcas, & Chriſtianæ Religionis inimicos, nec non Hæreticos, in damnum Catholicæ Religionis, certiores faciunt, illiſque ad id auxilium, conſilium vel favorem quomodolibet præſtant, Nõ obſtantibus quibuſcumque privilegiis, quibuſvis perſonis, Principibus, Rebuſpublicis, per Nos, & Sedem prædictam hactenus conceſſis, de hujuſmodi prohibitione expreſſam mentionem non facientibus,

§.8. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes, ſeu invadantes eos, qui victualia, ſeu alia ad uſum Rom. Curiæ neceſſaria adducunt, ac etiam eos, qui, ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, ſeu perturbant, ſeu hæc facientes defendunt per ſe, vel alios cujuſcumque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis, & ſtatus etiamſi Pontificali, ſeu Regali, aut alia quavis Eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate.

§.9. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apoſtolicam venientes, & recedentes ab eadem, ſua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt, detinent, necnon illos omnes, qui juriſdictionem ordinariam, vel delegatam, a nobis, vel noſtris Judicibus non habentes, illam ſibi temere vendicantes, ſimilia, contra morantes in eadem Curia, audent perpetrare.

§.10. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, ſeu deprædantes Romipetas, ſeu Peregrinos ad Urbem cauſa devotionis, ſeu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipſa recedentes, & in his dantes auxilium, conſilium, vel favorem.

Offendentes S. R. E. Cardinales.

§.11. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hoſtiliter inſequentes S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Sediſque Apoſtolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos a ſuis Diœceſibus, Territoriis, Terris, ſeu Dominiis ejicientes: necnon ea mandantes, vel rata habentes, ſeu præſtantes in eis auxilium, conſilium, vel favorem.

§.12. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per ſe, vel per alios, perſonas Eccleſiaſticas quaſcumque, vel ſeculares ad Romanam Curiam ſuper eorum cauſis, & negotiis recurrentes, ac illa in eadem Curia proſequentes, aut procurantes, negotiorumque geſtores, Advocatos, Procuratores, & agentes, ſeu etiam Auditores, vel Judices ſuper dictis cauſis, vel negotiis deputatos, occaſione cauſarum, vel negotiorum hujuſmodi, occidunt, ſeu quoquomodo percutiunt, bonis ſpoliant; ſeu qui per ſe, vel per alios directe, vel indirecte, delicta hujuſmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel favorem præſtare non verentur cujuſcumque præeminentiæ, & dignitatis fuerint.

Appellantes a gravamine, ſeu futura executione liter. Ap. ſt etiam in forma Brevis ad Cur. Secul.

§.13. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes tam Eccleſiaſticos, quam ſæculares cujuſcumque dignitatis, qui prætexentes frivolam quandam appellationem a gravamine, vel futura executione liter. Apoſt. etiam in forma Brevis, tam gratiam, quam juſtitiam concernentium: necnon citationum, inhibitionum, ſequeſtrorum, monitoriorum, proceſſuum executorialium, & aliorum Decretorum a nobis, & a Sede prædicta, Legatis, Nunciis, Præſidentibus, Palatii noſtri, & Cameræ Apoſtolicæ, Auditoribus, Commiſſariis, aliiſque Judicibus, & Delegatis Apoſtolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanaverint, aut alias ad Curias ſæculares, & laicam poteſtatem recurrunt, & ab ea, in-

inſtante etiam Fiſci Procuratore, vel Advocato, appellationes hujuſmodi admitti, & literas, citationes, inhibitiones, ſequeſtra, monitoria, & alia prædicta, capi, & retineri faciunt, quive illa ſimpliciter, vel ſine eorum beneplacito, & conſenſu, vel examine exequutioni demandari, aut ne Tabelliones, & Notarii, ſuper hujuſmodi literarum, & proceſſuum exequutione, inſtrumenta, vel acta conficere, aut confecta parti, cujus intereſt, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam partes, ſeu eorum agentes, conſanguineos, affines, familiares, Notarios, exequutores, & ſubſequutores literarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex Civitatibus, Locis, & Regnis ejiciunt, bonis ſpoliant, petter refaciunt, concutiunt, & comminantur per ſe, vel alium, ſeu alios, publice, vel occulte, quive alias quibuſcumque perſonis in genere, vel in ſpecie, ne pro quibuſvis eorum negotiis proſequendis, ſeu gratiis, vel literis impetrandis ad Rom. Cur. accedant, aut recurſum habeant, ſeu gratias ipſas, vel literas a dicta Sede impetrent; ſeu impetratis utantur, directe, vel indirecte prohibere. ſtatuere, ſeu mandare, vel eas apud ſe, aut Notarios, ſeu tabelliones, vel alias quomodolibet retinere præſumunt.

§.14. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoſcumque, qui per ſe, vel alios, auctoritate propria, ac de facto quarumcumque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & literarum Apoſtolicarum preteato beneficiales, & decimarum, ac alias cauſas ſpirituales, & ſpiritualibus annexas, ab Auditoribus, & Commiſſariis noſtris, aliiſque judicibus Eccleſiaſticis avocant, illorumve curſum, & audientiam, ac perſonas, Capitula, Conventus, Collegia, cauſas ipſas proſequi volentes impediunt, ac ſe de illarum cognitione tanquam Judices interponunt; quive partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt, ad revocandum, & revocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & ad faciendum, vel conſentiendum eis, contra quos tales inhibitiones emanarunt, a cenſuris, & pœnis in illis contentis abſolvi, per ſtatutum, vel alias, compellunt, vel exequutionem literarum Apoſtolicarum, ſeu exequutorialium, proceſſuum, ac decretorum prædictorum, quomodolibet impediunt, vel ſuum ad id favorem, conſilium, aut aſſenſum præſtant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætenſionum, ſeu etiam donec ipſi ad nos informandos, ut dicunt ſupplicaverint, aut ſupplicari fecerint, niſi ſupplicationes hujuſmodi coram nobis, & Sede Apoſtolica legitime proſequantur, etiamſi talia committentes fuerint Præſidentes Cancellariarum, Conſiliorum, Parlamentorum, Cancellarii, Vicecancellarii, Conſiliarii, Ordinarii, vel Extraordinarii quorumcumque Principum ſæcularium, etiamſi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque præfulgeant dignitate, aut Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Commendatarii, ſeu Vicarii fuerint.

Judices ſæculares trahentes perſonas Eccleſiaſt. ad ſua Trib. vel alias Eccleſiaſticam libertaté quomodolibet lædentes.

§.15. Quive ex eorum prætenſo officio, vel ad inſtantiam partis, aut aliorum quorumcumque, perſonas Eccleſiaſticas, Capitula, Conventus, Collegia Eccleſiarum quarumcumque coram ſe ad ſuum Tribunal, Audientiam, Cancellariam, Conſilium, vel Parlamentum, præter Juris Canonici diſpoſitionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directe, vel indirecte, quovis quæſito colore: necnon qui ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, ſeu quævis alia decreta in genere, vel in ſpecie, ex quavis cauſa, & quovis quæſito colore, ac etiam prætextu cujuſvis conſuetudinis, aut privilegii, vel alias quomodolibet fecerint, & ordinaverint, & publicaverint, vel factis, & ordinatis uſi fuerint, unde libertas Eccleſiaſtica tollitur, ſeu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quovis modo reſtringitur, ſeu noſtris, & dictæ Sedis, ac quarumcumque Eccleſiarum juribus quomodolibet directe, vel indirecte, tacite, vel expreſſe præjudicatur.

§.16. Necnon qui Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſque Superiores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoſcumque Judices Eccleſiaſticos ordinarios quomodolibet hac de cauſa directe, vel indirecte carcerando, vel moleſtando eorum agentes, procuratores, familiares, necnon conſanguineos, & affines, aut alias impediunt, quo minus ſua juriſdictione Eccleſiaſtica contra quoſcumque utantur, ſecundum quod Canones, & Sacræ Conſtitutiones Eccleſiaſticæ, & Decreta Conciliorum generalium, & præſertim Tridentini, ſtatuunt, ac etiam eos, qui poſt ipſorum Ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum quorumcumque ſententias, & decreta, aut alias fori Eccleſiaſtici judicium eludentes, ad Cancellarias, & alias Curias ſæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata etiam pœnalia Ordinariis, & delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant, eos quoque qui hæc decernunt, & exequuntur, ſeu dant auxilium, conſilium, patrocinium, & favorem in eiſdem.

Auxilii præſtan. uſurpantibus Sedis Apoſtol. vel Eccleſiarum juriſdictiones.

§.17. Quive juriſdictiones, ſeu fructus, redditus, & proventus ad nos, & Sedem Apoſtolicam. & quaſcumque Eccleſiaſticas perſonas ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinentes uſurpant, vel etiam quavis occaſione, vel cauſa, ſine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expreſſa licentia ſequeſtrant.

§.18. Quive collectas, decimas, talleas, præſtantias, & alia onera Clericis, Prælatis, & aliis perſonis Eccleſiaſticis, ac eorum, & Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & proventibus hujuſmodi abſque ſimili Romani Pontificis, ſpeciali, & expreſſa licentia imponunt, & diverſis etiam exquiſitis modis exigunt, aut ſic impoſita; etiam a ſponte dantibus, & concedentibus, recipiunt. Necnon qui per ſe, vel alios directe, vel indirecte prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel favorem præſtare non verentur, cujuſcumque ſint præeminentiæ, dignitatis, ordinis. conditionis, aut ſtatus, etiamſi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, ſeu Principes, Duces, Comites, Barones, & alii Potentatus quicumque, etiam Regnis, Provinciis, Civitatibus, & Terris quoquomodo Præſidentes, Conſiliarii, & Senatores, aut quavis etiam Pontificali dignitate inſigniti: innovantes decreta ſuper his per Sacros Canones, tam in Lateranenſi noviſſime celebrato, quam aliis

Con-

Conciliis generalibus edita, etiam cum cenſuris, & pœnis in eis contentis.

Officiales ſæculares ſe interponentes in cauſis capitalibus contra Eccleſiaſticas perſonas.

§.19. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoſcumque Magiſtratus, & Judices, Notarios, Scribas, exequutores, ſubſequutores quomodolibet ſe interponentes in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus contra perſonas Eccleſiaſticas, illas proceſſando, banniendo, capiendo, ſeu ſententias contra illas proferendo, vel eſequendo, ſine ſpeciali, ſpecifica, & expreſſa hujus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ licentia, quique hujuſmodi licentiam ad perſonas, & caſus non expreſſos extendunt, vel alias illa perperam abutuntur, etiamſi talia committentes fuerint Conſiliarii, Senatores, Præſidentes, Cancellarii, Vicecancellarii, aut quovis alio nomine nuncupati.

§.20. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per ſe, ſeu alios directe, vel indirecte ſub quocumque titulo, vel colore invadere, deſtruere, occupare, & detinere præſumpſerint in totum, vel in partem, Almam Urbem, Regnum Siciliæ, Inſulas Sardiniæ, & Corſicæ, Terras citra Pharum, Patrimonium Beati Petri in Thuſcia, Ducatum Spoletan., Comitatum Venayſinum, Sabinen., Marchiæ Anconitanæ, Maſſæ Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & Maritimas Provincias, illarumque Terras, & loca, ac Terras ſpecialis commiſſionis Arnulforum, Civitateſque noſtras Bononiam, Cæſenam, Ariminum, Beneventum, Peruſium, Avenionem, Civitatem Caſtelli, Tudertum, Ferrariam, Comaclum, & alias Civitates, Terras, & loca, vel jura ad ipſam Romanam Eccleſiam pertinentia, dictæque Rom. Eccl. mediate, vel immediate ſubjecta: necnon ſupremam juriſdictionem in illis Nobis, & eidem Romanæ Eccleſiæ competentem de facto uſurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præſumunt, necnon adhærentes, fautores, & defenſores eorum, ſeu illis auxilium, conſilium, vel favorem quomodolibet præſtantes. Volentes præſentes noſtros proceſſus, ac omnia, & quæcumque his literis contenta, quouſque alii hujuſmodi proceſſus a nobis, aut Rom. Pont. pro tempore exiſtente fiant, aut publicentur, durare, ſuoſque effectus omnino ſortiri.

Hæc Conſtit. quoſcumque ligat.

§.21. Cæterum a prædictis ſententiis nullus per alium quam per Romanum Pontificem, niſi in mortis articulo conſtitutus, nec etiam tunc, niſi de ſtando Eccleſiæ mandatis, & ſatisfaciendo cautione præſtita, abſolvi poſſit, etiam prætextu quarumvis facultatum, & indultorum quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis, ſæcularibus, & quorumvis ordinum etiam Mendicantium, ac Militiarum Regularibus, etiam Epiſcopali, vel alia majori dignitate præditis, ipſiſque Ordinibus, & eorum Monaſteriis, Conventibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hoſpitalibus, & locis piis, necnon laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per nos, & dictam Sedem, ac cujuſvis Concilii decreta, verbo, literis, aut alia quacumque ſcriptura in genere, vel in ſpecie conceſſorum, & innovatorum, aut concedendorum, & innovandorum.

§.22. Quod ſi forte aliqui contra tenorem præſentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui abſolutionis beneficium impendere de facto præſumpſerint, eos excommunicationis ſententia innodamus, gravius contra eos ſpiritualiter, & temporaliter, prout expedire noverimus proceſſuri.

Papæ abſolutio non comprehendit eos qui a præmiſſis non deſtiterint.

§.23. Declarantes, ac proteſtantes quamcumque abſolutionem, etiam ſolemniter per Nos faciendam, prædictos excommunicatos ſub præſentibus comprehenſos, niſi prius a præmiſſis, cum vero propoſito ulterius ſimilia non committendi deſtiterint, ac quoad eos, qui contra Eccleſiaſticam libertatem, ut præfertur, ſtatuta fecerint, niſi prius ſtatuta, ordinationes, Conſtitutiones, pragmaticas, & decreta hujuſmodi publice revocaverint, & ex Archivis, ſeu Capitularibus locis, aut libris in quibus annotata reperiuntur deleri, & caſſari, ac Nos de revocatione hujuſmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter ſuffragari, quin etiam per hujuſmodi abſolutionem, aut quoſcumque alios actus contrarios, tacitos, vel expreſſos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam noſtram, vel ſucceſſorum noſtrorum quamcumque temporis continuatam in præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac quibuſcumque juribus Sedis Apoſt., ac S.R.E. undecumq; & quandocumque quæſitis, vel quærendis nullatenus præjudicare poſſe, aut debere.

§.24. Non obſtantibus privilegiis, indulgentiis, indultis, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus ſupradictis, vel eorum alicui, ſeu aliquibus aliis cujuſcumque Ordinis, ſtatus, vel conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, etiamſi ut præmittitur Pontificali, Imperiali, Regali, ſeu quavis Eccleſiaſtica, & mundana præfulgeant dignitate: vel eorum Regnis, Provinciis, Civitatibus, ſeu locis a prædicta Sede, ex quavis cauſa etiam per viam contractus, aut remunerationis, & ſub quavis alia forma, & tenore, ac cum quibuſvis clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis conceſſis, etiam continentibus, quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de privilegiis, indulgentiis, & indultis hujuſmodi, ac de ordinibus, locis, & nominibus, propriis cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem, necnon conſuetudinibus etiam immemorabilibus, ac præſcriptionibus quantumcumque longiſſimis, & aliis quibuslibet obſervantiis, ſcriptis, vel non ſcriptis, per quæ contra hos noſtros proceſſus, ac ſententias quominus includantur in eis, ſe juvare valeant, vel tueri.

§.25. Quæ omnia, quoad hoc, rerum omnium tenores, ac ſi ad verbum, nihil penitus omiſſo, insererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, penitus tollimus, & omnino revocamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.26. Ut vero præſentes noſtri proceſſus ad publicam omnium notitiam facilius deducantur, chartas, ſeu membranas proceſſus ipſos continentes, valvis Eccleſiæ S. Jo: Lateranen., & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe appendi faciemus, ut ii, quos proceſſus hujuſmodi concernunt, quod ad ipſos non pervenerint, aut quod ipſos ignoraverint, nullam poſſint excuſationem prætendere, aut ignorantiam allegare, cum non ſit veriſimile id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

§.27. Inſuper, ut proceſſus ipſi, & præſentes literæ, ac omnia, & ſingula in eis contenta eo

fiant

fiant notoria, quo in pleriſque Civitatibus, & locis fuerint publicata, univerſis, & ſingulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis & locorum Ordinariis, & Prælatis ubilibet conſtitutis, per hæc ſcripta committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, ut per ſe, vel per alium, vel alius præſentes literas poſtquam eas receperint, ſeu earum habuerint notitiam, ſemel in anno, aut ſi expedire viderint, etiam pluries in Eccleſiis ſuis, dum in eis major populi multitudo ad divina convenerit, ſolemniter publicent, & ad Chriſtifidelium mentes reducant, nuncient, & declarent.

Quicunq; audiunt confeſſiones apud ſe has literas habeant.

§.28. Cæterum Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, aliique locorum Ordinarii, & Eccleſiarum Prælati, necnon Rectores, cæterique curam animarum exercentes, ac Presbyteri ſæculares, & quorumvis Ordinum Regulares ad audiendas peccatorum confeſſiones, quavis auctoritate deputati, tranſumptum præſentium literarum penes ſe habeant, eaſque diligenter legere, & percipere ſtudeant.

Tranſumptorum fides.

§.29. Volentes earumdem præſentium tranſumptis etiam impreſſis, Notarii publici manu ſubſcriptis, & ſigillo Judicis ordinarii Romanæ Curiæ, vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eandem prorſus fidem in judicio, & extra illud ubique locorum adhibendam fore, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

§.30. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innovationis, innodationis, declarationis, proteſtationis, ſublationis, revocationis, commiſſionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo ſecundo Quarto Nonas Aprilis Pontificatus noſtri Anno Primo.

XXII.

Datis 4. Apr. 1722. ann. 1.

Conceduntur ſex gradus Magiſterii pro Provincia Peruan. Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini.

Item auctus fuit numerus in d. Provincia a Clemente XI. Conſt. ed. 1720., Oct. 20., P. 20. Et hujus Pontificis Conſtitutione ſequenti augetur numerus in Provincia Mexicana.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Preces Provinciæ, & cauſæ præſentis Conceſſionis.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Provinciæ Pervanæ Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, quod cum in Definitorio Generali ejuſdem Ordinis noviſſime celebrato decretum fuerit, ut in eadem Provincia, quæ viginti quatuor in Sacra Theologia Magiſtrorum Indulto fruitur, & in qua mille, & amplius Religioſi, necnon ex his ducenti jubilati, & in Cathedris, ac Lecturis ſe exercentes una cum quinque Collegiis, quæ Studii Generalis Univerſitates exiſtunt, numerantur, eorumdem Magiſtrorum numerus ad tricenarium augeretur, ſi tamen deſuper Noſtra, & hujus S. Sedis facultas accederet, ipſi Exponentes plurimum expedire exiſtimant, ut tricenarius ejuſmodi Magiſtrorum numerus ſtatuatur, Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§.1. Nos igitur ipſos Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui relationem dilecti filii moderni Procuratoris Generalis dicti Ordinis eiſdem Cardinalibus factam, attenderunt, conſilio, Provinciæ Pervanæ prædictæ ſex gradus perpetuos Magiſterii de numero nuncupat., pro ſex verbi Dei Prædicatoribus, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Conceſſio graduum pro Concionatoribus.

Clauſulæ.

§.2. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari; Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon prædictorum Ordinis, & Provinciæ, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, aut quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.4. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis Manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XXIV. Aprilis MDCCXXII. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Con-

XXIII.

Dat. 24. Apr. 1722. ann. 1.

Conceduntur octo gradus Magiſterii pro Provincia Mexicana Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini.

De augmento graduum in Provinciis Peruana, & Mechoacen. vide Conſtitutiones præcedentem, & ſequentem.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Preces Provinciæ, & cauſa augendi numerum Magiſtrorum ad 24.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Provinciæ Mexican. Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, quod cum in dicta Provincia duodecim in ſacra Theologia Magiſtri, & quadraginta quinque Conventus, ac quinquaginta quinque Parochiæ, cum nominatione Doctrinarum, quæ pro erudiendis illarum partium Populis in Catholica Fide, deſtinatæ ſunt, necnon mille circiter Religioſi, ac inter hos centum Jubilati, ac Lectores numerentur, ipſi exponentes eorundem Magiſtrorum numerum ad viginti quatuor juxta Decretum Definitorii Generalis Ordinis hujuſmodi noviſſime celebrati augeri poſſe ſummopere deſiderant, quemadmodum alias Provinciæ Peruanæ Ordinis prædicti conceſſum fuiſſe memoratur Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§.1. Nos igitur ipſos Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium fratrum Noſtrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui relationem dilecti filii Moderni Procuratoris Generalis Ordinis hujuſmodi ſuper præmiſſis eiſdem Cardinalibus factam attenderunt, conſilio, primo dictæ Provinciæ Mexican. octo gradus perpetuos Magiſterii, quatuor videlicet pro Lectoribus, & alios quatuor pro verbi Dei prædicatoribus, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Conceſſio 8. graduum, 4. pro Lectoribus & 4. pro Concionatoribus.

Clauſulæ.

§.2. Decernentes ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon prædictorum Ordinis, & Provinciæ, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, aut quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.4. Volumus autem, ut earundem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides ubique locorum habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XXIV. Aprilis MDCCXXII. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XXIV.

Dat. 24. Apr. 1722. ann. 1.

Conceduntur ſex gradus Magiſterii pro Provincia Mechoacan Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini.

De conceſſione graduum pro Provincia Mexicana vide Conſtitutionem præcedentem. Et Conſt. ed. 1723, Aug. 7, P. 1, conceduntur ſex gradus pro Provincia Chilien.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Preces Provinciæ, & cauſæ præſentis Conceſſionis.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Provinciæ Mechoacan Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, quod cum in prædicta Provincia ſex tantum in Sacra Theologia Magiſtri reperiantur, ac in ea triginta tres Conventus, & trecenti circiter Religioſi, & ex iis triginta lectores, cum quinque Collegiis, quorum unum Univerſitas ſtudii generalis exiſtit, quæ prima in Indiis inſtitutio fuit numerentur, ipſi Exponentes ſenarium hujuſmodi Magiſtrorum numerum ad duodenarium juxta Decretum Definitorii Generalis Ordinis prædicti noviſſime celebrati augeri poſſe plurimum deſiderant. Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§.1. Nos igitur ipſos exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis, &

Digitized by Google

conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui relationem dilecti filii Moderni Procuratoris Generalis Ordinis ſuper præmiſſis eiſdem Cardinalibus factam attenderunt conſilio, prædictæ Provinciæ Mechoacan ſex petitos gradus Magiſterii in eadem ſacra Theologia, tres videlicet pro Lectoribus, & alios tres pro verbi Dei Prædicatoribus auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Conceſſio 6. graduum, tres pro Lectoribus, & tres pro Concionatoribus.

Clauſulæ.

§.2. Decernentes ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro temporè quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon prædictorum Ordinis, & Provinciæ, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, aut quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.4. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XXIV. Aprilis MDCCXXII. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XXV.

Dat. 9. Maji. 1722. an. 2.

Declaratur, Canonicos Regulares S. Auguſtini Superioris Germaniæ gaudere Indulgentiis plenariis Canonicis Lateranen. conceſſis.

De communicatione præd: Indulgentiarum pro Canonicis Windeſen. vide Clem: XI Conſt: ed: 1758, Jul: 30, P. 18.

INNOCENTIUS PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Referuntur Indulgentiæ plenariæ Canonicorum Lateranen.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Canonici Regulares Ordinis S. Auguſtini Collegiatarum Eccleſiarum ſeu Monaſterialium, Beyrbergen, Beyhardinge, Bernrieden, Dieſſen, Dietram, Zell, Inderſtorff, Poling, Raitenbuech, Ranshovien, Roren, Schlechdorff Weyaren, & SS. Andreæ, & Magni Ratisbonen., Friſingen., Paſſavien., & Auguſtan. Diœceſ. in Germania ſuperiori, quod in dictis Collegiatis, ſeu Monaſterialibus Eccleſiis Indulgentiæ plenariæ, quæ in Sanctorum Auguſtini, Monicæ, Patritii, Frigidiani, ac Ubaldi feſtivitatibus, necnon die quinta Martii, qua omnium Sanctorum ejuſdem Ordinis Commemoratio fieri conſueſcit, Eccleſiis Canonicorum Regularium Congregationis Lateranen. dicti Ordinis a rec: me: Innocentio PP. XII. Predeceſſore noſtro conceſſæ ſunt, ſolent, & ſolitæ ſunt publicari, verum quia ab inquietis, & Chriſtianæ pacis æmulis pervulgatur, primo dictas Eccleſias, tametſi illæ Congregationi Lateranen. aggregatæ ſint, non gaudere dictis Indulgentiis, eo quia ipſi Exponentes juriſdictioni ordinariorum locorum ſubiacent. Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſibi in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Preces Canonicorum, & Cauſa præſentis Declarationis.

§.1. Nos ipſos exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S.R.E. Cardinalium Indulgentiis, & Sacris Reliquiis præpoſitorum, Conſilio, Eccleſias primodictas in prædictis Diœceſibus exiſtentes Indulgeotiis, quibus Eccleſiæ Canonicorum Regularium Congregationis Lateranen. hujuſmodi fruuntur, & gaudent, revera frui, & gaudere, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Declaratio præd:

§.2. Non obſtantibus quatenus opus ſit noſtra, & Caocellariæ Apoſtolicæ regula de non concedendis ludulgentiis ad inſtar, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Clauſulæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die IX. Maji MDCCXXII. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XXVI.

Conceditur Carolo VI. Romanorum Imperatori Regnum Siciliæ, & Hieruſalem cum Terra citra Pharum in Feudum.

Dat. 9. Junii 1722. anno 2.

A Clem. XI. Conſt: ed: 1714, Feb:26, P.14. confirmata fuit electio, & Coronatio Caroli VI. in Regem Romanorum futurum Imperatorem.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

INſcrutabili illius, per quem Reges regnant, & legum conditores joſta decernont providentia, ad ſupremi Apoſtolatus faſtigium, meritis

Exceditum a ſtudio ſervandi bona temporalia Eccleſiæ.

ritis licet imparibus evecti, ſicuti Spiritualibus Dominici Gregis Nobis divinitus commiſſi utilitatibus, atque incrementis promovendis jugi ſtudio, aſſiduiſque laboribus incumbere non deſinimus, ita etiam oculos mentis noſtræ ad temporalia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſponſæ noſtræ, ac Sedis Apoſtolicæ Jura ſarta tecta tuenda, & præſertim Regnorum, & Dominiorum, quæ ad illam pertinent proprietatem, debitamque ſubjectionem conſervandam convertere, iiſque more Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum opportuna ratione conſulere compellimur, prout in Domino espedire arbitramur.

A Jul. II. cōceſſum fuit Ferdinando Aragoniæ Regi, ejuſque deſcendentibus etiam fœminis præd. Regnum ad S. Sedem devolutum, Civitate Beneventana excepta, in Feudum cum annuo cenſu, & ſub certis conditionibus.

§. 1. Dudum ſiquidem felic. record. Julius Papa II. Prædeceſſor Noſter Regnum Siciliæ, & Hieruſalem, cum tota terra, quæ eſt citra Pharum, uſque ad confinia Terrarum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Civitate noſtra, tunc ſua Beneventana cum ejus Territorio, & pertinentiis dumtaxat escepta, ad jus, & proprietatem ejuſdem Eccleſiæ pertinentia, & tunc ad ipſum Prædeceſſorem, & dictam Eccleſiam devolutum, quovis modo, & ex quavis cauſa illud ad eamdem Eccleſiam devolutum eſſet: aut alias ejus diſpoſitio ad prædictum Prædeceſſorem pertineret, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis clar. mem. Ferdinando Aragoniæ, & utriuſque Siciliæ, ac Hieruſalem Regi pro ſe, ſuiſque in dicto Regno Aragoniæ Succeſſoribus, & Hæredibus tam maſculis, quam fœminis ex eo recta linea deſcendentibus, certo tunc espreſſo modo natis, & naſcituris in Feudum perpetuum pro annuo cenſu, & ſub diverſis conditionibus, modis, formis, adjectionibus, permiſſionibus, clauſulis, cautelis, voluntatibus, & ordinationibus, etiam tunc espreſſis, ſine tamen præjudicio Juris ipſi Ferdinando Regi alias in eodem Regno forſan competentis, cui tunc noluit derogari de fratrum ſuorum conſilio pariter, & aſſenſu, & es certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conceſſit, & elargitus fuit, dictam Civitatem Beneventanam cum ejus Territorio, Diſtrictu, & pertinentiis per ipſum Prædeceſſorem, ſeu Romanum Pontificem diſtinctis, ſeu diſtinguendis, cum eorum Incolis, prout illam ſibi dudum antea præfata Eccleſia retinuerat, & reſervaverat ſibi, & Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter reſervando, prout in ipſius Prædeceſſoris deſuper confectis literis, in quibus idem Prædeceſſor inter alia voluit, quod dictus Ferdinaodus Rex, & ſui in dicto Regno Siciliæ, cum Terra intra Pharum Hæredes, & Succeſſores darent Prædeceſſori, & Eccleſiæ præfatæ eorum Privilegium aurea Bulla bullatum, in qua proprio Juramento faterentur, & recognoſcerent espreſſe Regnum Siciliæ, & Hieruſalem, & totam eorum Terram, quæ eſt citra Pharum, uſque ad confinia ejuſdem Eccleſiæ, escepta Civitate Beneventana præfata cum Territorio, Diſtrictu, & pertinentiis ſuis es ſola gratia, & mera liberalitate Sedis, & Prædeceſſoris præfatorum ſibi, ſuiſque Hæredibus, & Succeſſoribus fuiſſe conceſſum, ac eos recepiſſe, & tenere Regnum Siciliæ, & Terram hujuſmodi a Prædeceſſore, & Eccleſia prædictis, ſub pactis, modis, & conditionibus tunc, ut præfertur, expreſſis, plenius continetur.

A Leone X. conceſſū fuit Carolo Imperatori addito novo cenſu 7000. ducatorum de Camera, noviſque conditionibus.

§. 2. Et deinde piæ mem. Leo Papa X. etiam Prædeceſſor Noſter Regnum Siciliæ cum Terra citra Pharum clar. mem. Carolo Romanorum Imperatori ſemper Auguſto, tunc Romanorum, & Hiſpaniarum Regi Catholico; in Imperatorem electo, in Feudum eidem modo, & forma, quibus per dictum Julium Prædeceſſorem præfato Ferdinando Regi conceſſum fuerat, & prædictis, quæ tunc per eamdem Sedem remiſſa non apparerent, & certis aliis, tunc espreſſis conditionibus de novo conceſſit, & de eo etiam ipſum Carolum Imperatorem inveſtivit; & dictus Carolus Imperator per quondam Joannem Emanuelem aurei velleris Equitem tunc in humanis agentem, & ipſius Caroli Imperatoris apud Leonem, & Sedem præfatam Oratorem, & Procuratorem ſpecialem promiſit, & ſe, & omnes Regnum ipſum Siciliæ vigore illius conceſſionum tam per Julium, quam per Leonem Prædeceſſores hujuſmodi factarum pro tempore obtinentes obligavit ad inviolabiliter obſervandum, & adimplendum omnia in literis Julii Prædeceſſoris contenta, ſuper quibus de diſpenſatione, aut illorum remiſſione per eamdem Sedem non conſtaret, ſeu appareret, & ſolvendum ſingulis annis in perpetuum Cameræ Apoſtolicæ ſeptem mille Ducatos auri de Camera in feſto Beati Petri, ultra ſolitum cenſum Parafreni albi pro recognitione veri, & directi Dominii ipſius Regni Siciliæ, & ad Leonis Prædeceſſoris, & Cameræ prædictorum requiſitionem delinquentes in Terris eidem Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubjectis ad dictum Regnum, & illius Civitates, Terras, & loca confugientes capi, & ad Urbem, vel alium locum remitti faciendum, ſub pœnis in Literis Julii Prædeceſſoris hujuſmodi contentis, dummodo idem Leo Prædeceſſor, & Succeſſores ſui Romani Pontifices, ac præfata Camera ad ipſius Caroli Imperatoris, & Officialium ſuorum requiſitionem delinquentes in Terris, & locis dicti Regni ad Terras, & loca Eccleſiæ confugientes pariter ad eos remitterent; prout in Inſtrumento publico deſuper confecto, & in certis ipſius Leonis prædeceſſoris Literis de verbo ad verbum inſerto plenius continetur.

A Julio III. ob renunciationem Caroli, conceſſum fuit Philippo II. Angliæ Regi, & Hiſpaniarū Principi, ejuſque deſcendentibus etiam fœminis Aragoniæ Regibus ſub prædictis conditionibus

§. 3. Ac ſucceſſive recol. me. Julius Papa III. Prædeceſſor etiam Noſter, prævia renunciatione dicti Caroli Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti dictum Regnum Siciliæ, & Hieruſalem, cum tota Terra citra Pharum uſque ad confinia Romanæ Eccleſiæ, excepta Civitate Beneventana cum ejus Territorio, & diſtrictu, ut ſupra, inclytæ mem. Philippo II. tunc Angliæ Regi, & Hiſpaniarum Principi, pro ſe, ſuiſque Hæredibus, & ſucceſſoribus Aragoniæ Regibus tam maſculis, quam fœminis, & ex eo recta linea deſcendentibus, natis, & naſcituris, ac aliis perſonis in conceſſionibus Julii, & Leonis comprehenſis, & per eos vocatis in Feudum perpetuum pro ſolito annuo cenſu ſeptem mille Ducatorum auri de Camera, & unius Parafreni albi ſolvendo, & ſub conditionibus, modis, formis, adjectionibus, promiſſionibus, clauſulis, cautelis, voluntatibus, & ordinationibus in Literis Julii, & conceſſione Leonis Prædeceſſorum hujuſmodi contentis, quæ per eamdem Sedem remiſſæ non apparerent ſimiliter conceſſit, & de eo ipſum Philippum Regem inveſtivit; Et dictus Philippus Rex per quondam Ferdinandum Franciſcum Avalos de Aquino Marchionem Piſcariæ tunc in humanis agentem, & ipſius Philippi Regis apud Julium Prædeceſſorem, & Sedem prædictam Procuratorem ſpecialem, obedientiam, homagium, & Juramentum fidelitatis conſuetum præſtitit,

Digitized by Google

ſtitit, prout in ipſius Julii Prædeceſſoris Literis plenius continetur. Quæ omnia, idem Philippus Rex ſucceſſive per Bullam ſuam auream ſub Datum Bruxellis Anno Domini 1555. die prima Octobris manu ſua ſubſcriptam approbando, & & acceptando confeſſus fuit, & recognovit.

A Clem. VIII, defuncto Philippo II., conceſſum fuit eodem modo Philippo III. Regi Catholico.

§.4. Poſtea vero felic. record. Clemens Papa VIII. Prædeceſſor Noſter, eodem Philippo II. viam univerſæ carnis ingreſſo Regnum ipſum Siciliæ, & Hieruſalem, cum tota Terra prædicta citra Pharum uſque ad confinia Terrarum ejuſdem Romanæ Eccleſiæ, excepta Civitate Beneventana cum ejus Territorio, Diſtrictu, & pertinentiis per ſe, ſeu ejus, & Noſtros Prædeceſſores Romanos Pontifices diſtinctis, ac eorum Incolis, quam ſibi, & eidem Eccleſiæ ſpecialiter retinuit clar. mem. Philippo III. etiam Hiſpaniarum Regi Catholico pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus Aragoniæ Regibus, tam maſculis, quam fæminis ex eo recta linea deſcendentibus, natis, & naſcituris, & aliis perſonis in conceſſionibus utriuſque Julii, & Leonis Prædeceſſorum hujuſmodi comprehenſis, & per eos vocatis, in Feudum perpetuum pro ſolito annuo cenſu ſeptem mille Ducatorum ſimilium, & unius Parafreni albi, ut præfertur, ſolvendo, & ſub conditionibus, modis, formis, adjectionibus, promiſſionibus, clauſulis, cautelis, voluntatibus, & ordinationibus in Literis utriuſque Julii, & conceſſione Leonis Prædeceſſorum hujuſmodi contentis, quorum remiſſionem per Sedem prædictam factam fuiſſe non appareret; præſtitis tamen prius eidem Clementi Prædeceſſori, & Sedi & Eccleſiæ præfatis nomine ipſius Philippi III. Regis per bon. mem. Antonium de Cardona, & Corduba Ducem Sviſſæ, Sornæ, & Venæ, Comitem Cabræ, & Palamos, Vicecomitem de Uoregur, & ipſius Philippi III. Regis Conſanguineum, & Conſiliarium apud eumdem Clementem Prædeceſſorem, & Sedem prædictam Oratorem, & Procuratorem, ac mandatarium ſuum ſpecialem, & per eumdem Clementem admiſſis obedientia, atque homagio, & juramento fidelitatis, ſub certa tunc expreſſa forma pariter conceſſit, & elargitus fuit, ac Regnum ipſum præfato Philippo III. Regi modo, & forma præmiſſis infeudavit, prout in prædicti Clementis Prædeceſſoris ſub Plumbo ſub datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ 1599. quinto Idus Septembris Pontificatus ſui Anno Octavo expeditis Literis plenius continetur.

A Greg. XV. ob mortem Philippi III. conceſſum fuit Philippo IV. eadem forma & cum nova reſervatione Terræ Pontis Curvi.

§.5. Subinde autem defuncto Philippo III. Gregorius XV. Prædeceſſor etiam Noſter idem Regnum Siciliæ, & Hieruſalem cum tota Terra præfata citra Pharum uſque ad confinia Terrarum Eccleſiæ Romanæ, excepta Civitate Beneventana cum ejus Territorio, diſtrictu, & pertinentiis per ſe, ſeu ejus, & noſtros Prædeceſſores Romanos Pontifices diſtinctis, ac loca Pontis Curvi, ejuſque Territorio, quæ ſibi, & eidem Eccleſiæ ſpecialiter retinuit clar. mem. Philippo IV. etiam Hiſpaniarum Regi Catholico pro ſe, ſuiſque Succeſſoribus Aragoniæ Regibus, tam maſculis, quam fæminis ex eo recta linea deſcendentibus, natis, & naſcituris, ac aliis perſonis in conceſſione utriuſque Julii, & Leonis, ac Clementis Prædeceſſorum hujuſmodi comprehenſis, & per eos vocatis in feudum perpetuum pro ſolito annuo cenſu ſeptem mille Ducatorum ſimilium, & unius Parafreni albi ſolvendo, ut ſupra, & ſub conditionibus, modis, & formis, adjectionibus, promiſſionibus, clauſulis, cautelis, voluntatibus, & ordinationibus in Literis dictorum Julii II. & III. ac Clementis quarum remiſſionem per Sedem Apoſtolicam factam fuiſſe non appareret; præſtitis tamen, prios eidem Gregorio Prædeceſſori, & Sedi, & Eccleſiæ prædictis nomine ipſius Philippi IV. Regis per quondam Franciſcum de la Cueva Ducem de Alburquerque, apud eum, & Sedem præfatam Oratorem, & Procuratorem, ac mandatarium ſuum ſpecialem, & per eumdem Gregorium admiſſa obedientia, atque homagio, & Juramento fidelitatis, ſub certa tunc expreſſa forma conceſſit, & elargitus fuit, ac Regnum hujuſmodi præfato Philippo IV. Regi modo, & forma præmiſſis infeudavit, prout in prædicti Gregorii XV. Prædeceſſoris ſub plumbo ſub Datum Romæ apud Sanctum Petrum quinto Kalendas Decembris 1621. ſui Pontificatus Anno Primo expeditis Literis plenius continetur. Quæ omnia idem Philippus IV. Rex ſucceſſive, per Bullam ſuam auream ſub Datum Matriti 5. Novembris 1622. manu ſua ſubſcriptam approbandu, & ampliando confeſſus fuit, & recognovit.

Tandem ab Alex. VII. e vivis ſublato Philippo IV. conceſſum fuit Carolo II. Regi Catholico eodem modo, cum eidem reſervatione Terrarum, & ſub iiſdem conditionibus.

§.6. Poſtremo vero dicto Philippo IV. Rege ab humanis erepto piæ mem. Alexander Septimus Prædeceſſor itidem Noſter præfatum Regnum Siciliæ, & Hieruſalem cum tota Terra citra Pharum uſque ad confinia Terrarum ejuſdem Eccleſiæ Romanæ, excepta prædicta Civitate Beneventana cum ejus Territorio, & Diſtrictu, & pertinentiis per ſe, ſeu Romanos Pontifices diſtinctis, una cum Terra Pontis Curvi, ejuſque Territorio, quæ ſibi, & eidem Eccleſiæ ſpecialiter reſervavit clar. mem. Carolo II. Hiſpaniarum Regi Catholico tunc in minori ætate conſtituto, pro ſe, ſuiſque Hæredibus, & Succeſſoribus Aragoniæ Regibus tam maſculis, quam fæminis ex eo recta linea deſcendentibus natis, & naſcituris, ac aliis perſonis in conceſſionibus utriuſque Julii, Leonis, Clementis, ac Gregorii Prædeceſſorum hujuſmodi comprehenſis, & per eos vocatis in feudum perpetuum pro ſolito annuo cenſu ſeptem mille Ducatorum ſimilium, & unius Parafreni albi, ut præfertur, ſolvendo, & ſub conditionibus, modis, formis, adjectionibus, promiſſionibus, clauſulis, cautelis, & Ordinationibus in Literis utriuſque Julii, Clementis, ac Gregorii, & conceſſione Leonis Prædeceſſorum hujusmodi contentis, quarum remiſſionem per Sedem præfatam factam fuiſſe non appareret, conceſſit, & elargitus fuit, ac Regnum ipſum eidem Carolo Regi infeudavit, eumque de illo inveſtivit, & dictus Carolus Rex mediante clar. mem. Marianna ab Auſtria Regina Hiſpaniarum ejus Matre Tutrice, atque Gubernatrice per bon. mem. Fridericum, dum viveret, Tituli Sancti Petri ad Vincula Cardinalem Sfortiam Procuratorem, & Mandatarium ſuum ſpecialem eidem Alexandro Prædeceſſori, ac Sedi, & Eccleſiæ prædictis obedientiam, homagium, & Juramentum fidelitatis præſtitit, prout in ipſius Alexandri Prædeceſſoris Literis pariter ſub plumbo apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1666. 13. Kalendas Junii Pontificatus ſui Anno XII. emanatis, uberius continetur. Quæ omnia idem Carolus II. Rex poſtmodum tam per ſuam Bullam

Iam auream ſub datum Matriti 29. Martii 1667. a memorata Marianna Regina ejus Matre, Tutrice, ac Gubernatrice ſubſcriptam, quam per aliam ſimilem Bullam ſub datum pariter Matriti 4. Aprilis 1676. proprio ipſius Caroli Regis interim majoris, ac ſui juris effecti manu ſignatam approbando, & ampliando confeſſus fuit, & recognovit.

Cauſæ ab quas a Clem. XI. poſt mortem Caroli II. præd. Regnū nulli conceſſum fuerit in feudum.

§. 7. Cum autem, ſicut Deo placuit, jam tunc ab anno milleſimo ſeptingenteſimo dicto Carolo II. Rege ſine liberis e vivis erepto Europa ferme tota inde in partes diviſa diuturno Bello conflagravit, ac fælic. recordat. Clemens Papa XI. Prædeceſſor etiam noſter juſtis, & graviſſimis cauſis adductus, ab infeudatione, atque inveſtitura dicti Regni Siciliæ, & Hieruſalem cum tota terra citra Pharum concedenda, tametſi pluries oblato etiam cenſu præfato ad id requiſitus fuiſſet inter ſævientis Belli ejuſmodi motus ſuperſedendum eſſe duxerit, ſalvis tamen, & illæſis remanentibus Juribus ſibi, & dictæ Sedi ſuper eodem Regno competentibus, quæ per plura Chirographa propria ejus manu ſignata, in quibus itidem cautum fuit tempus, & tempora non currere, luculenter præſervavit, prout etiam Nos per ſimile Chirographum anno ſuperiore præſervavimus.

Preces Caroli VI. Imperatoris, & obedientia per Cardinalem de Althann præſtita.

§. 8. Nunc vero chariſſimus in Chriſto Filius Noſter Carolus VI. Hiſpaniarum Catholicus, & Romanorum Rex in Imperatorem electus, qui in dicto Regno Siciliæ, & Hieruſalem, ac tota Terra citra Pharum ſucceſſit, & illud de præſenti poſſidet, volens debitam obedientiam, ac fidelitatis, & homagii juramentum in manibus noſtris præſtare, & ea, quæ ratione ipſius feudi tenetur, adimplere, dilectum Filium noſtrum Michaelem Fridericum Tituli Sanctæ Sabinæ Cardinalem de Althan Procuratorem, & Mandatarium ſuum ſpecialem fecerit, conſtituerit, & deputaverit ſpecialiter, & expreſſe ad ſe nomine prædicti Caroli VI. Regis quoties opus fuit, coram Nobis humiliter, & cum omni reverentia præſentandum, ac a Nobis Inveſtituram Regni hujuſmodi petendam, eamque acceptandam, necnon Nobis nomine ejuſdem Caroli Regis pro præfato Regno Siciliæ, & Hieruſalem cum tota Terra citra Pharum debitam obedientiam exhibentes, ac etiam fidelitatis, & homagii juramentum ratione Feudi dicti Regni præſtandum, quod requiſitum neceſſarium, & opportunum foret ex ipſius Feudi natura, & quemadmodum illud præſtitum fuerat a Carolo II. Rege, atque ab aliis Prædeceſſoribus ſuis in eodem Regno ſolitum fuerat præſtari, & dictus Michael Fridericus Cardinalis ab Althan Procurator, in vim conſtitutionis, & deputationis hujuſmodi, ad præmiſſa omnia, & ſingula nomine prædicti Caroli Regis peragenda, & exequenda coram Nobis humiliter, & cum omni reverentia ſub die 17. Menſis Maji proxime præteriti ſe præſentavit, & in Generali venerabilium Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Congregatione ſub hac die Martis nona Menſis Junii præſentis anni, quæ coram Nobis in Palatio noſtro Apoſtolico Montis Quirinalis ad hoc ſpecialiter convocata, & habita fuit compluribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque Prælatis ibi Aſſiſtentibus, nomine ipſius Caroli Regis Nobis, & Sedi Apoſtolicæ, ac Romanæ Eccleſiæ prædictis obedientiam, atque homagium, & juramentum fidelitatis ſub forma inferius adnotata, præſtiterit.

Cauſæ præſentis Conceſſionis.

§. 9. Nos conſiderantes ipſius Caroli Regis hæreditariam regnandi conſuetudinem, & quod ſciet, & volet commiſſos ſibi Populos in pacis amænitate, & Juſtitiæ cultu confovere, ac Nos, & Romanam Eccleſiam ipſius Regni Proprietarios, ac directos Dominos grata devotione, fide ſincera recognoſcere; Nec diutius nolentes a conceſſione inveſtituræ, & infeudationis præfatæ, ac directi dominii noſtri uſu, & exercitio abſtinere, ſed potius novis, ac juſtiſſimis ex cauſis, ita ſuadentibus, præſentique rerum, & temporum ſtatu accurate perpenſo, Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærendo, noſtra, & ejuſdem Sanctæ Sedis Jura, per novam conceſſionem hujuſmodi aſſerere, & conſervare intendentes, habita ſuper his cum eiſdem venerabilibus fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, prius in eodem Conſiſtorio, & deinde etiam in alia ſimili Congregatione generali ad hoc nominatim habita ſub die Sabbathi ſexta ejuſdem præſentis menſis Junii in eodem Palatio noſtro, ibique Mandato Procurationis ipſius Caroli Regis in Imperatorem electi publice, & alta voce perlecto, & diligenter inſpecto, deliberatione matura de ipſorum fratrum conſilio pariter, & aſſenſu, & ex certa noſtra ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Obedientiam ab eodem Cardinale de Althann Procuratore nomine ipſius Caroli Regis Nobis, & Sedi, & Cameræ prædictis, ut præmittitur præſtitam, itemque homagium, & Juramentum fidelitatis hujuſmodi læto, atque hilari animo admittimus, ac Regnum ipſum Siciliæ, & Hieruſalem cum tota Terra prædicta citra Pharum uſque ad confinia Terrarum ejuſdem Eccleſiæ Romanæ, excepta prædicta Civitate Beneventana cum ejus Territorio, & Reſtrictu, & pertinentiis per Nos, ſeu Romanos Pontifices diſtinctis, ac eorum incolis, quam Nobis, prout illam ſibi dudum prædicta Eccleſia ſpecialiter reſervamus, eidem Carolo Hiſpaniarum Catholico, & Romanorum Regi in Imperatorem electo, cui per noſtros in forma Brevis pridie expeditas Literas conceſſimus, ut dictum Regnum Siciliæ, & Hieruſalem, ac totam Terram citra Pharum una cum Imperio, & Romanorum, ſeu Theutoniæ Regno quoad vixerit, retinere libere, & licite poſſit, & valeat tametſi in utriuſque Julii, Leonis, Clementis, Gregorii, & Alexandri prædictorum, & ante eos diverſorum aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum Literis id expreſſe, & diſtincte prohiberetur, pro ſe, ſuiſque Hæredibus, & Succeſſoribus tam maſculis, quam fæminis ex eo recta linea deſcendentibus, natis, & naſcituris, ſervata inter ipſos Deſcendentes prærogativa ſexus, ita quod maſculi ex maſculis omnibus fæminis, earumque deſcendentibus maribus, & fæminis cujuſcunque lineæ ſint, aut gradus ſemper præferantur, & inter ipſos maſculos primogenituræ ratio, & lineæ prærogativa prævaleat, & obſervetur, quæ prærogativa locum quoque habeat, & prævaleat inter dictas fæminas; earumque Deſcendentes in caſu deficientiæ omnium deſcendentium maſculinorum ex maſculis in Feudum perpetuum pro ſolito annuo cenſu ſeptem mille Ducatorum ſi-

Conceſſio præd. Regni Carolo VI. facta in feudum ejuſque deſcendentibus et fœminis, eodem modo, cum eadem reſervatione, & ſub iiſdem conditionibus ut ſupra.

Digitized by Google

ſimilium, & unius Parafreni albi, ut præfertur ſolvendo, & cæteroquin in omnibus, & per omnia ſub conditionibus, modis formis, adjectionibus, promiſſionibus, clauſulis, cautelis, voluntatibus, & ordinationibus in Literis utriuſque Julii, Clementis, Gregorii, & Alexandri, & conceſſione Leonis Prædeceſſorum hujuſmodi contentis, quarum remiſſionem per Nos, & Sedem prædictam factam fuiſſe non apparebit omni meliori, quo poſſumus, modo concedimus, & elargimur, ac Regnum ipſum prædicto Carolo Regi modo, & forma præmiſſis infeudamus, eumque de illo per ipſius Michaelis Friderici Cardinalis Procuratoris ad oſculum pedum noſtrorum admiſſionem inveſtimus.

Ab eodem Carolo infra annum tradenda eſt Bulla aurea recognitionis ſupremi Dominii S. Sedis.

§.10. Volentes, & intendentes, ut infra annum data præſentium computandum, idem Carolus Rex Privilegium ſuum Bulla aurea Bullatum, in quo proprio juramento fateatur, & recognoſcat expreſſe Regnum Siciliæ, & Hieruſalem, ac totam Terram eorum, quæ eſt citra Pharum uſque ad confinia Terrarum ipſius Eccleſiæ Romanæ, exceptis Civitate Beneventana & Loco Pontis Curvi, cum illius Territoriis, Diſtrictibus, & pertinentiis, quæ eidem Eccleſiæ remaneant, præfato Carolo Regi ſuiſque Hæredibus, & Succeſſoribus dicti Regni Siciliæ Regibus ex ſola gratia, & mera liberalitate Sedis Apoſtolicæ & Noſtra fuiſſe conceſſa, eoſque recepiſſe, & tenere Regnum Siciliæ, & Terram hujuſmodi a Nobis, & dicta Romana Eccleſia ſub pactis, modis, & conditionibus ſupradictis, Nobis, ſeu Romano Pontifici pro tempore exiſtenti dare, & tradere teneatur. Per præmiſſa autem non intendimus juribus quibuſcumque in aliquo præjudicare.

Idem Carolus liberatur a ſolutione cenſuum decurſorum.

§.11. Demum, ut idem Carolus Rex in Imperatorem electus eo magis ad ſinceræ illius, quam in Nos, & hanc Sanctam Sedem profitetur devotionis, & obſervantiæ debita argumenta Nobis, & eidem Sedi exhibenda excitetur, quo Nos, & Romanam Eccleſiam in eum propenſiores, & munificentiores invenerit, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus ipſi Carolo Regi omnes, & ſingulos cenſus ratione ſupradicti Regni hactenus decurſos, & non ſolutos ex ſpeciali dono gratiæ liberaliter remittimus, & condonamus, ipſumque de illis abſolvimus, quietamus, & plenarie liberamus, & ex cauſa dictorum cenſuum hucuſque decurſorum a quocumque nullatenus moleſtari poſſe decernimus, dummodo tamen in proximo feſto Sancti Petri, & ſic ſucceſſive perpetuis futuris temporibus ſingulis annis ipſe Carolus Rex, ejuſque Hæredes, & Succeſſores præfatum cenſum nobis, & ſucceſſoribus Noſtris cum ſolitis ſolemnitatibus integre perſolvere omnino debeant.

Forma autem juramenti per dictum Cardinalem præſtiti, talis eſt:

§.12. Ego Michael Fridericus Cardinalis de Althann Sereniſſimi Domini Caroli Hiſpaniarum Catholici, & Romanorum Regis in Imperatorem Electi, Dei gratia Regis Siciliæ, & Hieruſalem cum tota Terra citra Pharum Procurator ad hæc omnia ſpecialiter conſtitutus ſpeciali modo per dictum Carolum Regem ſub die X. menſis Auguſti anni proxime elapſi coram Archiepiſcopo Valentino, Comite Philippo de Sizendorf, & Marchione de Rofrano ipſius Conſiliariis, & reſpective Secretariis ſubſcripto, plenum homagium, Ligium, & Vaſſallagium nomine dicti Caroli Regis faciendum vobis Sanctiſſimo Domino Noſtro Innocentio XIII., & Eccleſiæ Romanæ pro Regno Siciliæ, & Hieruſalem, ac tota Terra, quæ eſt citra Pharum, uſque ad confinia Terrarum ipſius Eccleſiæ, excepta Civitate Beneventana, & toto Territorio, & omnibus Diſtrictibus, & pertinentiis ſecundum antiquos fines Territorii pertinentiarum, & diſtrictus Civitatis ejuſdem per Romanum Pontificem diſtinctos, & in poſterum diſtinguendos, in animam dicti Sereniſſimi Caroli Regis principalis mei juro, quod idem Sereniſſimus D. Carolus ab hac hora in antea fidelis, & obediens erit Beato Petro, & vobis Domino Innocentio XIII., veſtriſque Succeſſoribus Romanis Pontificibus canonice intrantibus, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ Apoſtolicæ. Non erit in conſilio conſenſu, vel facto, ut vitam perdatis, ſeu perdant, aut membrum, ſeu capiamini vel capiantur mala captione, conſilium veri quod ſibi credituri eſtis per vos, aut Nuncios veſtros, vel per Literas, ad veſtrum, vel eorum damnum ſcienter nemini pandet, etſi ſciverit fieri, vel tractari, ſeu procurari aliquod, quod in veſtrum, vel eorum damnum cedat, illud pro poſſe impediet, & ſi hoc impedire non poterit, illud vobis, vel eis ſignificare curabit. Papatum Romanum, & Regalia Sancti Petri, tam in Regno Siciliæ prædicto, quam alibi conſiſtentia adjutor vobis, vel eis erit ad defendendum, vel reſtituendum, ac recuperandum, & recuperata manutenendum contra omnem hominem veſtras, & ſingulas conditiones ſupradictas, & quaſcumque alias in literis felic. record. Julii Papæ II. ſuper ipſius Regni, & Terrarum infeudatione, ſive inveſtitura confectis contentas, ac omnia, & ſingula, quæ in eis continentur, plenarie adimplebit, & inviolabiliter obſervabit, & nullo unquam tempore veniet contra ea, nec procurabit per ſe, vel alium, ſeu alios quoquomodo ut aſſumatur, vel nominetur in Dominum Lombardiæ, ſeu Thuſciæ, excepto tamen, quod Regnum Siciliæ, & Hieruſalem cum tota Terra citra Pharum una cum Imperio, & Regno Romanorum, ſeu Theutoniæ, quoad vixerit, retinere poſſit juxta conceſſionem, quam a vobis deſuper obtinuit, etſi aſſumptionem, vel nominationem ad Dominium Lombardiæ, & Thuſciæ, aut majoris partis eorumdem fieri contingat nullum hujuſmodi aſſumptioni, ſeu nominationi aſſenſum præſtabit, nec intromittet ſe modo aliquo de eorum, vel alicujus eorum regimine, nec de Civitate Benevantana, & ſuis Territoriis, diſtrictibus, & pertinentiis, ſeu Campania, neque de Maritima, Ducatu Spoletano, neque Marchia Anconitana, Patrimonio Beati Petri, & Thuſciæ, Maſſa, Trebaria, Romandiola, Alma Urbe, in Civitate Peruſina, Civitatibus Caſtelli, Bononienſi, Ferrarienſi, Avenionenſi, & Comitatu Venaiſsino, ſeu aliis Terris quibuſcumque veſtris, & Feudis ipſius Eccleſiæ ubilibet conſtitutis ex ſucceſſione, vel Legato, ſeu donatione, aut venditione, ſeu alio quovis titulo, vel contractu nihil unquam ſibi acquiret, ſeu vindicabit, vel poterit acquirere, ſeu quomodolibet vindicare, & nihil unquam recipiet, vel habebit, ſeu retinebit, vel poterit recipere, habere vel etiam retinere in illis nec ullam Puteſtariam, Capitaniam, vel Rectoriam, nul-

Digitized by Google

nullumque aliud Officium recipiet, ſeu recipere poterit in eiſdem, ſeu ipſorum aliquo, nec etiam occupabit, vel occupari permittet, ſeu faciet præmiſſa, vel partem aliquam eorundem, neque illam offendet, aut moleſtabit, neque etiam Romanam Eccleſiam quoquomodo ſub cenſuris, pœniſque ſpiritualibus, & temporalibus in conditionibus, & infeudatione præfatis contentis, quas hic haberi volo in ſingulis ſuis partibus alias pro ſpecifice expreſſis, & repetitis. Schiſmatico, aut Heretico cuicumque vel a fide devio, ab ipſa Eccleſia præciſo, ejuſque ſequacibus, ac dantibus ei auxilium, conſilium, vel favorem, non dabit quovis modo per ſe, vel alium, ſeu alios directe, vel indirecte publice, vel occulte auxilium, conſilium, vel favorem, nec ab aliis quantum in eo erit, ſi impedire poterit dari permittet, ſed eos juxta poſſe ſuum donec convertantur, perſequetur, & impugnabit. Et ulterius promitto, quod ipſe Carolus Rex infra annum, omnia & ſingula mediante aurea Bulla ratificabit, ſic dictum Carolum Regem Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Euangelia. Juravi ut ſupra, Ego Michael Fridericus Cardinalis de Althann.

Clauſula. §.13. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ reſervationis, admiſſionis, conceſſionis, elargitionis, infeudationis, inveſtituræ, voluntatis, vel intentionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo ſecundo quinto Idus Junii Pontificatus noſtri Anno Secundo.

✠ Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.



† *Ego Joannes Epiſcopus Tuſculanus Cardinalis Judice.*
† *Ego Joannes Epiſcopus Albanenſis Cardinalis Paulutius.*
† *Ego Joannes Epiſcopus Prœneſtinus Cardinalis Barberinus.*
† *G. Cardinalis Mareſcottus.*
† *Ego Joſeph Tituli Sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis Sacripantes.*
† *Ego Laurentius Tituli Sancti Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis Corſinus.*
† *Ego Philippus Antonius Tituli Sancti Chryſogoni Presbyter Cardinalis Gualterius.*
† *Ego Joſeph Tituli Sanctæ Mariæ Angelorum Cardinalis Vallemanus.*
† *Ego C. A. Tituli Sancti Auguſtini Presbyter Cardinalis Fabronus.*
† *Ego Antonius Felix Tituli Sanctæ Balbinæ Presbyter Cardinalis Zondadarius.*
† *Ego Petrus Tituli Sancti Joannis ante Portam Latinam Presbyter Cardinalis Corradinus.*
† *Ego Joannes Baptiſta Tituli Sancti Stephani in Monte Cælio Presbyter Cardinalis Tolomeus.*
† *Ego B. Tituli Sancti Petri in Monte Aureo Presbyter Cardinalis Scottus.*
† *Ego Nicolaus Tituli Sancti Sixti Presbyter Cardinalis Spinula.*
† *Ego Giorgius Sanctæ Agnetis Presbyter Cardinalis Spinula Cardinalis Sanctæ Agnetis nuncupatus.*
† *Ego Joſephus Tituli Sanctæ Suſannæ Cardinalis Pereyra de la Cerda.*
† *Ego Michael Fridericus Tituli Sanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis de Althann.*
† *Ego Joannes Baptiſta Tit. S. Priſcæ Presbyter Cardinalis Salernus.*
† *Ego Alvarus J. Sancti Bartholomei in Inſula Presbyter Cardinalis Cienfuegos.*
† *Ego B. M. I. Sancti Bernardi ad Thermas Presbyter Cardinalis de Comitibus Major Pœnitentiarius.*
† *Ego B. Sanctæ Mariæ in Via lata Diaconus Cardinalis Pamphilius.*
† *Ego Petrus Sancti Laurentii in Damaſo Diaconus Cardinalis Ottbobonus S. R. E. Vice-Cancellarius.*
† *Ego J. R. Sancti Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis Imperialis.*
† *Ego L. S. Agathæ in Montibus Diaconus Cardinalis de Alteriis.*
† *Ego Annibal Sanctæ Mariæ in Coſmedin Cardinalis Albanus S. R. E. Camerarius.*
† *Ego Curtius Sancti Euſtachii Diaconus Cardinalis Origus.*
† *Ego Fabius Sanctorum Viti, & Modeſti Diaconus Cardinalis Oliverius.*
† *Ego Alexander Sancti Adriani Diaconus Cardinalis Albanus Cardinalis Alexander nuncupatus.*
P. Card. Pro-Datarius.
F. Cardinalis Oliverius.

Viſa de Curia J. G. Archiepiſcopus Amaſenus.
L. Martinettus.

Die Lunæ 15. Junii 1722. ſupraſcriptæ Literæ Apoſtolicæ in plena Camera Apoſtolica exhibitæ, & præſentatæ fuerunt, illæque Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino Guidoni de Palagio ejuſdem Cameræ Apoſtolicæ Clerico commiſſæ cum facultate admittendi; deinde vero ſub die 26. ejuſdem Menſis, citato deſuper Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino Joanne Carolo Piancaſtello dictæ Cameræ Commiſſario Generali ex Decreto ipſius Cameræ idem Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus de Palagio Cameræ Apoſtolicæ Clericus, & Judex Com-

deputatus admiſit, & regiſtrari mandavit, & regiſtratæ fuerunt in libro ſignaturarum Sanctiſſimi.

XXVII.

Dat. 22. Junii. 1722. ann. 2.

Committitur Nuncio Neapolis executio Conſtitutionis Clem: XI de reunione Cœnobiorum S. Luciæ de Monte, ac de Portici Provinciæ Neapolitanæ Fratrum de Obſervant: Diſcalc: Hiſpaniæ.

Laudata Conſtitutio ed: fuit 1712, Dec: 23. P. 13. ſed alia Diſmembrationis extat Conſt: ed: 1702, Sep: 15, P 2. Et Bened: XIII Conſt: ed: 1726, Jan: 28, P: 2. agitur de erectione Cænobii in Provincia Valentiæ.

Venerabili Fratri Hieronymo Archiepiſcopo Theſſalonicen. Noſtro, & Sedis Apoſtolicæ in Regno Neapolis Nuncio.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Venerabilis Frater Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

A Clem. XI. diſmembrata fuere predd: Cœnobia & unita Provinciæ Caſtellæ.

ALias per recol. mem. Clementem Papam XI. Prædeceſſorem Noſtrum accepto, quod inter tunc exiſtentes fratres Neapolitanos & Hiſpanos Provinciæ Sancti Petri de Alcantara in Regno Neapolitano Fratrum Diſcalceatorum Hiſpaniæ Ordinis Minorum Sancti Franciſci de obſervantia nuncupatorum plures controverſiæ exortæ reperiebantur, fierique nequibat, ut dicti fratres habitatione, & rerum communione conjuncti animis, & contrariis ſtudiis non diſſiderent, ac proinde expediebat eos ab invicem ſegregari; idem Clemens Prædeceſſor Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione ſuis, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Conventum Sanctæ Luciæ de Monte nuncupatum Civitatis Neapolis, & Hoſpitium dicti Sancti Petri de Alcantara loci de Portici dictæ Provinciæ Neapolitan. Diœceſis ab eadem Provincia perpetuo ſeparavit, & diſmembravit, illaque in ſeparata, & diſmembrata Provinciæ ejuſdem Sancti Petri de Alcantara Regni Caſtellæ Fratrum Diſcalceatorum dicti Ordinis itidem perpetuo univit, annexuit, & incorporavit volens, & ordinans, ut in illis Religioſi Hiſpani, qui deinceps Miniſtro Provinciali ſecundo dictæ Provinciæ pro tempore exiſtenti ſubjecti eſſent, habitarent, & collocarentur; alii vero primodictæ Provinciæ Conventus, qui octo tunc numerabantur, Religioſis Neapolitanis, & Italis tantum remanerent, ac eadem Primodicta Provincia octo hujoſmodi Conventus conſtans in futurum Miniſtro Generali, ſeu Commiſſario Generali Italiæ Ordinis prædicti pro tempore pariter exiſtenti ſubjaceret, & alias prout in ejuſdem Clementis Præd[illegible]ſſoris deſuper in ſimili forma Brevis die 1[illegible]. Septembris 1702. expeditis Literis, quarum tenorem præſentibus pro plene, & ſu[illegible]icienter expreſſo, ac de verbo ad verbum inſerto haberi volumus, uberius continetur.

Sed poſtea ab eodem Clemente ſtatutum fuit, ut Religioſi tam Hiſpani, quam Itali promiſcue morarentur in omnibus Cœnobiis Provinciæ.

Et ſucceſſive memorato Clementi Prædeceſſori expoſito, quod ob bellorum motus tunc exortos, interclutumque commercium, & communicationem inter Caſtellæ, & Neapolis Regna, Conventus Sanctæ Luciæ de Monte, & Hoſpitium S. Petri de Alcantara prædicta, & Religioſi in eiſdem degentes a Miniſtris Provincialibus dictæ Provinciæ Regni Caſtellæ pluribus annis viſitati minime fuerant, & valde dubitandum erat, quod ceſſantibus etiam bellis propter magnam dictorum Regnorum ad invicem diſtantiam non raro ſine debita viſitatione, & correctione remanere poterant, cum magno Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & regularis obſervantiæ detrimento; idem Clemens Prædeceſſor Congregationem particularem nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus tunc ſuis S. R. E. Cardinalibus negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitis ſuper prætenſa reunione Fratrum Diſcalceatorum Hiſpanorum Sancti Petri de Alcantara Ordinis hujuſmodi Conventus Sanctæ Luciæ de Monte, & alterius Conventus Sanctæ Mariæ de Portici cum aliis fratribus Italis dictæ Provinciæ Regni Neapolitani ejuſdem Ordinis, & Inſtituti deputavit, quæ quidem Congregatio die 27. Auguſti 1711. coadunata per ſuum Decretum cenſuit conſulendum eſſe prædicto Clementi Prædeceſſori pro deputatione alterius Religioſi gravis in Commiſſarium, & Viſitatorem Apoſtolicum ad ejuſdem Clementis Prædeceſſoris, & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum tam prædictorum Conventuum Nationis Hiſpanicæ, & Sancti Petri de Alcantara, quam aliorum Conventuum fratrum Italorum memoratæ Provinciæ Regni Neapolis ejuſdem Inſtituti, cum facultate, quatenus in Domino ſibi expediens viſum fuiſſet, collocandi fratres Italos etiam in dictis Conventibus Neapolis promiſcue cum Hiſpanis, & viceverſa collocandi Religioſos Hiſpanos eorumdem duorum Conventuum in aliis Conventibus Provinciæ Regni promiſcue cum aliis Italis, vel reſpective remittendi Hiſpanos ad ſuam Provinciam Caſtellæ, & cum aliis facultatibus neceſſariis, & opportunis, Literis ſuis minime obſtantibus aliiſve quiboſvis Indultis, ſeu Ordinationibus etiam Apoſtolicis in contrarium facien. In electionibus vero ad Prælaturas eadem Congregatio particularis cenſuit ſervandam eſſe diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini, & Conſtitutionum Apoſtolicarum, atque ejuſdem Ordinis, & alias prout in prædicto Decreto uberius dicitur contineri; factaque ſubinde, nempe die 5. Menſis Septembris ſubſequentis per tunc exiſtentem Secretarium Congregationis prædictæ de præmiſſis dicto Clementi Prædeceſſori relatione illius ſententiam benigne approbavit, & deſuper Literas Apoſtolicas in forma Brevis expediri mandavit. Verum ex rationabilibus tunc motivis idem Clemens Prædeceſſor per quaſdam ſuas deſuper pariter in eadem forma Brevis die 23. Septembris 1712. de prædictæ Congregationis conſilio, ac etiam Motu proprio Literas ſuas prædictas revocavit, caſſavit, irritavit, & annullavit, viribuſque, & effectu penitus, & omnino vacuavit, ac proinde Conventum Sanctæ Luciæ de Monte, & Hoſpitium Sancti Petri de Alcantara prædicta a Secundo d. Provincia perpetuo pariter ſeparavit, & diſmembravit, illaque ſic ſeparata, & diſmembrata primodictæ Provinciæ S. Petri de Alcantara itidem perpetuo reunivit, reannexuit, & reincorporavit, ac in priſtinum, & eum in quo antequam primodictæ ſuæ Literæ emanaſſent quovis modo erant

Imo unita rurſum fuere prædː Cœnobia Provinciæ Neapolitanæ.

erant, ſtatum, reſtituit, repoſuit, & plenarie reintegravit, ac tam illa, quam omnes alios Conventus ejuſdem Primo dictæ Provinciæ S. Petri Alcantara unico Miniſtro Provinciali, qui Commiſſario Generali familiæ Ciſmontanæ dicti Ordinis ſubjectus eſſet, ſubjecit, & alias, prout in ſecundo dictis Clementis Prædeceſſoris Literis, quarum omnium executionem fraternitati Tuæ toto illarum tenore inſerto per quaſdam Noſtras die 20. Januarii proxime præteriti in eadem forma Brevis emanatas Literas, executionem demandavimus, plenius continetur. Hinc eſt, quod Nos in præmiſſis opportune pro cura Noſtra paſtorali providere volentes, de prædictæ particularis Congregationis Cardinalium conſilio, ac etiam motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, eidem Fraternitati Tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut ad executionem dictæ Reunionis, & incorporationis a memorato Clemente Prædeceſſore in ſecundo dictis ſuis Literis demandatæ, & a Nobis approbatæ, ut præfertur, cæterorumque contentorum in prædicto Decreto (excepta tantummodo deputatione alicujus Religioſi pro Commiſſario Viſitatore) auctoritate Noſtra Apoſtolica procedas, cum facultate ſcilicet collocandi fratres Italos etiam in dictis Conventibus Neapolis promiſcue cum Hiſpanis, & viceverſa collocandi Religioſos Hiſpanos Conventuum hujuſmodi in aliis Conventibus Provinciæ Regni promiſcue cum Religioſis Italis, vel reſpective remittendi Hiſpanos ad ſuam Provinciam Caſtellæ. In electionibus vero Prelatorum, diſpoſitionem Sacri Concili Tridentini, & Conſtitutionum Apoſtolicarum eadem auctoritate ſervari mandes. Nos enim ad præmiſſa quaſcumque neceſſarias, & opportunas facultates Tibi harum ſerie tribuimus, & impartimur.

Commiſſio exequendi præd: novam Clementis ordinationem.

Clauſulæ.

§.1. Decernentes ipſas præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet in premiſſis jus, vel intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, etiam ſpecifica mentione, & expreſſione digni illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque cauſæ propter quas præſentes emanarint adductæ, aut verificatæ, & juſtificatæ fuerint, aut quavis alia, etiam quantumlibet juridica, pia, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corporis juris clauſo, etiam, enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis ullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis Noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet, etiam quantumvis formali, & ſubſtantiali, individuamque expreſſionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controverſiam vocari, ſeu ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, ſeu etiam impetrato, aut etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe, ſed ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari; ſicque in præmiſſis per quoſcumque judices Ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apoſtolicæ Nuncios, alioſve quoslibet quacumque præminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.2. Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus ea, quæ præſentibus ſunt, vel dici poſſent contraria prædictis Clementis Prædeceſſoris, & Noſtris Literis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus, etiam in fundatione dictorum Conventuum, & Hoſpitii, aliiſve quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis, etiam dicto Ordini, ejuſque Superioribus, & quibuſvis aliis perſonis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi acſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXII. Junii MDCCXXII. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

XXVIII.

Confirmatur ampliatio numeri Magiſtrorum pro Provincia Aprutina Fratrum Prædicatorum.

Dat. 13. Julii 1722. an. 2.

Inn. XII Conſt: ed: 1695. Sept. 25, P. 5 reductus fuit numerus Magiſtrorum, ac Graduatorum:

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Graduati Provinciæ Aprutin. Ordinis Prædicatorum, quod anno 1612. in eadem Provincia numerus duodenarius Magiſtrorum in Sacra Theologia præfixus a fe: re: Paulo PP. V. Prædeceſſore noſtro per quaſdam ſuas literas Apoſtolicas confirmatus fuit, & ſubinde poſt

Cauſæ ampliandi numerum 12. ad 15.

Digitized by Google

unius ſeculi, & amplius ſpatium cum eadem Provincia agnoviſſet numerum duodenarium Magiſtrorum hujuſmodi uſque ad quindenarium tum ob prædictam Provinciam Religioſis virtute præditis, ſtudiiſque formalibus auctam, quam ob illius majus bonum, ac utilitatem ampliari opus eſſe, ipſi exponentes in Noviſſimo Capitulo Provinciali, quod anno proxime præterito die 11. Maji in Conventu Sancti Severi Majoris Neapolitan. dicti Ordinis celebratum fuit, inſtiterunt, ut præfatæ ampliationis ſupra ejuſmodi præfixum duodenarium numerum petitio fieret, quam quidem petitionem rationi coofonam, & juſtiſſimam a Capitulo Generali memorati Ordinis in Alma Urbe noſtra die 11. Junii ejuſdem Anoi habito recognoſci, & approbari obtinuerunt.

Preces Graduat: rū Provinciæ.

§.1. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dicti Eaponentes præmiſſa, quo firmius ſubſiſtant, Apoſtolicæ Confirmationis Noſtræ patrocinio communiri plurimum deſiderent. Nobis propterea bumiliter ſupplicari fecerunt, ut ſibi in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica digoaremur.

§.2. Nos igitur ipſos Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel Cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes: & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclioati, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum conſilio, & attenta relatione dilecti filii moderni Procuratoris Generalis ejusdem Ordinis ſuper præmiſſis eisdem Cardinalibus facta, præfatam ampliationem præfixionis numeri duodecim Magiſtrorum in prædicta Proviucia uſque ad numerum quindenniorum a pleno Capitulo Generali Ordinis hujuſmodi nuper celebrato decretam, ut præfertur pro arbitrio, & conſcientia dilecti pariter filii Auguſtini Pipia Magiſtri Generalis Ordinis prædicti auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Confirmatio præd ampliationis.

§.3. Decernentes easdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit pleniſſime ſuffragari, ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordiuarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel iguoranter contigerit attentari.

Clauſulæ.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, Confirmatione Apoſtolica, aut quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & Conſuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & literis Apoſtolicis in cootrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omoibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XIII. Julii MDCCXXII Pontificatus Noſtri anno ſecuodo.

XXIX.

Confirmantur quædam Statuta Congregationis S. Hippolyti Charitatis in Indiis Occident: cum nonnullis declarationibus.

Dat. 7. Aug. 1722. an. 2.

Ab Innoc: XII Conſt: ed: 1700., Jun: 21, P. 9. confirmatæ fuere Conſtitutiones.

Venerabili Fratri Archiepiſcopo Mexican.

INNOCENTIUS PAPA XIII

Venerabilis Frater ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Ab Inn: XII. erecta fuit d. Congregatio in Religioné, & ejus Conſtitutiones approbatæ.

EXponi Nobis nuper fecit, dilectus filius modernus frater Major Congregationis Charitatis ſub titulo Sancti Hippolyti in Civitate Mexican., aliiſque partibus Indiarum Occidentalium, in Religionem erectæ, tam ſuo, quam Diffinitorii ipſius Congregationis nomine, quod alias poſtquam fælic. record. Innocentius Papa XII. Prædeceſſor Noſter dictam Congregationem in Religionem erexerat, illius Conſtitutiones toto illarum tenore inſerto per quaſdam ſuas Literas deſuper in ſimili forma Brevis die 21. Junii 1700. expeditas ad ſupplicationem dilecti pariter filii Joannis de Cabrera tunc temporis ejuſdem Congregationis Procuratoris Generalis ſub certis modo, & forma tunc expreſſis confirmavit, & approbavit, & alias prout io prædictis Innocentii Prædeceſſoris Literis, quarum tenorem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, ac de verbo ad verbum inſerto haberi volumus, uberius dicitur contineri. Verum quia experientia compertum fuit, prædictas Conſtitutiones, ſeu earum aliquas paci, & bono Regimini Congregationis hujuſmodi minime profuiſſe, ſed illas reformatione, clariori explicatione, ac etiam nova additione indigere, idem Frater Major una cum eodem Diffinitorio pro proſpero ſtatu, ac fælici guberoio memoratæ Congregationis Decreta, ſeu ſtatuta edidit teooris, qui ſequitur, videlicet:

Cauſæ præſentium Ratutorum.

Primo. Quod in poſterum Officium Fratris Majoris Generalis, & Officia quatuor ejuſdem Conſiliariorum durare debeant ad ſeſennium; ita tamen, quod in fine primi Triennii tam Geoeralis, quam Conſiliarii teneantur eligere Fratres Majores Locales, & reliquos Officiales Religionis, vel confirmando illos antiquos pro evidenti utilitate, vel de novo alios eligendo pro majori augumento Inſtituti: Attento quod cum idem Generalis teneatur viſitare omnes Domus fundatas, & alias, quæ dietim in Regione tam vaſta fundantur, expertus fuit,

Generalis & Cōſiliarii ſint ſexennales, & reliqui Officiales trienales.

Digitized by Google

fuit, quod in ſpatio ſolius trienoii, quo durabat Generalatus Officium, tales viſitationes expleri non valeant io magnum præjudicium Congregationis.

Augetur numerus ſuffragiorum pro electione Generalis.

Secundo. Quod reformetur modus practicandos circa electionem fratris Majoris Generalis, dum in præfatis Conſtitutionibus mandator, quod quolibet triennio convocentur viginti antiquiores in profeſſione, qui tamen ſcribere, & legere ſciant, & quod cum iſtorum ſuffragiis tantum deveniatur ad talem electionem; hæc enim reſtrictiva ad viginti antiquiores in Profeſſione, peperit uſque nunc graves abuſus, dum facti iſti proprietarii, & Domini abſoluti vocis activæ, & paſſivæ, occuparunt abſque ullo merito omnes gradus Congregationis, & inter ſe diviſerunt præeminentias, coarctando electiones; unde pro opportuno remedio erit inpoſterum ſtatuendum, quod in locum præfatorum viginti antiquiorum in Profeſſione, ſubrogentur alii viginti habiliores, & capaciores in Religione, ſeligendi ex illis, qui exercuerunt Officia Generalis, & Conſiliariorum, necnon ex fratribus Majoribus Localibus ex antiquiore Sacerdote, ac Novitiorum Magiſtris, ac Procuratore Generali, & quatenus ex his non poſſet expleri numerus viginti, compleatur ex Magiſtris in Chirurgia antiquioribus io profeſſione, qui ſic ſelecti de ſexennio in ſexennium eligant Generalem in Capitulo Generali convocato.

Quomodo, & qui ſeligendi ad reliqua Officia.

Tertio. Quod inviolabiliter obſervetur Conſtitutio, in qua mandatur, quod Frater Major Generalis noviter electus, inſimul cum ejus Conſiliariis debeant providere alia Officia Religionis in Perſonis zelantibus Inſtitutum, & quod tam in hoc, quam in reliquis aliis actibus præfati Conſiliarii babeant votom conſultiuum, ac deciſivum æquale cum Generali, & quod in omnibus ſtetur majori parti ſuffragiorum. Ulterius vero declaretur prædictos Conſiliarios non poſſe in ſe ipſis applicare nominationem ad dicta Officia, prout uſque ad præſens applicarunt, eos io poſterum inbabilitando ad ea poſſe conſequi, ſanciendo, quod debeant eſſe contenti ſolo Officio Conſiliariorum, quouſque illo funguntur.

Sacerdotes privantur voce paſſiva.

Quarto. Cum principalis ſcopus Religionis ſit attendere Operibus Miſericordiæ Corporalibus verſus Pauperes infirmos convaleſcentes, mente captos, alioſque egenos, quod exercitium ſolum competit Laicis, ideo in Conſtitutionibus privantur voce paſſiva Sacerdotes, & hoc iterum confirmari debet cum ulteriori explicatione, quod cenſeantur etiam privati voce paſſiva illi Sacerdotes, qui promoti fuere antequam Congregatio erigeretur in Religionem.

Generalis ſibi eligat Domũ.

Quinto. Quod reformetur diſpoſitio, quæ mandat Fratrem Majorem Generalem cum ſuis Conſiliariis debere habitare in Conventu Sancti Hippoliti ſito extra mænia Civitatis Mexicanæ, ſtante quod, cum dictus Conventus plurimum diſtet a dicta Civitate, ineaqoe, & illius Tribunalibus quaſi continuo debeant Geoeralis, & Conſiliarii prædicti eſſe preſentes ob tractanda negocia Religionis, cum ſummo eorum incommodo, & plerumque cum præjudicio Religionis, quia non valent horis debitis intereſſe; ideo permittitur in poſterum Generali eligere habitationem in illa Domo, vel Civitate, quam magis congruam reputaverit pro reparandis neceſſitatibus, quæ de tempore in tempore imminebunt Religioni, durante Officio ſui Geoeralatus.

Generalis cõfirmet electiones Provincialium, & Provincias viſitet.

Sexto. Quod ſpectet, ac pertineat ad Fratrem Majorem Generalem approbare, & confirmare electiones Provincialium, qui eligentur in quacumque Provincia, ad quam Religio propagaretur; Et quod præfatus Generalis teneatur de triennio in triennium una vice viſitare qualemcumque Provinciam, in qua fundatio fieret, exiſtentem in Regno Novæ Hiſpaniæ, Guatemalæ, Nicaraguæ, aliaſque circumvicinas: Et caſu, quo fundationes ſequerentur in Regno Peruano, vel in aliis Partibus remonoribus, quod idem Generalis poſſit nominare viſitatorem delegatum pro facienda tali viſitatione ad ea Loca tam diſtautia, ad quæ non de facili poteſt perſonaliter ſe conferre, ut munus viſitationis adimpleat.

Qui, & a quibus eligẽdus Præſidens Capituli.

Septimo. Pariformiter pro progreſſu Religionis abolenda eſt illa coarctata circa electionem Præſidentis Capituli, ubi injungitur, quod talis Præſidens eſſet debeat Frater Major Sancti Hippoliti, dum ex hoc graves abuſus orti ſunt tam circa Vocales, quam circa redditionem rationis ſuæ adminiſtrationis ab illo faciendam habito reſpectu ad Dominium Præſidentiæ, quod in ipſius perſonam debet omnino cadere; Ideoque pro opportuno remedio tradatur facultas Fratri Majori Generali, ejuſdemque Conſiliariis pro electione Præſidentis per eos facienda triduo ante celebrationem Capituli Generalis, & quod electio cadat in perſonam, quæ non exerceat ullum Officium, ex quo impedita remancat rectitudo Præſidentiæ; ac ulterius declaretur, quod dictus Præſidens non poſſit eligi in Generalem in eo Capitulo, cui præſidet, niſi in caſu, quo eſset electus cum plenis omnium Vocalium ſuffragiis, ac eorum nemine diſcrepante.

Quid, ſi Generalis gubernare non poſſit, vel Generalatus vacet.

Octavo. In Conſtitutionibus mandatur, qood in caſu diuturnæ infirmitatis, aut neceſſariæ abſentiæ Fratris Majoris Generalis poſsit iſte ſubrogare Præſidentem, qui durante dicto impedimento Congregationem regat, & gubernet, & iſte eſſe debebit primus Conſiliarius; & in caſu obitus, aut depoſitionis illiuſmet Fratris Majoris Generalis, idem met primus Conſiliarius ſuccedere debebit in gubernio illius pro toto eo tempore, quod ſupererit ad celebrationem Capituli Generalis; At quia in expreſsis caſibus illa neceſsitas primi Conſiliarii non ſolum videtur exoſa, ſed etiam inductiva Voti captandæ mortis, ac diſsentionom promotrix: ideo ſtatuendum venit in poſterum, quod in caſu neceſsariæ abſentiæ, aut infirmitatis diuturnæ Generalis nominet unum Commiſsarium Generalem, qui ipſius nomine Religionem gubernet; In caſu vero mortis, depoſitionis, aut renunciationis dicti Fratris Majoris Generalis, quod Gubernium Religionis ſtet penes Diffinitorium; ita tamen, quod primus Conſiliarius debeat quam primum convocare Vocales pro electione Vicarii Geoeralis, niſi tempus celebrationis Capituli Generalis ſit valde proximum, qui Vicarius Generalis ſic electus gubernet Religionem uſque ad tempus Capituli Generalis.

Qui eligendus in Secretarium.

Nono. Declaretur etiam, quod Secretarius Capituli Generalis debeat eligi de numero Vocalium.

Preces Generalis pro confirmatione.

Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, prædictus Frater Major ſtatuta, ſeu decreta hujuſmodi pro firmiori illius ſubſiſtentia, & exactiori obſervatione Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimum deſideret. Nos ipſius Majoris votis hac in re quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum preſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium, qui relatione dilecti Filii Noſtri Bernardi Mariæ ejuſdem S.R.E. Preſbyteri Cardinalis de Comitibus nuncupat. Noſtri ſecundum carnem fratris germani prædictæ Congregationis Charitatis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protectoris ſuper præmiſſis eiſdem Cardinalibus factam viderunt conſilio Fraternitati Tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut veris exiſtentibus narratis, audito tamen prius Capitulo Generali ſupradictæ Congregationis ad præinſertorum ſtatutorum confirmationem auctoritate Noſtra Apoſtolica pro tuo arbitrio, & prudentia procedas, juxta ſequentem modum, & additas declarationes, videlicet, quod primum ita tamen, ut vim habere incipiat, poſtquam modernus Generalis, & quatuor Conſiliarii ab Officio ceſſaverint. Ad ſecundum ſine præjudicio Religioſorum, qui jam in eadem Congregatione admiſſi fuerunt, itaut ſtatutum procedat quoad Religioſos in futurum admittendos. Ad quartum ſed non cenſeantur privati voce paſſiva illi Sacerdotes, qui promoti fuere antequam ipſa Congregatio in Religionem erigeretur. Ad ſeptimum ita tamen, ut Præſidens in Capitulo, niſi cum duabus ex tribus partibus ſuffragiorum eligi nequeat; ſalua tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

Confirmatio relatorum ſtatutorum cum nonnullis declarationibus.

Clauſula.

Nonobſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon prædictæ Congregationis Charitatis, aliiſve quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad premiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die VII. Auguſti MDCCXXII. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

XXX.

Erigitur Univerſitas Studii Generalis in Civitate S. Jacobi de Leon de Caracas Indiarum Occident.

Dat. 19. Aug. 1722. An. 2.

Erecta fuit Univerſitas in Civitate Guatimala ab Inn. XI Conſt: ed: 1687, Jul: 18, P. 11. Et a Bened. XIII. Conſt: ed: 1727, Jul: 1, P. 4 erigitur Univerſitas in Civitate Camerinenſi.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium a ſtudio promovendi diſciplinas præſertim ſacras.

INſcrutabili Divinæ Sapientiæ, atque bonitatis arcano ad Eccleſiæ Catholicæ per univerſum Terrarum Orbem diffuſæ regimini, meritis licet imparibus evecti, ſacrarum, eiſque ancillantium bonarum literarum ſtudia, per quæ depulſa ignorantiæ caligine mentes veritatis luce illuſtrantur, & non minus Catholicæ fidei, divinique cultus propagationi, & incremento, quam juſtitiæ adminiſtrationi, aliiſque Reipublicæ commodis, & ornamentis, privatorumque utilitatibus conſulitur, ubique locorum, & præſertim in remotiſſimis ab hac Sancta Sede partibus, quantum nobis ex alto conceditur, promovere, ac incitare, & confovere ſtudemus, ſicut omnibus matura conſideratione perpenſis, ad Omnipotentis Dei gloriam, Eccleſiæque decus, & præſidium, ac ſpiritualem, temporalemque Chriſti fidelium utilitatem cognuſcimus in Domino ſalubriter expedire.

Laudes Collegii d. Civitatis.

§. 1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt venerabilis frater Modernus Epiſcopus & Gubernator Civitatis Sancti Jacobi de Leon de Caracas, quod Caracæ Populi ſunt Americæ Meridionalis in parte Auſtrali Regni Peruani verſus Mare pacificum, & Regnum Chilenſe intra Montes, & Dominio Chariſſimi in Chriſto filii Noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici ſubſunt; in ea autem Regione dicta Civitas, & in illa magnificum Collegium extructa reperiuntur, nec deeſt ampla Bibliotheca, quodque notabilius eſt, novem Cathedræ in eo, & ſignanter Philoſophiæ, Sacræ Theologiæ tam Scholaſticæ, quam Moralis, Juris Canonici, & Civilis, ultra Cathedram Latinitatis, & Rethoricæ, aliaſque pro recto ſtudiorum inſtituto neceſſarias, cura potiſſimum, & expenſis ejuſdem Epiſcopi erectæ exiſtunt, magnuſque propterea adeſt Studentium concurſus, itaut annis præteritis ſexaginta ſex in Matricula deſcripti uerint, ut a Schola Rethoricæ, ad illam Philoſophiæ tranſirent, ſecutaque vacatione Cathedræ Latinitatis, & Rethoricæ hujuſmodi pro illa obtinenda undecim oppoſitores comparuerint.

Cauſæ erigendæ Univerſitatis, & preces Epiſcopi ac Gubernatoris.

§. 2. Cum autem, ſicut eadem Expoſitio ſubjungebat, completo ſtudiorum curriculo, illi, qui ſtuduerunt, vel Lauream Doctoratus recipere nequeant, vel cum evidenti vitæ diſcrimine, & cum maxima impenſa ad eam recipiendam, vel in Univerſitatem ſtudii Generalis Sancti Dominici, aut Sanctæ Fidei accedere teneantur, proindeque ab ipſis Exponentibus eidem Philippo Regi ſupplicatio exhibita fuerit pro impetranda a Nobis facultate memoratum Collegium in Univerſitatem ſtudii Generalis erigendi, ac Lauream

Digitized by Google

ream doctoralem concedendi adinſtar Univerſitatis Sancti Dominici Inſulæ Hiſpaniæ, itaut ſic erigendæ Univerſitati Prælati, Canonici Cathedrales Eccleſiæ, Rector Collegii, & ſcientiarum in eo profeſſores, cum retentione graduum, quos ipſi in aliis Univerſitatibus jam receperunt, adjungi valeant. Nobis propterea ipſi Exponentes humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§.3. Nos igitur ipſos Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de venerabilium Fratrum Noſtrorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, qui ad dubium eis propoſitum, an eſſet conſilium Nobis præſtandum pro præfata erectione Collegii in Univerſitatem, & facultate conferendi gradus adinſtar Univerſitatis Sancti Dominici Inſulæ Hiſpanicæ, necnon pro Gratia ut Prælati, & Cathedralis Canonici, ac Rector, & Magiſtri actu docentes in Collegio aggregari poſſint ad novam Univerſitatem una cum gradibus, quos in aliis Univerſitatibus receperunt, in caſu &c. affirmative reſponderunt conſilio, & attento, quod ejuſmodi inſtantia ejuſdem Philippi Regis

Erectio d. Univerſitatis adinſtar illius S. Dominici cũ omnibus privilegiis.

nomine commendata fuit, Collegium Sancti Jacobi de Leon de Caracas in publicam Studii Generalis univerſitatem adinſtar prædictæ Univerſitatis Sancti Dominici Inſulæ Hiſpaniæ auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſine cujuſquam alterius Univerſitatis ſtudii Generalis præjudicio erigimus, & inſtituimus, & ad eam ſic erectam ut Prælati, Canonici Cathedralis, Rector Collegii, & ſcientiarum hujuſmodi in eo profeſſores cum retentione eorumdem graduum, quos ipſi in aliis ſtudiorum generalium Univerſitatibus jam receperunt, ut præfertur, aggregari queant auctoritate, & tenore præfatis concedimus. Ac eidem univerſitati Studii Generalis, ſic per præſentes erectæ, & inſtitutæ, illiuſque Rectori, Magiſtris, Doctoribus, Lectoribus, Præceptoribus, Scholaribus, Procuratoribus, Bidellis, Nunciis, cæteriſque Officialibus, Miniſtris, & perſonis quibuſcumque pro tempore exiſtentibus, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, Indultis, Libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, favoribus, gratiis, prærogativis, honoribus, & præeminentiis, quibus prædicta Univerſitas ſtudii Generalis Sancti Dominici, illius Rector, Magiſtri, Doctores, Lectores, Preceptores, Scholares, Procuratores, Bidelli, Nuncii, cæterique Officiales, Miniſtri, & perſonæ quæcumque reſpective tam de jure, uſu, & conſuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti frui, & gaudere poſſunt, & poterunt in futurum, non ſolum ad eorum inſtar, ſed etiam æque principaliter, ac pariformiter in omnibus, & per omnia uti, frui, potiri, & gaudere. Rectori autem ipſius univerſitatis per præſentes erectæ, & inſtitutæ pro tempore exiſtenti, ut illos, quos in eadem univerſitate per debitum tempus ſtuduiſſe ac ſcientia, & moribus idoneos eſſe repererit, in prædictis facultatibus, ſive ſcientiis, quæ in ipſa Univerſitate docebuntur, ſeu legentur, ad Baccalaureatus etiam formati, licentiaturæ, ac Doctoratus, & Magiſterii gradus, ſervata tamen in omnibus, & per omnia forma Decretorum Viennen., & Tridentini Conciliorum, quibus in aliquo derogare non intendimus, & alias juxta laudabilem ſupradictæ Univerſitatis Sancti Dominici Inſulæ Hiſpaniæ conſuetudinem promovere, ſolitaque graduum hujuſmodi Inſignia eis conferre, & exhibere; Ipſis vero ad eoſdem gradus per illum ſic promotis, ut poſtea publice, privatimque, etiam in omnibus aliis Univerſitatibus ſtudiorum generalium facultates, ſive ſcientias prædictas reſpective alios docere, & interpretari de iis diſputare, alioſque actus quoſcumque eorum gradibus convenientes exercere libere, & licite poſſint, & valeant reſpective earumdem tenore præſentium indulgemus; ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§.4. Decernentes ipſas præſentes Literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari; & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Clauſulæ.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit, dicti Collegii, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIX. Auguſti MDCCXXII. Pontificatus Noſtri Anno Secundo,

Con-

XXXI.

Dat. 21. Aug. 1722. an. 2.

Confirmatur Decretum Congregationis Epiſc. & Reg. de Alternativa Vicariatus Generalis ſervanda inter tres Provincias Fratrum B. M. de Mercede Excalceatorum.

Inn. XI. Conſt. ed. 1687., Apr. 19., P. II. extat Decretum de pecuniis mutuo accipiendis. Et Bened. XIII Conſt: ed. 1724. Jan. 28., P. 4. præcipitur Cantus Gregorianus in Choro.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Juſta de cauſa inſtituta, & confirmata fuit hujuſmodi alternativa inter Provincias Beticæ, Caſtellæ, & Siciliæ a ſequentibus Capitulis Generalibus.

NUper pro parte dilectorum filiorum moderni Vicarii Generalis, Diffinitorum, & Fratrum Provinciarum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Excalceatorum noncupat, Congregationi Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium propoſitæ expoſito, quod excreſcentibus in dies ſciſſuris, & inordinationibus in Capitulis generalibus dicti Ordinis ob potentiam prævalentem unius ex partialitatibus, inter quas nempe Bethicæ, utriuſque Caſtellæ, ac utriuſque Siciliæ tres Provincias diſtinctas corpus integrum Religionis conſtituunt, adeout per continuata ſexennia ſemper Vicarius Generalis de una factione in detrimentum diſtributive aliarum electus fuerat; ex tali autem gravamine adeo excreverant turbolentiæ, ut ad ultimum excidium per diviſiones Religionem traherent, eaque de cauſa ad occurrendum his malis provide unanimi conſilio in Capitulo Generali Anno 1696. celebrato ab omnibus Pruvinciis ſtabilitum fuerat, ut alternatim per turnum ex tribus partialitatibus Bethicæ, Caſtellæ, & Siciliæ Provinciarum hujuſmodi Vicarius Generalis Ordinis prædicti eligeretur, ut ex particula actorum Capitularium habetur tenoris, qui ſequitur videlicet.

1. Statutum Capituli anni 1696.

§. 1. Decreta, & Statuta Capituli Generalis celebrati die 20. Decembris anni 1696. n. 10. Primo ſtatuitur, & a toto pleno Capitulo declaratur, quod clauſula Conſtitutionis noſtræ, qua præcipitur, ut Vicarius Generalis ex toto corpore Religionis eligatur, ſic ad praxim deinceps debet reduci, ut inter tres Provincias, quæ modo extant, & prædicti Corporis æqualia ſunt membra alternativa ſucceſſio in Vicariatu Generali ſervetur; ita quod nullus ex Provincia cujus filius in hoc Capitulo aſſumptus fuit ad dignitatem Religionis ſupremam in duobus ſequentibus aſſumi poſſit ad illam; ſed jus ſubiecti eligibilix maneat in duabus aliis Provinciis, ſervata inter eas prioritate antiquitatis; taliter quod Bethica, quę prior eſt tempore, ſit etiam prior in immediata dignitatis ſucceſſione. Declaratur tamen, quod ſi decurſu temporis aliqua Provinciarum dividatur in duas, vel plures; non ideo debent augeri alternationes, ſed ſemper ſint reſtringendæ ad tres Provincias modo ſtantes; ita quod unum integrum ſexennium tantum ad Bethicas, aliud ad Caſtellanas, & aliud tantum extendatur ad Siculas, & alias erigibiles extra Hiſpaniam. Ut autem hanc Alternationem cum æquali honore, & fructu unaquæque Provincia poſſideat ſtatutum etiam eſt, quod vacante quovis modo poſſibili Vicariatu Generali extra Capitulum tunc Provincialis Provinciæ, ex qua aſſumptus fuerat Vicarius Generalis, qui ab officio deceſſit, convocet quatuor diffinitores, & Procuratorem Generalem, necnon Exgenerales & Exprovinciales, & Exvicarios Provinciales, qui fuerint per biennium ejusdem tantum Provinciæ, qui omnes intra unius menſis ſpatium, & non ultra, vel quamprimum fuerit poſſibile eligant canonice ſucceſſorem Vicarii Generalis, ex eadem Provincia, qui univerſam Recollectionem gubernet, integrumque impleat ſexennium a die electionis ſui Prædeceſſoris computandum, & ſtatim ac fuerit electus, teneatur illico confirmatus, in qua Congregatione præſideat Provincialis convocans, qui in ſimili eventu Præſes Generalis Religionis conſtituitur a Lege uſque ad electionem futuram.

2. Statutum Capituli anni 1703.

§. 2. Quæ quidem diſpoſitio fuit pariter a Capitulo Generali coadunato de anno 1703. confirmata cum Decreto tenoris ſequentis, videlicet = Secundo ſtatuitur, & a toto pleno Capitulo declarator, quod clauſula Conſtitutionis noſtræ qua præcipitur, quod P. Vicarius Generalis ex toto corpore Religionis eligatur, ſic ad praxim deinceps debet reduci, ut inter tres Provincias quæ modò extant, & prædicti Corporis æqualia ſunt membra alternativa ſucceſſio in Vicariatu Generali ſervetur, ita quod nullus ex Provincia cujus filius in hoc, & antecedenti Capitulo aſſumptus fuit ad dignitatem Religionis ſupremam in ſequenti aſſumi poſſit ad illam, ſed Jus ſubiecti eligibilis ſolum ratione prædictæ Alternativæ in Provincia Sicula maneat, cui de jure in Capitulo Generali ſequenti competit alternatio. = Declaratur tamen, quod ſi decurſu temporis aliqua Provinciarum dividatur in duas, vel plures, non ideo debent augeri alternationes, ſed ſemper ſint reſtringendæ ad tres Provincias modo extantes, ita quod unus Generalix tantum ad Bethicas, alius ad Caſtellas, & alius ad Siculas, & alias erigibiles extra Hiſpaniam extendatur.

3. Statutum Capituli anni 1709.

§. 3. Accedente poſtmodum alia confirmatione habita in Capitulo Generali de anno 1709. ex actis Capitularibus tenoris ſequentis, videlicet = Tertio ſtatuitur, & a toto pleno Capitulo declaratur, quod clauſula Conſtitutionis noſtræ, qua præcipitur, quod P. Vicarius Generalis ex toto corpore Religionis eligatur ſit ad praxim deinceps debet reduci, ut inter tres Provincias, quæ modo ſtant, & prædicti corporis æqualia ſunt membra alternativa ſucceſſio in Vicarium Generalem ſervetur, ita quod nullus ex Provincia, cujus filius in hoc, & antecedenti Capitulo aſſumptus fuit ad Dignitatem Religionis ſupremam in ſequenti aſſumi poſſit ad illam, ſed jus ſubiecti eligibilis ſolum rationæ prædictæ Alternativæ in Provincia Caſtellæ maneat, cui de jure in Capitulo. Generali ſequenti competit Alternatio = declaratur tamen, quod ſi decurſu temporis aliqua Provinciarum dividatur in duas, vel plures non ideo debent augeri alternationes, ſed ſemper reſtringendæ ſint ad tres Provincias modo ſtantes, ita quod unus Generalis tantum ad Bethicas, alius ad Caſtellas, & alius ad Siculas, & alias erigibiles extra Hiſpaniam extendatur: imo in eo in exequutionem Alternativæ electus remanſit Vicarius Generalis de partialitate Siciliæ,

Digitized by Google

liæ, & poſtremo in Capitulo Generali habito de anno 1717. in eaequutionem Alternativæ in Generalem nominatus fuit modernus unus ea tribus de Provincia Caſtellæ, & confirmata pariformiter eatitit Vicariatus Generalis alternativa ex Decreto Capitulari tenoris ſequentis, videlicet = A toto pleno Capitulo declaratur, quod Clauſula Conſtitutionis noſtræ, qua præcipitur, quod P. Vicarius Generalis ea toto corpore Religionis eligatur, ſic ad praxim deinceps debet reduci, ut inter tres Prouincias, quæ modo ſtant & prædicti Corporis æqualia ſunt membra Alternativa ſucceſſio in Vicariatu Generali ſervetur, ita quod nullus ea Provincia, cujus filius in hoc & antecedenti Capitulo aſſumptus fuit ad dignitatem Religionis ſupremam in ſequenti aſſumi poſſit ad illam = Declaratur tamen, quod ſi decurſu temporis aliqua Provinciarum dividatur in doas partes, vel plures, non ideo debent augeri Alteruationes, ſed ſemper ſint reſtringendæ ad tres Provincias modo ſtantes: ita quod unus Generalis tantum ad Caſtellas, alius ad Bethicas, alius ad Siculas, & alias erigibiles eatra Hiſpaniam eatendatur.

4. Statutum Capituli anno 1717.

Cauſæ ſequentis Decreti.

§.4. Et in eadem Eapoſitione ſubjuncto, quod eaperientia plurium annorum, & Vicariorum Generalium electionum compertum eatiterat, quod omnia per prædictam Alternativam apud Religionem in pace compoſita fuerat unicuique, quod ſuum erat per diſtribotionem aſſignatum, omneſque Provinciæ, & onere, & honore perfruebantur, cumque penes idem Capitulum generale non ſolum de jure, ſed etiam ea ſuprema hujus Sanctæ Sedis ſpecifica confirmatione Conſtitutionum poteſtas condendi Statuta, & Leges reſideat, quæ per tria Capitula generalia continuata confirmata, tanquam Conſtitutiones ſint obſervandæ, ideoque eidem Congregationi Cardinalium ſupplicato, ut ne in poſterum ſic extinctæ factiones reviviſcant, & aperiatur via ſciſſuris per Alternativam prædictam ſublatis, ſed futuris cum perpetuo remedio conſulatur, Alternativam hujuſmodi juata modum a memoratis Capitulis generalibus diſpoſitam confirmaret, Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris qui ſequitur videlicet = Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium negociis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, viſa relatione P. Procuratoris Generalis referente Eminentiſſimo Belluga, cenſuit, & decrevit, ſupraſcriptam Alternativam eſſe approbandam, & confirmandam, prout præſentis Decreti vigore approbat, atque confirmat. Romæ 10. Julii 1722. = F. Cardinalis Paulutius = F. Archiepiſcopus Damaſcenus Secretarius =

Decretum Congregationis pro confirmatione alternativæ.

Preces Provinciarum.

§.5. Cum autem, ſicut dicti Eaponentes Nobis ſubinde exponi fecerunt, ipſi Decretum hujuſmodi quo firmius ſubſiſtat, & ſervetur eaactius Apoſtolicæ Confirmationis noſtræ robore communiri plurimum deſiderent: Nos ipſos Eaponentes ſpecialibus favoribus & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ eaiſtunt ad effectum præſentium dumtaaat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti Congregationis.

Clauſulæ.

§.10. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces eaiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari..

§.11. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibos pro plene, & ſufficienter eapreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaaat ſpecialiter, & eapreſſe derogamus cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XXIV. Auguſti MDCCXXII. Pontificatus Noſtri Ann. Secundo.

XXXII.

Confirmantur Decreta Congregationis Epiſc. & Regul. ſuper quarta Funerali, & ingreſſu Parochorum cum Stola & Cruce in Eccleſias Regularium.

Dat. 24. Aug. 1722. an. 2.

De delatione Cadaverum ad Eccleſias Regularium vide hic laudatas, & Inn. XI Conſt: ed: 1676, Dec: 2, P. 1. De quarta vera funerali vide Bened. XIII. Conſt: ed: 1725, Aprilis 28, P. 1.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

EManarunt nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita Decreta tenoris, qui ſequitur, videlicet.

§.1. Parmen. Funerum. Ab immemorabili in dicta Civitate viget conſuetudo ſtabilita, etiam ea Conſtitutionibus plurium Summorum Pontificum ſignanter ſa: me: Julii II, ac Clem. VIII. & comprobata per Conſtitutiones Synodales, & Canonizata in contradictorio Judicio, ac per varia Decreta hujus Sacræ Congregationis de an-

Decreta præd. quæ edita fuer: a: 1720. & 1721. pro Paroch. contra Patres Minores Strict. Obſerv. Civitatis Parmen.

annis 1671. & 1675., non ſolum, quod occaſione funerum Regularibus pateret ingreſſus cum ſtola, & Cruce in Eccleſias Sæcularium abſque tamen aliquo exercitio, & idem practicaretur a Parochis intra Eccleſias Regularium, ſed etiam, quod omnes præfati Regulares perſolverent, prout ſemper perſolverunt quartam eiſdem Parochis. = Quia vero PP. S. Franciſci ſtrictioris obſervantiæ nuper acciti ad dictam Civitatem, poſtquam jam itidem ipſi acceptaverunt dictas laudabiles conſuetudines, renuerunt admittere Parochos ad ingreſſum in eorum Eccleſias cum ſtola, & Cruce occaſione aſſociandi Cadavera, & ſimiliter eiſdem Quartam perſolvere. Habito deinde deſuper a Collegio Parochorum ipſius Civitatis recurſu ad hanc Sacram Congregationem negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitam. Eadem Sacra Congregatio viſa relatione Epiſcopi Parmen., Partibus auditis, & informantibus, ad relationem Sanctiſſimi D.N.PP. Innocentii XIII. tunc Cauſæ Ponentis, cenſuit, & Decrevit, ſervandam eſſe conſuetudinem favore Parochorum in omnibus ſub die 21. Martii 1720. Non acquieſcentibus Partibus Adverſariis hujuſmodi reſolutioni, repropoſita cauſa ab Eminentiſſimo Priulo in locum Sanctitatis Suæ in Ponentem ſuffecto: Ipſamet Sacra Congregatio ſtetit in Deciſis ſub dicta die 21. Martii 1720. Romæ 14. Novembris 1721. F. Cardinalis Paulutius. J. Archiepiſcopus Damaſcenus Secretarius.

Preces Parochorum.

§.2. Cum autem ſicut dilecti filii Parochi dictæ Civitatis Nobis nuper exponi fecerunt, ipſi Decreta hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtant Apoſtolicæ confirmationis noſtræ robore communiri ſummopere deſiderent. Nos ſpecialem ipſis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decreta præinſerta auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus; ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Confirmatio relatorũ Decretorum.

Clauſulæ.

§.3. Decernentes eaſdem præſentes, literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit pleniſſime ſuffragari; & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari; Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXIV. Auguſti MDCCXXII. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

XXXIII.

Confirmatur Decretum Camerale, ejuſque ampliatio pro Inquilinis tempore Anni Sancti.

Dat. 1. Janu. 1723. an. 2.

Auctoritate Pauli III. hujuſmodi Decretum editum fuit an: 1549, Apr. 29. Ampliatio vero auctoritate Greg. XIII. an: 1573, Feb. 20. Bened. XIII. Conſt: ed: 1724, Jun. 4, P. 1. ſuſpenduntur omnes Indulgentiæ d. Anno Sancto.

Annibal Tituli Sancti Clementis Presbyter Cardinalis Albanus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarius.

IN favorem Inquilinorum, & Subinquilinorum hujus Almæ Urbis reſpectu Anni Sancti, ſeu Jubilei quandocumque hujuſmodi Annus veniſſet, de mandato felic. record. Pauli Papæ III. Decretum Camerale, & ſubinde de pari mandato etiam felic record. Gregorii Papæ XIII. dicti Decreti confirmatio, & ampliatio emanarunt hujuſmodi ſub tenore videlicet.

§.1 Aloyſius Tituli Sancti Marci Presbyter Cardinalis Cornelius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarius. Invenimus alias Decretum in Camera Apoſtolica in favorem Inquilinorum factum tenoris ſequentis videlicet = Guido Aſcanius Sforzia Sancti Euſtachii Diaconus Cardinalis de Sancta Flora Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarius = Nuper Nobis in Camera Apoſtolica non ſine animi noſtri diſplicentia pro parte Inquilinorum, & ſubinquilinorum Urbis querelantium expoſitum fuit, quod ipſi a Dominis Domorum per eos ad penſionem annuam conductarum reſpectu Anni Sancti, ſive Jubilei, tam ſub augumento penſionis fictos oblatores majorem penſionem offerentes inducentibus, quam etiam ſuper earum evacuatione, etiam locatione durante, aſſerentibus Domos prædictas pro eorum uſu habere velle, quotidie moleſtantur, & ex Domibus per eos conductis contra formam juris expelluntur: nihilominus expulſis Inquilinis, ſive ſubinquilinis Domos prædictas pro majori pretio in grave damnum Inquilinorum, ſeu ſubinquilinorum contra formam Decreti Cameralis, eorum promiſſionis, obligationis, & juramenti alteri locant. Nos, ut tenemur, ex debito noſtri Camerariatus Officii, tranquillitati Curialium, Inquilinorum, & ſubinquilinorum, ac malitiis, calumniis, litibus, & controverſiis, quæ inter dominos Domorum ex una, ac Inquilinos, & ſubinquilinos partibus ex altera quotidie exinde oriuntur, quantum poſſumus providere cupientes, ne Decretum alias per Anteceſſores noſtros, & Cameram Apoſtolicam in favorem Inquilinorum factum, in damnum, & præjudicium ipſorum retorqueatur; idcirco de mandato Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ vivæ vocis Oraculo nobis deſuper, ac ex Decreto in Camera Apoſtolica matura conſideratione facto ſtatuimus, & ordinamus, quod in futurum reſpectu Anni Sancti, vel Jubilei, quandocumque hujuſmodi annus venerit per annum antea, & pro dicto Anno Sancto, vel Jubilei Inquilinis penſio Domus per eos conductæ a Dominis ipſius augeri, nec modus ſolvendi penſionem alterari poſſit: inſuper pro majori Curialium, Inquilinorum, & ſubinquilinorum quiete ad lites, & contro-

Decretum prædictum, quo juſtis de cauſis præcipitur.

Ne per annũ antea, & in ipſo anno Sãcto augeatur penſio domus conductæ.

troverſias evitandas, ut præfertur, oraculo. & Decreto ſimilibus declarando Decretum in favorem Inquilinorum per Anteceſſores noſtros, & per Cameram Apoſtolicam alias factum in perpetuum *ſtatuimus, & ordinamus, quod ex nunc in poſterum durante locatione* Inquilini, tam ipſe Inquilinus, quam Subinquilinus ejuſdem ex Domo ab eiſdem conducta ſive ſubconducta a Domino ipſius aſſerente Domum ſuam pro ſuo habere velle, expelli non poſſe, niſi juxta formam juris communis; *finita vero locatione quocumque modo finiatur*, ſi Dominus pro uſu ſuo Domum habere intendit: tunc utroque caſu Inquilinus expelli non poſſit, niſi prius Dominus juraverit, & ſub pœna amiſſionis penſionis duorum annorum Domus, de qua agitur de non locando alteri Domum prædictam, vel partem ipſius, ſed eam totam per ſe ipſum *per annum inhabitando in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ cum cenſuris, & mandatis executivis ſe obligaverit, etſi Dominus contravenerit, ſtatim in pœnam prædictam incidat, quæ pœna, ſi non intervenerit accuſator pro medietate Fiſco pro pœna periurii, pro alia vero Inquilino, vel ſubinquilino reſpective in caſu ſuo applicanda*; ſed ſi in dictis caſibus intervenerit accuſator, tertia pars pœnæ prædictæ unicuique ipſorum applicetur. *Declarantes*, quod *Subinquilinus finita locatione ſui auctoris quocumque modo finiatur etiam d. conſenſu Domini, & Inquilini hujuſmodi Inquilinorum privilegio non gaudeat, ſed Domino volente teneatur eam liberam, & expeditam relaxare, niſi ab ipſo Domino reconductam habeat*; & ſi Notarius obligationem, & promiſſionem per Dominos Domorum faciendam contra formam præſentis noſtri, & Cameræ Apoſtolicæ Decreti rogare præſumpſerit, ad pœnam ſupradictam teneatur, & ſtatim docto ſummarie per duos Teſtes de contraventione Domini Domorum, vel Notarii, tam contra eoſdem Dominos, quam contra Notarium cenſuræ, ſive mandatum executivum, tam ad inſtantiam Fiſci, quam Inquilini, Subinquilini, & Accuſatoris parte citata per Rev. Præſidem Viarum per *Cameram Apoſtolicam deputatum, & pro tempore deputandum relaxetur*: inhibentes omnibus, & ſingulis Almæ Urbis Judicibus, tam Eccleſiaſticis, quam ſæcularibus, ne viſo præſenti noſtro & Cameræ Apoſtolicæ Decreto ſub majoris excommunicationis, ſuſpenſionis a Divinis reſpective, ac ſub aliis arbitrii noſtri, & ſucceſſorum noſtrorum pœnis contra illius formam judicare, vel ſententiare audeant, ſive præſumant, nec quilibet ipſorum audeat, vel præſumat, ſed omnia in præſenti Decreto contenta, toties, quoties opus fuerit futuris temporibus perpetuo inviolabiliter obſervare, ac obſervari facere teneantur, & debeant, & quilibet ipſorum teneatur, & debeat, quocumque alio Decreto in contrarium forſan deſuper facto, cæteriſque in contrarium facien. non obſtantibus quibuſcumque, ſi ſecus ſuper his fiet, irritum, & inane declarantes ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate. Et ut prædicti DD. Judices, Fiſcus, Notarii, Inquilini, Subinquilini, Accuſatores, & alii Curiales de omnibus contentis in præſenti noſtro, & Cameræ Apoſtolicæ Decreto plenam notitiam habeant Decretum hujuſmodi in Libris Cameræ Apoſtolicæ regiſtrari, imprimi, in locis publicis ſolitis, & conſuetis affigi ac publice vendi, tranſumptoque ejuſdem impreſſo, manu unius ex Notariis Cameræ Apoſtolicæ ſubſcripto tam in judicio, quam extra, indubitatam fidem adhiberi volumus, & mandamus. Datum Romæ in Camera Apoſtolica anno a Nativitate 1549. Indictione ſeptima, die vero 29. Aprilis, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Divina Providentia Pauli Papæ III. = Guido Aſcanius Cardinalis Camerarius = Viſa = Hieronymus Baren. Cameræ Apoſtolicæ Decanus. = Viſa = Italus Gonzaga Cameræ Apoſtolicæ Clericus = Viſa Antonius Bononien. Cameræ Apoſtolicæ Clericus = Viſa = Hieronymus Torcellanus Cameræ Apoſtolicæ Clericus = Viſa = Franciſcus Soderinus Cameræ Apoſtolicæ Clericus, & Viarum Præſes = Viſa = Antonius Florenus Cameræ Apoſtolicæ Clericus = Alexander Peregrinus. Cum vero ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrum magnis Inquilinorum querelis perlatum eſt, Dominos Domorum ſuppoſitis fictis oblatoribus hoc anno penſiones ita augere cepiſſe, ut non modica inde eorum perturbatio, & præjudicium ſequatur, idcirco idem Sanctiſſimus Dominus vivæ vocis oraculo nobis injunxit, ut pro commiſſo nobis Camerariatus Officio ſuper ea re mature provideremus. Nos itaque volentes Apoſtolicis, ut par eſt, obedire mandatis, ſimulque conſiderantes, quod Anni Sancti appropinquantis lætitia, atque devotio ab omnibus cum benedictione ſuſcipi, non in occaſionem lucri cum aliena calamitate fieri debeat, eodem vivæ vocis oraculo, & auctoritate Noſtri Camerariatus Officii, ſupradictum Decretum confirmantes, & innovantes, illudque inſuper ampliantes, ſtatuimus, & ordinamus, quod in futurum reſpectu Anni Sancti, ſeu Jubilæi, quandocumque is Annus venerit per duos annos antea, & ipſo Anno Sancto, Inquilinis penſio Domus, ſive Apothecæ per eos conductæ a Dominis ipſius, nec augeri, nec modus ſolvendi penſionem alterari poſſit, ſive veteres Inquilini inconducta Domo, vel apotheca movere velint, ſive novi conducant ſub pœna in ſupradicto Decreto contenta, & ut præmiſſa omnia ad quorumcumque notitiam deducantur; Volumus, & eadem auctoritate decernimus præſens noſtrum Decretum, & ſtatutum in Libris ejuſdem Cameræ regiſtrari, & in locis ſolitis, & conſuetis ejuſdem Urbis affigi, & publicari, illiuſque tranſumpto impreſſo, & manu unius ex dictæ Cameræ Notariis ſubſcripto, tantam fidem in judicio, & extra adhiberi, qualis, & quanta eiſdem præſentibus originalibus Literis adhiberetur, ſi in medium exhiberentur. Datum Romæ in Camera Apoſtolica die 20. Menſis Februarii 1573. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Gregorii Divina Providentia Papæ XIII. Anno Primo. Aloyſius Cornelius Cardinalis Camerarius = Antonius Guida Auditor = Andreas Martini.

Nec inquilinus, & subinquilinus expellatur ante completam locationem, niſi juris ordine ſervato.

Completa vero locatione uterque expelli poterit, ſi Dominus ſe obligaverit ſub certis pœnis ad eam inhabitandā.

Pœnæ in contravenientes Judices.

Cauſæ confirmationis & ampliationis relati Decreti.

Confirmatio, & ampliatio recenſiti Decreti ad alterum anni ante Jubilæum, & ad novos inquilinos, ſi veteres diſceſſerint.

§. 1. Quod quidem Decretum, & illius ampliatio, poſtea per ſan: me: Clementem Octavum, Gregorium XV., Innocentium X., Clementem etiam Decimum denuo confirmari, & ſervari mandatum fuit per publica Edicta diverſorum Cardinalium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerariorum Prædeceſſorum noſtrorum, in actis Bronori, & Cameræ Apoſtolicæ Secretariorum reſpective diebus 22. Maji 1598., 9. Maji 1623., 14. Januarii 1648., prima Januarii 1673., & pri-

Præd: Decretum, ejuſque ampliatio quater confirmata fuere.

prima Jannarii 1698. reſpective edna.

Cauſæ præſentis Confirmationis.

§.2. Et volens modo Sanctiſſimus Dominus Noſter Dominus Innocentius Divina Providentia Papa XIII. ſuorum Prædeceſſorum veſtigia inſequendo, pro tranquillitate Curialium, & dictorum Inquilinorum, & Subinquilinorum, ut Decretum, & ejus ampliatio hujuſmodi omnino ſervetur; Nobis ut Decretum, & ampliationem ipſam confirmaremus, & obſervari mandaremus ſpecialiter injunxit: Nos itaque mandata Apoſtolica, ut par eſt, exequi volentes, & ut proximus futurus Annus Sanctus, ſive Jubilæi in remiſſionem peccatorum, & Chriſti fidelium Animarum ſalutem inſtitntus, ea, qua decet pietate, & devotione, atqne lætitia, non autem in occaſionem lucri ſuſcipiatur, & nemini ex cauſa habitationum, & uſus Domorum, & Apothecarum ejuſdem nobis litigandi materiam, vel aliquod aliud afferat incommodum, opportune pruvidere, ac Prædeceſſorum Noſtrorum veſtigia in his inſequi volentes, de expreſſo ordine, & mandato ejuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Innocentii XIII. vivæ vocis oraculo nobis deſuper facto, & anctoritate Noſtri Camerariatus Officii præinſertum Decretum Camerale, necnon illius confirmationis, innovationis, & ampliationis literas omniaque, & ſingula in eis contenta, & expreſſa quæcumque tenore præſentium confirmamus, approbamus, & innovamus, illiſque perpetuæ firmitatis robur adjicimus.

Confirmatio relati Decreti, ejuſque ampliationis.

§.3. Ac prædictis Inquilinis, & Subinquilinis Decretum, & Literas hujuſmodi, ac omnia, & ſingula in eis contenta quæcumque a Domorum, & Apothecarum Dominis, ac aliis, ad quos ſpectat perpetuo, & plenarie inviolabiliter, & ad unguem, etiam ſub pœnis in illis contentis obſervari, & adimpleri; ſicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & ſubdelegatos judicari, & diffiniri debere de mandato, & auctoritate ſimilibus earumdem tenore præſentium decernimus, & mandamus, irritum nihilominus decernentes, & mane quidquid ſecus fiet, contrariis non obſtantibus quibuſcumque.

Clauſulæ.

§.4. Vulumus inſuper, pariterque decernimus, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis unius ex quatuor dictæ Cameræ Apoſtolicæ Secretariis, & Cancellariis manu ſubſcriptis, eadem prorſus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ originalibus ipſis adhiberetur, ſi in medium exhibereutur. In quorum fidem &c.

Datum Romæ in Camera Apoſtolica Anno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti 1723. Indictione prima, die vero prima Menſis Januarii Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Innocentii, Divina Providentia Papæ XIII. Anno Secundo.

A. Cardinalis S. Clementis Camerarius.
J. Amadorius olim de Lanfredinis Auditor.
Antonius Cajetanus Froſius Cameræ Apoſtolicæ Secretarius, & Cancellarius.

Die, menſe, & anno, quibus ſupra, ſupradictum Edictum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Magnæ Curiæ Innocentianæ, in Acie Campi Floræ, & in locis ſolitis, & conſuetis Urbis ut moris eſt, per me Antonium Placentinum Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Curſorem.

XXXIV.

Eduntur Decreta pro reſtauranda Eccleſiaſtica Diſciplina in Regnis Hiſpaniarum.

Dat. 13. Maji 1723. ann. 2.

Conſtitutiones ſpectantes ad hujuſmodi Decreta hic ſuis locis laudantur. Inn: XII Conſt: ed: 1697, Aug: 4, P. 8. confirmata fuit Congregatio ſuper Diſciplina Regulari. Et Bened: XIII Conſt: ed: 1724, Sep. 23, P. 1. confirmatur præſens Conſtitutio.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium a ſolicitudine ſervanda, ac reſtauranda Eccleſiaſticam diſciplinam.

APoſtolici Miniſterii, quod Nobis licet immerentibus, impoſuit superni diſpoſitio Conſilii, ratio præcipue exigit, ut Eccleſiaſticæ Diſciplinæ in iis, qui in ſortem Domini vocati ſunt, aut ſervandæ aut ubi opus fuerit, reſtaurandæ, juxta Sacrorum Canonum inſtituta, & Sanctiſſimas Eccleſiæ leges, & Ordinationes omni ſtudio advigilemus; poſt enim primi Parentis lapſum ſemper ad inferiora nos deprimit humanæ mortalitatis infirmitas, & carnis fragilitate obſervantiæ vigor paulatim relaxatur; unde & de mundano pulvere religioſa etiam corda ſordeſcere, & in ipſo Agro Domini ſpinas, ac tribulos itidem germinare quotidiana experientia edocemur; quod ſi noxia inde evellantur, & utilia plantentur, dubitandum non eſt, quin uberior, benedicente Domino, electi ſanctorum operum frumenti meſſis exurgat, omniſque Populus in via Domini, prælucente Clero, feliciter progrediatur.

Decreta hujuſmodi edita fuere precibus Regis Catholici, Epiſcoporum, & Cardinalis Belluga, a quo Pontifici expoſiti fuerunt abuſus in Hiſpaniam introducti.

§.1. Cum itaque Dilectus Filius Noſter Ludovicus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Belluga, & Muncada nuncupatus, Eccleſiæ Carthaginen. ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica Præſul, in ipſis Pontificatus Noſtri primordiis, Nobis expoſuiſſet nounulla Eccleſiaſticæ Diſciplinæ rationibus, ac ſaluberrimis Sacri Œcumenici Concilii Tridentini Decretis haud quaquam conſentanea ſenſim in diverſis inclytæ Nationis Hiſpanicæ locis obrepſiſſe, iiſque, ut opportunum remedium adhiberetur a Nobis, quibus eſt commiſſa plenitudo ſolicitudinis, nedum ipſe Ludovicus Cardinalis, & Præſul, ſed alii Venerabiles Fratres Archiepiſcopi, & Epiſcopi Regnorum Hiſpaniarum humiliter poſtulaſſent; eorumque enixis precibus ſua etiam ſtudia, ac vota Chariſſimus in Chriſto Filius Noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus pro ejus ſingulari pietate, & eximio Chriſtianæ Religionis zelo, datis hac de re ad Nos pluribus Literis, conjunxiſſet: Nos Congregationi particulari nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus Noſtris ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus Concilii Tridentini Interpretibus a Nobis deputatorum rem omnem ſedulo examinandam demandavimus. Id autem eum ab ipſa Congregatione Cardinalium ea, qua par erat, maturitate præſtitum, illiuſque ſententia ad Nos per ejuſdem Congregationis Secretarium relata fuerit, de memoratorum Cardinalium conſilio, congruum, & opportunum duximus ea, quæ infra ſequuntur, ad Omnipotentis Dei gloriam, Eccleſiæ utilitatem, veteris diſciplinæ in-

Digitized by Google

inſtaurationem, & ſpiritualem Regnorum Hiſpaniarum ædificationem, hac noſtra perpetua valitura Conſtitutione ſtatuere, decernere, & declarare.

Ad primam Tonſuram admittantur ii dumtaxat, quibus ſtatim ſit conferendum beneficium, vel qui ratione ſtudiorum videantur veluti in via ad omnes Ordines, vel quos exigit neceſſitas Eccleſiæ.

§.2. Primum igitur, cum a Patribus memorati Concilii Tridentini, Divino afflante ſpiritu, ſapientiſſime animadverſum fuerit, quantum Chriſtianæ Reipublicæ interſit accuratum haberi delectum circa eos, quibus ſacra miniſteria committenda ſunt, & in quorum vitam exteri fideles jugiter oculos conjicientes ſumpturi inde ſunt exemplum, quod imitentur, propterea que provide ab iiſdem Patribus cautum fuerit Eccleſiaſticæ Militiæ per primam Tonſuram adſcribendos nonniſi illos eſſe, qui probabilem præbeant conjecturam, ſe non ſæcularis judicii declinandi conſilio, ſed ſincero animo præſtandi fidelem cultum, ac ſervitium Deo, hoc vitæ genus elegiſſe: volumus, & pro tutiori ipſius Conciliaris ſanctionis executione, ab omnibus Regnorum Hiſpaniarum hujuſmodi Archiepiſcopis, & Epiſcopis, non alii ad primam Tonſuram in poſterum admittantur, quam quibus Eccleſiaſticum aliquod Beneficium ſtatim conferendum ſit, aut quos conſtiterit Literarum ſtudio operam ſic dare, ut quaſi in via ad Ordines, tum Minores, tum etiam deinde majores ſuſcipiendos verſari videantur; vel demum quos viderint expedire alicujus Eccleſiæ ſervitio, vel miniſterio deputari.

Nemo ad primam Tonſuram, vel Ordines promoveatur, qui Eccleſiæ utilis aut neceſſarius non ſit, quique alicui Eccleſiæ non adſcribatur. Promoti vero & non adſcripti, adſcribantur.

§.3. Et tam in his, qui ad primam Tonſuram, quam in aliis, qui promoveri ad Ordines etiam minores optaverint, omnino ſervetur pariter regula ab eodem Concilio Tridentino tradita; nimirum, ut nullus ordinetur, qui judicio ſui Epiſcopi, non ſit utilis, aut neceſſarius ſuis Eccleſiis, quique illi Eccleſiæ, aut pro loco, pro cujus utilitate, aut neceſſitate aſſumitur, non adſcribatur, ubi re ipſa functiones muneri ſuo conſentaneas exerceat. Quod ſi qui modo reperiantur, vel Clericali Tonſura jam initiati, vel ad Ordines, ſive minores, ſive majores jam promoti, qui nulli certæ Eccleſiæ, vel loco pio adſcripti fuerint Epiſcopi ad inſcriptionem hujuſmodi, vel a ſe ipſis, vel a Prædeceſſoribus ſuis omiſſam, ſtatim ſuppleant, non minus quoad omnes in majoribus Ordinibus, etiam Presbyteratus, conſtitutos, quam quoad eos, qui vel ſola prima Tonſura, vel minoribus Ordinibus initiati, Beneficium tamen Eccleſiaſticum poſſident. Ex reliquis autem, ut præfertur, vel ſola prima Tonſura inſignitis, vel in minoribus Ordinibus conſtitutis, ſed Beneficio carentibus, nonniſi eos adſcribant, quos Eccleſiis ſuis utiles, vel neceſſarios eſſe judicaverint. Cæterum antedictæ adſcriptionis executionem differri poſſe per aliquod temporis ſpatium, quod ipſis Epiſcopis conveniens videbitur, permittimus quoad eos, qui a Diœceſi, in qua Tonſuram, vel Ordines ſuſceperunt, cauſa ediſcendi Literarum ſcientiam in aliqua publica Univerſitate, vel Gymnaſio, ſive ex alia rationabili cauſa a ſuo Epiſcopo approbata, vel approbanda, abſentes reperiantur.

Clerici in Seminariis diebus feſtis tantum inſerviant Eccleſiæ, & ſolis Proceſſionibus generalibus interſint.

§.4. Cum autem Clerici, qui in Epiſcopalibus Seminariis educantur, ut commodius ad literarum, ſacrarumque rerum ſtudium operam conferre, aliiſque a Concilio Tridentino præſcriptis addiſcendis magis aſſidue incumbere poſſint, teneantur juxta ejuſdem Concilii Decretum diebus tantum feſtis Cathedrali, aliiſque locis Eccleſiis inſervire: hanc quidem ſervitii per eos obeundi rationem ſervari in omnibus Hiſpaniarum Diœceſibus, necnon ipſos generalibus dumtaxat totius Cleri ſupplicationibus, ſive Proceſſionibus intereſſe volumus, & mandamus; ſublata quacumque majoris ſervitii conſuetudine, etiam immemorabili, poſtpoſitaque etiam quacumque appellatione, aut inhibitione. Si quod autem Seminarium reperiatur, in cujus fundatione aliter cautum eſſet ob adjectam gravioris ſervitii legem ab illo, qui Seminarium ipſum fundaverit, ſeu dotaverit, vel piam aliquam largitionem contulerit; Epiſcopi ad Nos, & pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem id referant, ut deſuper opportune providere valeant.

Promovendi ad ſacros Ordines, qua ſcientia pollere debeant.

§.5. Præterea, cum maxime deceat eos, qui propius ad ſacratiſſima Myſteria acceſſuri ſunt, ultra cætera requiſita, congruenti etiam pollere ſcientia, qua præditi viam ſalutis indicare aliis Chriſtifidelibus poſſint; Epiſcopi non niſi eos ex Clero tam ſæculari, quam regulari ad ſacros Ordines admittant, quos ob ſcientiam, aliaſque qualitates eo gradu vere dignos per diligentem inquiſitionem compererint, adeout ſatis non ſit illos qui promoveri ad Ordines prædictos optant, linguam latinam intelligere, Catechiſmo inſtructos eſſe, atque apte reſpondere quæſitis circa Ordinem ſuſcipiendum ſibi in examine propoſitis. Qui vero ad Presbyteratus erunt aſſumendi, idonei prius, per accuratum ſimiliter examen comprobentur ad miniſtranda Sacramenta, & ad Populum docendum ea, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem; quod quidem, ut recte præſtari poſſit eoſdem Epiſcopos in Domino hortamur, ut quantum fieri poteſt, eos tantum ad Sacerdotium aſſumant, qui ſaltem Theologiæ moralis competenter periti ſint.

Ab Epiſcopo Beneficii nemo ordinandus eſt ſine Epiſcopi Domicilii teſtimonialibus ſuper ejus ſcientia.

§.6. Quod ſi Domicilium in una Diœceſi habentes, Beneficium vero in altera, ordinari ad ejuſdem Beneficii titulum optaverint ab Epiſcopo, in cujus Diœceſi Beneficium hujuſmodi ſitum eſt, Epiſcopus domicilii debeat eos, ſi in ſuam Diœceſim reverſuri ſunt ſuper ſcientia, vel idoneitate examinare ante conceſſionem Literarum Teſtimonialium ſuper eorum natalibus, ætate, moribus, & vita juxta Conſtitutionem felic. record. Innocentii Papæ XII. Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: *Speculatores* obtinendarum: addito quoque compertæ idoneitatis teſtimonio in iiſdem Literis: neque concedi nullatenus debeant, ſi antedicto examine tanquam habiles approbati non fuerint, iiſque juxta præmiſſam formam non impetratis, minime poſſint ab alio Epiſcopo, cui etiam ratione obtenti Beneficii ſubjecti ſint, ad Ordines promoveri, ſique ſecus fiat Ordinans quidem a Collatione Ordinum per annum, Ordinatus vero a ſuſceptorum Ordinum executione quandiu proprio Ordinario videbitur expedire, eo ipſo ſuſpenſus ſit, aliiſque inſuper gravioribus pœnis pro modo culpæ, Noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis arbitrio infligendis uterque ſubjaceat.

Et Beneficium debet eſſe congruum juxta Taxam, vel cõſuetudinem loci domicilii

§.7. Cumque etiam juxta memoratam Innocentii Prædeceſſoris Conſtitutionem ratione, ac titulo Beneficii in aliena Diœceſi obtenti non ali-

aliter liceat Ordines ab Epiſcopo ejuſdem Diœceſis ſuſcipere, quam ſi Beneficium prædictum ſit ejus redditus, ut ad congruam vitæ ſuſtentationem, detractis oneribus, per ſe ſufficiat: declaramus, ſufficientiam hujuſmodi præfiniendam eſſe, non juxta Taxam Synodalem, ſive morem pro promovendis ad ſacros Ordines erigentem in loco prædicti beneficii (niſi tamen illud continuam, & præciſam reſidentiam requirat), ſed juxta Taxam, vel ea deficiente, juxta morem in alio loco Domicilii vigentem.

Quibus pœnis ſubjiciendi Clerici in habitu, & Tonſura non incedentes, vel ſuo muneri non ſatisfacientes, vel vetita a ſacris Canonibus patrantes.

§.8. Porro ad ſartam, tectamque ſervandam Eccleſiaſticam Diſciplinam non minus momenti habet, quod Clericali militiæ nomen dare non permittatur iis, qui haud ſatis idonei ſint, quam quod eidem militiæ jam adſcripti laudabilem vivendi rationem ſectentur, eamque morum exhibeant innocentiam, quæ Sanctitati ſuſcepti Inſtituti reſpondeat, multoque magis, quod abſtineant iis, quæ a Sacris Canonibus jure meritoque vetita ſunt, uti prorſus indigna hominibus Tabernaculum Domini inhabitantibus, & venerando Altaris miniſterio dedicatis; ſtatuimus propterea, atque decernimus, quod, ſi qui ſunt Clerici, aut prima Tonſura, aut Ordinibus minoribus initiati, nullumque Eccleſiaſticum Beneficium poſſidentes, qui, neglectis Concilii Tridentini Decretis, habitum Clericalem, ac Toonſuram non deferant, vel ſi etiam deferant, noo tamen certæ Eccleſiæ, aut loco Pio, cui ex mandato Epiſcopi adſcripti fuerint, inſerviant, ſive in Seminario Eccleſiaſtico, vel in aliqua Schola, aut Univerſitate de licentia ſui Ordinarii non verſentur; Epiſcopi, nulla etiam præmiſſa monitione eos Privilegio Fori privatos declarent, eorumque adſcriptionem ſervitio certæ Eccleſiæ antea factam deleri jubeant. Sique ii meliorem vitæ rationem non inierint, aut etiam ſi alii ſint, quos ex propria culpa efficiendos idoneos promotioni ad ſacros Ordines ſperari nequeat; iidem Epiſcopi, ſervata forma a Sacris Canonibus tradita, ad privationem aliorum Clericalium Privilegiorum contra ipſos procedant. Ubi vero reperiantur Clerici Capellanias, vel Beneficia cujoſcumque etiam redditus, obtinentes, quorum improba vita aliis offenſionem præbens deſtruat potius, quam ædificet, vel Concubinarii, aut fœneratores, vel ebrietati, ludiſve alearum dediti, vel ſatores rixarum, vel negotiatores, vel arma geſtantes, vel incertis ſedibus vagantes, vel Clericalem habitum, Tonſuramque non deferentes, vel Eccleſiaſtica immunitate in fraudem tributorum, & vectigalium a Laicis non exemptis ſolvendorum temere abutentes, vel qui demum ſimilia, aut majora crimina patrantes, numero magis, quam merito ad Eccleſiam pertinere viſi fuerint; Epiſcopi, præmiſſis tamen neceſſariis monitionibus, ſervatiſque aliis de jure ſervandis, contra ipſos, ad pœnas a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris & a Sacris Conciliis impoſitas, & etiam ad privationem Beneficiorum, Capellaniarum, & Eccleſiaſticorum Officiorum in omnibus illis caſibus, in quibus prædicta privatio a Sacris Canonibus impoſita eſt, humanis quibuſcumque rationibus poſtpoſitis, procedant, memores ſeipſos neglectæ ſubditorum emendationis condignas Deo vindice, pœnas perſoluturos.

Clerici omnes in ſuis Eccleſiis induant ſuperpelliceum, & Eccleſiaſticis collationibus intereſſint.

§.9. Sed & cum Perſonæ Eccleſiaſticæ nunquam ſatis in obſequii ſupremo numini exhibendis, iiſque præſtandis, quæ eorum ſtatui conſentanea ſunt, exerceri valeant, plurimum in Domino commendamus pium morem in pleriſque Hiſpaniarum Diœceſibus vigentem, ut Clerici tam in minoribus, quam in majoribus Ordinibus conſtituti, atque etiam Presbyteri, tametſi Beneficia, vel Officia Eccleſiaſtica non habentes ſuperpelliceo induti in Eccleſiis, quibus adſcripti fuerint, Miſſæ Conventuali cum Cantu celebratæ, necnon primis, & ſecundis Veſperis Officii diebus Dominicis, aliiſque feſtis aſſiſtant. Quinimo enixe hortamur, ut Epiſcopi aliarum Diœceſum, in quibus mos ille inſtitutus hactenus non fuerit, id in poſterum ſervari curent in omnibus, ac inſuper ſatagant, ut omnes Eccleſiaſtici prædicti etiam collationibus habendis coram Parochis ſuis, vel aliis ab Epiſcopo deputatis ſuper caſibus conſcientiæ forum concernentibus, & ſuper ritibus, ac cæremoniis ſacris interſint.

Beneficia, & Capellaniæ ſine certo proventu ſupprimantur, quæ vero habent minorem tertiam congruæ partem conferantur tantum prima Tonſura.

§.10. Et quoniam in prædictis Hiſpaniarum Regnis reperiri intelleximus Beneficia, & Capellanias etiam de jurepatronatus, vel Eccleſiaſticorum, vel Laicorum, nullo tamen certo proventu inſtructas, vel adeo, ut non ad dimidiam, nec ad tertiam partem congruæ pro Clericis ad ſacros Ordines promovendis neceſſariæ aſcendant; malis haud quidem levibus inde erumpentibus occurrere cupientes, ſtatuimus, & mandamus, quod Epiſcopi ad Beneficiorum, & Capellaniarum, quæ nullum certum redditum habent, ſuppreſſionem ſtatim deveniant. De aliis vero Beneficiis, & Capellaniis, quarum certus annuus fructus ad memoratam ſaltem tertiam congruæ partem non aſcendit, decernimus nulli in poſterum conferendam eſſe primam Tonſuram ratione juris aſſequendi aliquod ex dictis Beneficiis, & Capellaniis. Utque Patronatuum jura, quantum fieri poſſit, ſalva remaneant, liceat Patronis tam Eccleſiaſticis, quam Laicis ad dicta Beneficia, & Capellanias nominare, non tamen veluti ad Beneficia Eccleſiaſtica requirentia nominandis primam Tonſuram, ſed tanquam ad legata pia: & nominati tametſi primam Tonſuram non habentes, ea retinere poſſint uti pia legata cum onere adimplendi omnia onera a fundatoribus injuncta.

Curam animarum gerentes ſaltem feſtis diebus populum erudire debent per ſe, per alios vero ſi idonei non ſint, ſed eorum expenſis.

§.11. Noo ſine gravi animi noſtri dolore etiam accepimus, quod, quamquam Tridentina Synodus decreverit omnes, qui Parochiales, vel alias curam Animarum annexam habentes Eccleſias quocumque modo obtinent, debere diebus ſaltem Dominicis, & feſtis ſolemnibus plebes ſibi commiſſas pro ſua, & earum capacitate paſcere ſalutaribus verbis, docendo ea, quæ Chriſtifideles ad ſalutem ſcire oportet, ac explicando Divinæ Legis præcepta, Fideique dogmata, pueroſque ejuſdem fidei rudimentis imbuendo, & brevi, faciliique ſermone vitia denuntiando, quæ declinare, & virtutes, quas ſectari oporteat; nihilominus nonnulli Parochialium Eccleſiarum Rectores, hæc, quæ ſuarum partium adeo ſunt, prætermittunt, culpam hujuſmodi amoliri nitentes, vel prætextu immemorabilis, ſed quidem pravæ conſuetudinis, vel quia hæc ab ipſis præſtare neceſſe non videatur, ſuppetente nimirum copia aliorum habentium ſacras Conciones in aliis Eccleſiis, itemque imbuentium pueros Myſteriis Fidei, vel in ſcho-

Digitized by Google

ſcholia, vel in computis. Ne itaque ſub inaoi iſtarum, aliarumque ſimilium eacuſationum prætextu tanta Chriſtianæ Reipublicæ pernicies ſtruatur, diſtricte præcipimus ſingulis Hiſpaniarum Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ut omuino efficiant, quod omnes ii, qui Auimarum curam gerunt, munia prædicta per ſeipſos, vel, ſi legitime impediti fuerint, per alios idoneos diligenter eaequantur. Si vero aliqui non ſatis habiles ad illa obeunda reperiantur; iidem Archiepiſcopi, & Epiſcopi per alios a ſe deputandos ſumptibus Parochorum minus idoneorum opportoue ſuppleri curent: & in poſterum Beueficia, quibus Animarum cura imminet, nonniſi vere idoneis ad memorata Officia per ſeipſos adimplenda conferantur.

Explicantur verba Conſtitutionis Pii V. *Vicariorum perpetuorum portio.*

§.12. Præterea, ne Conſtitutionis Sancti Pii V. etiam Prædeceſſoris Noſtri, in qua taxatur congrua fructuum portio Vicariis perpetuis Animarum curam exercentibus aſſignanda, interpretationem ab ejus ſententia alienam fieri contiogat; declaramus Conſtitutionem illam pertinere dumtaxat ad Vicarios perpetuos illarum Eccleſiarum Parochialium, quæ aliis Eccleſiis, Monaſteriis, Collegiis, Beneficiis, & Locis Piis unitæ ſint: necnoo portionem anouam fructuum, quæ ibidem ſtatoitur aſſignanda ipſis Vicariis in ſumma non majori, quam centum nec minori, quam quinquaginta ſcutorum, intelligi debere de ſcutis argenteis juliorum decem monetæ Romauæ pro quolibet ſcuto.

Qui, & a quibus eligendi Vicarii Temporarii, necnon quæ portio iis aſſignanda.

§.13. Quoties itaque in aliis Parochialibus Eccleſiis, quæ, ut præfertur, unitæ non ſint, oportuerit ex aliqua juſta cauſa provideri per Coadjutores Parochorum, aut per Vicarios temporarios; curæ erit Epiſcopis pro data ſibi a Tridentina Synodo poteſtate partem fructuum prædictis Coadjotoribus, aut Vicariis aſſignaodam determinare in ea quantitate, quæ pro ſuo prudenti arbitrio, & conſcientia conveniens videbitur, ratione videlicet habita reddituum, & emolumentorum Eccleſiæ Parochialis, in qua deputati fuerint, necnon inſpectis conditionibus Loci, numero Animarum, qualitate laboris, & quantitate impenſarum, quas commiſſi Officu neceſſitas poſtulaverit. Quod ſi Parochi ab Epiſcopis moniti, congruo iiſdem termino præfixo, Coadjutores, ſeu Vicarios temporarios, quoties opus fuerit, aſſumere neglexerint; poteruot ipſi Epiſcopi eos, quos huic muneri idoneos cenſuerint auctoritate propria deputare cum aſſignatione antedictæ portionis fructuum. Et oihilominus, ubi etiam prædicti Coadjutores, aut Vicarii temporarii a Parochis nominati, vel aſſumpti fuerint, de eorum idoneitate Epiſcopis conſtare per eaamen debeat, antequam ad exercitium admittantur; nec ſatis ſit, quod ad confeſſiones audiendas antea fuerint approbati, niſi aliis etiam qualitatibus ad Curam Aoimarum recte exercendam opportunis præditi noſcantur. Quibus ſi careant, nec Parochi deinde intra alium ſimilem terminum ab Epiſcopis præfigendum alios vere idoneos nominaverint: tunc pariter ad ipſos Epiſcopos libere ſpectet deputatio cum dicta congruæ aſſignatione; nec ulla Parochorum contradictio, aut exemptio, aut appellatio, aut eujuſcumque Judicis inbibitio executionem deputationis, & aſſignationis certæ partis fructuum in caſibus præmiſſis ſuſpendere poſſit, itemque non obſtante qualibet contraria conſuetudine, etiam immemorabili.

Conſtituantur Eccleſiæ Vicariæ, vel novæ Parochiæ.

§.14. Verum, quia non ſatis Animarum curæ, & neceſſitatibus quandoque conſultum eſt per hoc, quod ad obeunda Parochialia munia alii Sacerdotes Parochis adjungautur; ſed majora remedia adhiberi oportet, quoties nempe ob locorum diſtantiam ſive itineri difficultatem Parochiani ſine magno incommodo pro Sacramentis percipiendis, Divinіſque Officiis audiendis accedere ad Eccleſiam Parochialem nequeant tunc quidem meminerint Epiſcopi licere ſibi pro ſuo arbitrio, invitis etiam Rectoribus, vel intra eaſdem Parochias deſtinare alias Eccleſias in quibus Sacerdotes Parochorum Coadjutores Sacramenta miniſtrent, & Divinum cultum exhibeant, vel novas Parochias, novaſque Parochiales Eccleſias a veteribus diſtinctas conſtituere, iiſque novos Parochos præficere aſſignata ea redditibus ad veterem Parochialem Eccleſiam quomodocumque pertioentibus convenienti portione ad victum eorum, qui, vel tamquam Coadjutores in dictis aliis Eccleſiis deputati, vel tanquam diſtincti, & independentes Parochi curam Animarum eaercuerint; nulla ad præmiſſa impedienda ſuffragante appellatione, aut iohibitiooe.

Ubique & ſemper concedendus Epiſcopis primatus.

§.15. Cum ad præſcriptum quoque Tridentinæ Synodi Epiſcopis is honor tribuendus ſit, qui eorum dignitati convenit, eiſque in Choro, & in Capitulo, in Proceſſionibus, & aliis actibus publicis primus locus eſſe debeat, & præcipue omnium rerum agendarum auctoritas; mandamus id religioſe, ac perpetuo obſervari in omnibus actibus adeo juſtæ hujuſmodi præeminentiæ, & auctoritati conſentaneis, non obſtantibus privilegiis etiam ex fundatione competentibus, conſuetudinibus etiam immorabilibus, ſententiis, juramentis, & concordiis, quæ ſuos tantum obligent Auctores.

Religioſarum perſonarũ numerus correſpondeat Domorum redditibus.

§.16. Præterea, ut Clauſtralis quoque diſciplinæ vigor illibatus permaneat, Pontificiæ noſtræ ſolicitudinis partes etiam duximus interponendas. Com itaque experientia compertum fuerit quantum detrimenti illi afferatur, ea quo plures ad Religioſum habitum admittantur, quam vires reddituum patiantur: moderno, ac pro tempore exiſtenti noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in iiſdem Hiſpaniarum Regnis Nuncio per præſentes committimus, & mandamus, ut curet, & vigilantiam adhibeat, ne contra præſcriptum memorati Concilii Tridentini in Monaſteria, Conventus, & Domos, tam Virorum, quam Mulierum, ſive bona immobilia poſſideant, ſive non poſſideant, major numerus recipiatur, quam qui, vel ea proventibus propriis ipſorum Monaſteriorum, Conventuum, aut Domorum, vel ex conſuetis eleemoſynis, aliiſque quibuſcumque obventionibus, in commune tamen conferendis, commode poſſit ſuſtentari.

Ad quem Epiſcopum dirigendæ Literæ dimiſſoriales Religioſorum promovendorum. Et Epiſcopi per ſe conferant Ordines.

§.17. Quoties vero Regulares ad Ordines erunt promovendi, ſervetur omnino Decretum Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum a piç mem: Clemente Papa VIII. Prædeceſſore etiam noſtro confirmatum die 15. Martii 1596., quo ſancitur non ad alium qoam ad Epiſcopum Diœceſanum literas Dimiſſorias pro eorumdem Ordinum ſuſceptione a ſuis Superioribus eſſe dirigendas, præterquam in caſu quo Diœceſanus a Diœceſi abeſſet, vel Ordinatio-

tiones non eſſet habiturus, quo etiam caſu in Literis Dimiſſoriis ad alium Epiſcopum dirigendis expreſſa fieri debeat mentio, vel de prædicta Epiſcopi Diœceſani abſentia, vel de illa alia cauſa, videlicet, quod Ordinationes non ſit habiturus: exceptis tamen quoad prædicta Regularibus illis, quibus per ſpeciale privilegium à Sede Apoſtolica poſt Concilium Tridentinum fuerit conceſſum, ut a quolibet Catholico Antiſtite Ordines ſuſcipere poſſint, ſuper quo indulto nihil per præſentes innovare intendimus. Noverint autem Epiſcopi ſe debere per ſemetipſos, ſecluſo ægrotationis caſu, Ordines conferre, & ſacrorum Ordinum collationem ſtatutis a jure temporibus, ac in Cathedrali Eccleſia, vocatis, & adſtantibus Canonicis, publice habendam eſſe, vel ſi in alio Diœceſis loco, ſemper tamen in Eccleſia quantum fieri poterit digniori, ac præſente Clero ejuſdem loci. Ne vero incertitudo, an ipſi ordinationes ſint habituri, nimis grave afferat incommodum promovendis, varia Diœceſis loca inhabitantibus; per menſem ante ſingulis vicibus publico Edicto ab iiſdem Epiſcopis denuntietur, ſe Ordinationes eſſe habituros, adeout quoties denuntiatio hujuſmodi facta non fuerit, inde ſatis intelligant Regulares, Epiſcopum Diœceſanum Ordinationes ea vice minime eſſe habiturum, ſibique idcirco licitum futurum Ordines ab alio Epiſcopo ſuſcipere cum literis dimiſſoriis a ſuorum Superiorum ad eum directis, ſervata in iis forma ſuperius expreſſa,

Epiſcopi invigilent in Monialiũ clauſuram.

§.18. Epiſcopi in omnibus Mulierum Monaſteriis ſibi ſubjectis ordinaria, in aliis vero exemptis auctoritate Sedis Apoſtolicæ inconcuſſe obſervari curent, quæ circa ſanctimonialium clauſuram, vetitumque in dicta Monaſteria ingreſſum, tam in Decretis Tridentinæ Synodi, quam in Conſtitutione ſimilis memoriæ Gregorii Papæ XIII. etiam Prædeceſſoris noſtri edita Idibus Januarii anni Milleſimi quingenteſimi ſeptuageſimi quinti provide ordinata ſunt.

Confeſſarii approbãdi omnino ſunt ab Epiſcopis Diœceſanis.

§.19. Perpendentes etiam Chriſtianæ Reipublicæ in primis expedire, ut miniſterium, ac poteſtas clavium in remittendis, retinendiſque peccatis recte exerceatur; declaramus Sacerdotes, tam Sæculares, quam Regulares, qui ab Epiſcopis obtinuerint licentiam audiendi Confeſſiones limitatam, vel quoad locum, vel quoad genus perſonarum, vel quoad tempus, non poſſe pœnitentiæ Sacramentum adminiſtrare extra tempus, vel locum, vel genus Perſonarum ab ipſis Epiſcopis præſcriptum, quocumque privilegio etiam in vim Bullæ, quæ appellatur Cruciatæ Sanctæ, competente nullatenus ſuffragaturo. Cumque idem Innocentius Prædeceſſor per ſuas die decima nona Aprilis anni Milleſimi ſeptingenteſimi expeditas Literas decreverit Sacerdotibus tam Sæcularibus, quam Regularibus non licere confeſſiones eorum, a quibus ex Indulto prædictæ Bullæ Cruciatæ ad id electi fuerint, audire, abſque præcedenti approbatione Ordinarii illius loci, in quo ipſi Pœnitentes degunt, & Confeſſores eligunt, etiamſi ab Ordinariis aliorum locorum antea approbati fuiſſent, ac etiamſi Pœnitentes Ordinariis illis, qui Confeſſores electos approbaſſent, ſubditi eſſent; necnon Confeſſiones aliter factas, ac reſpective exceptas, nullas fore, irritas, & invalidas, & Confeſſores ipſo Jure ſuſpenſos eſſe; Nos eamdem Conſtitutionem approbantes, confirmantes, & innovantes declaramus inſuper prædictis Sacerdotibus tam Sæcularibus, quam Regularibus ad confeſſiones excipiendas, vel ex vi prædictæ Bullæ Cruciatæ, vel ex quocumque alio Privilegio electis ſuffragari minime etiam poſſe, quod approbati alias fuerint ab Epiſcopo illo, qui aliquando fuerit Ordinarius Loci, in qua Confeſſiones audiendæ ſint, ſed talis tunc temporis amplius non exiſtat, vel quia ab humanis exceſſerit, aut Epiſcopatui renuntiaverit, vel quia ad aliam Eccleſiam auctoritate Apoſtolica tranſlatus reperiatur, ſed neceſſariam omnino eſſe illius, qui actualiter, & pro tempore Ordinariam Juriſdictionem in ea Diœceſi exerceat approbationem. Hæc tamen ſuffragetur etiam tacita, eaque adeſſe cenſeatur, quouſque præcedens licentia, ſive approbatio duret, & revocata ab eo non fuerit; in quo Caſu nova, & expreſſa impetranda erit, ſi illa præcedenter obtenta, vel per temporis adſcripti lapſum expiraverit, vel per poſteriorem revocationem ſublata fuiſſet.

Etiamſi ſint Regulares reſpectu Monialium ſibi ſubiectarum.

§.20. Meminerint quoque Regulares ſe excipere non poſſe Confeſſiones Monialium, tametſi eorum regimini, & gubernio ſubiectæ ſint, niſi ultra licentiam ſuorum Prælatorum Regularium præcedat examen coram Epiſcopo Diœceſano faciendum, ejuſque ſpecialis quoad Confeſſiones dictarum Monialium approbatio; remota quacumque contraria conſuetudine, etiam immemorabili.

Qui, & quoties deputandi in Confeſſarios Extraordinarios Monialium.

§.21. Cumque ex eodem Concilio Tridentino Confeſſor extraordinarius bis, aut ter in anno offerri Monialibus debeat, qui omnium Confeſſiones audiat; ſi in poſterum ſuperiores Regulares quoad Monaſteria ipſis ſubjecta toties prædictum extraordinarium Confeſſorem deputare neglexerint, vel ſi etiam ex proprio eodem Ordine ſemper deputaverint, nec ſaltem ſemel in anno ad id munus elegerint ſacerdotem aut Sæcularem, aut Regularem alterius diverſi Ordinis Profeſſorem: in his Caſibus Epiſcopi pro ſuo arbitrio, & conſcientia deputationem hujuſmodi facere poſſint, nec illa quoquis titulo, aut prætextu a Superioribus Regularibus valeat impediri.

Epiſcopi obſervare faciãt Cæremoniale Rituale, & Rubricas.

§.22. Epiſcopi inſuper abuſus omnes, qui in Eccleſiis aut Sæcularibus, aut Regularibus contra præſcriptum Cæremonialis Epiſcoporum, & Ritualis Romani, vel Rubricas Miſſalis, & Breviarii irrepſerint, ſtudeant omnino removere. Et ſi adverſus ea, quæ in dicto Cæremoniali ſtatuta ſunt, conſuetudinem etiam immemorabilem allegari contingat: poſtquam recognoverint, aut eam non ſatis probari, aut etiam probatam ſuffragari, utpote irrationabilem, de jure non poſſe; executioni eorum, quæ in dicto Cæremoniali conſtituta ſunt, diligenter incumbant, nec ulla ſuſpenſiva appellatio admittatur.

Item Seſſ. 22. de celebratione Miſſarum.

§.23. Sedulo pariter curent iidem Epiſcopi, ut eliminentur abuſus, ſi qui forſan, tam quoad Eccleſiaſticos Sæculares, quam quoad Regulares inducti fuerint adverſus Concilii Tridentini Decretum de obſervandis, & evitandis in celebratione Miſſarum Seſſ.22., & contra Regulares, ſi opus fuerit, procedant ex Apoſtolica delegatione in eo decreto ipſis Indulta, poſtpoſita quacumque appellatione ſuſpenſiva, ſed ſolum reſerva

Digitized by Google

ſervata in devolutivo ſuper quocumque dubio, quod excitari contigerit, declaratione Congregationis pro tempore exiſtentium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium memorati Concilii Interpretum.

Necnon Decretum Clem. XI. de Miſſa in privatis Oratoriis, ac Altare portatili.

§.24. Cumque circa Miſſarum celebrationem in privatis Oratoriis, necnon circa uſum Altaris geſtatorii, a recolen. memor. Clemente Papa XI. Prædeceſſore etiam noſtro opportunum Decretum promulgatum fuerit die 15. Decembris anni 1703. Epiſcopi dent operam, ut omnia ibidem ſtatuta etiam in Regnis Hiſpaniarum ſerventur, idemque Decretum in ſuis reſpective Diœceſibus, ut facilius omnibus innoteſcat, publicari faciant, addita etiam prohibitione ne in privatis Regularium Cellis, ſive Cubiculis erigatur Altare pro re ſacra ibidem facienda, & contra quoſcumque contravenientes cenſuris etiam Eccleſiaſticis procedant, adhibita quoad Regulares auctoritate Sedis Apoſtolicæ in memorato Decreto ipſis delegata, remotaque quacumque contraria conſuetudine, etiam immemorabili. Declaramus tamen, quod cum in prædicto Decreto ſtatuatur, non licere Epiſcopis extra Domum propriæ habitationis in Domibus Laicis erigere Altare, ibique Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium celebrare, ſeu celebrari facere; hujuſmodi prohibitio intelligenda non ſit de Domibus etiam Laicis, in quibus ipſi Epiſcopi forte occaſione Viſitationis, vel itineris hoſpitio excipiantur, ut nec etiam quando Epiſcopi in caſibus a jure permiſſis, vel de ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia abſentes a Domo propria ordinariæ habitationis, moram idcirco faciant in aliena Domo per modum ſimilis habitationis: his enim caſibus licita iis erit erectio Altaris ad effectum prædictæ celebrationis, non ſecus, ac in Domo propriæ ordinariæ habitationis.

Abolentur omnia Privilegia relatis contraria.

§.25. Præcipimus quoque accurate attendi, ac adimpleri quæcumque alia præſcribuntur in ejuſdem Generalis Synodi Seſſ.25. de Regularibus, & Monialibus, cumque in Capitulo 25. ampliſſime derogetur omnibus contrariis Privilegiis ſub quibuſcumque formulis verborum conceptis, ac Mare magnum appellatis, etiam in fundatione obtentis, necnon Conſtitutionibus, & Regulis etiam juratis, atque etiam conſuetudinibus vel Præſcriptionibus, etiam immemorabilibus; ſciant omnes derogationem hujuſmodi non ad ea tantum referri, quæ in prædicto Capitulo continentur, ſed etiam ad alia, quæ in ſingulis ſuperioribus Capitibus ejuſdem Seſſionis conſtituta ſunt.

Quæ ratio ſervanda in judiciis Criminalibus.

§.26. Ad hæc ut recta in Judiciis ratio ſervetur præcipimus, quod ubi in Cauſis Criminalibus Ordinarii Locorum in Regnis Hiſpaniarum proceſſerint ex Officio hoc eſt non ad ullius querelam, ſive accuſationem, ſi ab eorumdem Ordinariorum ſententiis appellatio, vel ad Sedis Apoſtolicæ Nuntium, vel ad Metropolitanos interpoſita fuerit: tunc (ne alioquin, ſi nullus Actoris partes gerat, delinquentes pœnam ſuis criminibus debitam effugiant) Procuratores Fiſcales Tribunalis Nuntiaturæ Apoſtolicæ, & reſpective etiam Curiæ Metropolitanæ, inſtantias, alioſque actus deſuper neceſſarios peragant, & proſequantur, ut prædictæ Ordinariorum ſententiæ juſtam confirmationem, & executionem obtineant. Quod ſi dictis Procuratoribus Fiſcalibus non citatis, & inauditis, contrarias ſententias in gradu appellationis proferri contigerit, iſtæ prorſus nullæ ſint, ac irritæ cum omnibus actis geſtis, nullumque ſortiri debeant effectum: quinimmo præcedentes Ordinariorum ſententiæ executioni mandentur, proinde ac ſi appellatio ab iis interpoſita nullatenus fuiſſet.

Item in Appellationibus, & Inhibitionibus,

§.27. Cæterum cum generaliter circa appellationes, & inhibitiones, ſatis proviſum fuerit per Conſtitutionem piæ memor. Innocentii Papæ IV. Prædeceſſoris etiam noſtri in Capit. *Romana*, ac etiam per Decreta Concilii Tridentini, itemque alia edita die 16. Octobris 1600. a Congregatione negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, & a præfato Clemente VIII. Prædeceſſore confirmata; ac denique etiam alia promulgata tempore Pontificatus ſimilis memor. Urbani Papæ VIII. Prædeceſſoris itidem noſtri, die videlicet 5. Septembris 1626., volumus, & mandamus, quod quidquid in omnibus memoratis Conſtitutionibus, & Decretis ſtatuitur, diligentiſſime per omnes iis comprehenſos obſervetur in Cauſis ad Curias Eccleſiaſticas pertinentibus in Regnis Hiſpaniarum: quacumque conſuetudine etiam immemorabili, vel quovis privilegio, aut ſtylo concedendi etiam quaſdam inhibitiones nuncupatas temporarias penitus excluſo.

Necnon in Cauſis Civilibus.

§.28. Quo vero ad Judices Conſervatores, & modum, ac facultatem procedendi in Cauſis Civilibus, quæ ad eorum cognitionem pertinere poſſint, inviolate cuſtodienda erit norma præſcripta in Conſtitutionibus felic. record. Innocentii IV., Alexandri IV. Bonifacii VIII., Gregorii XV., aliorumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum hac de re editis, necnon in Decretis Concilii Tridentini, ſub pœnis ibidem contentis, quas præſenti noſtra Conſtitutione innovamus, & confirmamus: hoc etiam addito, ut iidem Judices Conſervatores, & mandatorum ſuorum Executores exhibere debeant Epiſcopis, aliiſque Locorum Ordinariis Literas ſuæ deputationis, quorum vigore procedere intendant.

Decreta omnia Concilii Tridentin. inviolabiliter obſerventur.

§.29. Enixe denique, & ex intimo Paterni cordis Noſtri ſenſu omnes e Religioſiſſima Hiſpanica Natione monemus, ut memores ſint teneri ſe exacte, firmiter, & cum effectu obſervare etiam omnia, & ſingula in cæteris omnibus ejuſdem Tridentini Concilii Decretis ſancita. Et ne eorum executio poſthac ullo modo impediatur, aut retardetur, decernimus, & declaramus nullum pro impedienda, aut ſuſpendenda executione Conciliarium ſanctionum ejuſmodi, aut Decretorum, quæ ab Ordinariis edita fuerint pro executione pariter eorum, quæ in ipſo Concilio ſtatuta ſunt, ſuffragari poſſe, ac debere contrarium Privilegium, quod ante prædicti Concilii promulgationem a Sede Apoſtolica obtentum fuerit, niſi etiam poſt ipſum Concilium fuerit in forma ſpecifica ab eadem Apoſtolica Sede confirmatum, vel noviter conceſſum, itemque obſtare non poſſe ullum ſtatutum, vel concordiam quæ a prædicta Apoſtolica Sede ſpecialiter confirmata non ſit, neque quemcumque longævum non uſum, aut contrariam conſuetudinem, vel præſcriptionem etiam centenariam, vel immemorabilem, niſi forſan præfatæ conſuetudinis, aut præſcriptionis materia capax ſit, & inſuper conſuetudo, aut præſcriptio immemo-

morabilis probata jam ſit, & admiſſa a competenti Judice per tres ſententias conformes, vel per unam, quæ in judicatum tranſierit, nec demum quamcumque appellationem, ſive inhibitionem etiam temporariam; reſervato dumtaxat recurſu in devolutivo ad memoratam Congregationem Cardinalium ejuſdem Concilii Interpretum; quibus etiam tanquam Executoribus in præſentium noſtrarum Literarum, non ſolum committimus, & mandamus, ut eas ipſarumque Decreta, & Ordinationes omnes perpetuo, & inviolabiliter obſervari faciant cum eadem poteſtate, quæ iiſdem Cardinalibus a Sede Apoſtolica tributa eſt pro executione Decretorum memorati Concilii, ſed etiam privative facultatem impertimur, quandocumque opus fuerit, interpretandi, duplicandi, ac declarandi eamdem Noſtram Conſtitutionem, omneſque, & ſingulas Ordinationes in ea contentas (exceptis his, quæ ad Cæremoniale Epiſcoporum, & Rituale Romanum, & Rubricas Miſſalis, & Breviarii pertinent) quatenus illis dubietas aliqua, aut difficultas emerſerit: non retardata tamen interim illarum executione, adeo ut ante hujuſmodi executionem, nec illus recurſus ad eamdem Congregationem Cardinalium, nec ulla ſuper quovis dubio conſultatio promoveri poſſit. Decretis vero Declarationibus a prædicta Congregatione faciendis, poſtquam noſtra, aut Romani Pontificis pro tempore exiſtentis approbatio acceſſerit; ſtatim quæcumque reclamatio, aut conſultatio omnino ceſſare perpetuumque ſilentium deſuper impoſitum cenſeri debeat.

Clauſulæ.

§.30. Decernentes pariter eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari debere: ſicque & non aliter per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac Sedis præfatæ Nuncios, alioſve quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpetrandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.31. Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus, Apoſtolicis, necnon quorumcumque Ordinum, Congregationum, Inſtitutorum, & Societatum etiam Jeſu, & quorumvis Monaſteriorum, Conventuum, Eccleſiarum, Locorum Piorum, aliiſque quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, aut quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus: ac præſcriptionibus quantumcumque longiſſimis, & immemorabilibus; Privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, & Societatibus, etiam Jeſu, ac Monaſteriis, Conventibus, Eccleſiis, & Locis prædictis, illorumque reſpective ſuperioribus, aliiſve quibuslibet perſonis, etiam ſpecialiſſima mentione dignis, ſub quibuſcunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis etiam Motu, ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine in genere, vel in ſpecie, ſeu alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quælibet alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur, & insererentur, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, eiſdem præſentibus pro expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.32. Volumus autem, ut earumdem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides, tam in judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXIII. Maji MDCCXXIII. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

XXXV.

Confirmatur Decretum Capituli Generalis Ordinis Minorum de Obſerv., & Reformat. in perenne grati eorundem in Sanctitatem S. animi teſtimonium.

Dat. 5. Junii 1723. ann. 5

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX injuncti Nobis Divinitus paſtoralis officii debito, illa, quæ a Chriſti fidelibus Altiſſimi obſequiis ſub ſuavi Regularis Diſciplinæ jugo mancipatis uberesque bonorum operum fructus, benedicente Domino, proferre jugiter ſatagentibus, pio unanimique conſtituta eſſe noſcuntur conſilio, ut perpetua firmitate perennet, libenter Apoſtolici muniminis noſtri præſidio, cum id a Nobis petitur, roboramus.

A Summis Pōtificibus de Comitibus plurimi ſemper factus eſt Ordo Minorum, & ab hoc Pontifice præſentia decoratum fuit Capitulū Gen.

§.1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Miniſter Generalis, & Diffinitores, etiam Generales Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci tam de Obſervantia, quam Reformatorum nuncupatorum, quod ipſi aliique ejuſdem Ordinis Fratres in eorum Capitulo Generali noviſſime in Conventu S. Mariæ de Ara cæli Almæ urbis noſtræ celebrato ſimul congregati, ac ſecum reputantes peculiarem illum paternæ charitatis affectum, quo univerſum Ordinem prædictum in humilitate quippe, & paupertate fundatum, ac præclaris in Catholicam religionem, & hanc S. Sedem meritis fulgentem

pri-

priſco gentis noſtræ, pluriumque de ſanguine, & familia Noſtra Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum, qui eumdem Ordinem, illiuſque fratres plurimi ſemper fecerunt more, & inſtituto complectimur, necnon recolentes recentia, atque luculenta Pontificia Noſtræ benevolentiæ argumenta, quæ eis, vel maxime perhibuimus occaſione memorati eorum Capituli Generalis, quod non modo coram Nobis convocavimus, ſed præſentia etiam noſtra decorari voluimus, ac propterea aliquod grati, & devoti illorum in Nos animi teſtimonium exhibere ac perpetuum monumentum extare cupientes communibus ſuffragiis Decretum ediderunt, & promulgarunt, tenoris, qui ſequitur videlicet: Decretum. Cum Sanctiſſimus Dominus Noſter Innocentius, Divina Providentia Papa XIII. egregiam in Noſtrum Ordinem voluntatem a majoribus ſuis, etiam ad Apoſtolicam Sedem evectis, jure quodam ſanguinis, ac inditâ ſuæ Genti pietate in ſe derivatam, ſingulari beneficientiæ, atque a noris argumento comprobare volens, univerſæ familiæ Noſtræ, comitiis idibus Maji in ædibus Sanctæ Mariæ de Aracæli celebratis, dignatus ſit intereſſe, ac præſidere tanta optimi Principis humanitate, ac Majeſtate ſimul, ut erumpentes præ gaudio lacrymas coram Apoſtolico Throno via revocandi Nobis poteſtas fieret, ne tam illuſtris Beneficii memoria ulla unquam temporum injuria, aut aſperitate Noſtrorum mentibus excidat, Generale Capitulum gratum animum, ut per Franciſcanam Paupertatem licet, exhibere cupiens, proponente Reverendiſſimo P. Miniſtro Generali, approbantibuſque Diffinitorii Patribus ſtatuit, atque decernit, ut fauſtus ille Dies, qui tanta, ac ſua inſigni Clementiſſimi Principis dignatione honeſtatus eſt, inter feſtivos, & toti Ordini ſacros perpetuis futuris temporibus habeatur, ſinguliſque annis, eodem ipſo recurrente Die, in omnibus utriuſque familiæ Conventibus pro longæva, proſperave Sanctitatis Suæ, atque inclytæ Nobiliſſimæque ſuæ Domus incolumitate, ac ſoſpitate, ſacrum ſolemne peragatur, atque ab omnibus univerſi Ordinis utriuſque ſexus Fratribus, & Sororibus eadem pro re crebræ ad Deum preces fundantur. Ne autem hæc grati animi teſtificatio una cum vita Sanctitatis Suæ, quam Deus Opt. Max. ad Chriſtianæ Reipublicæ felicitatem, & noſtri Ordinis compendium diu multumque ſervare dignetur, ſi nem aſpiciat, idem Capitulum Generale proponente eodem Reverendiſſimo P. Generali Miniſtro, probantibuſque eiſdem Deffinitorii Patribus, ſtatuit, ac mandat, ut cum Sanctitas Sua viam univerſæ carnis ingreſſus Mortales haſce exuvias reliquerit, pro ejus animæ requie omnes, & ſinguli univerſi Ordinis Sacerdotes tres Miſſas celebrent, & in ſingulis Conventibus ſolemnis miſſa cum integro Defunctorum officio decantetur, Clerici vero, & Laici, Monialeſque omnes, ac reſpective ſinguli, & ſingulæ, tres, ut ajunt, coronas B. M. Virginis, & duas ſtationes recitent, atque inſuper, ut monimento nunquam interituro tanti Pontificis memoria conſignetur, in omnibus univerſi Ordinis Conventibus perpetuo pro anima ejus fiat Anniverſarium. Id autem in omnes Tabulas Ordinis inſcribi, ac inferri, & per univerſum Franciſcanum orbem promulgari, idem Capitulum Generale cavit, finxit, ac Decretum voluit in Comitiis Generalibus Aracælitanis hac die 17. Menſis Maji, Anno Domini 1723. = Pater Laurentius a S. Laurentio Miniſter Generalis Fr. Joſeph Garzia Exminiſter Generalis Fr. Joannes de Soto Commiſſarius Generalis, & Indiarum Fr. Cherubinus a Nardo Excommiſſarius Generalis Fr. Deodatus a Roma Excommiſſarius Reformat. Fr. Franciſcus ab Altamura Excommiſſarius Generalis Obſervantium Fr. Antonius Blanch Diſcretus perpetuus Ordinis Fr. Joannes Coſmus a Monte Miniani Diſcretus perpetuus Ordinis Fr. Joannes a Petraſitta ex vice Commiſſarius Generalis.

Decretum prædictū quo dies anniverſarius d. Capituli feſtivus declaratur, & inſtituuntur perpetua ſuffragia pro anima Pontificis, ac preces pro ejus familiæ incolumitate.

§.2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat ipſi Exponentes Decretum hujuſmodi a Nobis approbari, & quo firmius ſubſiſtat Apoſtolicæ confirmationis Noſtræ patrocinio communiri plurimum deſiderent, Nos ſinceram Fratrum Ordinis præfati in Nos, & Sedem Apoſtolicam devotionem attendentes, pluri:numque in Domino commendantes eniais, ac iteratis ſupplicationibus eorumdem exponentium nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati,

Preces Definitoru.

Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica harum ſerie approbamus, & confirmamus, ratumque & acceptum habemus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus,

Confirmatio relati Decreti

§.3. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter obſervari, ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit præfati Ordinis, aliiſve quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, aut quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die III. Junii MDCCXXIII. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Digitized by Google

XXXVI.

Dat. 12. Julii 1723. an. 3.

Confirmatur Conſtitutio Innoc: XI. de Cœnobio Thorunenſi aggregando Provinciæ Poloniæ Majoris Fratrum Min: de Obſerv:

Variæ Conſtitutiones pertinentes ad hujuſmodi Cœnobium hic referuntur. Et Conſtitutio Inn: XI edita fuit 1685, Maji 12, P. 9.. De diviſione Provinciæ S. Antonii in Hiſpania vide Inn: XII. Conſt: ed: 1694. Maji 19, P. 3.. Et Benedicti XIII Conſt: ed: 1728. Mar: 7. P. 5. extat prohibitio erigendi Cœnobia in Hiſpaniis.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Recenſentur fundatio, everſio, reædificatio, & aggregatio d. Cœnobii memoratæ Provinciæ.

ALias fel: rec: Innocentio PP. XI. Prædeceſſori Noſtro pro parte tunc exiſtenti Miniſtri Provincialis Poloniæ Majoris Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum expoſito, quod dudum in vim quarumdam literarum rec: mem: Pauli PP. II. Prædeceſſoris pariter noſtri anno Incarnationis Dominicæ 1467. ſexto decimo Kal. Februarii Pontificatus ſui Anno IV. expeditarum tres Conventus dicti Ordinis, nempe Thorunenſem, Diœceſis Culmenſis, Gedanenſem Diœceſis Uladiſlavienſis, & Civitatis Novæ, & Elbingenſem Germanice Diœceſis Vormienſis ſub gubernio tunc etiam exiſtentis Miniſtri Provincialis Provinciæ Saxoniæ fundati fuerant. Verum ſubinde iidem tres Conventus una cum reliquis ejuſdem Provinciæ Saxoniæ Conventibus ab Hæreticis deſtructi fuerant, dictaque Provincia Saxoniæ ſolo titulo Ordini prædicto remanſerat. Porro ſub Pontificatu piæ mem: Clementis PP. VIII. Prædeceſſoris pariter noſtri cum dictos Conventus Civitatis Novæ ſeu Elbingi Germanice, & Thorunenſem recuperandi, & reædificandi ſpes aliqua effulſiſſet, idem Clemens Prædeceſſor per quaſdam ſuas in ſimili forma Brevis literas die 12. Julii 1603. emanatas hos duos Conventus Provinciæ Poloniæ Ordinis prædicti aggregaverat, & ſuppoſuerat, verum nihil quidem tunc temporis effectum fuerat, ſed ſubinde ſpes prædicta revixerat ſub Pontificatu piæ mem. Urbani VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri, cui cum expoſitum fuiſſet dictam Provinciam Poloniæ pro majori gubernii commoditate in duas nempe Poloniæ Majoris, & Poloniæ Minoris Provincias diviſam fuiſſe ipſe Urbanus Prædeceſſor quaſdam ſuas itidem in forma Brevis die 12. Novembris 1642. expeditas literas eoſdem duos Conventus dictæ Provinciæ Poloniæ Majoris aggregaverat, Deoque favente de manibus hæreticorum recuperatus fuerat dictus Conventus Civitatis Novæ, ſeu Elbingi Germanice, qui gubernio primodicti Miniſtri Provincialis exponentis tunc ſubjacebat, & jam ſperabatur Conventum quoque Thorunenſem prædictum pariter recuperatum fuiſſe cura, & ſtudio bon: mem: tunc etiam exiſtentis Epiſcopi Culmen., qui pro recuperandis ex hæreticorum manibus ſuæ Diœceſis locis intrepide laborabat. Et in eadem expoſitione ſubjuncto, ut dicti Conventus Thorunenſis recuperatio ad favorem ſupradictæ Provinciæ Poloniæ Majoris cum majori quiete, & ſecuritate fieret, primodictus Miniſter Provincialis exponens gratias a Memoratis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris ad favorem dicti Ordinis, conceſſas, ut præfertur ita ſcilicet, ut idem Conventus Thorunenſis uti a Fratribus Minoribus de Obſervantia Ordinis præfati in vim ſupradictarum Pauli Prædeceſſoris literarum fundatus penes eumdem Ordinem & dictæ Provinciæ Majoris Poloniæ juxta præfatas Urbani Prædeceſſoris literas aggregatus remaneret ab eodem Innocentio Prædeceſſore confirmari plurimum deſiderabat, dictus Innocentius Prædeceſſor memorato prædicto Miniſtro Provinciali petitam confirmationem ſub certis modo, & forma tunc expreſſis conceſſit, & alias prout in dicti Innocentii Prædeceſſoris literis deſuper in ſimili forma Brevis die 12. Maij 1685. expeditis, quarum tenorem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, ac ad verbum inſerto haberi volumus uberius continetur.

Ab Innoc. XI. cōfirmata fuit aggregatio prædicti Cœnobii.

Preces Provincialis.

§. 1. Cum autem ſicut dilectus filius modernus miniſter Provincialis dictæ Provinciæ Poloniæ Majoris Nobis nuper exponi fecit, firmiora ſint ea, quibus Sedis Apoſtolicæ auctoritas iterato accedit: Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipſum modernum Miniſtrum Provincialem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium, qui relationem dilecti pariter Filii moderni Procuratoris Generalis dicti Ordinis ſuper præmiſſis eiſdem Cardinalibus factam attenderunt, conſilio, prædictas Innocentii Prædeceſsoris literas auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Confirmatio Conſtitutionis Innocent. XI.

Clauſulæ.

§. 3. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari: Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus, & ſingulis illis, quæ dictus Innocentius Prædeceſſor in ſuis literis prædictis voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XII. Julii MDCCXXII. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Con-

Digitized by Google

XXXVII.

Dat. 14. Julii 1723. ann. 3.

Conceditur Carmelitis Provinciæ Portugalliæ Magiſtris facultas ſuſcipiendi Lauream Doctoratus in Coimbricen: Collegio.

Ab Urb: VIII. Conſt: ed: 1624, Aug: 26. conceſſa fuit facultas ſuſcipiendi d: Lauream in Collegio Salmanticen. Clem: XI Conſt: ed: 1720, Jan: 13, P. 20. abolita fuit alternativa. Et hujus Pontificis Conſt: ed: 1723, Dec. 23, P. 3. conceditur eadem facultas Provinciæ Bahiæ.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ab Urb. VIII conceſſa fuit Provinciis Hiſpaniæ, & Luſitaniæ facultas ſuſcipiendi d. Lauream in Collegio Salmanticen.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Prior Provincialis & Diffinitorium, aliique fratres Provinciæ Portugalliæ Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, quod alias fe: rec: Urbanus PP. VIII. Prædeceſſor Noſter per quaſdam ſuas in ſimili forma Brevis literas die 26. Auguſti 1624. expeditas indulſit, atque conceſſit quon. Theodoro Statio tunc temporis Priori Generali dicti Ordinis, ac Provinciarum Hiſpaniæ, & Luſitaniæ Profeſſoribus Ordinis hujuſmodi, ut iidem, qui abſolutis per curſum Lecturis, vel exercitiis literarum juxta regularia Ordinis prædicti inſtituta requiſitis, ac ſervatis alias ſervandis per eumdem Priorem Generalem in eadem ſacra Theologia Magiſtrum juxta ejus facultates inſtituti, & creati fuiſſent, Lauream Doctoratus in Collegio S. Tereſiæ Salmanticen. memorati Ordinis ad formam in prædictis literis præſcriptam ſuſcipere poſſent, nec pro ea ſuſcipienda aliquam approbatam ſtudii Generalis Univerſitatem adire tenerentur, & hoc ideo conceſſum fuit, ne prædictus Ordo, ſeu Religio inter Mendicantes pauperrima, detrimentum pateretur intolerabilium expenſarum, quæ pro obtinenda hujuſmodi Doctoratus Laurea in publica Univerſitate erogandæ forent, & alias prout in prædictis literis, quarum tenorem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, & ad verbum inſerto haberi volumus uberius continetur.

Preces Definitorii & Cauſa petitionis.

§.1. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjongebat præfatum indultum eo tempore, quo Rex Hiſpaniarum, etiam Luſitaniam poſſidebat Religioſis utriuſque Nationis æque profuerit, ſeparatiſque Dominiis reſpectu Luſitanorum, quibus dictum Collegium Salmanticen. adire non amplius permiſſum fuit, ſine ullo effectu, & utilitate remanſerit, & adhuc de præſenti remaneat, propter diverſum rerum, & dominiorum, quod viget ſiſtema, eaque de cauſa dicta Provincia commodum, atque utile ſuos Religioſos pro ſuſcipienda ibi Laurea Doctoratus hujuſmodi tranſmittere minime exiſtimet, ac proinde, ne ipſa, ejuſque profeſſores commoditate ejuſmodi Lauream ſuſcipiendi ſine ea magna, ac intolerabili expenſa, quæ in aliqua approbata Univerſitate requiritur, priventur, opportune a Nobis provideri, & ut infra indulgeri plurimum deſiderent. Nos ipſos exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſuplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui relationem dilecti Filii moderni Procuratoris Generalis dicti Ordinis eiſdem Cardinalibus factam, attenderunt conſilio, ut omnes, & ſinguli Profeſſores Provinciæ, & Ordinis prædictorum, quos modernus, & pro tempore exiſtens Prior Generalis ejuſdem Ordinis in Theologia Magiſtros ſervatis ſervandis inſtituerit, & creaverit Lauream Doctoratus prævio rigoroſo examine coram Priore Provinciali dictæ Provinciæ Portugalliæ, & quatuor in ſacra Theologia Magiſtris, ſive coram Rectore Collegii Coimbricen. Ordinis prædicti, & illius Regentibus, ac Magiſtris, illorumque approbatione ſervatis cæteroqui conditionibus per ſtatuta, ſeu Conſtitutiones Ordinis prædicti præſcriptis ab ipſimet Priore Provinciali, ſive prædicti Collegii Rectore ſuſcipere libere, & licite poſſint, & valeant auctoritate Apoſtolica tenore preſentium concedimus, & indulgemus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium,

Cõceſſio prædictæ facultatis.

Clauſulæ.

§.2. Decernentes præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibus prædictis Urbani Prædeceſſoris literis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, Confirmatione Apoſtolica, aut quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcat. die XIV. Julii MDCCXXIII. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Digitized by Google

XXXVIII.

Dat. 7. Auguſti 1723. an. 3. Conceditur Eremitis S. Auguſtini Provinciæ Chilen. augmentum ſex Magiſtrorum pro Verbi Dei prædicatoribus.

Conſt: ed: 1722., Apr: 24, P. 1. auctus fuit numerus graduum in Provincia Mechoan. Et Ben. XIII. Conſt: ed: 1725, Maji 6, P. 2 conceditur facultas creandi 30. Magiſtros in Provinciis Italiæ.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Preces Provinciæ, & cauſa petitionis. CUm ſicut dilecti filii Fratres Provinciæ Chilen. in America Meridionali Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Nobis nuper exponi fecerunt in dicta Provincia decem Conventus, & trecenti Religioſi, ac duodecim in Sacra Theologia pro Lectoribus Magiſteria numerantur, ipſi Exponentes unum Religioſum Provinciæ hujuſmodi ad hanc Almam Urbem noſtram miſerunt, qui prævio Capituli Generalis ejuſdem Ordinis Menſe Junio 1721. in dicta Urbe celebrati conſenſu ab infraſcripta Congregatione Cardinalium augmentum Magiſtrorum in eadem Sacra Theologia, etiam pro Verbi Dei Prædicatoribus, qui in prædicta Provincia decem continuo exiſtunt laborumque ſuorum curſum peregerunt, obtineret, ideoque illis, ne præmio deſtituti remaneant opportune in præmiſſis a Nobis provideri, & ut infra indulgeri ſummopere deſiderent, quemadmodum tribus aliis Peruan., Mexican., & Mechoacan. reſpective Provinciis ab hac Sancta Sede conceſſum fuiſſe memoratur.

§. 1. Nos ipſos exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui dilectorum pariter filiorum Moderniorum Prioris Generalis, & Procuratoris Generalis Ordinis hujuſmodi relationes ſuper præmiſſis eiſdem Cardinalibus factas, viderunt conſilio, ut in prædicta Provincia Chilen. ſex Magiſteria pro memoratis Verbi Dei Prædicatoribus ad formam Conſtitutionum prædicti Ordinis auctoritate Apoſtolica confirmatarum ultra duodecim pro Lectoribus ſtatuta, conſtituantur, & augeantur, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium.

Conceſſio prædd. Magiſteriorum præter 12. pro Lectoribus.

Clauſula. §. 2. Decernentes ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari; Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non prædictorum Ordinis, & Provinciæ Chilen., etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, aut quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die VII. Auguſti MDCCXXIII. Pontificatus noſtri Anno Tertio.

XXXIX.

Conceditur Indulgentia plen: perp: pro Eccleſiis Ordinis S. Birgittæ in ejus Feſto die. Dat. 13. Aug. 1723. anno 3.

Clem: XI Conſt: ed: 1714:, Sep. 22, P. 14. extat alia Indulgentia.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

INjunctæ Nobis Divinitus Apoſtolicæ ſervitutis ratio poſtulat, ut cæleſtium munerum Theſauros diſpenſationi noſtræ a Domino creditos fideliter erogemus, cum id ad augendam in terris Sanctorum in cęlis cum Chriſto regnantium venerationem, excitandamque, & fovendam erga illos fidelium devotionem, ac ad animarum ſalutem ſperamus in Domino profuturum. Proœmium.

§. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii Procuratoris Generalis Ordinis S. Birgittæ nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ac de Omnipotentis Dei Miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſti fidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis quorumcumque Conventuum dicti Ordinis tam hactenus erectis, quam inpoſterum quandocumque erigen., ac ubicumque locorum exiſtentibus Die feſto ejuſdem Sanctæ Birgittæ prædicti Ordinis fundatricis a primis veſperis uſque ad occaſum ſolis diei hujuſmodi annis ſingulis

Preces Procuratoris Gen.

Cōceſſio præfatæ Indulg.

gulis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum eſtirpatione, ac S. Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Clauſulæ.

§. 2. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publiei ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIII. Auguſti MDCCXXIII. Pontificatus noſtri Anno Tertio.

XL.

Dat. 20. Sept. 1723. ann. 3.

Moderatur pro Eremitis S. Auguſtini Diſcalceatis Conſtitutio Clem. XI. de voto Fratrum Conſanguineorum in primo, vel ſecundo gradu in Capitulis.

Laudata Clem: XI Conſtitutio edita fuit 1702, Novemb. 24 P. 2. Bened: XIII Conſt: ed: 1727, Feb: 27., P. 2 extenditur alternativa in Congregatione SS. Conceptionis B. M.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Epitome Cõſtitutionis Clemen. XI. qua declaratum fuit, Diſcalceatos comprehendi in Decreto de voto conſanguineorum edito a Priore Gen., & confirmato a Clem. VIII.

ALias pro parte dilecti filii Clementis a S. Bernardino tunc temporis Conventus Jeſu, & Mariæ de Urbe Congregationis Fratrum Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Diſcalceatorum nuncupatorum fel: rec: Clementi PP. XI. Prædeceſſori noſtro expoſito, quod dudum nempe die 16. Februarii 1596. quoddam decretum a q. Andrea Fivizano, dum viveret Priore Generali dicti Ordinis inter alia emanaverat & ſubinde die 28. ejuſdem menſis a rec: me: Clemente PP. VIII. Prædeceſſore pariter noſtro per quaſdam ſuas in ſimili forma Brevis literas, quarum initium eſt; *Univerſalis Eccleſiæ &c.* confirmatum fuerat, quo prohibebatur expreſſe, ne duo Fratres Ordinis prædicti in primo, vel ſecundo gradu conſanguinei, vel affines in ejuſdem Capitulis, aut Congregationibus Capitularibus ullatenus ſimul convenirent, & votare poſſent, & in eadem expoſitione ſubjuncto, quod ſæpius dubitatum fuiſſet, an, dictum Decretum Congregationem præfatam, quæ tunc initium ſumpſerat, & poſtmodum a ſimilis me: Urbano VIII. & Clemente X. Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus itidem noſtris membrum dicti Ordinis declarata fuerat, ac in Italia, & Germania propugnata reperiebatur, ſub prohibitionis hujuſmodi generalitate complecteretur, nec iſtius dubii reſolutio ab hac S. Sede eatenus petita fuiſſet, licet illa ſive pro liberandis ab anxietate Religioſorum conſcientiis, ſive pro tollendis abuſibus facile irrepentibus neceſſaria foret; Eædem vero cauſæ propter quas prohibitio præfata in d. Ordine edita fuerat, concurrere viderentur, ut illa ad dictam Congregationem extenderentur. Idem Clemens Prædeceſſor ſupplicationibus ſupradicti Clementis a Sancto Bernardino ſibi ſuper hoc humiliter porrectis inclinatus memoratam Congregationem ſub prohibitione præfata in futurum comprehendi debere auctoritate Apoſtolica declaravit, & alias, prout in ipſius Clementis Prædeceſſoris literis deſuper in pari forma Brevis die 24. Novembris 1702. expeditis, quarum tenorem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, & ad verbum inſerto haberi volumus, uberius continetur.

Preces Prioris Generalis pro moderatione declarationis Clem. XI. tanquam ſubreptitie impetratæ.

§. 1. Cum autem ſicut dilectus filius Guglielmus a Sancto Nicolao Procurator Generalis ejuſdem Congregationis Nobis nuper exponi fecit, antequam ejuſmodi declaratio emanaret, mos in dicta Congregatione ab ipſius origine invaluiſſet, ac ſupra centum annos inconcuſſe ſervatus fuiſſet, ut fratres Conſanguinei, ſeu Affines in primo, vel ſecundo gradu præfato in illius Capitulis, ſeu Congregationibus Capitularibus abſque ulla dubitatione ſimul convenirent, & ad votum ferendum admitterentur, neque rationes, ob quas id vetitum fuerat in Ordine prædicto, in quo ejus fratres firmas, & ſtabiles filiationes, ſive Conventualitates habent locum ſibi vindicent in Congregatione præfata, ubi ejuſmodi adfiliationum, ſive Conventualitatum uſus minime viget, ſed Religioſi in Conventibus ſibi per Superiores ſuos Regulares pro tempore aſſignandis degere tenentur, ac proinde prætenſum fuerit enarratam declarationem per dictum Clementem a Sancto Bernardino privato ſuo nomine abſque ulla prævia cum Definitorio Generali Congregationis præfatæ communicatione contra formam illius Conſtitutionum auctoritate Apoſtolica confirmatarum nulliter, & ſubreptitie impetratum fuiſſe; Ex illius vero obſervantia plura incommoda, ac perturbationes in eadem Congregatione enata fuerint, dum Fratres ante dictam declarationem profeſſi in memorato gradu conſanguinei, ſeu affines, vel voto in Capitulis, ſeu Congregationibus Capitularibus, vel Conſanguineorum, & Affinium ſuorum in eiſdem Conventibus contubernio contra conſuetudinem, quæ tempore ſuæ profeſſionis ſervabatur, privari moleſte ferebant, & multoties contingit adoleſcentes bonæ indolis, & ſpei, qui eamdem Congregationem propter Conſanguineos, & Affines hujuſmodi in ea exiſtentes ingrediendi deſiderio tenebantur, ne voto, ſeu contubernio prædictis privati remanerent, illam minime ingreſſi fuerint in grave ejuſdem Congregationis, quæ Religioſorum penuria laborat, detrimentum, adeout plures, imo prope omnes dictæ Congregationis Provinciæ adverſus eamdem declarationem reclamaverint. Quibus in noviſſimo Capitulo generali ejuſdem Congregationis anno proxime præterito in prædicto Conventu Jeſu, & Mariæ de Urbe celebrato, cui dilectus filius noſter Joſephus Renatus S. R. E. Cardinalis Imperialis nuncupatus Ordinis eorumdem fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini apud Nos, & Sedem prædictam Protector noſtro, & ejuſdem Sedis nomine præſedit, mature conſideratis vigore Decreti ab eodem Capitulo generali communibus ſuffragiis editi, Procuratori Generali ejuſdem Congregationis inibi eligendo injunctum fuit, ut pro aliqua moderatione dictarum Clementis Prædeceſſoris literarum apud Nos inſtaret, Quare dictus Guglielmus Nobis humili-

Cauſæ ad impellendũ Pontificem.

ter

Digitized by Google

ter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§.2. Nos igitur eumdem Guglielmum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis cenſuris & pœnis a jure vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, & attenta relatione per ipſum Joſephum Renatum Cardinalem, & Protectorem Nobis ſuper iiſdem præmiſſis facta, præfatas Clementis Prædeceſſoris literas auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ita moderamur, ut deinceps duo fratres dictæ Congregationis in primo, vel ſecundo gradu ſanguine, ſeu affinitate conjuncti in Capitulis, ſeu Congregationibus Capitularibus ejuſdem Congregationis, in quibus vocales non ſint numero pauciores, quam duodecim, tres autem fratres ſic conjuncti in illis Capitulis, & Congregationibus, in quibus octodecim vocales reperiantur, ipſis Conſanguineis, vel Affinibus utroque caſu comprehenſis ſimul convenire, ac votum habere libere, licite, & valide poſſint, & valeant.

Moderatio præd. quæ cõceditur votũ conſanguineis Fratribus in quibuſdam Capitulis.

Clauſulæ.

§.3. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuuſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari, ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit Ordinis, & Congregationis hujuſmodi etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, aut quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, cofirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris, die XX. Septembr. MDCCXXIII. Pontificatus Noſtri anno Tertio.

XLI.

Conceditur Indulgentia plen. perpet. pro Eccleſiis Monachorum d. S. Hieronymi Congregationis Lombardiæ die feſto S. Paulæ.

Dat. 13. Oct. 1723. ann. 3.

A Clem: XI Conſt: ed: 1701., Feb: 1, P 1. conceſſum fuit Officium hujus Sanctæ pro toto Ordine.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

INjunctæ Nobis Divinitus Apoſtolicæ ſervitutis ratio poſtulat, ut cæleſtium munerum Theſauros diſpenſationi Noſtræ a Domino creditos fideliter erogemus cum id ad augendam in Terris Sanctorum in Cælis cum Chriſto regnantium venerationem excitandamque, & fovendam erga illa fidelium devotionem, ac ad animarum ſalutem ſperamus in Domino profuturum.

Exordium.

§.1. Supplicationibus itaque dilecti filii moderni Procuratoris Generalis Monachorum Ordinis S. Hieronymi Congregationis Lombardiæ nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ac de Omnipotentis Dei Miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis quorumcumque Monaſteriorum dictæ Congregationis tam hactenus erectis, quam in poſterum quandocumque erigendis, ac ubicumque locorum exiſtentibus die feſto Sanctæ Paulæ Viduæ Romanæ a primis Veſperis, uſque ad occaſum ſolis diei hujuſmodi annis ſingulis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac S. Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Preces Procuratoris General.

Conceſſio præd.

§.2. Volumus autem, ut earundem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Clauſulæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XIII. Octobris MDCCXXIII. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Digitized by Google

XLII.

Dat. 23. Dec. 1723. ann. 3.

Conceditur Carmelitis Provinciæ Bahiæ in Braſilia Magiſtris facultas ſuſcipiendi Lauream Doctoratus a Provinciali.

Eadem facultas conceſſa fuit Provinciæ Portugalliæ Conſt. d. 1723, Jul. 14, P. 3. Et Conſtitutione ſequenti conceditur Provinciæ Fluminis Januarii.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Ab Urb. VIII. conceſſa fuit Provinciis Hiſpaniæ, & Portugalliæ facultas ſuſcipiendi Laurea in Collegio Salmanticen.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Prior Provincialis, ac Diffinitorium, aliique Fratres Provinciæ Bahiæ in Braſilia Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, quod alias fel: rec: Urbanus PP. VIII. Prædeceſſor Noſter per quaſdam ſuas in ſimili forma Brevis literas die 26. Auguſti 1624. expeditas indulſit, atque conceſſit quod. Theodoro Statio tunc temporis Priori Generali dicti Ordinis, ac Provinciarum Hiſpaniæ, & Luſitaniæ Profeſſoribus Ordinis hujuſmodi, ut iidem qui abſolutis per curſum lecturis, vel exercitiis literarum juxta Regularia Ordinis prædicti inſtituta requiſitis, ac ſervatis alias ſervandis per eumdem Priorem Generalem in ſacra Theologia Magiſtri juxta ejus facultates inſtituti, & creati fuiſſent Lauream Doctoratus in Collegio S. Tereſiæ Salmanticen. memorati Ordinis, ad formam in prædictis literis præſcriptam ſuſcipere poſſent, ne pro ea ſuſcipienda aliquam approbatam ſtudii Generalis Univerſitatem adire tenerentur, & hoc ideo conceſſum fuit, ne prædictus Ordo, ſeu Religio inter Mendicantes pauperrima detrimentum pateretur intolerabilium expenſarum, quæ pro obtinenda hujuſmodi Doctoratus Laurea in publica Univerſitate erogandæ forent, & alias prout in prædictis Urbani Prædeceſſoris literis, quorum tenorem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, ac ad verbum inſerto haberi volumus uberius continetur.

Preces Provinciæ, & cauſæ petitionis.

§. 1. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat prædictum indultum eo tempore, quo Rex Hiſpaniarum Catholicus, etiam Luſitaniam poſſidebat, Religioſis utriuſque Nationis æque profuerit, ſeparatiſque Dominiis reſpectu Luſitanorum, quibus dictum Collegium Salmanticen. adire non amplius permiſſum fuit, ſine ullo effectu, & utilitate remanſerit, & adhuc de præſenti remaneat, propter diverſum rerum, & Dominiorum quod viget ſiſtema, eaque de cauſa dicta Provincia commodum, atque utiles ſuos Religioſos pro ſuſcipienda ibi Laurea Doctoratus hujuſmodi tranſmittere minime exiſtimet, & proinde ne ipſa, ejuſque Profeſſores commoditate ejuſmodi lauream ſuſcipiendi ſine ea magna, ac intolerabili expenſa, quæ in aliqua approbata Univerſitate requiritur, priventur, opportune a Nobis provideri, & ut infra indulgeri plurimum deſideret, quemadmodum a Nobis Provinciæ ac Diffinitorio, aliiſque Fratribus Provinciæ Portugalliæ ejuſdem Ordinis per quaſdam Noſtras literas pariter in ſimili forma Brevis die 14. Julii proxime præteriti expeditas conceſſum fuit,

§. 2. Nos ipſos exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui relationem dilecti filii moderni Procuratoris Generalis ſuper præmiſſis eiſdem Cardinalibus factam attenderunt, conſilio, ut omnes, & ſinguli profeſſores Provinciæ, & Ordinis prædictorum, quos modernus, & pro tempore exiſtens Prior Generalis ejuſdem Ordinis in ſacra Theologia Magiſtros ſervatis ſervandis inſtituerit, & creaverit, Lauream Doctoratus prævio rigoroſo examine coram Priore Provinciali d. Provinciæ Bahiæ, & quatuor in eadem ſacra Theologia Magiſtris, ſeu Regentibus, illorumque approbatione ſervatis cæteroqui conditionibus per ſtatuta, ſeu Conſtitutiones Ordinis prædicti præſcriptis ab ipſomet Priore Provinciali ſuſcipere libere, & licite poſſint, & valeant, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus pariter, & indulgemus: ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium. Conceſſio præd. facultatis.

§. 3. Decernentes præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Clauſulæ.

§. 4. Non obſtantibus prædictis Urbani Prædeceſſoris literis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit Provinciæ, & Ordinis, prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, aut quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XXIII. Decembris MDCCXXIII. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Digitized by Google

XLIII.

Dat. 23. Dec. 1723. ann. 3.

Conceditur Carmelitis Provinciæ Fluminis Januarii in Braſilia Magiſtris facultas ſuſcipiendi Lauream Doctoratus a Provinciali.

Eadem facultas conceſſa fuit Provinciæ Bahiæ, Conſtitutione præcedenti. Et Bened: XIII Conſt: ed: 1725, Aug: 30, ℣. 2. conceditur Provinciæ Aragoniæ.

INNOCENTIUS PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Provinciis Portugalliæ, & Hiſpaniæ conceſſa fuit ab Urb. VIII. facultas ſuſcipiendi Lauream in Collegio Salmanticen.

Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Provincialis, ac Diffinitorium, aliique Fratres Provinciæ Fluminis Ianuarii in Braſilia Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, quod alias fe: re: Urbanus PP. VIII. Prædeceſſor noſter per quaſdam ſuas deſuper in ſimili forma Brevis die 26. Auguſti 1624. expeditas literas indulſit, atque conceſſit quondam Theodoro Statio, tunc exiſtenti Priori Generali, ac Provinciarum Hiſpaniæ, & Luſitaniæ profeſſoribus dicti Ordinis, ut iidem, qui abſolutis per curſum lecturis, vel exercitiis literarum juxta regularia Ordinis prædicti inſtituta requiſitis, ac ſervatis aliis ſervandis per eundem Priorem Generalem in Sacra Theologia Magiſtri juxta ejus facultates instituti, & creati fuiſſent, Lauream Doctoratus in Collegio Salmanticen. memorati Ordinis ad formam in prædictis literis præſcriptam ſuſcipere poſſent, nec pro ea ſuſcipienda aliquam approbatam ſtudii Generalis Univerſitatem adire tenerentur, & hoc ideo conceſſum fuit, ne prædictus ordo, ſeu Religio inter Mendicantes pauperrima, detrimentum pateretur intolerabilium expenſarum, quæ pro obtinenda hujuſmodi Doctoratus Laurea in publica Univerſitate erogandæ forent, & alias, prout in prædictis Urbani Prædeceſſoris literis, quarum tenorem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, ac ad verbum inſerto haberi volumus uberius continetur.

Preces Provinciæ, & Cauſæ petitionis.

§. 1. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, prædictum indultum eo tempore, quo Rex Hiſpaniarum Catholicus, etiam Luſitaniam poſſidebat, Religioſis utriuſque Nationis æque profuerit, ſeparatiſque Dominiis reſpecto Luſitanorum, quibus dictum Collegium Salmanticen. adire amplius non permiſſum fuit, ſine ullo effectu, & utilitate remanſerit, & adhuc de præſenti remaneat, propter diverſum rerum, & Dominantium, quod viget ſiſtema, eaque de cauſa dicta Provincia commodum, atque utile ſuos Religioſos pro ſuſcipienda ibi Laurea Doctoratus hujuſmodi tranſmittere minime exiſtimet, ac proinde ne ipſa, ejuſque Profeſſores commoditate ejuſmodi Lauream ſuſcipiendi ſine ea magna, ac intolerabili expenſa, quæ in aliqua approbata univerſitate requiritur, privetur, opportune a Nobis provideri, & ut infra indulgeri plurimum deſideret, quemadmodum a Nobis Provinciæ, ac Definitorio, aliiſque Fratribus Provinciæ Portugalliæ ejuſdem ordinis per quaſdam noſtras literas pariter in ſimili forma Brevis 14. Iulii proxime præteriti expeditas conceſſum fuit.

§. 2. Nos ipſos exponentes, ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui relationem dilecti pariter filii Moderni Procuratoris Generalis dicti Ordinis ſuper præmiſſis eiſdem Cardinalibus factam attenderunt, conſilio, ut omnes, & ſinguli Profeſſores primodictæ Provinciæ Fluminis Ianuarii, quos Modernus, & pro tempore exiſtens Prior Generalis ejuſdem Ordinis in eadem Sacra Theologia Magiſtros ſervatis ſervandis, inſtituerit, & creaverit, lauream doctoratus, prævio rigoroſo examine coram Priore Provinciali prædictæ Provinciæ Fluminis Januarii, & quatuor in eadem Sacra Theologia Magiſtris, ſive Regentibus, illorumque approbatione, ſervatis cæteroquin conditionibus per ſtatuta, ſeu Conſtitutiones Ordinis prædicti præſcriptis ab ipſomet Provinciali ſuſcipere libere, & licite poſſint, & valeant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus, pariter, & indulgemus; ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium. Conceſſio præd. facultatis.

Clauſulæ.

§. 3. Decernentes præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obſtantibus prædictis Urbani Prædeceſſoris literis aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit Provinciæ, & Ordinis prædictorum etiam juramento, Confirmatione Apoſtolica, aut quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXIII. Decembris MDCCXXIII. Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Con-

XLIV.

Dat. 14. Jan. 1724. Ann. 3.

Confirmatur, & innovatur Conſtitutio Clementis VIII. prohibens Judæis novarum rerum mercaturam.

Laudata Conſtitutio edita fuit 1592, Feb: 28, P. 1. quæ hic refertur cum Conſtitutionibus ſuper eadem re Pauli IV ed: 1556, Jul: 14, P 1. Et Pii V ed: 1566, Apr: 18, P. 1. Et Bened: XIII Conſt: ed: 1728, Mar: 26, P. 5. confirmatur præſens Conſtitutio.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

EX injuncto Nobis cælitus Apoſtolicæ ſervitutis munere, illa, quæ a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris ad gentis Judæorum Chriſtiano nomini jugiter infenſæ perfidiam, & cupiditatem coercendam provido conſilio emanaſſe noſcuntur, ut ſolidiori robore perennent, Apoſtolici muniminis Noſtri præſidio libenter conſtabilimus, ac alias deſuper opportune providemus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Epitome Conſtitutionis Clementis VIII. in qua confirmantur Conſtitutiones Pauli IV. & Pii V ſuper eadem re.

§. 1. Dudum ſiquidem per fel. rec. Clementem PP. VIII. Prædeceſſorem Noſtrum accepto, quod Judæi quarumdam ſuper confirmatione Conſtitutionis piæ mem: Pauli PP. IV. ſimiliter Prædeceſſoris Noſtri, per quam inter cætera ſanciebatur, ut iidem Judæi in Urbe, & reliquis S. R. E. Civitatibus, Terris, & Locis degentes ſola arte Strazzariæ, ſeu Cenciariæ, ut vulgo dicitur, contenti, aliquam mercaturam frumenti, vel hordei, aut aliarum rerum uſui humano neceſſariam facere nequirent, a ſan: mem: Pio PP. V. Prædeceſſore Noſtro editarum literarum obſervantiam aliqualiter relaxare præſertim in locis ab eadem Urbe remotis, & nominatim in Civitate Avenionenſi, & Comitatu Noſtris tunc ſuis Venayſſini in deſuetudinem trahere dignoſcebantur, idem Clemens Prædeceſſor literas, & Conſtitutionem prædictas, ut par erat, inviolate obſervari volens, illas auctoritate Apoſtolica confirmavit, ac omnibus, & ſingulis, quos literæ, & Conſtitutio hujuſmodi concernebant, ſub pœnis in eis contentis injunxit, ut illas, & in eis diſpoſita obſervarent, & obſervari curarent; Ac nihilominus ſuis, & Apoſtolicæ Sedis Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Officialibus, & Miniſtris, ſignanter in Civitate Avenionen., & Comitatu Venayſſini prædictis pro tempore exiſtentibus, diſtricte præcipiendo, mandavit, ut literas, & Conſtitutionem præfatas in Civitatibus, Terris, & Locis quibuſcumque, præſertim dicti Comitatus, & Legationis Avenionen. omnino obſervari facerent, & inter alia Judæi ibidem degentibus, ne merces rerum novarum, ſed tantum modo ipſas res veteres vendere aut mercari præſumerent, expreſſe prohiberent, in contravenientes pœnas in literis, & Conſtitutione hujuſmodi comminatas irremiſſibiliter exequendo, & alias prout uberius continetur in ipſius Clementis Prædeceſſoris literis in ſimili forma Brevis cum eorumdam Pii, & Pauli Prædeceſſorum literarum, & Conſtitutionis prædictarum inſertione deſuper expeditis tenoris, qui ſequitur videlicet:

Clem. VIII. Conſtitutionis initium.

§. 2. *Clemens VIII. Ad perpetuam rei memoriam.* Cum ſæpe accidere poſſit, ut vel temporum injuria, vel hominum negligentia, aut alias ea, quæ a Romanis Pontificibus provide ſanciuntur, paulatim in deſuetudinem abeant, ideo expedit quandoque eorum memoriam adhibito confirmationis, & innovationis remedio per eoſdem Romanos Pontifices renovari, ut illa perpetuo firmiora perſiſtant. Dudum ſiquidem a fel: rec; Pio PP. V. Prædeceſſore Noſtro emanarunt literæ Confirmatoriæ Conſtitutionis piæ mem: Pauli PP. IV. ſimiliter Prædeceſſoris Noſtri contra Judæos editæ tenoris ſubſequentis videlicet:

Pii V. Conſtitutionis initium.

§. 3. *Pius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.* Romanus Pontifex Chriſti Vicarius in Terris nonnunquam ea, quæ pro zelo religionis a cæteris Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus ſuis conceſſa dicuntur, ut illibata perſiſtant approbat, & confirmat, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Dudum fel: rec: Paulus PP. IV. Prædeceſſor Noſter zelo fidei Chriſtianæ motus certum modum vivendi, & habitandi Judæis præſcripſerit, prout in quadam ejus Conſtitutione, cujus tenor ſequitur, & eſt talis, videlicet:

Pauli V. Conſtitutionis initium.

§. 4. *Paulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.* Cum nimis abſurdum, & inconveniens exiſtat, ut Judæi, quos propria culpa perpetuæ ſervituti ſubmiſit, ſub prætextu, quod pietas Chriſtiana illos receptat, & eorum cohabitationem ſuſtineat, Chriſtianis adeo ſint ingrati, ut eis pro gratia contumeliam reddant, & in eos pro ſervitute, quam illis debent dominatum vindicare procurent, Nos ad quorum notitiam nuper pervenit eoſdem Judæos in alma Urbe noſtra, & nonnullis S. R. E. Civitatibus, Terris, & Locis in id inſolentiæ prorupiſſe, ut non ſolum mixtim cum Chriſtianis, & prope eorum Eccleſias nulla intercedente habitus diſtinctione cohabitare, verum etiam Domos in melioribus Civitatum, Terrarum, & Locorum, in quibus degunt vicis, & Plateis conducere, & bona ſtabilia comparare, & poſſidere, ac nutrices, Ancillas, alioſque ſervientes Chriſtianos mercenarios habere, & diverſa alia in ignominiam, & contemptum Chriſtiani nominis perpetrare præſumant, conſiderantes Eccleſiam Romanam eoſdem Judæos tolerare in teſtimonium veræ fidei Chriſtianæ, & ad hoc, ut ipſi Sedis Apoſtolicæ pietate, & benignitate allecti, errores ſuos tandem recognoſcant, & ad verum Catholicæ fidei lumen pervenire ſatagant, & propterea convenire, ut quam diu in eorum erroribus perſiſtant effectu operis recognoſcant ſe ſervos, Chriſtianos vero liberos per Jeſum Chriſtum Deum, & Dominum Noſtrum effectos fuiſſe, iniquumque exiſtere, ut filii liberæ filiis famulentur ancillæ, volentes in præmiſſis quantum cum Deo poſſumus, ſalubriter providere, hac noſtra perpetua valitura Conſtitutione ſancimus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus tam in dicta Urbe, quam in quibuſvis aliis ipſius Romanæ Eccleſiæ Civitatibus, Terris, & Locis Judæi omnes in uno, & eodem, ac ſi ille capax non fuerit, in duobus vel tribus, aut tot, quot ſatis ſint contiguis, & ab habitationibus Chriſtianorum penitus ſejunctis per Nos in Urbe, & per Magiſtratus Noſtros in aliis Civitatibus Terris, & Locis prædictis deſignandis vicis,

A Paolo IV Romæ, & aliis S. R. E. locis aſſignantur Judæis Vici ab habitationibus Chriſtianorū ſejuncti unica conceditur Synagoga, prohibentur bona immobilia: ſi-

Digitized by Google

gnum patens imponitur: interdicitur cõverſatio cum Chriſtianis: item alia lingua a latina, vel italica in negotiationibus: necnon computus alius à Romano: & ſola ars *Cenciaria* permittitur, omnia vero præcipiuntur ſub crimine læſæ Majeſtatis.

vicis, ad quos unicus tantum ingreſſus pateat, & quibus ſolum unius exitus detur, omnino habitent, & in ſingulis Civitatibus, Terris, & Locis, in quibus habitaverint unicam tantum Synagogam in loco ſolito habeant, nec aliam de novo conſtruere, aut bona immobilia poſſidere poſſint, quinimo omnes eorum Synagogas præter unam tantum demolire, & devaſtare, ac bona immobilia, quæ ad præſens poſſident infra tempus eis per ipſos Magiſtratus præfigendum Chriſtianis vendere. Et adhoc ut pro Judæis ubique dignoſcantur maſculi Birretum, Fœminæ vero aliud ſignum patens, itaut nullo modo celari, aut abſcondi poſſit glauci coloris palam deferre teneantur, & adſtricti ſint, nec ſuper non delatione birreti, aut alterius ſigni hujuſmodi prætextu cujuſvis eorum gradus, vel præeminentiæ excuſari, aut per ejuſdem Eccleſiæ Camerarium, vel Cameræ Apoſtolicæ Clericos, ſeu alios illi præſidentes perſonas, aut Sedis Apoſtolicæ Legatos, vel eorum vice Legatos quovis modo diſpenſari, aut abſolvi poſſint: Nutrices quoque, ſeu Ancillas, aut alias utriuſque ſexus ſervientes Chriſtianos habere, vel eorum Infantes per Mulieres Chriſtianas lactari, aut nutriri facere, ſeu Dominicis, vel aliis de præcepto Eccleſiæ feſtis diebus in publico laborare, aut laborari facere, ſeu Chriſtianos quoquo modo gravare, aut contractus fictos, vel ſimulatos celebrare, ſeu cum ipſis Chriſtianis ludere, aut comedere, vel familiaritatem, ſeu converſationem habere nullatenus præſumant, nec in libris rationum, & computorum, quæ cum Chriſtianis pro tempore habent aliis quam latinis literis, & alio quam vulgari italico ſermone uti poſſint, & ſi utantur, libri hujuſmodi contra Chriſtianos nullam fidem faciant, Judæi quoque præfati ſola arte *Straſſariæ, ſeu Cenciariæ*, ut vulgo dicitur contenti aliquam mercaturam Frumenti, vel Hordei, aut aliarum rerum uſui humano neceſſariarum facere, & qui ex eis medici fuerint etiam vocati, & rogati ad curam Chriſtianorum accedere, aut illi intereſſe nequeant, nec ſe a pauperibus Chriſtianis Dominos vocari patiantur. Et menſes in eorum rationibus & computis ex triginta diebus completis omnino conficiant: & dies qui ad numerum triginta non aſcendunt, non pro menſibus integris, ſed ſolum pro tot diebus in effectu fuerint, computentur, & juxta ipſorum dierum numerum, & non ad rationem integri menſis eorum credita exigant, ac pignora eis pro conventione pecuniarum ſuarum pro tempore conſignata, niſi tranſactis prius a die, quo illa eis data fuerunt decem, & octo integris menſibus vendere nequeant, & poſtquam menſes prædicti effluxerint, ſi ipſi Judæi pignore hujuſmodi vendiderint omnem pecuniam, quæ eorum credito ſuperfuerit Domino Pignorum conſignare, & ſtatuta Civitatum, Terrarum, & Locorum, in quibus, pro tempore habitaverint, favorem Chriſtianorum concernentia inviolabiliter obſervare etiam teneantur. Et ſi circa præmiſſa, in aliquo quomodolibet defecerint juxta qualitatem delicti in Urbe per Nos, ſeu Vicarium Noſtrum, aut alios a Nobis deputandos in Civitatibus, Terris, & Locis prædictis per eoſdem Magiſtratus etiam tanquam Rebelles, & criminis læſæ majeſtatis rei, ac toto Populo Chriſtiano diffidati noſtro, ac ipſorum Vicarii, ac Deputandorum, & Magiſtratuum arbitrio puniri poſſint. Non obſtantibus. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis tolerantiis, ſeu privilegiis, & Indultis Apoſtolicis eiſdem Judæis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores Noſtros, ac Sedem prædictam, aut illius Legatos, vel ipſius Romanæ Eccleſiæ Camerarios, & Cameræ Apoſtolicæ Clericos, ſeu alios illi præſidentes ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis Decretis, etiam Motu proprio, ac ex certa ſcientia ae de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de eis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut alia exquiſita forma ſervanda eſſet, tenore hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſanctionis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Marcum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto. Pridie Idus Julii Pontificatus Noſtri Anno Primo.

A Pio V. relata Pauli IV. Conſtitutio motu proprio confirmatur, declaratur, quoad ſignum deferendum, & extenditur ad quoſcumque Judæos ubicumq; exiſtentes.

§. 5. Nos igitur cupientes, ut Conſtitutio, Statuta, & Ordinationes hujuſmodi perpetuis futuris temporibus obſerventur, Motu proprio, & ex certa ſcientia, & non ad alicujus alterius Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera noſtra deliberatione, Conſtitutionem, ſtatuta, & Ordinationes hujuſmodi, & prout illa concernunt omnia, & ſingula in dicti Prædeceſſoris literis contenta, & inde ſequuta quæcumque auctoritate Apoſtolica præſentium tenore approbamus, innovamus, & confirmamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere decernimus, ac volumus ſub interminatione Divini Judicii præcipimus ea omnia impoſterum obſervari firmiter non ſolum in Terris, & Dominiis Nobis ſubjectis, & etiam ubique locorum, & ad omnes circa colorem Birreti per maſculos, & ſigni per fœminas deferendum hujuſmodi ſubmovendam hæſitationem declaramus dictum colorem eſſe, qui vulgo *giallo* dicitur. Mandantes in virtute S. Obedientiæ omnibus, & ſingulis Venerabilibus Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis quatenus in Civitatibus, & Diœceſibus propriis præſentes noſtras literas publicari, & obſervari faciant, & omnes Principes ſeculares, & alios Dominos, Magiſtratus temporales rogamus, & obſecramus, per viſcera Miſericordiæ Jeſu Chriſti eiſdem in remiſſionem peccatorum nihilominus injungentes, quod in præmiſſis omnibus, eiſdem Patriarchis, & Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis aſſiſtant, & ſuum favorem, & auxilium præſtent, ac contra facientes pœnis etiam tem-

po-

poralibus afficiant. Non obſtantibus omnibus, quæ idem Paulus Prædeceſſor in ſupradictis literis voluit non obſtare, Privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis per rec: mem: Pium IV. Romanum Pontificem Prædeceſſorem noſtrum, & Sedem Apoſtolicam, etiam forſan conſiſtorialiter, ac per viam generalis legis, & ſtatuti, ac in vim ſtipulati contractus ex quavis, etiam urgentiſſima & oneroſa cauſa, ac Motu proprio, & ex certa ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, etiamſi in eis diſponeretur, & caveretur expreſſe, quod ad delationem birreti glauci coloris hujuſmodi in itinere, ac quod non ut præmittitur in loco clauſo habitare tenerentur, quod bona ſtabilia uſque ad certam ſummam acquirere, ac ſocietatem cum Chriſtianis ſuper rebus ad annonam ſpectantibus inire, ac converſationem cum eiſdem Chriſtifidelibus habere, ac pignora alias quam præſcripto modo diſtrahere, ac plures Synagogas retinere poſſent, indulſerit, aut alias quomodolibet eis dictas literas Pauli Prædeceſſoris in favorem Hebræorum prædictorum limitaverit. Quibus omnibus etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, & alia exquiſita forma ſervanda foret, & in eis caveatur, quod nullatenus derogari poſſit, illorum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, necnon modos, formas ad id ſervandas pro individuo ſervatis habentes, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac literas ejuſdem Pauli Prædeceſſoris, & omnia in eis contenta obſervari in omnibus, & per omnia mandamus, perinde ac ſi literæ Pii ſimiliter Prædeceſſoris Noſtri non emanaſſent, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Volumus autem, quod præſentes literæ in Cancellaria, & in acie Campi Floræ publicentur, & inter Conſtitutiones, & extravagantes perpetuo valituras conſcribantur. Et quia difficile foret præſentes ad ſingula quæque loca deferri, volumus, ac etiam declaramus, quod earum tranſumptis etiam impreſſis manu alicujus Notarii ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Prælati munitis, eadem prorſus fides ubicumque adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, innovationis, confirmationis, decreti, præcepti, mandati, requiſitionis, obſecrationis, injunctionis, derogationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto tertio decimo Kal. Maii Pontificatus Noſtri Anno Primo. Cæ. Glorierius.

§.6. Cum autem ut liquido apparet præinſertarum literarum obſervationem ipſi Judæi aliqualiter relaxare præſertim in locis ab Urbe remotis, & nominatim in Civitate Avenionen., & Comitatu Noſtris Venayſsini, & in deſuetudinem trahere dignoſcantur, Nos volentes literas, & Conſtitutiones prædictas ac omnia, & quæcumque perpetuo, ut par eſt inviolate obſervari debere, eaſdem, literas, & Conſtitutionem perpetuo confirmantes, & approbantes, noſtræque Apoſtolicæ confirmationis perpetuæ munimine roborantes, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium præcipimus & mandamus omnibus & ſingulis, quos literæ, & Conſtitutio prædictæ concernunt ſub pœnis in eis contentis, ut ea omnia, & ſingula inviolabiliter perpetuo obſervent, ac obſervari curent, & faciant. Et nihilominus dilectis filiis noſtro, & Apoſtolicæ Sedis Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Officialibus, & Miniſtris quibuſcumque nominatim in Civitate Avenionen., & Comitatu noſtris Venayſſini prædictis nunc, & pro tempore exiſtentibus diſtricte præcipiendo mandamus, ut literas, & Conſtitutionem prædictas in Civitatibus, Terris, & Locis quibuſcumque præſertim Comitatus prædicta, & ſeu legationis Avenionen. omnino obſervari faciant, & inter alia Judæis ibidem degentibus, ne merces rerum novarum, ſed tantummodo ipſas res veteres, ut in ipſis literis diſponitur vendere, aut mercari præſumant, expreſſe prohibeant in contravenientes pœnas in literis, & Conſtitutione hujuſmodi comminatas irremiſſibiliter exequendo, Et ita in præmiſſis per ejuſdem Civitatis & Comitatus Legatos, ſeu Vicelegatos, ac alias quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari & definiri debere; irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus omnibus, quæ in ipſis literis expreſſum eſt non obſtare cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die XXVIII. Februarii MDXCII. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

A Clem. VIII recenſitæ Cōſtitutiones Pauli IV. & Pii V confirmantur & innovantur quoad prohibitionem artis rerum novarum.

§.7. Cum autem, ſicut ex dilectorum filiorum Mercatorum Civitatis Avenionen., & Comitatus Venayſſini prædictorum ad Apoſtolatum noſtrum delatis querelis accepimus, adeo creverit Judæorum in illis partibus degentium temeritas, ut non minus in manifeſtum præinſertarum literarum, eiſque adjectarum prohibitionum, & pœnarum ſpretum, quam in grave eorumdem mercatorum detrimentum, bombycinos folliculos, vulgo Cocconi, o bocci a Chriſtianis emere, & mercari, ac ſericum texere, pannoſque ſericos conficere non ita pridem præſumpſerint, & etiam num præſumant. Nos ipſorum mercatorum indemnitati proſpicere, ſimulque effrænatam dictorum Judæorum licentiam, cohibere volentes, præinſertas Clementis Prædeceſſoris literas, quibus inter alia Judæis præfatis quodvis rerum novarum mercimonium prohibetur, iiſque ſolum permittitur artis Strazzariæ, ſeu Cenciariæ exercitium, ſicut præmittitur, ac in eiſdem literis contenta quæcumque auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac

Cauſæ præſentis confirmationis.

Confirmatio relatæ Conſtitutionis Clementis VIII. præſertim circa prohibitionem Judæis mercaturæ rerum novarum

quatenus opus ſit illa omnia, & ſingula innovamus & exacte, & inconcuſſe in Civitatibus, præſertim Terris, & Locis Legationis Avenionen, & Comitatus Venayſſini præfatorum perpetuo ſervari mandamus, & præcipimus. Præterea ſub enatrata novarum rerum mercimonii prohibitione tam texturam, & confectionem ſerici cujuſcumque generis, vel ſpeciei, quam emptionem, & venditionem etiam indirectam novi ſerici, ſive contexti, ſive non contexti, ac folliculorum Bombycinorum, quos Gallico idiomate Cocon, italice vero Coccone, ſeu Boccio appellant, comprehendi, & comprehenſas eſſe auctoritate, & tenore prædictis decernimus, & declaramus.

Clauſulæ. §.8. Volentes, & eadem auctoritate pariter decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere: ſicque in præmiſſis per ejuſdem Civitatis, & Comitatus Vicelegatos, & alios quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.9. Non obſtantibus omnibus, & ſingulis illis, quæ in iiſdem Clementis Prædeceſſoris literis conceſſa ſunt non obſtare cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XVIII. Januarii MDCCXXIV. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

X L V.

Dat. 9. Febr. 1724. Anno 3.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum ſuper Recitatione Officiorum SS. propriorum juxta Ritum Breviarii Romani, pro Canonicis Præmonſtraten. Congregationis Hiſpaniæ.

Clem. XI Conſt: ed: 1705, Maii 30, P.5 eſt de habitu, & Breviario. Et Bened: XIII Conſt: ed: 1725, Iun. 18, P.2 confirmatur huic ſimile Decretum.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

EManavit nuper a Congregatione venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpoſita Decretum tenoris, qui ſequitur videlicet = Ordinis Canonicorum Præmonſtratentium Congregationis Hiſpaniæ = Ad ſupplices Canonicorum Ordinis Præmonſtratentium Congregationis Hiſpaniæ inſtantias, Sacra Rituum Congregatio declaravit, atque decrevit, ut a Canonicis præfatæ Congregationis ad formam Induiti ſub die 28. Novembris 1722. ipſis conceſſi, Officia Sanctorum propriorum eorumdem Ordinis, juxta Ritum Breviarii, ac Miſſalis Romani recitari valeant. Die 11. Decembris 1723. = F. Card. Paulutius Præfectus. = N. M. Tedeſchi Archiepiſcopus Apamenus Sac. Rit. Congregationis Secretarius.

Decretū prædictum 1723. editum.

Preces Canonicorum. §.1. Cum autem, ſicut dilecti filii Canonici Regulares Congregationis, & Ordinis prædictorum nobis nuper exponi fecerunt, ipſi Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimum deſiderent. Nos ipſos exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium confirmamus, & approbamus; ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti.

Clauſulæ. §.2. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit pleniſſime ſuffragari, Sicque in præmiſſis per quoſcumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die IX. Februarii MDCCXXIV. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

X L V I.

Dat. 10. Febr. 1724. Ann. 3.

Statuitur ut Ruthenis ad fidei unitatem revertentibus bona ſua integre reſerventur.

Clem: XI Conſt. ed. 1704, Mar: 3, P.4. confirmata & ampliata fuere privilegia Neophytorum quoad temporalia. Et Bened. XIII. Conſt: ed: 1727, Feb. 14, P 2 Confirmatur Decretum de Hebræis declarantibus animum ſuſcipiendi Baptiſma.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

ÆTerni Paſtoris, qui miſericors, & miſerator exiſtit, nec vult mortem peccatoris, ſed ut magis convertatur, & vivat, vices, licet immeriti, in terris gerentes, iis etiam, qui a fide Chriſti aliquando aberrant, pietatis, & miſericordiæ, januam reſeramus, ac pœnas quas juris ſeveritas in eos ſtatuit, Apoſtolicæ Sedis clementia moderamur, ut ejuſdem ſedis benignitate allecti, ſuis abjuratis erroribus ad Chriſti ovile, & paſcua ſalutis reducantur.

Exordium a clementia Sedis Apoſtolicæ.

§.1. Cum itaque, ſicut Venerabiles Fratres Archiepiſcopi, & Epiſcopi Rutheni cum S.R.E. uniti nobis nuper exponi fecerunt, ipſi nil adeo Ruthenos Schiſmaticos, quo minus ad veræ, & Orthodoxæ fidei unitatem revertantur, detinere, ac morari compererint, quam metum privationis, & amiſſionis bonorum ſuorum tempora-

Metu privationis bonorum detinebantur Rutheni, quominus ad unitatem redirent.

poralium, quæ ad gremium S. R. E. revertentibus ex cauſa ſchiſmatis, in quod delapſi fuerant, multoties etiam per vim auferri conſueverunt, & ſi iſtiuſmodi pœna, quæ in illis partibus invaluit, e medio tolleretur, ac bona temporalia ad fidei Catholicæ unitatem redeuntibus reſervarentur, futurum ſperent, ut Rutheni Schiſmatici facilius, lubentiuſque ſchiſma, ejuſque errores abjiciant. Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos animarum ſaluti quantum cum Domino poſſumus conſulere cupientes, ipſorumque Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum votis hac in re favorabiliter annuere volentes, illorumque ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, quod deinceps omnibus, & ſingulis Ruthenis utriuſque ſexus tam Laicis, quam Clericis ſæcularibus, & quorumvis Ordinum, & Militiarum Regularibus cujuſcumque ſtatus, gradus, Ordinis, vel conditionis exiſtant, etiamſi Pontificali, aut alia quacumque Eccleſiaſtica, vel mundana dignitate fulgeant, qui ſchiſmate, ejuſque erroribus abjuratis, ad ejuſdem S. Romanæ, & Univerſalis Eccleſiæ unitatem ſincero corde revertentur (dummodo tamen relapſi non fuerint) bona, res, jura, & actiones tam active, quam paſſive, quæ ad eos etiam ante tempus, ac tempore eorum lapſus in ſchiſmate, & errores hujuſmodi quomodolibet legitime ſpectabant, ſeu ſpectare, eiſve competere poterant, integre reſerventur, ac reſervata, & reſervatæ eſſe intelligantur, ita quod poſt ſuam reverſionem ad ejuſdem Eccleſiæ communionem illa retinere, illiſque frui, & potiri libere, & licite poſſint, nulluſque eos deſuper ex cauſa ſchiſmatis moleſtare, vel perturbare, iiſque damnum, vel minimum præjudicium adferre audeat, ſeu præſumat, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, & declaramus.

Preces Epiſcoporum cum S. R. Eccleſia unitorum; & cauſæ præſentis Statuti.

Statutum reſervandi bona legitime ſpectantia Ruthenis non relapſis.

Clauſulæ.

§.2. Decernentes eaſdem præſentes Literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in futurum pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores & dictæ Sedis Nuncios judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Apoſtolicis, ac in Synodalibus, Provincialibuſque, & Univerſalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus; legibus quoque Imperialibus, & municipalibus, ac conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die X. Februarii MDCCXXIV. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

XLVII.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum de cultu immemorabili B. Andreæ de Comitibus.

Dat. 15. Febr. 1724. Ann. 3.

Clem: XI Conſt: ed: 1713, Sep: 12, P. 13. confirmatum fuit huic ſimile Decretum pro B. Gregorio. Et Bened: XIII: Conſt: ed: 1724. Iun. 4. P. 1. promulgatur Canonizatio Beati Ioannis a Capiſtrano.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium a promovendo cultu Servorum Dei.

APoſtolicæ ſervitutis officium, quod inſcrutabilis divinæ ſapientiæ, atque bonitatis altitudo humilitati, atque infirmitati noſtræ credere dignata eſt, ad ſpecialem fidelium ædificationem ſalubriter exequi, adſpirante superni favoris auxilio, jugiter ſatagentes, ſervorum Dei, qui, deſpecta ſæculi vanitate, jugum Domini in ſancta humilitate aſſumſerunt, & virtutum omnium præſidio muniti, decurſo feliciter mortalis vitæ ſtadio, immarceſcibilem gloriæ coronam in Cælis accipere meruerunt, cultum, & venerationem in terris libenter promovemus, ſicut Dei gloriæ, populorumque pietati convenire conſpicimus.

Decreto prædicto Congregationis confirmatæ fuit ſententiæ Epiſcopi Anagnini de d. cultu immemorabili.

§.1. Cum itaque alias ad relationem Venerabilis Fratris Noſtri Fabritii Epiſcopi Albanen. S. R. E. Cardinalis Paulutii nuncupati commiſſio introductionis cauſæ Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Servi Dei Andreæ de Comitibus Beati nuncupati Sacerdotis profeſſi Ordinis Minorum Sancti Franciſci in Congregatione Venerabilium Fratrum Noſtrorum ejuſdem S. R. E. Cardinalium ſacris Ritibus præpoſitorum habita die 25. Septembris proxime præteriti, admiſſa, & a Nobis poſtmodum ſignata fuiſſet; ſubinde vero inſtante dilecto Filio Joanne Baptiſta Lamberto de Aſte Fratre expreſſe profeſſo Ordinis Minorum ejuſdem Sancti Franciſci Conventualium nuncupatorum in ſacra Theologia Magiſtro hujuſmodi cauſæ Poſtulatore Proceſſus in Curia Epiſcopali Anagniæ ſuper cultu ab immemorabili tempore ipſi Beato præſtito, ſive ſuper caſu excepto a Decretis felic. record. Urbani Papæ VIII. Prædeceſſoris Noſtri in Congregatione Sanctæ Inquiſitionis editis, auctoritate ordinaria conſtructus, in quo Venerabilis Frater Joannes Baptiſta Epiſcopus Anagnin. ſententiam ſuper prædicto cultu protulerat in eadem Congregatione Cardinalium die 11. Decembris noviſſime elapſi, examinatus, ſimulque a dicto Fabritio Epiſcopo, & Cardinale propoſitum fuerit dubium = An ſententia prædicti Joannis Baptiſtæ Epiſcopi Anagnini, lata ſuper caſu excepto a Decretis ipſius Urbani Prædeceſſoris, ſive ſuper cultu publico, ab immemorabili tempore dicto Beato præſtito, eſſet confirmanda in caſu, & ad effectum, de quo agebatur? auditoque deſuper tam in voce, quam in ſcriptis dilecto Filio Magiſtro Proſpero Lambertini in utraque Signatura noſtra Referendario,

ac

Digitized by Google

ac Fidei Promotore, necnon omnibus in enarrato caſu excepto diligenter examinatis, ac mature diſcuſſis, memorata Congregatio Cardinalium reſcribendum cenſuerit affirmative. Hinc eſt quod Nos piis, atque enixis ejuſdem Joannis Baptiſtæ votis hac in re, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere, eumque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum a memorata Cardinalium Congregatione editum, ut præfertur, quod ſcilicet de caſo excepto a Decretis prædicti Urbani Prædeceſſoris, ſive de cultu publico ab immemorabili tempore dicto Beato Andreæ præſtito conſtet, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus; ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Preces Patris Magiſtri Conventualis Poſtulatoris.

Confirmatio præfati Decreti.

§.2. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum, pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari,

Clauſula.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.4. Volumus autem, ut ipſarum literarum tranſumptis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XV. Februarii MDCCXXVI. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Finis Conſtitutionum Innocentii XIII.

BENEDICTUS XIII.

PONTIFEX CCXLIX.

ANNO CHRISTI MDCCXXIV.



BENEDICTUS XIII. Romanus, Frater Vincentius Maria Urſinus antea vocatus, Ferdinandi Ducis Gravinæ Filius, S.R.E. Presbyter Cardinalis Tit. S. Sixti, primum Epiſcopus Sipontinus, deinde Cæſenatenſis, demum Portuenſis, & Archiepiſcopus Beneventanus, Summus Pontifex electus fuit die 29. Maji Anni 1724. Coronatus vero die 4. Junii, creavitque Cardinales 29. Vixit annos 81., dies 20., ſed in Pontificatu annos 5., Menſes 8., dies 23. Obiit die 21. Februarii Anni 1730., ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Mariæ ſuper Minervam. Vacavit Sedes menſes 4., dies 21.

I.

Dat. 4. Junii 1724. Ann. 1. Promulgatur Canonizatio B. Iſidori Agricolæ a Gregorio XV. in Sanctorum tabulas relati.

Alia huic ſimilis Conſtitutio edita fuit a Clem: XI 1712, Maij 22, P. 12. Et ab hoc Pontifice numero ſequenti. Peracta fuit Canonizatio an: 1622, Mar: 12, P. 2.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. RAtioni congruit, & convenit æqoitati, ut quæ olim Romanus Pontifex in plenario Conventu Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum unanimi eorum conſilio communicato, ſanxit, & definivit, licet poſtea ob ejus Pontificis obitum, literæ Apoſtolicæ de his conſcriptæ non fuerint, ſuum tandem conſequantur effectum. Summus rerum Opifex ſuæ virtutis potentiam oſtenſurus, noſtræque ſaluti cauſam acturus fideles ſuos, quos coronat in Cœlo, ſæpe etiam honorat in mundo ad eorum memorias ſigna, & prodigia faciens, per quæ pravitas hæretica confundatur, & Fidei Catholicæ veritas confirmetur.

§. 1. Hinc piæ recordationis Rumani Pontifices autecceſſores noſtri, quum olim audiſſent luculentis indiciis patefieri apud hanc Sanctam Apoſtolicam Sedem Beatum Iſidorum Agricolam inter mortales degentem magnis vitæ meritis, & virtutibus excelluiſſe, ac poſtea viventem in Cœlo multis miraculis coruſcaſſe, inde — Expoſitio facti, & Vitæ Vener: Iſidori Beatis Viris a Paulo V. adnumerati.

ex

ex venerandis S. R. E. Conſtitutionibus, & regolis, certum ejus Sanctitatis argumentum propterea duxerunt, cum & merita vera præceſſiſſent, & miracula clara conſueta eſſeut, unde Romana Eccleſia ad ejus venerationem induceretur, quem Deus meritis præcedentibus, & ſubſequutis miraculis venerandum oſtenderat. Quare fel: me: Anteceſſor noſter Gregorius Papa XV. ad univerſalis Eccleſiæ regimen evectus poſtquam ex frequenti relatu coram ſe habito eaimias virtutes, & ſigna quamplurima ejuſdem B. Iſidori intellexit, quem oblongam, generalem, & aſſiduam Sanctitatis famam, & cultum viro Dei per multa ſecula couſtanter exhibitum Gregorii, noſtrique Anteceſſor Paulus PP. V. Rege Catholico Philippo III. per Oratores ſuos vehementiſſime flagitante Beatis viris adnumerandum rite ſanciverat, de eodem poſt maturam deliberatiunem per longas, & complures diſcuſſiones hac de re habitam, in Sanctorum Canonem more majorum provide referendo cogitavit.

Ejus ortus. & cultus ei tributus.

§.2. Mantuæ Carpetanorum Sede Regum Hiſpaniæ, quæ alias *Metritum* vocatur in Diœceſi Toletana, humilibus quidem, ſed piis, Catholiciſque Parentibus natus floruit Iſidorus Seculo decimoſecundo, cujus nomen tanquam probatiſſimi hominis, vitæque mira iunocentia, & ſignorum gloria illuſtris, indeuſque ad Seculum decimumſeptimum, uno omnium Hiſpanorum oré, celebratum eſt univerſis honoribus eo palam tributis, quæ in Eccleſia Catholica unis Beatis, & Sanctis viris tribuuntur. Chriſtianas virtutex a tenerioribus annix ita coluit Iſidorus, ut adultiur factux cæteris artibus, quibus vitam aleret, prupterea Agriculturam prætulerit, quod humilior, laborioſior, animæque ſaluti comparandæ aptior, & tutior ei videretur. Hanc toto vitæ ſuæ tempore ita exercuit, ut vel minima pietatis, & religionis officia, quæ ſemel ſuſceperat, nulla unquam die cauſa ejus prætermitteret. Ad agrum colendum nunquam acceſſit, quin prius audito Sacroſanctæ Miſſæ Sacrificio, precibuſque ad Deum, ac Beatam Virginem ex imo pectore fuſis divinum auxilium imploraſſet, quod illi ſæpe numero præſto fuit, ubi præſertim apud herum cujus agrum curabat: propterea accuſatux eſt, quod pietatis operibus plus æquo occupatus, agri opus negligere videretur. Herus enim irarum plenus, ut de Iſidoro pœnas ſumeret in agrum, quem incultum putabat profectus trino illum boum jugo arari couſpexit, unum, & alterum gemini juvenes albis induti regebant, tertium vero Iſidorus. Duo illi hero accedente diſparuerunt, atque ita factum, ut herus vera eſſe intelligeret, quæ ei ſæpe affirmaverat Iſidorus, horas nimirum, quas divino obſequio impendiſſet, nequaquam perire. Rurſus Iſidoro divinæ orationi in ſacra æde vacanti nunciatur ejus jumentum a lupo, niſi citus accurreret jamjam devorandum, ipſo tamen ob id ſe ab oratione evelli non paſſo, abſolutaque oratione, ex æde egreſſo jumentum incolume reperitur: lupus vero prope ipſum exanimis Deo pro Iſidori precibus vicariam operam ei rependente.

Ejus ars agricultura, & peculiaris in Deum pietas, in cujus gratiam ſigna cœlitus edita ſacta.

Eximia in pauperes charitas: ſignumque a Deo patratum.

§.3. Tanta fuit Iſidori charitas erga proximum, ut ſibi pauperi, egenis, & pauperibus profuturus neceſſaria ſubtraheret. Quum omnia in eos aliquando erogaſſet, alius quidem ſtipem deprecaturus advenit, Iſidoro mœrente, quod nihil pauperi dandum ſuppeteret, piiſſime conjux ſemel, atque iterum ei obſequutura ollam vacuam ſcrutatur, quam tandem cibo plenam reperit, quo pauper eſuriens abunde reficeretur. Eadem Beati Iſidori conjux Maria a capite nuncupata virtutum, & morum Sanctitate venerabilis, viroque ſuo plane perſimilis apud Hiſpanos habita eſt. Hinc ejus antiquiſſimus cultus a piæ me: Deceſſore noſtro Innocentio XII. Anno Chriſti Domini milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo ſeptimo probari meruit, in examen adductus per Venerabiles Fratres S. R. E. Cardinales, referente Joanne Franciſco Diacono Cardinali S. Adriani Albano nuncupato mox ejuſdem Innocentii in Cathedra Beati Petri Succeſſore fel: rec: Clemente XI. Anteceſſore noſtro magnam Iſidori charitatem, non tantum erga homines, ſed erga ipſa animantia, Cælique volatilia Deus pergratum ſibi eſſe manifeſtavit. Quandoquidem aſperrima hyeme dum omnia nivibus, & glacie concreta rigerent, Iſidorus triticum mola frumentaria terendum advehens palumbas fame confectas arboribus mæſte inſidentes conſpicatus, quod nive omnia tegente deeſſet unde alerentur, ipſe terram nive deterſit, tantum tritici ſpargens, quantum Palumbis alendis ſatis eſſe arbitraretur. Factum diſplicuit Socio Iſidori, ab eo propterea correpti, Deo tamen nequaquam diſplicuit, qui triticum, quod ſupererat, ita auxit, ut poſtea nihil a ſacco extractum videretur.

B. Iſidori Conjux morum ſanctitate clara.

Ejuſdem vel erga animantia benignitas Deo pergrata.

Injuriarum tolerantia, &c.

§.4. Injuriis quibuſcumque ſe inconcuſſum ſemper oſtendit, deque fraudata opera, licet falſo accuſatux, hoc ægre non tulit, quin potius pacate reſpondit accuſatorum arbitrio ſe hero ſuo ſatisfacturum. Probi viri fiducia in Deum tanta fuit, ut omnia licet magna, & difficilia certo ſperaret. Quamplurima præcellentis hujus virtutis exempla occurrunt, ex quibus unum ſilentio non præteribimus. In ſacra æde orationis dulcedine captus, ad Socios pium de more couvivium inſtruentes ſero deſcendit, neque ipſe unus, ſed pauperum, qui eum, ut Patrem ſequebantur, grege ſtipatus deſcendit, nihil ex convivio præter portionem ſeorſum pro eo ſervatam ſupererat ob multitudinem eſurientium triſtes ſocios bono animo eſſe juſſit Iſidorus ſuam portionem viritim inter eos dividendam. Mox Iſiduri portio tam copioſa reperitur, ut non modo præſentes affatim, ſed abſentes etiam paſcere potuerit; ſed alii quoque multis, & magnis miraculis per Iſidori etiam num viventis merita, & Sanctitatem Deus patefecit. Hero enim in agro, quem Iſidorus arabat, ſitienti aquam in loco ſicco, & undique arido, percuſſa terra manantem aperuit, quæ hactenus manat perennis, nullis unquam Solis ardoribus exſiccata. Et vis divina ineſſe dignoſcitur, Deuſque per Iſidori interceſſionem in agris ad eam confluentibus aſſidua ſigna operatur.

Spes in Deū præcipua, pluribus miraculis comprobata.

Ejus obitus 1130. & multo poſt tempore corpus integrum reperitur.

§.5. His, aliiſque quamplurimis Dei ſervus per omnem Hiſpaniam celebris, & illuſtris pie obiit circa annum Chriſti Domini milleſimum centeſimum trigeſimum, poſtquam præeunte Sacramento Pœnitentiæ, humilique confeſſione ſuos ad veram pietatem, & charitatem ferventi efficacia cohortatus, Corpux Domini cum ſumma religione ſuſcepiſſet. Servi Dei corpus ſub diu totos quadraginta annos in cœmeterio depoſitum

ſitum jacuit imbrium injuriis, quaſi in cloacam per Scrobem in ſepulturam ejus confluentium, expoſitum, elapſo quadrageſimo anno Dei monitu corpus e cœmeterio in ædem ad honorem B. Andreæ Apoſtoli Dei ſacrum transferendum, effoditur, quod integrum, atque incorruptum velaminibus pariter integris, & incorruptis contectum, ſuavique odore fragrans repertum eſt. Tandem Anno Chriſti Domini milleſimo ſeacenteſimo decimotertio ea novo, & honorifico ſepulcro ubi antea conditum fuerat rurſus eatractum eadem integritate, & ſuavi fragrantia ſpectandum omnibus patuit. Iſidori ſacras exuvias innumeris miraculis Deus illuſtravit, cæci enim, ſurdi, clandi, aliique non pauci variis morbis laborantes pulvere ſepulturæ uſi convaluerunt, ſacrum ædium Mantuæ Carpetanorum æs Campanum, atque Organum tandiu nemine pulſante ſonuerunt, quandiu ſupplex, & publicus translationis Proceſſus duravit. Ad unum omnia ob Servi Dei invocationem in ægris ſanitati reſtituendis acta prodigia longum eſſet enumerare. Omnia in actis apud Apoſtolicam Sedem ſufficienter, & legitime probata fuerunt, perpetuoque pro luculentis, & apertiſſimis teſtimoniis ſummi Dei habebuntur, qui ad plenam Fidem de Iſidori ſanctitate faciendam, quaſi teſtis ſpeciatim invocatus, & rogatus acceſſit.

Plura ſigna ad ejus ſacras exuvias caliтus patrata.

§.6. Hæc triennali ſpatio per S.R.E.Cardinales coram piæ mem: Antecesſoribus noſtris Romanis Pontificibus Paulo V., & Gregorio XV. ſolemni examine, poſt illum Beatorum Canoni adſcriptum, diſcuſſa fuerunt omnibus in eam ſententiam abeuntibus, ut ejuſdem S. R. E. legitimo Ritu Iſidorum Agricolam in Sanctorum Confeſſorum tabulas referendum eſſe cenſuerunt jamdiu id vehementer poſt Philippum III. Regem Catholicum, etiam Philippo IV. ejus filio, & ſucceſſore, immo, & tota Hiſpania apud Sedem Apoſtolicam flagitantibus. Quare Gregorius ea veteri Eccleſiæ Romanæ diſciplina in tribus Conſiſtoriis coram ſe habitis, tota re denuo in conſilium adducta, jejuniiſque, eleemoſynis, & orationibus divino ad id auxilio implorato, Decretum condidit de Iſidoro inter Sanctos publice referendo. Ad hæc idem Pontifea univerſis quæ ex ſacris Conſtitutionibus, & S. R. E. conſuetudine agenda erant, rite peractis quarto Idus Martias Anno Chriſti Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimoſecundo Pontificatus ſecundo in Sacro ſanctam Baſilicam Principis Apoſtolorum maximo apparatu, & frequentia profectus in plenario Venerabilium Fratrum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Conventu repetitis pro Iſidoro in Sanctorum Canonem referendo, ferventiſſimis ad Deum precibus, Sanctique Spiritus gratia humiliter implorata ad honorem Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Fideique Catholicæ exaltationem auctoritate Omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, totius ejuſdem plenarii Conventus conſilio, unanimique conſenſu Beatum Iſidorum Agricolam Hiſpanum, de cujus vitæ ſanctitate, fidei ſinceritate, & miraculorum excellentia plene conſtabat una cum Beatis Confeſſoribus Ignatio Loyola, Franciſco Xaverio, Philippo Nerio, Sacraque Dei Virgine Tereſia a Jeſu Sanctum eſſe pronunciavit, Sanctorum Confeſſorum Catalogo in univerſa Eccleſia adſcribendum eſſe decrevit, ab omnibus Chriſtifidelibus tanquam vere Sanctum colendum, & honorandum eſſe definivit, in ejus honorem ſacras ædes, atque aras, ubi incruentum Deo Sacrificium offeratur, conſtrui, & conſecrari poſſe, & ſingulis annis Idibus Maij ejuſdem feſtum, ut Sancti Confeſſoris celebrari ſancivit, quem poſtea piæ mem: Urbanus Papa VIII. in tabulas Martyrologii Romani ſub die ſeata Idus Majas referendum curavit; Gregorius eadem quoque Apoſtolica auctoritate omnibus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui eodem feſto die ſepulcrum, ubi Iſidori corpuſculum requieſcit devote inviſiſſent, annum unum, & quadragenam, iis, qui in feſti octava, quadraginta dies de injunctis, ſeu quomodolibet eis debitis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxavit. Poſtremo gratiis cum lætitia Deo actis, quod Sanctum Iſidorum Agricolam cum cæteris Confeſſoribus, & Virgine Deo ſacra in conſpectu omnium gentium honorificaſſet, ſuamque Eccleſiam perinſigni hoc lumine illuſtrari voluiſſet cantata in ejuſdem Iſidori, & cæterorum ſolenni oratione in ara maxima ſupra Confeſſionem Beati Petri Miſſam cum ejuſdem commemoratione celebravit, omnibuſque Chriſtifidelibus, qui tantæ cæremoniæ aderant, plenariam peccatorum Indulgentiam, & remiſſionem largitus eſt.

Poſt examen triennale ad preces Philippi III, & IV Hiſpaniarum Regum Sanctorum Catalogo adſcriptus fuit una cum 4 aliis Sanctis a Gregor. XV.

Ejus Feſtum 15 Maij, & in eo ac per octavam Indulgentiæ ab Urbano vero VIII in Martyrologiū relatus fuit.

§.7. Ne vero de hoc Decreto Apoſtolico, definitione, ſanctione, adſcriptione, relatione, ſtatuto, conceſſione, cæteriſque præmiſſis, propterea, quod de illis per eumdem Gregorium XV. perque Succeſſores piæ me: Urbanum PP.VIII., Innocentium X., Alexandrum VII., utrumque Clementem IX., & X., Innocentium XI., Alexandrum VIII, Innocentium XII., Clementem XI., atque Innocentium XIII. Anteceſſores noſtros, literæ decretales de more conſcriptæ & promulgatæ non fuerint, unquam poſſit in poſterum quomodolibet hæſitari, Nos qui iiſdem Romanis Pontificibus diſponente Domino in Cathedra Beati Petri, licet immeriti tandem ſucceſſimus, volumus, & Nobis tradità Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut Decretum, definitio, ſanctio, adſcriptio, relatio, ſtatutum, conceſſio, cæteraque hactenus recenſita ab jam dicta die quarto Idus Martias anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimiſecundi ſuum undequaque conſequantur effectum, ac ſi ſuper illis ab eodem Gregorio revera literæ Decretales eadem die conſcriptæ, & promulgatæ fuiſſent, ut ſuperius enarratur.

Cauſa hujus Conſtitutionis.

Promulgatio Canonizationis B. Iſidori.

§.8. Volumus autem, ut præſentes noſtræ ad probandum Decretum, definitionem, ſanctionem, adſcriptionem, relationem, ſtatutum, conceſſionem, cæteraque præmiſſa ubique omnino ſufficiant, neque alterius cujuſcumque probationis adminiculum ad id amplius requiratur.

Clauſulæ.

§.9. Præterea quia difficile foret has noſtras ad ſingula loca, ubi opus eſſet adferri, volumus, ut earumdem exempla, etiam typis impreſſa manu publici Notarii ſubſcripta, ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitæ, eamdem ubique fidem obtineant, quam hæ noſtræ obtinerent ſicuti eas exhiberi, vel oſtendi contingeret.

§.10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Decreti, definitionis, ſanctionis, adſcriptionis, relationis, ſtatuti, conceſſionis

infringere, aut ei temerario auſu contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Septingenteſimo Vigeſimo Quarto, Pridie Nonas Junias, Pontificatus noſtri Anno Primo.

✠ Ego Benedictus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.



†
†
†
†
† *Ego Franciſcus Epiſcopus Præneſtinus Card. Barberinus.*
† *Ego Laurentius Epiſcopus Tuſculan. Cardinalis Corſinus.*
†
† *Ego Joſeph Tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Card. Sacripantes.*
†
†
† *Ego Philippus Antonius Tit. S. Cæciliæ Presbyter Card. Gualterius.*
†
†
†
†
† *Ego Ludovicus Tit. S. Silveſtri in Capite Presbyter Cardinalis Picus de Mirandula.*
†
†
† *Ego Antonius Felix Tit. S. Balbinæ Presbyter Cardinalis Zondadari.*
†
† *Ego Petrus Marcellinus Tit. S. Mariæ Tranſtyberim Presbyter Cardinalis Corradinus.*
†
†
†
† *Ego Melchior Tit. S. Mariæ Angelorum Presbyter Cardinalis de Polignac.*
†
†
†
†

† *Ego Bernardinus Tit S. Petri in Monte Aureo Presbyter Cardinalis Scottus.*
†
†
† *Ego Nicolaus Tit. SS. Nerei, & Achillei Presbyter Cardinalis Spinula.*
†
†
†
† *Ego Georgius Tit. S. Agnetis Presbyter Cardinalis Spinula.*
†
†
†
† *Ego Ludovicus Tit. S. Priſcæ Presbyter Cardinalis Bellugu, & Moncada.*
† *Ego Joſephus Tit. S. Suſannæ Presbyter Cardinalis Pereyra de la Cerda.*
† *Ego Joannes Baptiſta Tit. S. Stephani in Monte Cœlio Presbyter Cardinalis Salernus.*
† *Ego Alvarus Tit. S. Bartholomæi in Inſula Presbyter Cardinalis Cienfuegos.*
†
† *Ego Joannes Baptiſta Tit. S. Matthæi in Merulana Presbyter Cardinalis de Alteriis.*
† *Ego Vincentius Tit. S. Onuphrii Presbyter Cardinalis Petra.*
† *Ego Vincentius Tit. S. Calixti Presbyter Cardinalis Mareſoſchi.*
†
† *Ego Nicolaus Tit. S. Mariæ in Domnica Presbyter Cardinalis Coſcia.*
†
†
†
†
† *Ego Benedictus S. Mariæ in Via Lata Diaconus Cardinalis Pamphilius.*
† *Ego Joſeph Renatus S. Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis Imperialis.*
† *Ego Laurentius S. Agathæ ad Montes Diaconus Cardinalis de Alteriis.*
† *Ego Carolus S. Angeli in foro Piſcium Diaconus Cardinalis Columna.*
† *Ego Curtius S. Euſtachii Diaconus Cardinalis Origus.*
† *Ego Fabius SS. Viti, & Modeſti Diaconus Cardinalis Oliverius.*
† *Ego Carolus S. Mariæ in Aquirio Diaconus Cardinalis Marinus.*
† *Ego Julius S. Adriani Diaconus Cardinalis Alberonus.*
† *Ego Alexander S. Mariæ in Coſmedin Diaconus Cardinalis Albanus.*
†
† *Ego Nicolaus Tit. SS. Martyrum Diaconus Cardinalis de Judice.*
†
†
†
†
†

P. Card. Prodatarius.

F. Card. Oliverius.

VISA

De Curia I. Archiepiſcopus Ancyran.
L. Martinettus.

Pro-

II.

Dat. 4. Junii 1724. An. 1.

Promulgatur Canonizatio B. Andreæ Corſini Ordinis Carmelitarum, in Sanctorum numerum ab Urbano VIII. relati.

Similes ſunt huic Conſtitutiones præcedens, & ſequens. Peracta fuit Canonizatio ann: 1629, Apr. 22, P. 6,

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

RAtioni congruit, & convenit æquitati, ut quæ Romanus Pontifex in plenario conventu Venerabilium Fratrum S.R.E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum unanimi eorum conſilio communicato, ſanxit, & definivit, licet poſtea ob ejuſdem Pontificis obitum literæ Apoſtolicæ de his conſcriptæ non fuerint, ſuum tandem conſequantur effectum.

Expoſitio facti, & vitæ B. Andreæ.

§.1. Jamdudum piæ recordationis Anteceſſor Noſter Urbanus PP. VIII. ob divinitus ſibi traditam totius Eccleſiæ adminiſtrationem de Populi ſibi commiſſi æterna ſalute, & ſummi Dei gloria maxime ſolicitus, utrique augendæ plurimum expedire ſecum animo reputavit, ſi eorum memoriam ſolemni laude ubique recolendam curaret, quorum aſſiduis precibus grex Chriſtianus in cælis adjuvari poſſet. Quare de pia converſatione, & eximiis vitæ meritis Beati Andreæ Epiſcopi Feſulani optime edoctus, quem ob ſignorum quoque præſtantiam ſub piæ memoriæ deceſſoribus Romanis Pontificibus Clemente VIII., & Paulo V. celebrari, ejuſdemque geſta ex S.R.E. diſciplina, & regulis, majorumque traditionibus ſæpe in examen vocari, & undequaque probari olim audierat, eum rite Sanctorum Canoni adſcribere ſtatuit.

Ejus ortus 1302.

§.2. Andreas die feſto recurrente Beati Andreæ Apoſtoli, unde in Baptiſmo nomen accepit, Florentiæ Tuſcorum pridie Kalendas Novembres anno Chriſti Domini 1302. claro in primis Corſinorum genere ortus eſt, quum ejus Parentes jam ſteriles in Sacra æde Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo primum fructum ex ſe proditurum, Deo, & Matri ejus voviſſent. Adoleſcens de hoc monitus, deque lupo in candidum agnum convertendo, quem Mater ſibi parere viſa fuerat, eorumdem Fratrum Carmelitarum Ordini nomen dedit, nullis retro Mundi illecebris ſe revocari paſſus.

Carmelitarũ ordinem ingreditur.

Susceptis Regulæ inſignibus, & profeſſione facta, nihil antiquius habuit, quam ut Inſtitutum, cui ſe dicaverat, accurate obſervaret. In Chriſtianis Virtutibus, præſertim humilitate, ſe vir Dei maxime exercuit, viliora Cœnobii opera obeundo, inque penſis diurnis, nocturniſque perſolvendis ſumme ſolicitus, vitis ſermentorum acervo pro lectulo uſus, aſperimoque cilicio, & catena; jejuniis etiam præter communia non paucis corpus caſtigans, itaut aquam ipſam, & panem, quibus parce aleretur metiri conſueverit.

Singularis humilitas; corporiſque caſtigatio.

Ad ſacros ordines promotus, primumque Miſſæ ſacrificium celebraturus, Deiparam Virginem ſibi loquentem audiri meruit, ſuperis adeo gratus, ut per ejus preces infirmi, nulla ope humana ſanabiles, cunctis mirantibus, priſtina ſalute donarentur. Sacris literis imbuendus triennium Lutetiæ tranſegit, ubi a condiſcipulis cæcus, ſurdus, & mutus propterea nuncupatus, quod omnes ſenſus ab impudicitiis frænaret. Inde redux viſum cæco, aqua luſtrali conſperſo, Avenione reſtituit. In patriam reverſus hydropem ſanat, digito in nomine Jeſu ori ejus injecto, unde mox aquæ cadus effluxit.

Ad ſacros ordines promotus variis claruit ſignis.

Andreæ virtutum hoc pacto, & ſignorum fama reſonante, Eccleſiam Feſulanam ſuo Paſtore viduari contingit, cui totius cleri, populique ſuffragio ipſe ſufficitur: qui tamen, nuncio electionis audito, clam in Carthuſiæ Florentinæ receſſum aufugit, Dei Matrem exorans, ut ſe ab ea dignitate liberaret. Illo diu quæſito, nec reperto, de Præſulis electione mutanda Clerus, & Populus Feſulanus conſilium ineunt. Sed puer trimus cœtum electorum ingreſſus, Andream Epiſcopum probe renunciatum, nequaquam mutandum exclamat: inter Carthuſianos orantem deliteſcere; unde ad Feſulanam Eccleſiam, de onere pontificali ſubeundo ipſe quoque viſu monitus, perducitur.

Ad Eccleſiam Feſulanã mirabiliter evectus.

A beatæ memoriæ Urbano PP. V. deceſſore Noſtro in paſtorali munere confirmatus, oves ſuas omni pietatis officio paſcere ſatagit. Suis ipſe manibus ſtipem egenis viritim porrigere ſolitus, ſingulorum nomina in codice ſeorſum ſibi deſcripſit; quumque aliquando annonæ caritas ingrueret, quotidie eſcam pauperibus ipſe erogabat: qua deficiente, numeroque pauperum aucto, panis ubertim in arca multiplicatur. Florentinorum Republica in partes ſciſſa, funeſtis, perpetuiſque diſcordiis laborante, Feſulanus Epiſcopus ſacris concionibus pacis unitatem Civium animis inſerere ſtudet, dæmoneſque corvorum ſpecie in aere prælliantes oſtendens, omnes ab inteſtinis, & Civilibus odiis deterret. Hinc idem, quem memoravimus, beatæ memoriæ Urbanus PP. V. cognito divinæ gratiæ dono, quo Feſulanus Epiſcopus in componendis Populorum diſcordiis pollebat, Legatum Bononiam mittit, ut diſſidentia pectora mitigaret, feroceſque Civium animos flecteret, Andreas Pontificis juſſis obtemperans, illuc proficiſcitur, ubi tumultuantes venerandi Præſulis auctoritate, & verborum dulcedine capti, mox depoſitis armis in concordiam reducuntur, paucis, qui adverſabantur, atroci morbo correptis: qui tandem meritis Beati Andreæ liberati, ab omni odio quieverunt.

In egenos benignitas & in componendis diſſidiis ſtudium.

Ita vir Dei, negocio confecto, magna omnium laude, & plauſu Feſulas remeavit, ubi in memoriam Chriſti Domini qualibet feria quinta pauperum pedes lavare ſolitus, cujuſpiam tibias plagis graveolentibus, & putredine infectas ab ſe lotas, lacrymiſque conſperſas, oſculatus, undequaque curavit. Die mortis appropinquante, eam ipſa nocte Natalis Chriſti Domini ſummo gaudio antequam primam Miſſam celebraret, ſibi nocte Epiphaniorum adventuram, a Deipara Virgine accepit; qua, pſalmis, & catholicæ fidei ſymbolis ſibi prælectis, verbiſque Simeonis prolatis: *nunc dimittis*, ad gloriam æternam evolavit VIII. idus Januarias anno Dominicæ Incarnationis 1373. ætatis 72. ab ingreſſu ad Religionem 55. Epiſcopatus 12. Ex ejus corpuſculi in paleis ſtrati ſuavi odore, perplures infirmi, multi etiam ex ejus tactu, ſtatim convaluerunt. Deus quoque ad idem

Ejus obitus 1373, & poſt illum miracula.

Digitized by Google

idem corpuſculum, Florentiam translatum, atque inſtar viventis in cathedra ſedens, plurima ſigna patefecit. Anno vero 1440. piæ memoriæ deceſſore Noſtro Eugenio PP. IV. Florentiæ commorante, externoque milite agrum Florentinum crudeliter depopulante, atque ipſi Civitati ob eventuram cladem perterrefactæ, incubante, Deus per Beatum Andream, ad quem miraculis clarum populus in tanta calamitate ſibi impendente confluebat, adoleſcenti revelavit, in proximo die natali Beati Petri Apoſtolorum Principis, Romanæ Eccleſiæ prædonem, & Florentinorum hoſtem devictum iri: qua quidem re Civitatis decemviris juſſu beati viri per adoleſcentem nunciata, prælioque inito, hoſtes fuſi ſunt, & Florentinorum Reſpublica cum rebus Eugenii Pontificis, & Eccleſiæ Romanæ a tyrannide liberata. Quare ad ædem Carmelitarum maxime ſupplicatio indicta eſt, ubi Papa Eugenius, S. R. E. Cardinalibus ibidem præſentibus, & Clero, Senatu, populoque Florentino flagitantibus, corpus Beati Andreæ inter accenſa funalia, & thurificationis palam oſtendi conceſſit; quo ex tempore Andreas, ut relatus in Sanctorum Canonem, habitus eſt. In rei memoriam Magiſtratus Florentinorum quotannis ſacram ædem, ubi pii viri corpus requieſcit, magna religione inviſere conſueverunt.

Per ejus preces Florentiæ, & Eugenii IV. hoſtes fuſi ſūt.

Hinc ſingularis in eundem publicus cultus.

§. 3. Hinc eximiis, & probatiſſimis viri Dei virtutibus, & ſignis per eum patratis, cultuque publico aucto, Clerus, & Reſpublica Florentinorum a felicis memoriæ Paulo PP. II. anteceſſore noſtro Andream ritu ſolemniori in Sanctorum canonem referendum popoſcit, negociumque ab eodem Paulo II. atque etiam a piæ memoriæ ſucceſſore ejus Sixto IV. aliquot S.R.E. Cardinalibus commiſſum eſt. Sed hominum, & temporum vices rem alio traxerunt. Interim felicis recordationis Gregorius XIII. Anteceſſor noſter Miſſam, & Officium ejus primum, ſecundum Miſſale, & Breviarium Ordinis Fratrum Carmelitarum pro die 14. Januarii oraculo ſuo comprobavit, alias ab antiquo tempore Florentiæ in Eccleſia Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, inque tota Diœceſi Feſulana celebrari ſolita. Tandem ſub piæ memoriæ Anteceſſore noſtro Clemente Papa VIII. Chriſtianiſſimo Rege Francorum Henrico IV., & Maria Regina, Ferdinando quoque in Etruria ſibi ſubjecta Magno Duce, aliiſque enixe poſtulantibus, de Andrea Sanctorum canoni adſcribendo actum eſt. Clemente autem viam univerſæ carnis ingreſſo, ſedente felicis recordationis Paulo PP. V. iteratis eorumdem Virorum principum, aliorumque precibus, de hoc pariter actum. Sed Paulo, & ſucceſſore ejus Gregorio XV. deinde etiam ſublatis, tandem recolendæ memoriæ Urbanus PP. VIII. qui in Cathedra Beati Petri utrique ſucceſſerat, poſt ſervi Dei vitam, geſta, virtutes, & miracula, ex antiquo Romanorum Pontificum Inſtituto, ſibi compluries, de more enarrata, inque tribus Conſiſtoriis, coram ſe, ad Apoſtolicarum Conſtitutionum Regulas, habitis magna ſolemnitate diſcuſſa, atque omnium ſuffragio comprobata, eumdem Beatum Andream Epiſcopum Feſulanum Sanctorum canoni adſcribere ſtatuit. Itaque indicta die 10. Kalendas Majas anno 1629. univerſis, quæ agenda erant, ad Sanctorum Patrum traditiones, ſacrorum canonum inſtituta, & S. R. E. venerandos ritus, & diſciplinam rite peractis, idem Urbanus PP. VIII. in Sacroſanctam Beati Petri Apoſtolorum Principis Baſilicam magno apparatu, & celebritate proceſſit, ubi in plenario Venerabilium Fratrum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Conventu pro Beato Andrea in Sanctorum Canonem referendo, repetitis ſumma religione ad Deum precibus, implorataque Spiritus Sancti gratia, ad honorem Sanctæ, & individuæ Trinitatis, exaltationem fidei Catholicæ, & Chriſtianæ Religionis incrementum, auctoritate omnipotentis Dei, Patris, Filii, & Spiritus Sancti, ac Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, plenarii ejuſdem Conventus Conſilio, unanimique acclamatione, & ſuffragio, beatæ memoriæ Andream Corſinum Florentinum Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, Epiſcopum Eccleſiæ Feſulanæ, de cujus virtutum, & prodigiorum magnitudine cumulate conſtiterat, Sanctum eſſe decrevit, inque Sanctorum Confeſſorum Pontificum Canonem retulit, & referendum eſſe pronunciavit, eundemque ab univerſis Chriſtifidelibus, ut vere Sanctum, ubique colendum, honorandumque; in ejus honorem Sacras ædes, & Altaria, in quibus incruentum ſacrificium Deo offeratur, conſtrui ac dicari poſſe definivit, & quotannis octavo idus Januarias, quo ad Cœleſtem patriam evolavit, ejus memoriam, ut Sancti Confeſſoris Pontificis, pie coli ſancivit: quem etiam, ut talem, anno inſequenti Martyrologio Romano octavo idus Januarias inſerendum curavit. Poſtremo gratiis Deo cum exultatione actis, quod Sanctum Andream in conſpectu omnium gentium honorificaſſet, tamque inſigni gloria Eccleſiam ſuam decorari voluiſſet, idem Urbanus Pontifex omnibus, quæ ad Beatum Andream in Sanctorum Canonem referendum pertinebant, ſancte adimpletis, hymniſque cantatis, divinoque præſidio ex viri Dei meritis, peculiari collectæ in ejus honorem, implorato, ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium in ara maxima ſupra Confeſſionem Principis Apoſtolorum ſolemni ritu celebravit, atque omnibus Chriſtifidelibus, qui tantæ cæremoniæ intererant, plenariam peccatorum Indulgentiam ad Dei laudem, & Beati Andreæ honorem largitus, cunctis vere pœnitentibus, & confeſſis, ejus anniverſario die ad locum depoſitionis acceſſuris, annum unum, & 40. dies, in octava autem 40. dies de injunctis pœnitentiis miſericorditer relaxavit.

A Greg. XIII ejus officium, & miſſa approbata pro die 14 Jan.

Ab Urb. VIII ad preces Henrici IV Francorum Regis, & Ferdinandi M. Ducis Etruriæ, Sanctorum albo adſcriptus eſt.

Item in Martyrologio deſcriptus, & in die feſto Indulgētiæ conceſſæ.

§. 4. Ne vero de hujuſmodi Urbani VIII. Decreto Apoſtolico, definitione, ſanctione, adſcriptione, relatione, ſtatuto, conceſſione, cæteriſque præmiſſis, propterea quod ſuper his ab eodem Urbano, aut ab ejus ſucceſſoribus piæ memoriæ Romanis Pontificibus deceſſoribus noſtris Innocentio X. Alexandro VII. utroque Clemente IX., & X. Innocentio XI. Alexandro VIII. Innocentio XII. Clemente XI., & Innocentio XIII. literæ decretales de more conſcriptæ, & promulgatæ non fuerint, unquam poſſit quomodolibet hæſitari: Nos qui iiſdem, licet immeriti, diſponente Domino in Cathedra Beati Petri ſucceſſimus, volumus, & Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut Decretum, ſanctio, relatio adſcriptio, cæteraque hactenus recenſita a jam dicta die 9. Kal. Majas anni 1629. ſuum undequaque, & plenum conſequantur effectum, ac ſi ab eodem Urbano VIII. literæ decretales revera eadem die con-

Cauſæ hujus Conſtitutionis.

Promulgatio recenſitæ Canonizationis B. Andreæ.

Digitized by Google

conſcriptæ, & de more promulgatæ fuiſſent, ut ſuperius enarratur.

Clauſulæ. §.5. Volumus autem, ut præſentes literæ ad probandum Decretum, definitionem, ſanctionem, adſcriptionem, relationem, ſtatutum, conceſſionem, cæteraque præmiſſa, obique omnino ſufficiant, neque alterios cujuſcumque probationis adminiculum ad id amplius requiratur.

§.6. Præterea, quia difficile foret, has noſtras ad ſingula loca, obi opus eſſet, adferri, volumus, ut earundem exempla, etiam typis impreſſa, manu publici Notarii ſubſcripta, ſigilloque alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ muoita, eamdem ubique fidem obtineant, quam hæ noſtræ obtinerent, ſicubi eas exhiberi, vel oſtendi contingeret.

§.7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Decreti, definitionis, ſanctinnis, adſcriptionis, relationis, ſtatoti, conceſſionis infringere, ant ei temerario auſu contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimoquarto. Pridie nonas Junias Pontificatus Noſtri Anno Primo.

✠ Ego Benedictus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.



†
†
† *Ego Franciſcus Epiſcopus Præneſtinus Cardinalis Barberinus.*

†
†
† *Ego Laurentius Epiſcopus Tuſculanus Cardinalis Corſinus.*

†
† *Ego Joſeph Tit. Sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis Sacripantes.*

†
†
† *Ego Philippus Antonius Tit. S. Cæciliæ Presbyter Cardinalis Gualterius.*

†

†
†
†
† *Ego Ludovicus Tit. S. Silveſtri in Capite Presbyter Picus de Mirandula.*

†
†
† *Ego Antonius Felix Tit. S. Balbinæ Presbyter Cardinalis Zondadarius.*

†
† *Ego Petrus Tit. S. Joannis ante Portam Latinam Presbyter Cardinalis Corradinus.*

†
†
†
† *Ego Melchior Tit. S. Mariæ Angelorum Presbyter Cardinalis de Polignac.*

†
†
†
†
† *Ego Bernardinus Tit. S. Petri in Monte Aureo Presbyter Cardinalis Scottus.*

†
†
†
†
†
†
† *Ego Georgius Tit. S. Agnetis Presbyter Cardinalis Spinula.*

†
†
†
† *Ego Ludovicus Tit. S. Priſcæ Presbyter Cardinalis Bellugu, & Mancada.*

† *Ego Joſeph Tit. S. Suſannæ Presbyter Cardinalis Pereyra de la Cerda.*

†
† *Ego Joannes Baptiſta Tit. S. Stephani in Monte Cœlio Presbyter Cardinalis Salernus.*

†
† *Ego Alvarus Tit. S. Bartholomæi in Inſula Presbyter Cardinalis Cienfuegos.*

†
† *Ego Joannes Baptiſta Tit. S. Matthæi in Merulana Presbyter Cardinalis de Alteriis.*

† *Ego Vincentius Tit. S. Onuphrii Presbyter Cardinalis Petra.*

† *Ego Proſper Tit. S. Chryſogoni Presbyter Cardinalis Marefuſcus.*

†
† *Ego Nicolaus Tit. S. Mariæ in Domnica Presbyter Cardinalis Coſcia.*

†
†
†
†
† *Ego Benedictus S. Mariæ in Via Lata Diaconus Cardinalis Pamphilius.*

† *Ego Joſeph Renatus S. Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis Imperialis.*

† *Ego Laurentius S. Agathæ ad Montes Diaconus Cardinalis de Alteriis.*

† *Ego Carolus S. Angeli in Foro Piſcium Diaconus Cardinalis Columna.*

† *Ego Curtius S. Euſtachii Diaconus Cardinalis Origus.*

† *Ego Fabius SS. Viti, & Modeſti Diaconus Cardinalis de Abbatibus Oliverius.*

† Ego

✝ *Ego Carolus Sanctæ Mariæ in Aquirio Diaconus Cardinalis de Marinis.*

✝ *Ego Julius S. Adriani Diaconus Cardinalis Alberonus.*

✝ *Ego Alexander S. Mariæ in Coſmedin Diaconus Cardinalis Albanus.*

✝ *Ego Nicolaus S. Mariæ de Rotunda Diaconus Cardinalis Judice.*

✝
✝
✝
✝

P. Cardinalis Prodatarius.
F. Cardinalis Oliverius.

VISA
De Curia I. Archiep. Ancyranus.

III.

Dat. 4. Junii 1724. ann. 1.

Promulgatur Canonizatio B. Philippi Benitii Ordinis Servorum B. M. V. a Clem. X. Sanctorum albo adſcripti.

Similes ſunt huic Conſtitutiones præcedens, & ſequens. Peracta fuit Canonizatio anno 1671, Apr. 12, P. 1.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpet. rei memoriam.

Exordium.

Rationi congruit, & convenit æquitati, ut quæ Romanus Pontifex in plenario Conventu Venerabilium Fratrum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, unanimi eorum conſilio communicato, ſanxit, & definivit, licet poſtea ob ejuſdem Pontificis obitum literæ Apoſtolicæ de his conſcriptæ non fuerint, ſuum tandem conſequantur effectum.

Expoſitio facti, & Vitæ B. Philippi.

§.1. Jamdudum piæ me. Anteceſſor noſter Clemens Papa X. Dei Servos, quos ſummarum virtutum, & ſignorum præſtantia in variis Religioſorum Ordinum cœtibus, olim fulſiſſe cognoverat omnium Chriſtifidelium imitatione exprimendos præpoſiturus inter cæteros unum elegit Venerabilem virum Philippum Benitium ex Familia Fratrum Servorum Beatæ Mariæ Virginis, quem ob Sanctitatem, ex ritu S. R. E. probatam, atque recognitam, ubique colendum, honorandumque decerneret.

Ejus ortus 1233.

§.2. Philippus Florentiæ Tuſcorum anno Chriſti Domini 1233. dum annua feſta agerentur Beatæ Mariæ Virginis in Cælum aſſumtæ a qua eum parentes precibus impetraverant, Familiæ Fratrum Servorum ejuſdem Virginis, eodem die, atque anno inſtitutæ magnum ipſe ornamentum futurus, in lucem editus eſt. Lutetiæ, & Patavii ſtudiis Sacrarum literarum abſolutis, hoc aſſiduis iejuniis, & orationibus a Domino obtinuit, ut Ordo Fratrum Servorum Beatæ Mariæ Virginis, cui nomen daret, ſibi præmonſtraretur: cujus Ordinis veſtem in Claſſe Laicorum ob modeſtiam, indutus, aliquamdiù ſolitariam vitam in Montis Senarii Eremo ſupra Florentiam traduxit. Poſtmodum ex obedientia ad Presbyteratum evectus, terreniſque rebus ob Cæleſtium contemplationem deſpectis, verbo Dei promulgando ſe totum addixit, ſuæque familiæ generalis præfectus in unam hanc curam ardenter incubuit, ut per ſe, ſuoſque variis linguis inſtructos, Chriſti Domini Evangelium ubique prædicandum curaret: quod ipſe, ſalutis animarum percupidus, nulliſque periculis territus, ſedulo, tantaque alacritate agere conſuevit, ut ejus fama permotus piæ memoriæ Clemens PP. IV. Deceſſor noſter eum ſibi Apoſtolicum Concionatorem adlegerit Peccatores ad Deum converſurus, Galliam, Germaniam, Friſiam, & Sarmaticam peragravit, eodemque pio inſtituto Piſtorienſem Civitatem, funeſtis Gibellinorum, Guelforumque odiis laniatam, Chriſtianæ concordiæ reſtituit; unde factum, ut plures Dei Virum imitaturi, res ſuas Pauperibus erogarent, ipſique primarii Gibellinæ factionis duces ad cor redeuntes, Religioſum Philippi Inſtitutum amplecterentur. Summæ ejus charitatis ervor eluſit, ubi eleemoſynam flagitanti, interiorem veſtem ſibi detractam Viterbii largitus eſt: qua Pauper contectus e morbo lepra convaluit. Magnum quoque Deo gratiſſimum Chriſtianæ lenitatis argumentum edidit, dum Livienſis Populi in Æmilia crimina, & mores pro concione corripiens, virgis cæſus, ſaſiſque impetitus, pro perſecutoribus tanto ſpiritu Deum exoravit, ut ex his unum Peregrinum ad pœnitentiam traxerit, qui Philippi Religionem ingreſſus, Sua, & Civium peccata delevit, poſtea, & ipſe eximiis virtutibus, & miraculis florens, propterea per Nos ipſos, favente Deo, quamprimum in Sanctorum Canonem referendus. Philippus veterum Anachoretarum mores æmulari ſtudens, in cryptam Montis Senarii, Deo liberius vacaturus, quadriennium ſeceſſit. Cæteris ejus virtutibus par fuit cordis humilitas, qua patriæ Eccleſiæ Epiſcopatum reſpuit, Viterbium inde properans poſt piam dormitionem Deceſſoris Noſtri Clementis PP. IV. ubi per Ottobonum S.R.E. Diaconum Cardinalem Sancti Hadriani, ſuique Ordinis patronum, ſibi oblata Pontificia dignitate, palam ſe indignum profeſſus, in ſolitudinem remeavit, ipſum Ottobonum ad tantum faſtigium evehendum, ſed brevi eo potiturum, vaticinatus. Is fuit Anteceſſor Noſter piæ memoriæ Hadrianus PP. V. ſed Philippus religioſæ ſolitudinis amore captus, quum iterum tres menſes in crypta Montis Senarii latitaſſet, ab alio inclytæ recordationis Deceſſore Noſtro Honorio Papa IV. Peruſiæ Pontificali benedictione munitus, Tudertum petiit, ubi ad Populum, qui magna frequentia ei obvius advenerat, concione habita, lethali morbo decubuit, ſummæque pietatis, & Religionis argumentis, pœnitentiales Davidis pſalmos non ſine profuſis lacrymis recitans, migravit ad Dominum anno ſalutis 1285. X. Kal. Septembris dum ſolemnia abſolverentur octava Beatæ Virginis in Cælum aſſumtæ, quibus in lucem prodierat. Ad ejus corpus ſex dies palam expoſitum populi maxima frequentia venerationis ergo confluere viſi ſunt, Miſſæque Sacrificium, Epiſcopo, Clero, & tota Civitate præſentibus; non pro defuncto, ſed de beato Confeſſore nutu Dei celebratur. Mox vir juſtus prodigiis claruit. Ad ejus enim corpus, & ſepulchrum claudi greſſum,

Familiæ Servorum B. M. V nomen dedit & in Eremo vivit.

Ad Presbyteratum evectus fuit familiæ præfectus.

Salutis animarum percupidus.

Charitas in pauperes.

Injuriarum patiens.

Epiſcopatum reſpuit, & iterum Eremum petit.

Ejus obitus & poſt illum miracula.

Digitized by Google

ſum, cæci viſum, ipſique mortui vitam receperunt.

Beatorum numero a Leone X. adſcribitur.

§.3. Quibus, aliiſque rite cognitis, & perſpectis felicis memoriæ Anteceſſor Noſter Leo Papa X. Philippum beatorum numero adſcripſit, Officium, Miſſamque in ejus honorem a Fratribus Ordinis Servorum, Beati viri Anniverſario die recurrente celebrari permiſit, ad id poſtmodum accedente etiam auctoritate diplomatum Sanctæ memoriæ Deceſſorum noſtrorum Clementis VIII., & Pauli V. Quare ex S. R. E. regulis, & ritualibus Conſtitutionibus per Romanos Pontifices editis, de more cognita, & compluries in examen adducta, etiam ſub felicis recordationis itidem Deceſſore Noſtro Urbano VIII. ſemperque probata Viri Dei ſanctitate, perinſignibus ejus virtutibus, ſigniſque teſtata, ad pias preces per Viros Principes ad hanc Sanctam Apoſtolicam Sedem vehementiſſime repetitas, præſertim vero ab illuſtris memoriæ Leopoldo Romanorum Imperatore electo, & Coſmo III. olim in Etruria ſibi ſubjecta Magno Duce, idem Clemens Papa X. Philippum Benitium, de cujus virtutum, & prodigiorum magnitudine diſerte conſtiterat, in Sanctorum Confeſſorum Canonem referendum pronunciavit. Itaque indicta die, nimirum Dominica ſecunda poſt Chriſti Domini Reſurrectionem, pridie Idus Apriles anni 1671. Pontificatus ſui Primo, Cum in Sacroſanctam Beati Petri Apoſtolorum Principis Baſilicam, tantam cæremoniam ſolemni ritu peracturus proceſſiſſet, ſemel, iterum, & tertio iteratis ad Deum Precibus in plenario Conventu Venerabilium Fratrum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum pro Philippo Benitio in Sanctorum Confeſſorum Canonem referendo, unanimi omnium acclamatione, & ſuffragio, poſt Sacros hymnos, preceſque ad Deum perfuſas, & Paracliti Spiritus gratiam enixe invocatam ad honorem Sanctæ, & individuæ Trinitatis, exaltationem fidei Catholicæ, Chriſtianæque Religionis amplificationem, idem Clemens Papa X. auctoritate Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli Beatum Philippum Benitium una pariter cum Beatis Confeſſoribus non Pontificibus Franciſco Borgia, Caietano Thieneo, Ludovico Bertrando, & Virgine non Martyre Roſa a Sancta Maria Sanctum eſſe decrevit, & definivit, in Sanctorum Confeſſorum Canonem retulit, eumdemque inpoſterum ab univerſis Chriſtifidelibus tanquam vere Sanctum, colendum, invocandum, honorandumque ſancivit: ad ejus honorem Sacras ædes, atque Altaria, in quibus Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium Deo offeratur, conſtrui, ac dicari, & quot annis X. Kal. Septembres, quo die Vir Sanctus obdormivit in Domino, illius memoriam prout Sancti Confeſſoris non Pontificis: pie coli poſſe pronunciavit. Mox gratiis cum plurimo gaudio Deo actis, præcipuaque oratione per Beati Philippi merita ad Dominum recitata, ad aram maximam ſupra Confeſſionem Beati Petri, cum ejuſdem Philippi, cæterorumque commemoratione Miſſam celebravit, Univerſis Chriſtifidelibus qui aderant, plenariam peccatorum Indulgentiam, & remiſſionem largitus.

A Clem. X. ad preces Leopoldi Imperatoris, & Coſmi III. M. Ducis Etruriæ, in Sanctorum album relatus eſt cum aliis Beatis.

Cauſæ hujus Conſtitutionis.

§.4. Ne verò de hujuſmodi Clementis Papæ X. decreto Apoſtolico, definitione, ſanctione, adſcriptione, relatione, conceſſione, cæteriſque præmiſſis, propterea quod ab eodem Clemente, aut ab ejus Succeſſoribus Innocentio XI. Alexandro VIII. Innocentio XII. Clemente XI. & Innocentio XIII. piæ me. Romanis Pontificibus Anteceſſoribus noſtris, literæ decretales de more conſcriptæ non fuerint, deinceps unquam poſſit quomodolibet hæſitari, Nos, qui meritis licet imparibus diſponente Domino in Cathedra Beati Petri iiſdem ſucceſſimus, volumus, & Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut Decretum, ſanctio, relatio, adſcriptio, conceſſio, cæteraque hactenus memorata a jam dicta die pridie Idus Apriles anni 1671. ſuum undequaque, & plenarium conſequantur effectum, ac ſi ſuper illis ab eodem Clemente Papa X. literæ Decretales revera eadem die conſcriptæ, & de more promulgatæ fuiſſent, ut ſuperius enarratur.

Promulgatio relatæ Canonizationis S. Philippi.

Clauſulæ.

§.5. Volumus autem, ut præſentes literæ ad probandum Decretum, definitionem, ſanctionem, adſcriptionem, relationem, ſtatutum, conceſſionem, cæteraque præmiſſa, ubique omnino ſufficiant, neque alterius cujuſcumque probationis adminiculum ad id amplius requiratur.

§.6. Præterea quia difficile foret, has noſtras ad ſingula loca, ubi opus eſſet, adferri, volumus, ut earumdem exempla, etiam typis impreſſa, manu publici Notarii ſubſcripta, ſigilloque alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munita, eamdem ubique fidem obtineant, quam hæ noſtræ obtinerent, ſicuti eas exhiberi, vel oſtendi contingeret.

§.7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtri Decreti, diffinitionis, Sanctionis, adſcriptionis, relationis, ſtatuti, conceſſionis infringere, aut ei temerario auſu contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Septingenteſimo Vigeſimo quarto, Pridie Nonas Junias Pontificatus Noſtri Anno Primo.

✠ Ego Benedictus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.



† †

† Ego

† *Ego Franciſcus Epiſcopus Præneſtinus Cardinalis Barberinus.*

†

† *Ego Laurentius Epiſcopus Tuſculanus Cardinalis Corſinus.*

†

† *Ego Joſeph Tit. S. Praxedis Presbyter Cardinalis Sacripantes.*

†

† *Ego Thomas Tit. S. Mariæ Transtyberim Presbyter Cardinalis Rufus.*

† *Ego Philippus Antonius Tit. S. Cæciliæ Presbyter Cardinalis Gualterius.*

†

†

†

†

† *Ego Ludovicus Tit. S. Silveſtri in Capite Presbyter Cardinalis Picus de Mirandula.*

†

†

† *Ego Antonius Felix Tit. S. Balbinæ Presbyter Cardinalis Zondadarius.*

†

† *Ego Petrus Marcellinus Tit. S. Joannis ante Portam Latinam Presbyter Cardinalis Corradinus.*

†

†

†

† *Ego Melchior Tit. S. Mariæ Angelorum Presbyter Cardinalis de Polignac.*

†

†

†

†

† *Ego Bernardinus Tit. S. Petri in Monte Aureo Presbyter Cardinalis Scottus.*

†

†

†

†

†

†

† *Ego Georgius Tit. S. Agnetis Presbyter Cardinalis Spinula.*

†

†

†

† *Ego Ludovicus Tit. S. Priſcæ Presbyter Cardinalis Bellugæ, & Moncada.*

† *Ego Joſeph Tit. S. Suſannæ Presbyter Cardinalis Pereyra de la Cerda.*

†

† *Ego Joannes Baptiſta Tit. S. Stephani in Monte Cælio Presbyter Cardinalis Salernus.*

†

† *Ego Alvarus Tit. S. Bartholomæi in Inſula Presbyter Cardinalis Cienfuegos.*

†

† *Ego Joannes Baptiſta Tit. S. Matthæi in Merulana Presbyter Cardinalis de Alteriis.*

† *Ego Vincentius Tit. S. Onuphrii Presbyter Cardinalis Petra.*

† *Ego Proſper Tit. S. Chryſogoni Presbyter Cardinalis Marefuſcus.*

†

† *Ego Nicolaus Tit. S. Mariæ in Domnica Presbyter Cardinalis Coſcia.*

†

†

†

†

† *Ego Benedictus S. Mariæ in Via lata Diaconus Cardinalis Pamphilius.*

† *Ego Joſeph Renatus S. Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis Imperialis.*

† *Ego Laurentius Sanctæ Agathæ ad Montes Diaconus Cardinalis de Alteriis.*

† *Ego Carolus Sancti Angeli in Foro Piſcium Diaconus Cardinalis Columna.*

† *Ego Curtius Sancti Euſtachii Diaconus Cardinalis Origus.*

† *Ego Fabius Sanctorum Viti, & Modeſti Diaconus Cardinalis de Abbatibus Oliverius.*

† *Ego Carolus S. Mariæ in Aquiro Diaconus Cardinalis de Marinis.*

† *Ego Julius S. Adriani Diaconus Cardinalis Alberonus.*

† *Ego Alexander Sanctæ Mariæ in Coſmedin Diaconus Cardinalis Albanus.*

† *Ego Nicolaus S. Mariæ de Rotunda Diaconus Cardinalis Judice.*

†

†

†

†

P. Cardinalis Prodatarius.

F. Cardinalis Oliverius.

VISA

De Curia I. Archiepiſcopus Ancyranus.

L. Martinettus.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

IV.

Promulgatur Canonizatio B. Franciſci Borgia Societatis Jeſu, jamdiu a Clemente X. peracta. Dat. 4. Junii 1724. An. I.

Similes ſunt huic conſtitutiones præcedens & ſequens Peracta fuit Canonizatio *an.* 1671., *April.* 12. *P.* 1.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

RAtioni congruit, & convenit æquitati, ut quæ olim Romanus Pontifex in plenario Conventu Ven. Fratrum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum unanimi eorum conſilio comunicato ſanxit, & definivit, licet poſtea ob ejuſdem Pontificis obitum, literæ Apoſtolicæ de his conſcriptæ non fuerint, ſuum tandem conſequantur effectum. Romana Eccleſia cui nullis exigentibus meritis noſtris, ineffabile Dei Conſilium præeſſe Nos voluit, ex veteri Diſciplina, & ex Conſtitutionibus Apoſtolicis in Sanctorum Canonem eos ſolemni ritu, referre conſuevit, qui ſuarum virtutum exemplo Chriſtifideles ad viam ſalutis Exordium.

tis per majorum veſtigia alacrius incurrendam accederent.

B. Franciſci encomia.

§. 1. Quumque multi peculiari aliquo vitæ genere, ut plurimum excelluerint, unus Franciſcus Borgia ſeculo decimoſexto repertus eſt, quem in variis, multiſque ordinibus conſtituti, ut certum ſalutis ducem ſequi poſſent: Optimates enim, & Viri Principes, quique rem publicam gerunt in eo habent, quæ ſibi in omni vitæ ſuæ curſu imitanda proponant, magna quoque habent, qui Regum gratia florentes in ſummarum Dignitatum faſtigio poſiti ſunt conjugio ſocietati æque, ac eodem ſoluti adoleſcentes pariter, Juveneſque Viri Deo dicati, Cœtibus quoque Religioſis præpoſiti. Hi ad unum omnes in Franciſco tenent, quæ ubertim, & tuto moribus, & actibus ſuis exprimere poſſint; Etenim ille, Deo volente ſingulas has perſonas mira vitæ ſanctimonia cumulatibus miraculis repræſentavit, unde factum, ut viri Dei virtutum, & ſignorum conſtanti fama quotidie aucta felicis recordationis Romani Pontifices Anteceſſores Noſtri Paulus V., atque Urbanus VIII. de illo Sanctorum Confeſſorum Canoni adnumerando conſilium inierint, permoti etiam Catholicorum Regum Hiſpaniæ ferventibus votis huic Sanctæ Sedi Apoſtolicæ expoſitis, quod tandem piæ memoriæ Deceſſor Noſter Clemens Papa X. ad canonicus ritus veteri traditioni, & Pontificia auctoritate receptos, tota Eccleſia plaudente, complevit.

Ejus vita, & mores, in primiſque ortus an. 1500.

§. 2. Inter præcipuos Hiſpaniarum Dynaſtas Gandiæ Duces, quæ eſt gens Borgia, numeraotur, eam multiplices dignitates claram, & per celebrem reddiderunt, clarior tamen evaſit, ex quo Magnus Dei Servus Franciſcus parentibus Joanne Gandienſium Duce III. & Joanna ex Alphonſo Ferdinandi Regis Catholici filio progenita in lucem prodiit anno Chriſti Domini milleſimo quingenteſimo, decimoquinto Kalendas Novembris, quem diem Beati Apoſtoli Simon, & Judas martyrio nobilitarunt, Franciſci locus natalis fuit Gandia Borgiæ Domus avitum Oppidum ad oram Balearici Maris in Conſeranis Populis Hiſpaniæ Tarraconenſis in Diœceſi, & Regno, quæ a Valentia principe Civitate appellantur: Pia Mater, quod præſenti ope Seraphici Confeſſoris Beati Franciſci vitæ diſcrimen in filio pariendo evaſiſſet, Franciſcum in Baptiſmate dici voluit, quod nomen tunc primum in Domo Borgia fauſto omine futuræ ejus Sanctitatis auditum eſt. Patris Soror, & Mater, quæ erat Ferdinandi Regis Catholici Conſobrina inter clariſſimas Virgines eximia pietatis laude conſpicuæ animo adoleſcentis Chriſtianæ perfectionis igniculos injecerunt, qui puerilibus annis Domi traductis, & cum iiſdem Dei Sponſis ex prædonum manibus ereptus apud Avunculum Archiepiſcopum Ceſarauguſtanum Alphonſum Aragonium, & Catherinam Joannæ Reginæ filiam poſtea Joanni III. Luſitaniæ Regi nuptam liberaliter educat.; inde in Aulam Caroli V. Auguſti profectus ſalutis animæ ſuæ memor ſe undeqoaque immaculatum ſervavit, matronas officii cauſa, nonniſi aſpero cilicio præcinctus adire ſolitus: Caroli Conjuge Iſabella Auguſta adnitente Eleonoræ a Caſtro lectiſſimæ Virgini Luſitanæ de ſanctioris vitæ inſtituto, nihil unquam remittens, matrimonio ſociatur. Pulchra, & copioſa prole donatus ab ea, quam inierat pietatis regula animum Domi, foriſve nunquam avertit Celeſtibus meditandis diu, noctuque occupatus Sacra Synaxi, quolibet octiduo, non ſine lacrimis muniri ſolitus. Sublatæ Iſabellæ Auguſtæ Granatam funeris deducendi Franciſco onus imponitur, cujus Cadaveris, ut publica fide recognoſceretur nudata facies diſformitate ſua tantum ei terrorem incuſſit, ut Divina luce illuſtratus de terrenis rebus ſi conjugi ſupereſſet omnino deſerendis apud ſe conſtituerit, poſtmodum dicere ſolitus mortem Auguſtæ ſibi vitam attuliſſe. Cataloniæ cum imperio præfectus eam cogitationem ardentiùs fovit, ibique Populorum felicitati ita ſtuduit, ut Patris Patriæ elogio tanquam Rei publicæ bono natus honeſtari meruerit, magnam auri vim in pauperes erogavit, piam Sacrarum Virginum, & Virorum familias eleemoſynis auxit; ſed & in primis, qui ex ſumma fortuna ad extremam inopiam deveniſſent clam aluit: Conſilio pridem animo inſitum ſæpe recogitans, atque uni Deo meditando inhærens diluculo quinis horis de genu quotidie orare frequenti Divinæ menſæ accubitu jejuniis vacare recreari conſuevit. Tunc ei Beatum Ignatium regularium Presbyterorum Societatis Jeſu, cui poſtea numen dedit parentem, & Conditorem prima occaſio de tantis rebus ſcripto conſulendi cælitus data eſt. Patre optimo, atque ipſa Conjuge piarum omnium exercitationum ſocia orbatus, & domum redux ſuorum Gandienſium ſolatio, & ſecuritati proſpexit, Noſocomia inſtauravit, Cœnobia conſtruxit, Gymnaſia pro Mauris Chriſtiane educandis erexit, ſacras ædes vaſis aureis, argenteiſque pro dignitate locupletavit. Deque veteri vitæ propoſito perficiendo ſecum animo ſtatuens ſalubria in hoc ſibi conſilia divinitus dari per bonorum hominum preces flagitavit. Deus tandem Servi ſui votis arriſit, inque Societatem Jeſu ſe rapi ſenſit: Quod enim recens orta Religio, & ab origine ardentior vulgo etiam, adhuc ignota eſſet, nulluſque in ea ambitioſis hominibus dignitatum locus pateret, Franciſco ſummos honores fugienti aptiſſima viſa eſt orationi intentus, hæc animo agitans ſeptem totos dies tiaram capiti ſuo imminentem aſpexit, verituſque, ne Eccleſiæ dignitatem portenderet Deum enixe obteſtari non deſtitit, ne honores, quos fugeret alibi offenderet. Poſt defunctos duos fratres ſuos S. R. E. Cardinales, cum eamdem ſacram Dignitatem per Anteceſſores Noſtros Romanos Pontifices ultro oblatam abſe repuliſſet, tiara illa Propoſiti munus in ſacra ſua familia indicatum, poſtea cognovit. Adhuc Gandiæ Dux per fel. re. Paulum PP. III. Deceſſorem Noſtrum Beato Ignatio deprecante permiſſus eſt, ut paucis conſciis religioſa vota nuncuparet. Quadriennium rebus ſuis componendis a Pontifice præfinitum, diſciplinis gravioribus ſacro homine dignis ſingulari modeſtia publice perdiſcendis impendit, quo elapſo, & per fel. re. Julium PP. III. Anno Jubilæi Chriſtianis indicto, Franciſcus limina Apoſtolorum frequentaturus, utque Ignatii invitantis alloquiis frueretur, & Caroli V. beneficam erga ſe voluntatem declinaret ſuis valediceus Romam eo animo cogitavit, ut natale ſolum deinceps nunquam repeteret, qui ad aliam Patriam cæleſtem nimirum ſumma contentione properaret, idque ſancte ſervavit, etiam ſedente Anteceſſore Noſtro Pio PP. V. in legatione Cardinalis Alexandrini

A propinquis pie, ac religioſe educatur.

In aula Caroli V ſe immaculatum ſervavit, & uxore ducta æque pietatem coluit.

Iſabella Auguſtæ defunctæ deformitate territus, mundum ſeſerere ſtatuit.

Cataloniæ præfectus benignitate in omnes, caritate in pauperes, ſingulari in Deum pietate claruit.

Patre, & uxore orbatus, plurima caritatis, & pietatis teſtimonia dedit.

Divinitus in Societatem Jeſu ſe rapi ſenſit, & Cardinalatum reſpuit.

Vota religioſa nuncupat, & diſciplinis ediſcendis operam dat.

Romam, ſuis valedictis, proficiſcitur, ut S. Ignatii alloquiis fruatur.

drini ad Catholicum Hiſpaniarum Regem Philippum II. illuc digreſſus. In ſacro itinere ad Urbem, quod aſſiduæ preces, divinique ſermones minuebant juxta, ac Romæ poſitus ignorari, quam honorifice excipi maluiſſet, ingentem in eo pietatem ſubmiſſumque ſpiritum, qui Beati Ignatii complexui ampliſſima, & magna quæque poſtponeret. Urbs tota ſuſpexit Menſes quatuor luſtrandis Baſilicis Deo ſacris, omnique pietatis genere cum Ignatio Romæ tranſegerat, cum de ſe Cardinalium Senatui adſcribendo apud Julium agi ſubodoratus eodem Ignatio auctore Pontificis oculis propere ſe ſubducens in Hiſpaniam reverſus eſt, ubi Caroli V. propoſitum ejus laudantis auctoritate rebus, & titulis ſuis Gandienſibus univerſis Carolo filio tranſcriptis ſe penitus abdicavit, regularem Societatis Jeſu Clericum induens, & Davidicum illud lætus ingeminans *Dirupiſti Domine vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis* Presbyteratu initiatus, primum Deo ſacrificium Loyolæ in Cantabria Ignatii patriæ, & pietati hoc tribuens privatim obtulit, mappis Ludovicæ ſororis acu pictis in ara uſus. Quia vero Julius Pontifex hoc ſpeciatim indulſerat, ut cum primum publice ſacris operaretur, quotquot peccatorum confeſſione rite expiati ex ejus manu Corpus Domini ſumpſiſſent, plenariam veniam perciperent, Vergeræ oppido id factum, quo tot homines rei fama ducti advenerunt, ut ſacra æde licet magna nequaquam eos capiente in ara ſub dio excitata celebrare debuerit tot ad ſacram Menſam accedentibus, ut meridiana hora longe tranſierit. Poſtea Concionem habuit, & Clero, ac Populo ſuppliciter procedente Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum geſtavit. Ad Socios inde reverſus majori ſane Sanctitati excolendæ operam dedit precandi ſtudio horas octo quotidie largitus, viliſſima quæque munia ultro ſubire non dedignatus, ſtipem vicatim, & oſtiatim nudo capite, & pedibus palam mendicans, & pauperibus, ac Noſocomiis diſtribuens, humi quoque, vel in tabulis cubans. Fama tantæ pietatis Aulas Regias pervagante quamplurimi illum adire, deque ſalutis negocio conſulere viſi ſunt, complures pariter Summates præſertim Franciſci exemplum ſecuti Religioſis familiis ſe devoverunt; Sed Julius Pontifex, & Carolus V. tantam virtutem in Cantabris deliteſcere indignum rati conſilium de illo inter S. R. E. Cardinales cooptando certatim incaſſum tamen, quod poſtea ſæpe numero quoque factum inierunt. Ignatius, qui Sociis aditum ad honorem legibus latis obſtruxerat, Julij pedibus advolutus, ne invito, atque inſcio honorem deferat, neve oblatum capere cogat, naſcenti Sodalitati hoc ſaltem benignus tribuat libello ſupplice, & lacrymis coram exorat, & permagna Franciſci lætitia impetrat, qui, & grati animi teſtes literas ad Pontificem dedit. Non autem illum Ignatius latere permiſit; Viri enim ſingulari prudentia in lucrandis Deo animabus, & Sanctitate perſpecta, ſacras Conciones habiturum varias Civitates, & regiones adire, & multarum Provinciarum, quas licet incommoda valetudine uſus, pedes obivat cum ampliſſima facultate Commiſſarii Generalis officio fungi mandavit, quæ omnia magno rei Chriſtianæ bono peracta ſunt, Poſtquam vero Carolum V. morbo languentem Miſericordiæ Dei commemoratione erexiſſet, & defunctum funebri ſermone laudaſſet ſuæ voluntatis, quam

Pontificis beneficium in ſe voluntatem declinavit.

A Pontifice plenaria indulgentia conceditur iis, qui ab eo Presbyteratu initiato corpus Domini ſuſceperit.

Quam Societatis nomen addiſcit, pietatis, & Chriſtianæ humilitatis operam præcipuè dedit.

Iterum, ac iterum oblatam a Pontifice, & Carolo V Cardinalatus dignitatem repulit.

Varias Provincias pro lucrandis Deo animabus luſtravit.

ratam haberi vellet exequendæ ſupremis tabulis per eum nominatus a re. me. Antecesſore noſtro Pio Papa IV. Romam advocatur, ubi Societatis Præpoſito Generali Jacobo Lagnio ad Tridentinum Concilium ire juſſo Vicarii Generalis munus Franciſco imponitur. Mox Jacobo ad Urbem reverſo Aſſiſtens pro Hiſpania, & Luſitania eligitur, poſtea Lagnio e vivis ſublato, iterum Vicarius Generalis, & demum totius Ordinis Præpoſitus magna ſuffragiorum conſenſione invitus renunciatur, quo in munere Societatem ſeptennio ſanctiſſime rexit, inque obſequiis Apoſtolicæ Sedis vitæ curſum, quod maxime optaverat, conſummavit. Pius enim Papa V. Cardinalem Alexandrinum in Hiſpaniam, Luſitaniam, & Galliam pro re Chriſtiana tuenda ad ſacrum fœdus in Turcas percutiendum mittens conſiliorum ei comitem, & participem Franciſcum adjungi voluit, & Pontifici jubenti vir pius, quamvis laboribus aſperrimis pœnitentiis, & morbis prope confectus alacriter paruit, Romam redux oculis, & manibus in Cœlum ſublatis, lætus exclamavit, *Nunc dimittis ſervum tuum Domine*, Mox biduum a reditu longa ægrotatione, multiſque incommodis fractus, quæ tamen illum impedire non potuerunt, quin Romam ad ſupremum, & jam imminentem mortalis vitæ ſuæ terminum feſtinaret ſuſceptis præſenti animo, & ſumma Religione Eccleſiæ Sacramentis, ac Pontificia Gregorii XIII. fe. me. Antecesſoris noſtri benedictione munitus plenus virtutum, & meritorum inter ſodalium amplexus piiſſimam animam Cælo reddidit Anno Chriſti Domini Milleſimo Quingenteſimo Septuageſimo ſecundo Kalendis Octobribus. Dei Servus a beatis, & ſpectatiſſimis Viris Ignatio Loyola, Pio Papa V., Carolo Borromeo, Franciſco Saleſio, Sacra Virgine Tereſia a Jeſu, aliiſque quamplurimi factus magnam ubique virtutis, & Sanctitatis famam reliquit.

Quibuſdam in Societate perfunctus muneribus, tandem Præpoſitus Generalis renunciatur.

Conſiliorum comes, & particeps Cardinali Alexandrino Legato Apoſtolico adjunctus eſt a Pio V.

Romam reverſus diem ſuum obiit 1572.

§.3. Miracula etiam multa ſubſequuta ſunt; quæ precibus accedentibus Philippi III. Hiſpaniarum Regis Catholici, & magnorum Præſulum, atque Academiarum Hiſpaniæ Paulum Papam V. permoverunt, ut ob tantum Dei famulum in Sanctorum Canonem referendum ſummarum ejus virtutum, & eorumdem miraculorum examen rite inſtitui poſſe concederet, quo abſoluto, Urbanus VIII. eum Beatorum Ordini adſcribendum ſancivit, largitus quoque, ut de illo Miſſa, & Officium omnes Societatis Jeſu Religioſi, ubique recitare poſſent, ac mox ut in eorum Eccleſiis idem omnibus Presbyteris agere liceret. Interim ſub aliis inclytæ me. Antecesſoribus Noſtris Innocentio X., Alexandro VII., & Clemente IX. ſigna poſt Franciſci Beatificationem patrata in examen ex Conſtitutionibus Apoſtolicis adducta, & undequaque probata ſunt. Decretum tamen de illo in Sanctorum tabulas referendo, quod Clemens IX. morte præreptus vulgare non potuerat, ejus Succesſor Clemens X. rite vulgavit exorantibus illuſtris me. Leopoldo electo Romanorum Imperatore cum Conjuge Auguſta, Carolo II. Hiſpaniarum Rege Catholico, aliiſque viris Principibus Eccleſiaſticis, & Secularibus. Quare idem Clemens X. geſtis omnibus Beati Franciſci de veteri more Apoſtolicæ Sedis in tribus Conſiſtoriis coram ſe rite diſcuſſis, & comprobatis, cum ſtatuta die in Sanctorum faſtos referendum pro-

Ab Urb. VIII Beatorum ordini adſcriptus fuit.

A Clemente X exorantibus Leopoldo Imperatore, Carolo II Rege Catolico, in Sanctorum faſtos relatus eſt una cum 4 aliis Beatis.

pronunciavit : Itaque Dominica ſecunda poſt Chriſti Domini reſurrectionem pridie Idus Aprilis Pontificatus ſui Anno Primo cum in Sacroſanctam Baſilicam Beati Petri Principis Apoſtolorum ſolemni ritu ceremoniam peracturus proceſſiſſet, ſemel iterum, & tertium iteratis ad Deum precibus in plenario Conventu Venerabilium Fratrum S. R. E. Cardinalium Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum pro Franciſco Borgia Sanctorum Confeſſorum Canoni adſcriben. unanimi omnium acelamatione, & ſuffragio poſt ſacros Hymnos, preceſque ad Deum pie fuſas, & Paraeliti Spiritus gratiam enixe invocatam ad honorem Sanctæ, & individuæ Trinitatis, exaltationem Fidei Catholicæ, Chriſtianæque Religionis amplificationem auctoritate Omnipotentis Dei Patris, Filii, & Spiritus Sancti, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli Beatum Franciſcum Borgiam Societatis Jeſu Presbyterum Hiſpanum, de cujus Sanctitate, fidei ſinceritate, omniumque virtutum magnitudine, ac miraculorum excellentia cumulate conſtiterat una cum Beatis Confeſſoribus non Pontificibus Philippo Benitio, Cajetano Thieneo, Ludovico Beltrando, & Virgine non Martyre Roſa a Sancta Maria Sanctum Confeſſorem eſſe decrevit, Sanctorum Confeſſorum non Pontificum Canoni adſcripſit, atque inpoſterum ab univerſis Chriſtifidelibus tamquam vere Sanctum colendum, invocandum, honorandumque ſtatuit, & definivit ad ejus honorem ſacras ædes, atque Altaria, ubi incruentum Sacrificium Deo offeratur conſtrui, & dicari, quotannis quinto Nonas Octobris illius memoriam, ut Sancti Confeſſoris non Pontificis pie coli, atque officio, & Miſſa ritu S.R.E. honorari pronunciavit ad hoc eadem ſua Apoſtolica auctoritate univerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus, qui dicta die ejuſdem Sancti Confeſſoris Sepulcrum, & Corpuſculum devote viſitaſſent annos ſeptem, & totidem quadragenas, infra vero octavam quadraginta dies de injunctis, ſeu debitis pœnitentiis miſericorditer relaxavit. His peractis Deum Patrem æternum, Regemque Gloriæ Chriſtum Dominum Patris ſempiternum Filium, Sanctumque Paraclitum Spiritum unum Deum, atque unum Dominum hymnis, & laudibus veneratus peculiari oratione in honorem Beati Franciſci Borgiæ ad Deum cantata Miſſa in Ara maxima ſuper Confeſſionem Beati Petri cum ejuſdem Franciſci commemoratione celebravit, omnibus Chriſtifidelibus tantæ ceremoniæ præſentibus peccatorum Indulgentiam largitus.

Et ab eodem conceſſæ Indulgentiæ in ejus die feſto.

Cauſæ hujus Conſtitutionis.

§.4. Ne vero de hujuſmodi Clementis PP.X. Decreto Apoſtolico, Definitione, Sanctione, Relatione, Conceſſione, cæteriſque præmiſſis; propterea quod ab eodem Clemente, & ab ejus Succeſſoribus Innocentio XI, Alexandro VIII, Innocentio XII, Clemente XI, & Innocentii XIII piæ mem: Romanis Pontificibus Deceſſoribus noſtris literæ decretales de more conſcriptæ, & promulgatæ non fuerint, deinceps unquam poſſit quomodolibet hæſitari. Nos, qui meritis licet imparibus diſponente Domino in Cathedra Beati Petri iiſdem ſucceſſimus, volumus, & Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut decretum, ſanctio, relatio, adſcriptio, conceſſio, cæteraque hactenus memorata a jam die pridie Idus Aprilis Anni milleſimi ſexcenteſimi ſeptuageſimi primi, ſuum undequaque, & plenarium conſequantur effectum, ac ſi ſuper illis ab eodem Clemente Papa X literæ Decretales revera eadem die conſcriptæ, & de more promulgatæ fuiſſent, ut ſuperius enarratur.

Promulgatio recenſitæ Canonizationis S. Franciſci.


Clauſulæ.

§.5. Volumus autem, ut præſentes literæ ad probandum Decretum, definitionem, ſanctionem, adſcriptionem, relationem, ſtatutum, conceſſionem, cæteraque præmiſſa ubique omnino ſufficiant, neque alterius cujuſcumque probationis adminiculum ad id amplius requiratur. Præterea, quia difficile foret has noſtras ad ſingula loca, ubi opus eſſet adferri, volumus, ut earundem exempla etiam typis impreſſa manu publici Notarii ſubſcripta, ſigilloque alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitæ, eamdem ubique fidem obtineant, quam hæ noſtræ obtinerent, ſicuti eas exhiberi, vel oſtendi contingeret.

§.6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Decreti, definitionis, ſanctionis, adſcriptionis, relaxationis, ſtatuti, conceſſionis infringere, aut ei temerario auſu contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Septingenteſimo Vigeſimoquarto, Pridie Nonas Junias, Pontificatus noſtri Anno Primo.

✠ Ego Benedictus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.



†
†
†
† *Ego Franciſcus Epiſcopus Prænestinus Card. Barberinus.*

†
† *Ego Laurentius Epiſcopus Tuſculan. Cardinalis Corſinus.*

†
† *Ego Joſeph Tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Card. Sacripantes.*

†
†
† *Ego Philippus Antonius Tit. S. Cæciliæ Presbyter Card. Gualterius.*

Oo 2 † Ego

†
†
†
† *Ego Ludovicus Tit. S. Silveſtri in Capite Presbyter Cardinalis Picus de Mirandula.*

†
†
† *Ego Antonius Felix Tit. S. Balbinæ Presbyter Cardinalis Zondadari.*

†
† *Ego Petrus Marcellinus Tit. S. Mariæ Tranſtyberim Presbyter Cardinalis Corradinus.*

†
†
†
† *Ego Melchior Tit. S. Mariæ Angelorum Presbyter Cardinalis de Polignac.*

†
†
†
†
† *Ego Bernardinus Tit. S. Petri in Monte Aureo Presbyter Cardinalis Scottus.*

†
†
† *Ego Nicolaus Tit. SS. Nerei, & Achillei Preſbyter Cardinalis Spinula.*

†
†
†
† *Ego Georgius Tit. S. Agnetis Presbyter Cardinalis Spinula.*

†
†
†
† *Ego Ludovicus Tit. S. Priſcæ Presbyter Cardinalis Belluga, & Moncada.*

† *Ego Joſephus Tit. S. Suſannæ Presbyter Cardinalis Pereyra de la Cerda.*

†
† *Ego Joannes Baptiſta Tit. S. Stephani in Monte Cœlio Presbyter Cardinalis Salernus.*

†
† *Ego Alvarus Tit. S. Bartholomæi in Inſula Presbyter Cardinalis Cienfuegos.*

†
† *Ego Joannes Baptiſta Tit. S. Matthæi in Merulana Presbyter Cardinalis de Alteriis.*

† *Ego Vincentius Tit. S. Onuphrii Presbyter Cardinalis Petra.*

† *Ego Vincentius Tit. S. Calixti Presbyter Cardinalis Mareſoſchi.*

† *Ego Nicolaus Tit. S. Mariæ in Domnica Presbyter Cardinalis Coſcia.*

†
†
†
†
† *Ego Benedictus S. Mariæ in Via Lata Diaconus Cardinalis Pamphilius.*

† *Ego Joſeph Renatus S. Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis Imperialis.*

† *Ego Laurentius S. Agathæ ad Montes Diaconus Cardinalis de Alteriis.*

† *Ego Carolus S. Angeli in foro Piſcium Diaconus Cardinalis Columna.*

† *Ego Curtius S. Euſtachii Diaconus Cardinalis Origus.*

† *Ego Fabius SS. Viti, & Modeſti Diaconus Cardinalis Oliverius.*

† *Ego Carolus S. Mariæ in Aquirio Diaconus Cardinalis Marinus.*

† *Ego Julius S. Adriani Diaconus Cardinalis Alberonus.*

† *Ego Alexander S. Mariæ in Coſmedin Diaconus Cardinalis Albanus.*

†
† *Ego Nicolaus Tit. SS. Martyrum Diaconus Cardinalis de Judice.*

†
†
†
†
†
†

P. Card. Prodatarius.

F. Card. Oliverius.

VISA

De Curia I. Archiepiſcopus Ancyran.

L. Martinettus.

V.

Promulgatur Canonizatio B. Laurentii Juſtiniani Venetiarum Patriarchæ, jampridem ab Alexandro VIII. in Sanctorum album relati. Dat. 4. Junii 1724. An. 1.

Similes ſunt huic Conſtitutioni præcedens & ſequens. Peracta fuit Canonizatio ann. 1690. Oct. 16, P: 2.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

RAtioni congruit, & convenit æquitati, ut quæ olim Romanus Pontifex in plenario Conventu Venerabilium Fratrum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, unanimi eorum conſilio communicato, ſanxit, & diffinivit, licet poſtea ob ejuſdem Pontificis obitum literæ Apoſtolicæ de his conſcriptæ non fuerint, ſuum tandem conſequantur effectum.

Expoſitio facti, & Vitæ B. Laurentii.

§. 1. Patris Eterni Filius Redemptor Noſter conditionis humanæ gloriam peccatis obrutam conſpicatus, aſſidue providere non ceſſat, ut propterea in exilio poſitos ad libertatis patriam per famulos ſuos, ſignis ac virtutibus claros, revocet. Hoc tribus ab hinc ſæculis & eo amplius per Beatum Laurentium Juſtinianum maxime egit, qui Pontificali apice inclytus, non ſolum Venetis ſuis atque Italis univerſis, ſed toti, quaqua patet, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ perſpicua vitæ ſanctimonia, & Miraculis ſe ſpectabilem reddidit, unde factum, ut Duce & Dominio Venetorum ferventiſſime flagitantibus, piæ memoriæ deceſſores noſtri Romani Pontifices Xyſtus IV. Leo X. Hadrianus VI. Clemens VII. Paulus V. Gregorius XV., & Urbanus VIII. de Laurentio Sanctorum titulis honeſtando conſilium inierint, quod omnium; tandem fidelium

ſiqm acclamatione, & plauſu felicis recordationis Anteceſſor Noſter Alexander Papa VIII. univerſis, quæ tantæ rei peragendæ neceſſaria erant, rite diſpoſitis, ad optatum finem perduxit.

Ejus ortus, pia educatio, & Religioſum Vitæ inſtitutum.

§.2. Anno Chriſti Domini milleſimo trecenteſimo octogeſimo primo ipſis Kalendis Juliis, qua die, inſigni ad Clodiam parta victoria, Civitas Venetiarum publicis ad Deum ſupplicationibus, omnique lætitiæ genere perfuſa geſtiebat, Laurentius ex prænobili Juſtiniana familia in lucem editus eſt, ipſe aliquando virtutibus ſuis patriæ gaudium, præſidiumque apud Deum futurus. Sublato Bernardo patre; Quirina Mater eum ſancte educavit, donec anno ætatis undevigeſimo ſacri Inſtituti amore captus, divinæque ſapientiæ alloquio dignatus, ut nuptias ſibi paratas vitaret, ad Marinum matris ſuæ conſobrinum, Canonicum ſæcularem Congregationis Beati Georgii in Alga, quæ eſt Inſula, alias Cœnobium Inſtituti Auguſtiniani prope Venetias, alacriter convolavit, ubi calcatis honoribus, & fortunæ bonis, toto vitæ ſuæ tempore uni Deo militare conſtituit.

Vitæ duritiess.

Primum certamen corporis illecebris ſtrenuus Chriſti miles indixit, ratus nihil illis indulgendum, ſed quaſi in teterrimum hoſtem, jejuniis, vigiliis, & aſperrima pœnitentia contra illas pugnandum. Sitim tam patienter tulit, ut ſi quando ea per jejunium, manuum laborem, peregrinationem, aut valetudinem ſe torreri ſentiret, nunquam potum depoſceret, ſibi eum offerentibus ignorare ſe dicens, quo pacto purgatorii calores eſſet laturus qui ſitim ferre non poſſet. Viridarium relaxandi animi cauſſa, ut fit, nunquam intravit, corpus, morbo affectum, nunquam liberalius fovere voluit. Nocturnas vigilias ita ſervavit, ut primus ad divinas laudes canendas properaret, ultimus inde recederet, illuc, ceteris quieſcentibus, rediturus. Quanvis, ut naturæ imbecillis, frigus immodice pateretur, nunquam tamen rigente hieme ad ignem acceſſit. Pſallens, nunquam, læva, aut dextera ſed ſedilibus hæſit, ſemper gradu nixus ſtetit, etiam ægrotus. Strumarum peracerbo morbo in gutture graviter læſus, ſectioni, uſtionique generoſe ſuccubuit, timentem medicum hortatus, ut audacter incideret, cujus novacula Martyrum laminas non ſuperaret. Cœnobio præfectus, infima quæque munia obivit, ſe increpari, contemni & deſpici cupiens.

Aliæ Chriſtianæ virtutes.

§.3. Tanta fuit viri Dei in propoſito conſtantia, ut poſtquam ſuis valedixiſſet fraternam, maternamve domum nunquam, niſi pietatis cauſa ter ſolum intraverit. Stipem ex Ordinis inſtituto foris petens, nunquam ingreſſus eſt; inque maxima frequentia mendicans, ſaccum panibus plenum ab alio ferri minime voluit, quod Mater, filii, immodico pondere gravis, miſerta aliquando conata eſt. Hujus dormitioni Laurentius interfuit, ſed plorantibus aliis, ipſe, dono lacrymarum alias maxime inſtructus, morientem ſiccis oculis vidit. Amicus illum a propoſito, ſacroque inſtituto blanditiis, & vi retrahere molitus, ejus verbis, æternæ vitæ plenis, in cœnobium trahitur, una cum Laurentio, & vivere, & mori ſe velle teſtatus.

Dono prophetiæ claruit.

Quantopere ſervum ſuum Deus probaret, dono prophetiæ illi tradito manifeſtavit. Etenim Fantino Dandulo, viro in Republica Senatori, de alio vitæ ſtatu minime cogitanti, qui ad Beatum Georgium officiis pietatis liberius vacaturus ſeceſſerat, in ſummo capite ſacros cineres, perituræ humanitatis nuncios ex ejus manibus ſuſcipienti, præcipuas Eccleſiæ dignitates prædixit: ad quas paulo poſt recolendæ memoriæ Deceſſor Noſter Eugenius Papa IV. Dandulum, apud ſe pro patria Oratorem erexit, Legatione Bononienſi, & Epiſcopatu Patavino auctum, Marcum, & Leonardum fratres, ab utroque mutua charitate quotidie inviſus, nunquam inviſit nec etiam rogatus, licet diu nec ſine vitæ periculo, diverſo tempore, uterque decumberet. Iterum ſe dixit, ubi tempus id poſtularet. Ultro adiit tandem quum ſpiritus diſceſſioni jam eſſet paratus: gaudioque ſignificato ob Laurentii fratris inexpectatum adventum, inter ejus ampleaus uterque ſuaviter expiravit.

Venetiarum Epiſcopatum jubente Eugenio IV Pontifice invitus obit.

Viri Dei humilitas eluxit, dum Eugenius Pontifex magnis Laurentii virtutibus captus animum induxit, ut eum Venetis Epiſcopum daret. Etenim Franciſco Maripetro ex Caſtellano Civitatis Venetiarum Epiſcopatu ad Cathedram Vicetinam tranſlato, ſucceſſorem Laurentium pronunciavit. Qui tamen fugam mente agitavit, & paſtorale onus pro ſua modeſtia deprecatus; ſemel atque iterum pontifici jubenti humillime reſtitit, literis ingenui pudoris, ſinceræque probitatis ac ſanctimoniæ plenis ad eundem conſcriptis. Laurentii collegæ inter ſe jejuniis & precibus indictis, Eugenium, ne ſibi patrem eripiat, vehementer obſecrant. Bis ad illum mittunt, bis reſcribit Eugenius, dulciſſimis eos verbis ſolatus. Quare Laurentius Pontifici ter jubenti obtemperavit. Noctem, qua Epiſcopatum nulla pompa, & fratribus etiam remotis, iniit, inſomnem duxit, precibus & lacrymis Dei præſidium in tanto munere implorans. Familiam curis parem delegit, ſibi alias grandem eſſe, cujus ſtudio premeretur, dicere ſolitus, pauperes Chriſti ſignificans. Ædium ornatus, argentumque omnino ſprevit. In menſa non ſordida, ſed munditie plena, nihil appetens aut improbans, fictilibus uſus eſt. In cubili anguſto ex palea & centone laneo conquievit, inde omnibus ſemper excluſis, quo liberius lacrymis & orationi vacaret.

Laurentii virtutes, & curæ Epiſcopales.

Suæ Eccleſiæ pontificali pro dignitate excolendæ primam operam dedit; ſed & reliquis ſacris ædibus in ſolitudinem ferme redactis probe conſuluit. Mox cleri mores adortus, ſaluberrimis eum conſtitutionibus inſtauravit; pari ſtudio ſacrarum Virginum Monaſteria proſequutus, nec minori vigilantia ceterarum ovium ſedulam curam gerens.

In pauperes benignitas, ut decet Epiſcopum.

Pecuniam, ut Epiſcopum decet, ſumme contempſit. Epiſcopium univerſis, omne penu egenis patere voluit: non tamen Fratribus ſuis, a quibus contra non ſemel grandi pecunia adjutus eſt. Amoris fraterni hoc ſignum retinuit, ut tribus feſtis diebus, Paſchatis, Nativitatis Domini, atque Apoſtolorum Petri & Pauli, duobus panibus ea farinæ flure confectis eos donaret. Demortuis duobus, uni ſuperſtiti eos ſemper pependit. Rationes procuratore adferente, quid deeſſet, quid ſupereſſet tantum adſpexit; nefas ratus, ſi lucro animarum præfectus ſederet ad calculos. In occultis pauperibus indagandis fuit ſumme ſolicitus, iis præcipue, qui ex opulentis inopes evaſiſſent; malens aliquando decipi, quam ſcrupuloſius examinare. Si quando in alterutrum offendendum eſſet, potius cui non oporteret dare cupiit, quam non dare cui oporteret. Res

tamen

Digitized by Google

tamen humano uſui neceſſarias libentius, quam pecuniam erogabat: libentius quoque plures ſummas, quam majores, ut nimirum in tanto populo communior eſſet beneficentia. Sæpenumero ſervi ſui votis Dei providentia mirifice adfuit, pecunia multis de locis ad eum inſperato veniente. Viri juſtitia inde patuit, quod nihil unquam ab illo judicatum, reſciſſum eſt, ejuſdemque ſententiæ inappellabiles habitæ ſunt.

Scientia divinitus infuſa clarnit.

Quid vero æque mirum dici poteſt, ac hominem, qui vix prima literarum elementa a præceptore didiciſſet, de omnibus in ſacra Scriptura diſputatis, graviſſime reſpondere potuiſſe, plurimaque Deo plena, literis conſignaſſet? Nimirum ſcientia potius divinitus infuſa, quam humanitus acquiſita inſtructus apparuit.

Contumeliarum patiens.

Calumnias & contumelias magno animo devoravit, nec auctores ſcire voluit. Dominus tamen, cujus negocium agebatur, ipſi adfuit, auctores ipſos impunes abire non ſinens. Spirituum, & cogitationum diſcretio nuſquam major, quam in Laurentio viſa eſt. Immo hoc etiam illi a Cœlo datum, ut Sacræ Virgini abſenti ipſe Miſſarum ſolemnia ad Populum celebrans, extra ſe raptus, Sanctiſſimum Eucharistiæ Sacramentum adminiſtraret.

A Nicolao V P. M. fit Primus Patriarcha Venetiarum.

§.4. Creſcente in dies tanti præſulis fama, Eugenius Pontifex eum apud ſe identidem habere ſe velle ſignificavit, ſemperque Laurentius excuſationes prætendit. Bononiam tamen vocatus, Alpium incommodis atque itineris longitudine, quæ erant excuſationum cauſſæ, ceſſantibus. Pontificem adiit, a quo in S.R.E. frequenti Senatu hoc perhonorifico elogio exceptus eſt: *Salve decus, & gloria Præſulum.* Pontifice eum apud ſe retinere cupiente, corporis imbecillitatem cauſſatus, ad ſuam Eccleſiam lætior redit, quam inde diſceſſerat. Eum pari animi ſignificatione amplexus eſt Eugenii ſucceſſor proximus piæ memoriæ Anteceſſor Noſter Nicolaus Papa V., qui in tanto præſule ornando cum Eugenio plane certans, Laurentium, tametſi reluctantem, Patriarcham eſſe voluit, ſicut Eugenius Epiſcopum eſſe voluerat. Etenim Dominico Michaelio Gradenſi Patriarcha demortuo, Nicolaus dignitatis amplitudini, civitatiſque Venetiarum ſplendori conſulturus, ex Grado modica Inſula juxta veterem Aquilejam, unde ſub adventum Longobardorum Gradenſis Patriarchatus, novæ Aquilejæ nuncupatus, multorum cauſſa diſſidiorum, emerſerat, hunc Venetis una cum omni honore ſuo tranſtulit, extincto Venetæ Civitatis Epiſcopatu, eidem Gradenſi Patriarchatui antea ſubjecto: qui quidem Epiſcopatus a loco Sedis, Olivolenſis primum, mox Caſtellanus eſt dictus. Hinc factum, ut nomen Patriarchæ Gradenſis, quem exinde Venetum appellaverunt, olim invidioſum, in Laurentio gratiſſimum eſſe cœperit.

Magna apud omnes pietatis fama, & veneratio.

§.5. Novi Patriarchæ ſanctitatis præconio longe lateque reſonante, quicunque Venetias adpellebant, Laurentium videre in primis cupierunt. Non vulgus tantum ad eum, veluti ad Angelum de cœlo lapſum, conſpiciendum per vicos & compita certatim currere; ſed viri Principes domi eum inviſere, intimos Epiſcopi receſſus venerationis cauſſa luſtrare., vimque auri pauperibus diſpertiendam ad illum adferre. Advenæ Pannones, Germani, Galli, Hiſpani ad limina Apoſtolorum vel ad Chriſti Domini ſepulcrum peregrinantes, ſe felices putabant, ubi Laurentii benedictione accepta diſcederent; adeoque in maximis periculis Reſpublica Venetorum ad Laurentii precationes, tanquam ad oraculum, confugere conſuevit; Deuſque ipſe quam gratæ ſibi eſſent Laurentii pro ea preces, procul apud Corcyram prodigio comprobavit, ubi in mediis rupibus & ſpeluncis, vir a triginta annis ſolitarius, uni Deo vacans, & prophetiæ ſpiritu inſignis, an res Venetorum in bello cum Duce Mediolanenſi perituræ eſſent, conſultus, omnino ait perituras, niſi eorum præſulis lacrymæ apud Deum intercederent. Laurentius tamen ſolitario illi juxta ac omnes fere mortales, inauditus & incognitus erat.

Pie obiit 1455.

§.6. Jam Venetus Patriarcha annum quartum ſupra ſeptuageſimum exegerat, vigiliis, ſuſceptiſque ultro incommodis attritus, quum ſe libenter hinc abiturum, ſi Domino placeret, aliquando pronunciavit. Paucos poſt dies febri correptus decumbit; lectumque molle ſibi parari commotus eſt, quum Chriſtus Dominus in duriſſimo ligno cubitaſſet. Pecunias, quibus pro ejus ſalute non parcebatur, in pauperes aptius erogari monuit. Migrationis diem adveniſſe intelligens, prope eſſe ſponſum ait, eidemque obviam eundum. Quare ſuſceptis Eccleſiæ Sacramentis, deque mortis utilitate ſermone habito, populoque ſuo, proceribus, & viris ſacris ad ſe confluentibus bene precatus, & multis, quæ eventura erant, prædictis, obdormivit in Domino feſto idus Januarias, anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto, Epiſcopatus anno decimo nono, Patriarchatus quarto, quum ſe nulla pompa ſupremis tabulis inter Canonicos Sancti Georgii in Alga ſepeliendum mandaſſet, qui eum, optime de ſe meritum, deinceps, quaſi auctorem & parentem ſuum, coluerunt.

Poſt obitum pro Viro Sancto ab omnibus colitur.

§.7. Tantus omnium Ordinum univerſæ Civitatis concurſus ad Laurentii corpuſculum factus eſt, ut ex Epiſcopo ad ſacram ædem ob multitudinis oculos depaſcendos, mox illud deferri oportuerit, ubi turba ſe ſe comprimente, feretrum a gradibus chori ad valvas Eccleſiæ raptum eſt. Diſciſſæ veſtes, ſublati calcei, omnia ad venerationem direpta. Ob ejus ſanctitatis ubique vulgatam opinionem Urbani ſodalitiorum proceſſus magna celebritate ad funus accurrerunt, nullo tamen funebri ſigno, ut in mortuorum elationibus fieri ſolet, ſed omni honoris & lætitiæ ſignificatione ultro & publice inſtructi. In funere ipſo ſuaviſſimi cantus, & modulationes auditæ, Angelicæ, non humanæ. Sacrum pignus inter utroſque Canonicos, Patriarchales, & Beati Georgii de eo dando & retinendo contentione orta, quaſi litis exitum expectaturum, in Eccleſiæ Cathedralis Secretario repoſitum eſt, ubi altero ac tertio die nec corruptum, nec fœtens, immo nec quinto, nec ſexto repertum, genis rubeſcentibus & vivo ſimile viſum eſt. Tota Civitate effuſa ad prodigium, octava die palam in ædem ſacram adfertur. Interim ſacræ exuviæ, aliis inſtantius eas poſtulantibus, aliis diligentius cuſtodientibus, iterum in Secretarium allatæ, ubi per dies quadraginta incorruptæ & integræ permanſerunt, quamplurimis ad illas venerationis cauſſa affluentibus, donec tandem totius Populi & Civitatis ſuffragio Canonicis Patriarchalibus illas adjudicante, ſeptimo die ſu-

pta

pra ſexageſimum Sepulturæ in Baſilica Patriarchali decimo ſexto Kalendas Aprilis traditæ ſunt officiis & honoribus, non quibus ceteris ſolent, de quorum virtutibus & meritis ambigitur; ſed quaſi viri Sancti Reliquiæ. Non ſolum ex Italia, ſed ex Illyrico etiam, atque Epiro multi ad prodigium profecti: quod Medici omnes nulla naturæ vi, præſertim quum Laurentius putrida febre laboraſſet, fieri potuiſſe, teſtati ſunt.

Miraculis e… t am poſt mortem clarus evalit.

§.8. Quæ & quanta deinde miracula divinam opem ad Laurentii Sepulcrum implorantibus acciderint, difficile dictu eſt. Hæc felicis recordationis Anteceſſorem Noſtrum Xyſtum Papam IV. permoverunt, ut ad Ducis & Dominii Venetorum ſummas preces, ob eum in Sanctorum canonem referendum, acta, rei tantæ neceſſaria, conſcribenda curaret. Sed quum eadem acta Patriarchalis ædis conflagratione periiſſent, alter piæ memoriæ Deceſſor Noſter Leo Papa X. ad negocii inquiſitionem rurſus juſſit. Poſt Leonem hoc pariter egit Succeſſor ejus ſimilis memoriæ Hadrianus Papa VI. Quo deinde ſublato, Clemens Papa VII. literis Apoſtolicis in forma Brevis ad Antonium Contarenum Civitatis Venetiarum Patriarcham, Duce & Dominio Venetorum pie depoſcentibus, conceſſit, ut pro æterni Regis laude & gloria, ac ipſius Beati Laurentii Pontificis & Confeſſoris reverentia, Sanctæ Eccleſiæ decore & Catholicæ Fidei ſplendore, populorumque dicti Dominii devotione, ſingulis annis in die, qua Beatus Laurentius migravit ad Dominum, Feſtum & officium de eodem cum oratione unius Pontificis & Confeſſoris ſub nomine Beati Laurentii Patriarchæ in ejus & aliis ædibus Deo ſacris Dominii Venetorum, ab omnibus celebraretur. Hoc pacto Clemens Laurentium Beatorum Catalogo adſcripſit.

A Clem.VII. ejus feſtum, & officium permittitur.

§.9. Poſtmodum recolendæ memoriæ Xyſtus Papa V. plenariam indulgentiam, die Feſto Beati Laurentii ædem ſacram, ubi ejus Corpus adſervabatur, devote inviſentibus largitus eſt; quod ſimilis recordationis Clemens Papa VIII. ſemel atque iterum indulſit, adprobatis lectionibus propriis, in ejuſdem inſtituti Congregationibus Beatorum Georgii in Alga & Joannis Evangeliſtæ in Loſitania, cum ejus Officio recitandis. Mox piæ recordationis Paulus Papa V. iiſdem Canonicis Beati Georgii in Alga indulſit, ut, quintis cujuſcunque hebdomadæ feriis non impeditis, illud idem Officium recitarent. Idem poſtea Paulus æque ac ejus Succeſſor Gregorius Papa XV. ac ſubinde Urbanus Papa VIII. piæ quoque memoriæ Anteceſſores Noſtri, de magnis virtutibus & miraculis, per interceſſionem Beati Laurentii patratis, acta & commentarios pro eo in Sanctorum Canonem ſolemni pompa referendo, iterum conſcribi juſſerunt, de ejus Corporis tranſlationibus atque aris Deo in ejuſdem honorem auctoritate Apoſtolica erectis, mentionem facientes: quo tempore hujus Beati Confeſſoris & Pontificis ſummæ ſanctitatis fama etiam in regno Siciliæ ita percrebuit, ut Senatus Panormitanus ob Civitatem a contagionis morbo Laurentii patrocinio divinitus liberatam, eum ſibi præcipuum patronum elegerit, impetrata etiam a jam dicto Urbano Papa VIII. Apoſtolica facultate, ut in Eccleſiis Panormitanis Officium & Miſſa de eodem Beato viro, tanquam de patrono, celebrarentur.

Ab aliis Pontificibus Indulgentiæ, aliiſque gratiæ ad augendum ejus cultum concedantur.

§.10. Tot, tantiſque monumentis, apud Apoſtolicam Sedem comprobata Viri Dei Sanctitate, quam Chriſtianæ virtutes, & complura miracula illuſtraverant, is tandem, quem ſupra memoravimus Alexander Papa VIII. ad Summum Pontificatum evectus, de Laurentio cum aliis Beatis Viris ubique celeberrimis, ex Romanorum Pontificum auctoritate, Ritualibus, Conſtitutionibus, Canonibus, & Decretis, rite ſervatis, in Sanctorum tabulis, Duce, & Dominio Venetorum orantibus, deſcribendo provide cogitavit, ideoque geſta omnia Beati Viri in novum examen adducta ſunt: quo ex veteri more Apoſtolicæ Sedis in tribus Conſiſtoriis, ac plenario conventu Venerabilium Fratrum S.R.E. Cardinalium, atque etiam Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in Urbe præſentium coram ſe rite peracto, Beatum Laurentium ſtatuta die in Sanctorum Canonem per ſe referendum pronunciavit. Quare decimo ſeptimo Kalendas Novembres anno ſalutis milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo, ſui Pontificatus ſecundo in ſacroſanctam beati Petri Principis Apoſtolorum Baſilicam, ſumma celebritate totius Eccleſiæ Romanæ Laurentium maxima cæremonia inter Sanctos numeraturus Alexander profectus eſt, ubi in plenario conventu eorumdem Venerabilium Fratrum S.R.E Cardinalium Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum ſemel, iterum, & tertio iteratis pro Laurentio Juſtiniano in Sanctorum faſtos referendo ad Deum precibus, unanimi omnium acclamatione, & ſuffragio idem Alexander Papa VIII. poſt gratiam Paracliti Spiritus ſumma religione invocatam, auctoritate Omnipotentis Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac ſua, ad honorem Sanctæ, & individuæ Trinitatis; exaltationem fidei Catholicæ, & Chriſtiani nominis incrementum, Beatum Laurentium Juſtinianum Venetum Confeſſorem, & Pontificem, de cujus virtutibus, & miraculis antea conſtiterat, & tunc ſatis conſtabat, una cum aliis Beatis Viris Johanne de Deo, & Paſchale Baylonio Confeſſoribus non Pontificibus, Sanctum Confeſſorem Pontificem eſſe decrevit, & definivit, in Sanctorum Confeſſorum Pontificum Catalogum, & Canonem retulit, eumdemque impoſterum in tota Eccleſia, tamquam vere Sanctum, colendum, invocandum, honorandumque ſancivit: ad ejus honorem ſacras ædes, atque Altaria, in quibus Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium Deo offeratur, conſtrui, ac dicari; Sexto idus Januarias, quo die migravit ad Dominum, illius memoriam, ut Sancti Confeſſoris Pontificis, ab omnibus pie coli poſſe pronunciavit. Inſuper eadem auctoritate omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui annis ſingulis in illius dormitionis die ad ejusdem ſepulcrum religioſe acceſſiſſent, annum & quadraginta dies; accedentibus vero infra octavam, quadraginta dies de injunctis ſeu quomodolibet debitis canonicis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxavit.

Ab Alexandro VIII. Sanctorum numero adſcribitur una cũ 4 aliis Beatis.

Ab eodem Indulgentiæ ejus die feſto conceduntur.

§.11. Mox Deum Patrem æternum, Regemque gloriæ Chriſtum Dominum ejus ſempiternum filium; Sanctumque Paraclitum Spiritum in trinis Perſonis unum Deum, & Dominum Alexander magna Religione veneratus, & peculiari oratione per Beati Laurentii Juſtiniani Confeſsoris, & Pontificis merita precatus, cum

ejus,

jus, & ce terorum commemoratione in Ara maxima ſupra confeſſionem Beati Petri ſolemnem Miſſam celebravit, univerſis Chriſtifidelibus, qui tantæ cæremoniæ aderant, plenariam peccatorum indulgentiam, & remiſſionem largitus.

Cauſæ hujus Conſtitutionis.

§.12. Ne vero de hujuſmodi Alexandri Papæ VIII. decreto Apoſtolico, definitione, ſanctione, adſcriptione, relatione, conceſſione, cæteriſque præmiſſis, propterea quod ab eodem, aut ab ejus Succeſſoribus Innocentio XII. Clemen. XI. & Innocentio XIII. piæ me. Romanis Pontificibus Anteceſſoribus noſtris, literæ decretales de more conſcriptæ non fuerint, deinceps unquam poſſit quomodolibet hæſitari, Nos, qui meritis licet imparibus diſponente Domino in Cathedra Beati Petri iiſdem ſucceſſimus, volumus, & Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut Decretum, ſanctio, relatio, adſcriptio, & reliqua hactenus recenſita a jam dicta die decimo ſeptimo Kalendas Novembres anni 1690. ſuum undequaque, & plenarium conſequantur effectum, ac ſi ab eodem Alexandro VIII. literæ Decretales revera eadem die conſcriptæ, & de more promulgatæ fuiſſent, ut ſuperius enarratur.

Promulgatio recenſitæ Canonizationis.

Clauſulæ.


§.13. Volumus autem, ut præſentes literæ ad probandum Decretum, definitionem, Sanctionem, adſcriptionem, relationem, ſtatutum, conceſſionem, cæteraque præmiſſa, ubique omnino ſufficiant, neque alterius cujuſcumque probationis adminiculum ad id amplius requiratur.

§.14. Præterea quia difficile foret, has noſtras ad ſingula loca, ubi opus eſſet, adferri, volumus, ut earumdem exempla, etiam typis impreſſa, manu publici Notarii ſubſcripta, ſigilloque alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munita, eamdem ubique fidem obtineant, quam hæ noſtræ obtinerent, ſicubi eas exhiberi, vel oſtendi contingeret.

§.15. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtri Decreti, diffinitionis, Sanctionis, adſcriptionis, relationis, ſtatuti, conceſſionis infringere, aut ei temerario auſu contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Septingenteſimo Vigeſimo quarto, Pridie Nonas Junias Pontificatus Noſtri Anno Primo.

✠ EGO BENEDICTUS CATHOLICÆ ECCLESIÆ EPISCOPUS.



†
† *Ego Franciſcus Epiſcopus Prænestinus Cardinalis Barberinus.*
†
† *Ego Petrus Epiſcopus Sabinenſis Cardinalis Ottobonus S. R. E. Vicecancellarius.*
† *Ego Laurentius Epiſcopus Tuſculanus Cardinalis Corſinus.*
†
† *Ego Joſeph Renatus S. Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis Imperialis.*
†
†
† *Ego Philippus Antonius Tit. S. Cæciliæ Preſbyter Cardinalis Gualterius.*
†
†
†
†
† *Ego Ludovicus Tit. S. Silveſtri in Capite Preſbyter Cardinalis Picus de Mirandula.*
† *Ego Joannes Antonius Tit. Sancti Petri in Vinculis Presbyter Cardinalis de Via.*
†
† *Ego Antonius Felix Tit. S. Balbinæ Presbyter Cardinalis Zondadarius.*
† *Ego Petrus Marcellinus Tit. S. Joannis ante Portam Latinam Presbyter Card. Corradinus.*
†
†
† *Ego Curtius Sancti Euſtachii Presbyter Cardinalis Origus.*
† *Ego Melchior Tit. S. Mariæ Angelorum Presbyter Cardinalis de Polignac.*
†
†
†
†
†
†
†
† *Ego Nicolaus Tit. SS. Nerei, & Achillei Presbyter Cardinalis Spinula.*
†
†
† *Ego Georgius Tit. S. Agnetis Presbyter Cardinalis Spinula.*
† *Ego Cornelius Tit. S. Cæciliæ Presbyter Cardinalis Bentivolus.*
†
†
† *Ego Ludovicus Tit. S. Priſcæ Presbyter Cardinalis Belluga.*
† *Ego Joſeph Tit. S. Suſannæ Presbyter Cardinalis Pereyra de la Cerda.*
†
† *Ego Joannes Baptiſta Tit. S. Stephani in Monte Cœlio Presbyter Cardinalis Salernus.*
†
† *Ego Alvarus Tit. S. Bartholomæi in Inſula Presbyter Cardinalis Cienſuegos.*
† *Ego Bernardus Maria Tit. S. Bernardi ad Thermas Presbyter Cardinalis de Comitibus Major Pœnitentiarius.*
† *Ego Joannes Baptiſta Tit. S. Matthæi in Merulana Presbyter Cardinalis de Alteriis.*
† *Ego Vincentius Tit. S. Onuphrii Presbyter Cardinalis Petra.*
† *Ego Proſper Tit. S. Caliſti Presbyter Cardinalis Mareſuſcus.*

† Ego

† *Ego Frater Auguſtinus Tit. S. Xiſti Preſbyter Cardinalis Pipia.*

† *Ego Nicolaus Tit. S. Mariæ in Domnica Preſbyter Cardinalis Coſcia.*

†

†

† *Ego Nicolaus Maria Tit. Sanctor. Joannis, & Pauli Preſbyter Cardinalis Lercarius.*

† *Ego Fr. Laurentius Tit. S. Mariæ de Aracæli Preſbyter Cardinalis Cozza.*

†

†

† *Ego Benedictus S. Mariæ in Via lata Diaconus Cardinalis Pamphilius.*

† *Ego Laurentius Sanctæ Agathæ ad Montes Diaconus Cardinalis de Alteriis.*

† *Ego Carolus Sancti Angeli in Foro Piſcium Diaconus Cardinalis Columna.*

† *Ego Fabius Sanctorum Viti, & Modeſti Diaconus Cardinalis de Abbatibus Oliverius.*

† *Ego Julius S. Adriani Diaconus Cardinalis Alberonus.*

† *Ego Alexander Sanctæ Mariæ in Coſmedin Diaconus Cardinalis Albanus.*

† *Ega Alexander S. Mariæ de Scala Diaconus Cardinalis Falconerius.*

†

†

†

†

†

†

†

†

P. Cardinalis Prodatarius;
F. Cardinalis Oliverius.

VISA

De Curia I. Archiepiſcopus Ancyranus.
L. Martinettus.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

VI.

Dat. 4. Junii 1724. anno.

Promulgatur Canonizatio B. Joannis a Capiſtrano Ord. Minorum de Obſerv. ab Alexandro VIII. jampridem peracta.

Similes ſunt huic Conſtitutiones præcedens, & ſequens. Peracta fuit Canonizatio an. 1690, Oct. 16, P. 2.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

RAtioni congruit, & convenit æquitati, ut quæ Romanus Pontifex in plenario Conventu Venerabilium fratrum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, unanimi eorum conſilio communicato, ſanſit, & definivit, licet poſtea ob ejus Pontificis obitum literæ Apoſtolicæ de his conſcriptæ non fuerint, ſuum tandem conſequantur effectum.

Expoſitio facti, & Vitæ B. Joannis.

§. 1. A largitore omnium bonorum in ſummo Eccleſiæ faſtigio conſtitutus felicis recordationis Anteceſſor Noſter Alexander Papa VIII. pro ſua paſtorali vigilantia illud unum præ omnibus ſibi incumbere animadvertit, ut pro Domo Iſrael Speculatoris officium impendens, populos ſibi commiſſos duceret in vias Domini. Hoc autem ſe præſtiturum putavit, ſi ex ritu, & diſciplina S. R. E. recognitis, & comprobatis eorum virtutibus, qui vitæ Sanctimonia cæteris antea præluxerant, pietatis ardorem eo magis in Chriſtifidelium cordibus accederet, quo vitam, a Viris juſtis pie actam, in Univerſa Eccleſia luculentius ſpectandam aperiret. Itaque cum aliis Dei Servis, qui moribus vere Chriſtianis jamdudum venerandi habebantur, Joannem a Capiſtrano Ordinis Fratrum Minorum B. Franciſci, qui a regulari obſervantia nuncupantur, multis magniſque virtutibus, & ſignis ubique percelebrem, rite in Sanctorum Canonem ſibi referendum exiſtimavit.

§. 2. Capiſtrani Marſorum Oppido in agro Aquilano, inque Epiſcopatu Sulmonenſi ortus eſt Ioannes anno Chriſti Domini 1385. In gymnaſio Peruſino Chriſtianis, & liberalibus diſciplinis inſtructus, aliquando rempoblicam geſſit: ſed poſtea Dei monitu ad ſanctius miniſterium vocatus, in eadem Civitate Ordinem Fratrum Minorum Beati Franciſci, qui a Regulari obſervantia nuncupantur, abſe ferventiſſimis votis expetitum, quamvis repulſus duriſque, & publicis quoque experimentis probatus, maxime alacris amplexus eſt anno Chriſti Domini 1414. In divinis literis magiſtro uſus eſt beato Confeſſore Bernardino Senenſi, quem prò Sacratiſſimo nomine Jeſu calumniis traductum coram piæ memoriæ Anteceſſore Noſtro Martino Papa V. in Baſilica Beati Petri principis Apoſtolorum ſtrenue defendit: eumdemque ipſe, & Sodalis Jacobus a Marchia per inclytæ recordationis deceſſorem Noſtrum Nicolaum V. in Sanctorum Confeſſorum Canonem poſteà referendum curavit, uterque deinceps in eumdem Sanctorum Canonem, & Jacobus quidem a Nobis quamprimum favente Domino referendus Joannis doctrinæ, aſperrimæ pœnitentiæ, & Sanctitatis fama in dies creſcente, ad multas, variaſque Provincias, Italiam, Germaniam, Sarmaticam, Pannoniam Chriſtianos mores, diſciplinamque verbo, & ſcriptis, quæ plurima edidit, inſtauraturus, ab Anteceſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus ablegatur. Idem quem diximus, Martinus V. ad compeſcendam verbo, & ſcriptis Fraticellorum ſectam illum una cum Jacobo a Marchia Inquiſitorem inſtituit; de quibus Joannem feliciter triumphantem, contra omnes hæreticos generalem Inquiſitorem creat. Reatinos, & finitimos populos inter ſe odiis, armiſque certantes eloquii ſuavitate componit. In terris S. R. E. citra Pharum, Joanna II. Regina flagitante, Judaici fenoris pravam licentiam evellit. Deceſſorum Noſtrorum, Martini dormitionem, piæque memoriæ Eugenii IV. Succeſſionem prædicit, a quo pro magnis Eccleſiæ negociis ad Inſubres, Siculos, & alios mittitur. Recuſato Aquilano Epiſcopatu, munus prædicandi Euangelium obire non ceſſat, inque plenario Florentinorum Patrum Convento, velut ſol quidam fulget. Romæ Judæorum Synagogæ Magiſtrum com quadraginta Sectatoribus ad veritatis profeſſionem reducit. Ut hæreticos in ſinum Eccleſiæ, & Principum animos in concordiam redigat, Friderico III. Imperatore poſtulante, in Germaniæ partes a prædicto Nicolao V. mittitur.

Ejus ortus 1385.

Religionem ingreditur.

In variis Provinciis a Romanis Pontificibus ablegatur.

Fraticellorum ſecta delevit.

In componendis diſſidiis, & futurorum ſcientia clarus.

Epiſcopali dignitate recuſata, munus prædicandi Evangelium obivit.

Digitized by Google

§.3. In Germania, Bohemia, Sarmatica, & Pannonia ſexennali peregrinatione Huſſitis, Adamitis, Taboritis, Hebræiſque innumeris ad Chriſtianam veritatem, doctrinæ, ſanctitatis, & miraculorum luce converſis, Dei gloriam mirificè auget. Ægros quamplurimos ſanat, mortuos ſuſcitat, mutis loquelam reſtituit. Denique totam Chriſtianorum Rempublicam periclitantem ab immaniſſimo Turcarum Tyranno defenſurus, ſe pro Domo Iſrael murum opponit, dum piæ memoriæ Deceſſor Noſter Caliſtus Papa III. Joanne potiſſimum deprecante, Chriſtianorum militum, ſigno Crucis illuſtrium expeditionem in Turcas Europæ incubantes decernit ſtatimque Joanne Pannoniam, Tranſilvaniam, Moldaviam, Vallachiam, inſtar fulgoris pervolante, ſeptuaginta millia Chriſtianorum conſcribuntur, Cruciſque vexillum ipſo parma fidei protecto præferente, de centum, & viginti millibus hoſtium toto Orbe mirante, victoria reportatur: cujus Nuncio Romam allato VIII. Idus Auguſtas., idem Caliſtus ejus diei memoriæ ſolemnia Transfigurationis Chriſti Domini perpetuo conſecravit.

Ejuſdem monitu decreta a Caliſto III. expeditione in Turcas, eodemque Crucis vexillum præferente, victoria reportata eſt.

§.4. Joannes his, atque aliis ſempiterna memoria digniſſimis præclare geſtis, ex corporis fatigatione lethali morbo contracto Villacum Pannoniæ inferioris Opidum in agro Sirmienſi defertur, ubi a Ladislao Rege aliiſque viris principibus viſitatur, ſanctiſque Eccleſiæ Sacramentis maxima Religione ſuſceptis, & multis, quæ ſuperventura erant, prænunciatis, principes viros Ladislaum Regem, Matthiam Corvinum, alioſque ad tuendam Religionem Chriſtianam hortatus vir Apoſtolicus, & voluntate Martyr pie in Domino obiit anno ſalutis 1446. X. Kalendas Novembres; defuncto triduanæ exequiæ in Pannonia, Germania, atque Italia Univerſa perſolvuntur. Poſt obitum æque, ac in vita multis magniſque miraculis claruit.

Ejus Obitus 1446., & poſt ipſum miracula.

§.5. Pro eo in Sanctorum Canonem referendo ad Sedem Apoſtolicam undique ſcriptum eſt; ab Italiæ Civitatibus Bononia, Patavio, Tarviſio, Aſculo, Fridericus III. Auguſtus, & Caſimirus Poloniæ Rex a Pio II. felicis memoriæ Anteceſſore Noſtro id poſtulaverunt; qui quidem Pius, adhuc Æneas Silvius, perinſignium Joannis virtutum locuples teſtis, eodem Friderico III. rogante illum a Nicolao V. in Germaniam mittendum impetraverat. Ad hæc Joannes, & Sigiſmundus Comites Palatini ad Rhenum, Rupertus Dux Bavariæ, Albertus Marchio Brandenburgicus, Corradus Dux Sileſiæ, Petrus S. R. E. tituli S. Vitalis Presbyter Cardinalis, Auguſtanus nuncupatus, in Univerſa Germania Apoſtolicæ Sedis Legatus; Epiſcopi Miſnenſis, Eyſtettenſis, aliique, Mathias Rex, & Eliſabeth Pannoniæ Regina, plurimæque illarum partium Civitates, ab Apoſtolica Sede idem popoſcerunt. Quare tot tantiſque Viri Dei præconiis una voce ad Sanctam Romanam Eccleſiam undique allatis, & confluentibus permotus felicis memoriæ Anteceſſor Noſter Leo Papa X. per Bernardum S. R. E. Diaconum Cardinalem Sanctæ Mariæ in Porticu, Bibienam nuncupatum, conceſſit anno ſalutis 1515. ut Joannis piæ dormitionis dies feſtus perpetuis futuris temporibus a Clero Seculari, & Regulari apud Capiſtranenſes quotannis celebretur.

A Leone X. conceſſum fuit, ut ejus dies feſtus celebretur.

§.6. Poſtmodum alius Deceſſor Noſter felicis quoque memoriæ Gregorius Papa XV. Beatorum faſtis Joannem ſcripſit, in quo ejus die natali officium duplex, & Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium in ejuſdem honorem, toti Ordini regularis obſervantiæ beati Franciſci, & Sæculari etiam Clero in dicti Ordinis Eccleſiis celebrari permiſit. Mox ſub piæ memoriæ alio Anteceſſore Noſtro Urbano Papa VIII. eximiis, & multis Viri Dei virtutibus, & miraculis ad Apoſtolicarum Conſtitutionum ritus, & Canones in examen vocatis, & quæ omnium approbatione, & præconio receptis, etiam ſub felicis memoriæ Anteceſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus Innocentio X., Alexandro VII. & Clemente X. tandem a Sanctæ memoriæ Deceſſore itidem Noſtro Innocentio XI. de Beato Viro in Sanctorum Canonem referendo ſancitum eſt, repetitis precibus id etiam poſtulantibus illuſtris memoriæ Leopoldo electo Romanorum Imperatore, Carolo II. Hiſpaniarum Rege, & Coſmo III. in Etruria ſibi ſubjecta magno Duce.

A Gregorio XV. Beatorũ faſtis adſcriptus eſt.

§.7. Quum autem re infecta idem Innocentius jubente Domino, ex hac vita pie migraſſet, felicis memoriæ Alexander Papa VIII. eidem ſuffectus, ex Romanorum Pontificum auctoritate, ritualibus Conſtitutionibus, Canonibus, & Decretis rite ſervatis, de Joanne Sanctorum Canoni adſcribendo provide cogitavit. Quare XVII. Kalendas Novembres anno ſalutis MDCXC. ſui Pontificatus ſecundo, in Sacroſanctam Beati Petri Principis Apoſtolorum Baſilicam ſumma celebritate totius Eccleſiæ Romanæ profectus eſt, ubi ſemel, iterum, & tertio in plenario Conventu Venerabilium fratrum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum iteratis pro Joanne in Sanctorum Canonem referendo ad Deum precibus, unanimi omnium acclamatione, & ſuffragio poſt gratiam Paracliti Spiritus ſumma religione invocatam, idem Alexander VIII. auctoritate Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ad honorem Sanctæ, & individuæ Trinitatis, exaltationem Fidei Catholicæ, & Chriſtiani nominis amplificationem, beatum Joannem a Capiſtrano Ordinis Fratrum Minorum Beati Franciſci, a regulari obſervantia nuncupatorum, de cujus virtutum, & prodigiorum magnitudine cumulate conſtiterat, una cum aliis beatis viris Laurentio Juſtiniano Confeſſore, & Pontifice, Joanne a Sancto Facundo, Joanne de Deo, & Paſchale Baylonio Confeſſoribus non Pontificibus, Sanctum Confeſſorem eſſe decrevit, & definivit in Sanctorum Confeſſorum Catalogum, & Canonem retulit, eumdemque impoſterum in tota Eccleſia, tanquam vere ſanctum, colendum, invocandum, honorandumque ſancivit: ad ejus honorem Sacras ædes, atque Altaria, in quibus Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium Deo offeratur, conſtrui, ac dicari, & quotannis X. Kalendas Novembres, quo die vir Sanctus obdormivit in Domino, illius memoriam ut Sancti Confeſſoris non Pontificis, pie recoli poſſe pronunciavit. Mox Deum Patrem æternum, regemque Gloriæ Chriſtum Dominum ejus ſempiternum filium, Sanctumque paraclitum Spiritum in trinis perſonis unum Deum, & Dominum Alexander magna religione veneratus, & peculiari oratione per Joannis Confeſſoris merita precatus, cum ejus, & cæterorum commemoratione ad Aram Maximam ſupra

Ab Alexandro VIII, nõnullis Europæ Principibus poſtulantibus, in Sanctorum faſtos relatus eſt una cum 4. aliis Beatis.

Con-

Digitized by Google

Confeſſionem Beati Petri ſolemnem Miſſam celebravit, univerſis Chriſtifidelibus, qui aderant tantæ cæremouiæ plenariam peccatorum Indulgentiam, & remiſſionem largitus.

Cauſæ hujus Conſtitutionis.

§.8. Ne vero de hujuſmodi Alexandri Papæ VIII. Decreto Apoſtolico, definitione, ſanctione, adſcriptione, relatione, conceſſinne, cæteriſque præmiſſis, propterea quod ab eodem, aut ab ejus Succeſſoribus Innocentio XII. Clemente XI. & Innocentio XIII. piæ memoriæ Romanis Pontificibus Anteceſſoribus Noſtris de more literæ decretales conſcriptæ non fuerint, deinceps unquam poſſit quomodolibet hæſitari;

Promulgatio relatæ Canonizationis.

Nos, qui meritis licet imparibus diſponente Domino, in Cathedra Beati Petri iiſdem ſucceſſimus; volumus, & Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut Decretum, ſanctio, relatio, adſcriptio, cæteraque hactenus, recenſita a jam dicta die XVII. Kalendas Novembres 1690. ſuum undequaque, & plenarium conſequantur effectum, ac ſi ab eodem Alexandro VIII. literæ Decretales revera eadem die conſcriptæ, & de more promulgatæ fuiſſent, ut ſuperius enarratur.

Clauſulæ.

§.9. Volumus autem, ut præſentes literæ ad probandum decretum, definitionem, ſanctionem, adſcriptionem, relationem, ſtatutum, conceſſionem, cæteraquæ præmiſſa ubique omnino ſufficiant, neque alterius cujuſcumque probationis adminiculum ad id amplius requiratur. Præterea, quia difficile foret has noſtras ad ſingula loca, ubi opus eſſet, adferri, volumus, ut earumdem exempla, etiam typis impreſſa, manu publici Notarii ſubſcripta, ſigilloque alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munita, eamdem ubique fidem obtineant, quam hæ Noſtræ obtinerent, ſicuti eas exhiberi, vel oſtendi contingeret.

§.10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri Decreti, definitionis, ſanctionis, adſcriptionis, relationis, ſtatuti, conceſſionis infringere, aut ei temerario auſu contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quarto, Pridie nonas Junias Pontificatus Noſtri Anno Primo.

* EGO BENEDICTUS CATHOLICÆ ECCLESIÆ EPISCOPUS.



†
†
† *Ego Franciſcus Epiſcopus Prænestinus Card. Barberinus.*
†
†
† *Ego Laurentius Epiſcopus Tuſculan. Cardinalis Corſinus.*
†
† *Ego Joſeph Tit. S. Praxedis Presbyter Card. Sacripantes.*
†
†
† *Ego Philippus Antonius Tit. S. Cæciliæ Presbyter Card. Gualterius.*
†
†
†
†
† *Ego Ludovicus Tit. S. Silveſtri in Capite Presbyter Cardinalis Picus de Mirandula.*
†
†
† *Ego Antonius Felix Tit. S. Balbinæ Presbyter Cardinalis Zondadari.*
†
† *Ego Petrus Marcellinus Tit. S. Joannis ante portam latinam Presbyter Cardinalis Corradinus.*
†
†
†
† *Ego Melchior Tit. S. Mariæ Angelorum Presbyter Cardinalis de Polignac.*
†
†
†
†
† *Ego Bernardinus Tit. S. Petri in Monte Aureo Presbyter Cardinalis Scottus.*
†
†
†
†
†
†
† *Ego Georgius Tit. S. Agnetis Presbyter Cardinalis Spinula.*
†
†
†
† *Ego Ludovicus Tit. S. Priſcæ Presbyter Cardinalis Belluga, & Moncada.*
† *Ego Joſephus Tit. S. Suſannæ Presbyter Cardinalis Pereyra de la Cerda.*
†
† *Ego Joannes Baptiſta Tit. S. Stephani in Monte Cœlio Presbyter Cardinalis Salernus.*
†
† *Ego Alvarus Tit. S. Bartholomæi in Inſula Presbyter Cardinalis Cienfuegos.*
†
† *Ego Joannes Baptiſta Tit. S. Matthæi in Merulana Presbyter Cardinalis de Alteriis.*
† *Ego Vincentius Tit. S. Onuphrii Presbyter Cardinalis Petra.*
† *Ego Proſper Tit. S. Chryſogoni Presbyter Cardinalis Mareſoſchi.*
† *Ego Nicolaus Tit. S. Mariæ in Domnica Presbyter Cardinalis Coſcia.*
†

✝

✝

✝

✝ *Ego Benedictus S. Mariæ in Via Lata Diaconus Cardinalis Pamphilius.*

✝ *Ego Joſeph Renatus S. Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis Imperialis.*

✝ *Ego Laurentius S. Agathæ ad Montes Diaconus Cardinalis de Alteriis.*

✝ *Ego Carolus S. Angeli in foro Piſcium Diaconus Cardinalis Columna.*

✝ *Ego Curtius S. Euſtachii Diaconus Cardinalis Origus.*

✝ *Ego Fabius SS. Viti, & Modeſti Diaconus Cardinalis Oliverius.*

✝ *Ego Carolus S. Mariæ in Aquirio Diaconus Cardinalis Marinus.*

✝ *Ego Julius S. Adriani Diaconus Cardinalis Alberonus.*

✝ *Ego Alexander S. Mariæ in Coſmedin Diaconus Cardinalis Albanus.*

✝ *Ego Nicolaus Tit. SS. Martyrum Diaconus Cardinalis de Judice.*

✝

✝

✝

✝

P. Card. Prodatarius.

F. Card. Oliverius.

VISA

De Curia I. Archiepiſcopus Ancyran.

I. Martinettus.

VII.

Dat. 4. Junii 1734. ann. 1.

Promulgatur Canonizatio B. Catharinæ a Bononia Clariſſæ, jam antea a Clemente XI Sanctarum Virginum albo adſcriptæ.

Similes ſunt huic Conſtitutiones præcedens, & ſequens. Peracta fuit Canonizatio an: 1712, Maji 22 P. 12.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

RAtioni congruit, & convenit æquitati, ut quæ Romanus Pontifex in plenario conventu Venerabilium Fratrum S.R.E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, unanimi eorum conſilio communicato, ſanxit, & definivit, licet poſtea ob ejuſdem Pontificis obitum literæ Apoſtolicæ de his conſcriptæ non fuerint, ſuum tandem conſequantur effectum.

Expoſitio facti, & vitæ B. Catharinæ.

§. 1. Jampridem piæ mem: Anteceſſor noſter Clemens Papa XI rem Apoſtolatu ſuo maxime dignam reputans, Dei famulis olim Chriſtianarum virtutum perfectione excellentibus ſummos honores in Catholica Eccleſia decernere, poſt intellectam Sacræ Deo Virginis Beatæ Catharinæ a Bononia Ordinis Minorum Beati Franciſci, quæ Clariſſæ appellantur, præclaram, & laudabilem vitam inſignium quoque miraculorum ſerie illuſtratam, quæ in Sanctis ſuis mirabilis Deus, per ejuſdem ſuæ Virginis merita operari voluerat, juſtum, & ſumme decens exiſtimavit, Dei electam ancillam, ut vere Sanctam, in Militanti Eccleſia, ſecundum receptos Eccleſiæ Romanæ ritus auctoritate ſibi divinitus tradita, honorandam ſancire, ejuſque virtutes tanquam eximias, & præcellentes, omnibus Chriſtianis imitandas proponere, ut ad ſummi Dei cultum ipſius exemplo ſe componentes, in neceſſitatibus patronam, & deprecatricem apud Dominum habere mererentur.

§. 2. Anno Chriſti Domini 1413. 6. Idus Septembris, Bononiæ primaria Beati Petri, atque Italiæ Civitate, unde huic Sacræ Virgini cognomen adhæſit, ex Patre Ferrarienſi, & Matre Bononienſi, non ſine prodigiis, futuram ejus Sanctitatem præmonſtrantibus, Catharina orta eſt. Ex Margaritæ Ateſtinæ aula, ubi triennium vixerat, ætatis ſuæ anno 14. Ferrariæ in Monaſterium Corporis Chriſti ſub Regula Ordinis Minorum Beati Franciſci, quæ Clariſſæ appellantur, Cæleſti Sponſo ancillatura, confugit, ubi omnium rerum humanarum, ut uni Deo vacaret, cogitatione depoſita, ex humani generis hoſte, orationis, & divinæ gratiæ clypeo munita, Victrix ſemper evaſit, immo ipſa, alias latine docta artem de eo triumphandi Italiæ expoſuit, libro *de ſeptem ſpiritualibus armis* inſcripto, quod humilitatis Inſtitutum ab ſe igni traditum, mox novo Dei monitu iterum literis conſignavit. Tam coram vitæ innocentia ſe ſuperis reddidit, ut Deus, qui arcana Cæleſtia, ei non ſemel patere voluit, eam pariter, ſibi uni propria ſcientia futurorum, inſtruxerit, qua præceteris patriæ ſuæ de hoſte victorias, & Orientalis Imperii, ob Græcorum impietatem, & Schiſma funeſtam cladem prænunciavit.

Ejus ortus 1413.

Clariſſarum Monaſterium ingreditur.

Librum quemdā conſcripſit.

Futurorum ſcientia clara extitit.

§. 3. Piæ Virginis fama longe, lateque diffuſa, patriæque Oratoribus Coloniam Sororum ejus ſibi concedi flagitantibus, novum ſuæ Regulæ Monaſterium excitatura, Bononiam Natale ſolum, ire jubetur. Ad Ferrarienſium turbas, diſceſſum ejuſmodi ægre ferentium, vitandas, iter cum Oratoribus, ſacriſque Beati Franciſci alumnis, noctu diſpoſitum eſt. Catharina autem, uti erat viribus fracta, alienis brachiis, inſtar cadaveris, extra Monaſterium, educta, mox ita convaluit, ut currum quo ad flumen Rhenum perducta eſt, ſola, & nullius opis indiga adſcenderit. Beſſarionem Baſilicæ Duodecim Apoſtolorum S.R.E. Presbyterum Cardinalem, Bononiæ pro Apoſtolica Sede Legatum, & Philippum Civitatis Epiſcopum, pariterque S.R.E. Tituli Sancti Laurentii in Lucina Presbyterum Cardinalem Calandrinum nuncupatum, nedum patrium Senatum, magnamque Civium frequentiam, Catharina, & reliquæ ei comites traditæ Sacræ Virgines obvios habuerunt. Earum Collegii poſtmodum abſoluti, Dei juſſu præfecturam ſuſcepit, ſociaſque vere Sanctarum Virginum Chorum ſuæ pietatis exemplo conſtituit.

Bononiæ novum Monaſterium excitat, cui & præfuit.

§. 4. Jam per annos duodeviginti variis, & multis ægritudinibus, vitæque incommodis Bononienſem Virginem, nihil omittentem, quod munus ſuum ſpectare videretur, Dominus exercue-

Multa adverſæ valetudinis incommoda diu æquo animo pertulit.

Digitized by Google

erat quum eam, quibuſvis cruciatibus alacriter pro Deo tolerandis paratam, lethales morbus invaſit. Tunc pro charitatis æſtu, quo ſumme flagrabat, nihil prius habuit, quam, ut Sororibus ſuis quaſi ultimum vale dictura, æternæ ſalutis monita pateſaceret, maximaque religione ſuſceptis Eccleſiæ Sacramentis, ſe, quod tamdiu anhelaverat, in divini Sponſi occurſum ituram diſpoſuit, ſed toto Virginum cœtu Deum exorante, ne filias mœrore confectas tantæ Matris ſolatio viduaret, Catharina mentis exceſſum paſſa e lectulo incolumis ſurgit, conſuetoque præfecturæ muneri, ut antea obeundo ſolicitam operam navat, anno, quo ſupervixit, diu, noctuque Chriſtianis virtutibus toto pectore excolendis, uniſque cæleſtibus, ad quæ non ſine lacrymis adſpirabat, meditandis intenta.

Supremum diem vaticinata obiit 1463 virtutibus omnibus prædita.

§.5. Majoris hebdomadæ tempus advenerat, quum de more ablutis Sororum pedibus, ſemel, atque iterum vehementibus, & aptiſſimis verbis eas ad amorem Crucis hortatur, reſolutionis ſuæ tempus inſtare vaticinata. Hoc tamen a Sororibus non ſtatim animadverſum, Catharina hilari vultu, vicinam mortem non indicante, ſed vitæ ſuæ curſum ſe conſummaſſe dicenti, nuncius proximæ diſceſſionis erupit. Mox acerbis doloribus correpta decubuit, quibus forti animo toleratis, ſumptiſque miro pietatis ſtudio Sacramentis, atque oculis in Crucifixi imaginem ſæpe converſis, pulſimos hymnos ab ſe compoſitos recitavit. Sorori vices ſuas poſt dormitionem obituræ cæteras pias Virgines intimo animi ſenſu commendavit, deque Cæleſtibus, & Chriſtianis rebus eas allocuta, poſt dulcem Sanctiſſimi Nominis Jeſu iteratam invocationem, ſpiritum Deo reddidit 3. Idus Martias anno ſalutis 1463. ætatis ſuæ quinquageſimo.

Signa ejus Sanctitatis poſt obitum cælitus edita.

§.6. Defuncta longe pulchrior, quam viva, adoleſcentulam plane dormientem referre viſa eſt. Poſt ejus animam in Cælum receptam, & corpuſculi depoſitionem, multis illius patrocinio apud Deum ſe commendantibus, quum duo de viginti dies effluxiſſent, incorruptum, & ſuavem ſpirans odorem, ſepulcro eruitur, ſeptemque dierum ſpatio omnium undique confluentium oculis exponitur, quod ſedens inſtar viventis hactenus magno cum honore ibidem colitur.

A Clem. VIII cultus publicus eidem Sanctæ Virgini una cum in ulgentiis conceſſus fuit, & a Clem. VIII. in Martyrologii tabulas relata.

§.7. Felicis recordationis Anteceſſor noſter Clemens PP. VII. annos ſeptem, & ſexaginta a Catharinæ deceſſu, ſacri corporis incorruptionem, manu tractabilem, coram miratus Monaſterii Sororibus facultatem indulſit, quotannis Catharinæ anniverſarii obitus die recurrente ſacras preces in ejus honorem ritu Eccleſiaſtico recitandi, tum diebus ſingulis inter horas canonicas ejuſdem nomen commemorandi; Indulgentiam quoque iis conceſſit, qui pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramentis pie ſuſceptis, ſacram ædem, ubi Virgo Dei requieſcit, annuo feſto ejus inviſerent. Poſtmodum ad ſacras quoque Ferrarienſes Virgines earumdem precum recitandarum facultas extenſa eſt; tum Miſſa propria ad ejus honorem in Eccleſiis Sanctimonialium utriuſque Civitatis, Sacerdotibus, qui eis eſſent a ſacris Confeſſionibus, Apoſtolica largitate permiſſa. Creſcente Dei Ancillæ virtutum, & meritorum fama, inclytæ memoriæ Antéceſſor noſter Clemens Papa VIII. nomen ejus in ſacras tabulas Martyrologii Romani referendum curavit: Poſtea ſedente alio Deceſſore noſtro fel: me: Innocentio Papa X. ad alterius Deceſſoris Urbani Papæ VIII. Decretorum normam, de Catharina in Sanctarum Virginum Canonem referenda actum, deque omnino ejus virtutum perfectione in gradu ſummo plene conſtare, decretum eſt. Hoc felicis quoque memoriæ Innocentius Papa XI. Anteceſſor noſter confirmavit, novaque miracula, quibus poſt permiſſam ab Apoſtolica Sede Ancillæ ſuæ venerationem, Deus ſanctitatem ejus pateſecerat, auctoritate ſua pariter comprobavit.

A Clem. XI. prædicta Beata Catharina Sanctorũ Virginum albo adſcripta eſt una cum tribus aliis Beatis.

§.8. Hinc tandem factum, ut idem piæ me: Clemens Papa XI. univerſis, quæ ex S.R.E. diſciplina, & ritu, Deceſſorumque noſtrorum Pontificum Romanorum Conſtitutionibus Apoſtolicis, ſacriſque Canonibus in Catharinæ eximiis virtutibus, & miraculis examinandis, & comprobandis ſervanda erant, ſancte ſervatis, magnæ ſolemnitatis diem Dominicam, Sanctiſſimæ Trinitati ſacram XI. Kalendas Junias anni Dominicæ Incarnationis 1712. ſui Pontificatus XII. futuram indixerit, qua Catharinam Sanctarum Virginum Canoni adſcriberet, quod Reges, Principes, Virique inſignes Eccleſiaſtici, & Seculares plurimis, & urgentiſſimis precibus ab Apoſtolica Sede antea flagitaverant. Clemens ergo indicta die in Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli Baſilicam magno apparatu deſcendit, ubi in plenario S.R.E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum conventu repetitis pro Beata Catharina in Sanctarum Virginum Canonem referenda humillimis ad Deum precibus, Sanctique Spiritus gratia enixe invocata, ad honorem Sanctiſſimæ, & Individuæ Trinitatis, Fideique Catholicæ amplificationem, auctoritate Omnipotentis Dei, Patris, Filii, & Spiritus Sancti, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, totius ejuſdem Conventus conſilio, unanimique conſenſu, beatæ memoriæ Catharinam a Bononia de cujus Sanctitate, virtutumque, ac prodigiorum magnitudine plene conſtiterat, una cum Confeſſore, & Pontifice Pio Papa V., cæteriſque Confeſſoribus non Pontificibus, Andrea Avellino, & Felice a Cantalicio, Sanctam pronunciavit, inque Sanctarum Virginum non Martyrum Canonem referendam eſſe decrevit, eamdemque a cunctis Chriſtifidelibus, tanquam vere Sanctam, colendam, honorandam, invocandamque definivit, in ejus honorem ſacras ædes, & Altaria, in quibus incruentum Sacrificium Deo offeratur, conſtrui, ac dicari poſſe, & quotannis VII. Idus Martias, qua ad Cæleſtem Patriam evolavit, ejus memoriam, ut Sanctæ Virginis pie coli ſancivit. Poſtremo gratiis Deo cum exultatione actis, quod Sanctam Virginem cum cæteris confeſſoribus in conſpectu omnium gentium honorificaſſet, tamque inſigni gloria Eccleſiam ſuam decorari voluiſſet, in ejuſdem Virginis, Sanctorumque Confeſſorum laudem, ſolemni oratione cantata in ara maxime ſupra confeſſionem Beati Petri Apoſtolorum Principis cum eorumdem Sanctorum commemoratione Miſſæ Sacrificium celebravit, ſinguliſque Catholicis, qui aderant, plenariam omnium peccatorum Indulgentiam, & remiſſionem largitus eſt.

Cauſæ hujus Conſtitutionis

§.9. Ne vero de hujuſmodi definitione, & ſanctione Apoſtolica, cæteriſque præmiſſis, propterea quod ſuper illis ab eodem Clemente, aut

ab

Digitized by Google

ab ejus Succeſſore fel: mem: Innocentio PP. XIII. Deceſſoribus noſtris, literæ decretales conſcriptæ non fuerint, unquam poſſit in poſterum quomodolibet hæſitari: Nos, qui utrique, diſponente Domino, licet immeriti, in Cathedra Beati Petri ſucceſſimus, volumus, & Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut Decretum, definitio, ſanctio, adſcriptio, relatio, conceſſio, cæteraque hactenus recenſita, a jam dicta die XI. Kalendas Junias Anni 1712. ſuum conſequantur effectum, ac ſi ſuper illis ab eodem Clemente revera literæ decretales eadem die conſcriptæ fuiſſent, ut ſuperius enarratur.

Promulgatio Canonizationis B. Catharinæ.

Clauſula.

§.10. Volumus autem, ut præſentes literæ ad probandum Decretum, ſanctionem, adſcriptionem, relationem, ſtatutum, conceſſionem, cæteraque præmiſſa, undequaque ſufficiant', neque alterius cujuſcumque probationis adminiculum ad id amplius requiratur.

§.11. Præterea, quia difficile foret, has noſtras ad ſingula loca, ubi opus eſſet, adferri, volumus, ut earumdem exempla, etiam typis impreſſa manu publici Notarii ſubſcripta, ſigilloque alicujus perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munita, eamdem ubique fidem obtineant, quam hæ noſtræ obtinerent, ſicubi eas exhiberi, vel oſtendi contingeret.

§.12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri decreti, definitionis, ſanctionis, adſcriptionis, relationis, ſtatuti, conceſſionis infringere, aut ei temerario auſu contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Septingenteſimo Vigeſimo Quarto, Pridie Nonas Junias, Pontificatus noſtri Anno Primo.

✠ Ego Benedictus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.



†
†
† *Ego Franciſcus Epiſcopus Prӕneſtinus Cardinalis Barberinus.*
†
† *Ego Petrus Epiſcopus Sabinenſis Card. Ottobonus S.R.E. Vicecancellarius.*

† *Ego Laurentius Epiſcopus Tuſculanus Cardinalis Corſinus.*
†
† *Ego Joſeph Tit. Sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis Sacripantes.*
†
† *Ego Thomas Tit. S. Mariæ Transtyberim Presbyter Cardinalis Rufus.*
† *Ego Philippus Antonius Tit. S. Cæciliæ Presbyter Cardinalis Gualterius.*
†
†
†
† *Ego Annibal Tit. S. Clementis Presbyter Cardinalis S. Clementis Albanus S.R.E. Camerarius.*
† *Ego Ludovicus Tit. S. Silveſtri in Capite Presbyter Cardinalis Picus de Mirandula.*
† *Ego Joannes Antonius Tit. Sancti Calixti Presbyter Card. de Via.*
† *Ego Antonius Felix Tit. S. Balbinæ Presbyter, Cardinalis Zondadarius.*
†
† *Ego Petrus Tit. S. Joannis ante Portam Latinam Presbyter Cardinalis Corradinus.*
†
†
†
† *Ego Melchior Tit. S. Mariæ Angelorum Presbyter Cardinalis de Polignac.*
†
†
†
†
† *Ego Bernardinus Tit. S. Petri in Monte Aureo Presbyter Cardinalis Scottus.*
†
†
† *Ego Nicolaus Tit. Sanctorum Nerei, & Achillei Presbyter Cardinalis Spinula.*
†
†
†
† *Ego Georgius Tit. S. Agnetis Presbyter Cardinalis Spinula.*
†
†
†
† *Ego Ludovicus Tit. S. Priſcæ Presbyter Cardinalis Belluga, & Moncada.*
† *Ego Joſeph Tit. S. Suſannæ Presbyter Cardinalis Pereyra de la Cerda.*
†
† *Ego Joannes Baptiſta Tit. S. Stephani in Monte Cœlio Presbyter Cardinalis Salernus.*
†
† *Ego Alvarus Tit. S. Bartholomæi in Inſula Presbyter Cardinalis Cienfuegos.*
†
† *Ego Joannes Baptiſta Tit. S. Matthæi in Merulana Presbyter Cardinalis de Alteriis.*
† *Ego Vincentius Tit. S. Onuphrii Presbyter Cardinalis Petra.*
† *Ego Proſper Tit. S. Chryſogoni Presbyter Cardinalis Mareſuſcus.*
†
† *Ego Nicolaus Tit. S. Mariæ in Domnica Presbyter Cardinalis Coſcia.*
†
†

† Ego

†

†

† *Ego Benedictus S. Mariæ in Via Lata Diaconus Cardinalis Pamphilius.*

† *Ego Joſeph Renatus S. Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis Imperialis.*

† *Ego Laurentius S. Agathæ ad Montes Diaconus Cardinalis de Alteriis.*

† *Ego Carolus S. Angeli in Foro Piſcium Diaconus Cardinalis Columna.*

† *Ego Curtius S. Euſtachii Diaconus Cardinalis Origus.*

† *Ego Fabius SS. Viti, & Modeſti Diaconus Cardinalis de Abbatibus Oliverius.*

† *Ego Carolus Sanctæ Mariæ in Aquirio Diaconus Cardinalis de Marinis.*

† *Ego Julius S. Adriani Diaconus Cardinalis Alberonus.*

† *Ego Alexander S. Mariæ in Coſmedin Diaconus Cardinalis Albanus.*

† *Ego Alexander S. Mariæ de Scala Diaconus Cardinalis Falconerius.*

†

†

†

†

P. Cardinalis Prodatarius.

F. Cardinalis Oliverius.

VISA

De Curia I. Archiep. Ancyranus.

L. Martinettus.

Reg. in Sec. Brevium.

VIII.

Dat. 4 Junii 1724. ann. 1.

Promulgatur Canonizatio B. Felicis a Cantalicio Ordinis Capuccinorum, olim a Clem. XI. in Sanctorum numerum adſcripti.

Conſtitutio præcedens eſt huic ſimilis. Uti & alia ed. 1726., Dec. 10., P. 3. Peracta fuit Canonizatio an. 1712., Maji 22., P. 12.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

RAtioni congruit, & convenit æquitati, ut quæ Romanus Pontifex in plenario Conventu Venerabilium Fratrum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum unanimi eorum conſilio communicato, ſanxit, & definivit, licet poſtea ub ejusdem Pontificis obitum literæ Apoſtolicæ de his conſcriptæ non fuerint, ſuum tandem conſequantur effectum.

Expoſitio facti, & Vitæ B. Felicis.

§. 1. Recolendæ memoriæ Anteceſſor Noſter Clemens PP. XI. ut frigeſcentem Chriſtianorum pietatem ad Domini cultum accenderet, Servorum Dei exempla, qui virtutum magnitudine olim claruerant in ſummo Romanæ Eccleſiæ candelabro lucentia pro ſua paſtorali ſolicitudine exponere ſtatuit, Beatique Felicis a Cantalicio Ordinis Fratrum Minorum Beati Franciſci, qui Capuccini appellantur, geſtis omni præconio memorandis, & ſignis, quæ Deus ob ejus merita ediderat, in examen vocatis de illo Sanctorum faſtis adſcribendo provide cogitavit.

§. 2. Felix, ineunte Sæculo 16. circa annum Chriſti 1513. in finibus Reatinorum humili loco natus, ab ipſa adoleſcentia futuræ virtutis argumenta, in dies animum ejus ad ſummi Dei cultum excitantia, manifeſtavit. Literarum plane rudis, agriſque colendis deditus, ex ſibi prælectis veterum Patrum geſtis auſterioris vitæ, qua illi excelluerant, amore captus, Inſtitutum eorumdem Fratrum Minorum Beati Franciſci, qui Capuccini appellantur, voto ſuo complendo aptiſſimum cenſuit, cui plurimo gaudio in Laicorum ordine nomen daturus, Romam ex Patria ſua Cantalicio profectus eſt. Hic Religionem ingreſſus anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo tertio toti Urbi per quadraginta, & eo amplius annos ſumme Chriſtiana morum innocentia, & ſimplicitate, aſperrimæque pœnitentiæ, & vitæ genere ſe admirandum exhibuit. Rigidum ſui Ordinis Inſtitutum per omnia obſervaſſe nequaquam contentus, plurima alia ultro ſibi ſervanda pro Dei amore, quo flagrabat, diu, noctuque propoſuit. Conſcientiæ viri Dei moderatores Dominici corporis ſumptionem ter illi ſingulis hebdomadis peragere ſolito, per totos quindecim ante dormitionem annos, ob ejus ardentiſſimum charitatis fervorem, quotidianam divinæ menſæ perceptionem concedere, ſanctum exiſtimarunt: ad quam ſine uberrimo lacrymarum imbre nunquam acceſſit. Laſſo corpori nullam requiem indulſit, illud jejuniis præter ſuam regulam, ſupraque communem uſum ſibi præſcriptis, duriſque flagellis caſtigans. Nudis pedibus per Urbem eleemoſynas pro Fratribus reficiendis quotidie corrogaturus, incedere, ferreis quoque annulis ad lumbos præcinctus celebriores Urbis Baſilicas obire conſuevit; palam etiam viſus cum Beato Confeſſore Philippo Nerio ſui contemtu, & humilitate certare. Vitæ ſuæ termino ſemel atque iterum prænunciato, viſaque inter cœlitum choros Deipara Virgine, plenus dierum, & meritorum in Cœnobio ad radices Quirinalis ſancte, ſuaviterque ſpiritum Deo reddidit decimo quinto Kalendas Junias Anni milleſimi quingenteſimi octogeſimi ſecundi, tota Urbe ad Servi Dei cadaver in ſacra æde expoſitum confluente, per ejus preces divinam opem imploratura, vel ob jam acceptam per ejus merita, Deo grates actura. Ipſi quoque ſanctæ memoriæ Anteceſſores noſtri Romani Pontifices Xyſtus V., & Gregorius XV., ut beati viri precibus ſe apud Deum commendarent, ad ejus ſepulcrum inviſendum palam accedere viſi ſunt.

Ejus ortus 1513.

Cum Religioni nomen dediſſet; morum pœnitentia clarus extitit.

Ardentiſſimus in Euchariſtiam fervor.

§. 3. Tantæ Sanctitatis fama Dei nutu in dies magis prodeunte, piæ recordationis Anteceſſor Noſter Urbanus Papa VIII., qui novam diſciplinam ob Dei ſervos in Beatorum, & Sanctorum canonem referendos veteri addiderat, Beatum Felicem novæ ſubeſſe noluit, ejuſque virtutes ad receptam Sanctionem Apoſtolicarum nor-

Ejus nomen ab Urb. VIII in tabulas Martyrologii relatum eſt.

oormam cum miraculis ob ejus invocationem patefactis, rite probavit: ſervique Dei nomen in ſacras tabulas Martyrologii Romani pontificio diplomate relatum eſt, Miſſa pariter, & Officio in Felicis honorem celebrari permiſſis. Poſtmodum per alios felicis memoriæ Romanos Pontifices Anteceſſores noſtros, Innocentium X., & Clementem XI. novis miraculis, quæ poſt felicem beatorum numero adſcriptom contigerant comprobatis, idem Papa Clemens Beatum Virum in Sanctorum Canonem ſtatuta die referendum Apoſtolica auctoritate pronunciavit. Quare univerſis, quæ ex ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Conſtitutionibus, Ritibus, Canonibus, & Decretis, in Beati Felicis virtutum, & miraculorum examine, & approbatione agenda erant, ſancte peractis, idem Clemens magnæ ſolemnitatis diem Dominicam, Sanctiſſimæ Trinitati ſacram undecimo Kalendas Junias anni Dominicæ Incarnationis Milleſimi ſeptingenteſimi duodecimi, ſui Pontificatus duodecimi, tanto actui & cæremoniæ perſiciendæ futuram eſſe voluit: quem actum, omoinm maxime ſolemnem, Regum, & Principum obſecrationes ab Apoſtolica Sede obſequentiſſime tanto antea popoſcerant.

A Clem. XI. Sanctorum numerus ejus nomine, & aliorum etiam Beatorum auctus eſt.

§.4. Itaque Clemens præſtituta die in Sanctam Beatorum Petri, & Pauli Baſilicam, magno apparatu, & celebritate proceſſit: obi in plenario Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum conventu, repetitis pro Beato Felice in Sanctorum Canonem referendo humillimis ad Deum precibus, & Paracliti Spiritus gratia enixe invocata, ad honorem ſanctiſſimæ, & individuæ Trinitatis, ſideique, & religionis Catholicæ amplificationem, auctoritate omnipotentis Dei, Patris, Filii, & Spiritus Sancti, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, toto eodem conventu uno ore adprobante, & conſentiente, beatæ memoriæ Felicem a Cantalicio, de cujus ſanctitate, virtutumque Chriſtianarum, & ſignorum magnitudine cumulate conſtiterat, una cum Coofeſſore, & Pontifice, Pio Papa V. Confeſſore oon Pontifice Andrea Avellino, Virgineque non Martyre Catharioa a Bononia, Sanctorum Confeſſorum non Pontificum Canoni adſcribendum eſſe definivit, eumdemque Felicem Sanctorum Confeſſorum Canoni adſcriptum deinceps ab univerſis Chriſtifidelibus, ut vere Sanctum ubique colendum, honorandum, invocandumque decrevit; in ejus honorem ſacras ædes, & altaria, ubi incruentum ſacrificium Deo offeratur, conſtrui, & dicari; & qootannis decimo quinto Kalendas Junias, quo die obdormivit in Domino, ſolemnem ejus memoriam, ot Sancti Confeſſoris pie recoli poſſe ſancivit.

§.5. Denique gratiis Deo cum exultatione actis, quod Sanctum Confeſſorem Felicem cum cæteris jam memoratis in conſpectu omnium gentium honorificari, & militantem Eccleſiam tam inſigni gloria decorari voluiſſet, in ejusdem Confeſſoris, & ceterorum laudem ſolemni oratione cantata in Ara maxima ſupra Confeſſionem Beati Petri Apoſtolorum Priocipis, unacom eorumdem Sanctorum commemoratione, Miſſæ Sacrificiom celebravit, ſingulisque catholicis, qui tantæ cæremoniæ intererant, plenariam peccatorum indulgentiam, & remiſſionem largitus eſt.

Cauſæ hujus Conſtitutionis.

§.6. Ne vero de hujuſmodi ſolemni definitione, & Sanctione Apoſtolica, ceteriſque præmiſſis, propterea quod de illis per eumdem Clementem, aut ejus Succeſſorem felicis memoriæ Innocentium XIII. Deceſſores noſtros literæ decretales conſcriptæ non fuerint, unquam poſſit impoſterum quomodolibet hæſitari; nos, qui utrique, diſpooente Domino licet immeriti, in cathedra Beati Petri ſucceſſimus, volumus, & Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut decretum, ſanctio, definitio, adſcriptio, relatio, conceſſio, ceteraque hactenus memorata, a jam dicto die undecimo Kalendas Junias anni milleſimi ſeptingenteſimi duodecimi ſuum conſequantur effectum, ac ſi de illis ab eodem Clemente revera literæ decretales eadem die conſcriptæ, & promulgatæ fuiſſent, ut ſuperius enarratur.

Promulgatio Canonizationis B. Felicis.

Clauſula.


§.7. Volumus etiam, ut præſentes literæ noſtræ ad probandum decretum, ſanctionem, definitionem, adſcriptionem, relationem, conceſſionem, ceteraque præmiſſa undequaque ſufficiant, neque alterius cujuſcumque probationis & ſolemnitatis adminiculum ad id amplius requiratur.

§ 8. Ceterum quia difficile foret, has noſtras ad ſingula loca, ad quæ opus eſset, adferri, volumus, ut earumdem exempla, etiam typis impreſſa, manu publici Notarii ſubſcripta, ſigilloqoe alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munita, eamdem ubique fidem obtineant, quam hæ noſtræ obtinerent, ſicubi eas exhiberi, vel oſtendi contingeret.

§.9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri Decreti, definitioois, ſanctionis, adſcriptionis, relationis, ſtatuti, & conceſſionis infringere, aut ei temerario auſu contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctom Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXIV., pridie nonas Junias, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

✠ Ego Benedictus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.



†
†
† *Ego Franciſcus Epiſcopus Præneſtinus Cardinalis Barberinus.*

† Ego

†
† *Ego Petrus Epiſcopus Sabinenſis Card. Ottobonus S.R.E. Vicecancellarius.*
† *Ego Laurentius Epiſcopus Tuſculanus Cardinalis Corſinus.*
†
† *Ego Joſeph Tit. Sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis Sacripantes.*
†
† *Ego Thomas Tit. S. Mariæ Transtyberim Presbyter Cardinalis Rufus.*
† *Ego Philippus Antonius Tit. S. Cæciliæ Presbyter Cardinalis Gualterius.*
†
†
†
† *Ego Annibal Tit. S. Clementis Presbyter Cardinalis S. Clementis Albanus S.R.E. Camerarius.*
† *Ego Ludovicus Tit. S. Silveſtri in Capite Presbyter Cardinalis Picus de Mirandula.*
† *Ego Joannes Antonius Tit. Sancti Calixti Presbyter Card. de Via.*
†
† *Ego Antonius Felix Tit. S. Balbinæ Presbyter Cardinalis Zondadarius.*
†
† *Ego Petrus Tit. S. Joannis ante Portam Latinam Presbyter Cardinalis Corradinus.*
†
†
†
† *Ego Melchior Tit. S. Mariæ Angelorum Presbyter Cardinalis de Polignac.*
†
†
†
†
† *Ego Bernardinus Tit. S. Petri in Monte Aureo Presbyter Cardinalis Scottus.*
†
†
† *Ego Nicolaus Tit. Sanctorum Nerei, & Achillei Presbyter Cardinalis Spinula.*
†
†
†
† *Ego Georgius Tit. S. Agnetis Presbyter Cardinalis Spinula.*
†
†
†
† *Ego Ludovicus Tit. S. Priſcæ Presbyter Cardinalis Belluga, & Moncada.*
† *Ego Joſeph Tit. S. Suſannæ Presbyter Cardinalis Pereyra de la Cerda.*
†
† *Ego Joannes Baptiſta Tit. S. Stephani in Monte Cælio Presbyter Cardinalis Salernus.*
†
† *Ego Alvarus Tit. S. Bartholomæi in Inſula Presbyter Cardinalis Cienfuegos.*
†
† *Ego Joannes Baptiſta Tit. S. Matthæi in Merulana Presbyter Cardinalis de Alteriis.*
† *Ego Vincentius Tit. S. Onuphrii Presbyter Cardinalis Petra.*
† *Ego Proſper Tit. S. Chryſogoni Presbyter Cardinalis Mareſuſcus.*
†

† *Ego Nicolaus Tit. S. Mariæ in Domnica Presbyter Cardinalis Coſcia.*
†
†
†
†
† *Ego Benedictus S. Mariæ in Via Lata Diaconus Cardinalis Pamphilius.*
† *Ego Joſeph Renatus S. Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis Imperialis.*
† *Ego Laurentius S. Agathæ ad Montes Diaconus Cardinalis de Alteriis.*
† *Ego Carolus S. Angeli in foro Piſcium Diaconus Cardinalis Columna.*
† *Ego Curtius S. Euſtachii Diaconus Cardinalis Origus.*
† *Ego Fabius SS. Viti, & Modeſti Diaconus Cardinalis Oliverius.*
† *Ego Carolus S. Mariæ in Aquirio Diaconus Cardinalis Marinus.*
† *Ego Julius S. Adriani Diaconus Cardinalis Alberonus.*
† *Ego Alexander S. Mariæ in Coſmedin Diaconus Cardinalis Albanus.*
† *Ego Alexander S. Mariæ de Scala Diaconus Cardinalis Falconerius.*
†
†
†
†

P. Card. Prodatarius.

F. Card. Oliverius.

VISA

De Curia I. Archiepiſcopus Ancyran.

L. Martinettus.

Reg. in Secr. Brevium.

IX.

Conceduntur Privilegia Conclaviſtis poſtremi Conclavis. Dat. 4. Junii 1724. An. 1.

Eadem Privilegia conceſſa fuerunt ab Innocent. XIII Conſt. ed. 1721., Maji 18., P. 1. Et a Clem. XII. Conſt. ed. 1730. Jul. 16., P. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

URBIS.

Motu proprio &c. Nos volentes dilectos filios Conclaviſtas, qui Conclavi, in quo, Divina favente Clementia, ad Summi Apoſtolatus apicem aſſumpti fuimus, Nobis, & Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, ut familiares, & continui commenſales inſervientes interfuerunt; quique ea de cauſa labores, vigilias, & incommoda plura ſubierunt, habita ratione obſequiorum hujusmodi favoribus, gratiis, & privilegiis pro cujuſque meritis exornare: Cauſæ Indulti.

§. 1. Ipſoſque Conclaviſtas, quibus hodie, ac aliis participantibus deſcriptis in Rolo, ſeu divi- Donati ſcut. 10. mil. aur. pro Concl.

ſione ſubſcripto, vel ſubſcripta per dilectum filium Magiſtrum Gaſparem de Carpineo Datarium noſtrum, ſummam decem millium ſcutorum auri in auro ex pretio tot officiorum vacabilium ad nos ſpectan. gratioſe donavimus, in veros, indubitatos, & non fictos familiares, & continuos commenſales noſtros, ac eos, qui ex illis Clerici exiſtunt, ſeu militiæ clericali adſcribi deſiderant, quoſque tres hujuſmodi Cardinales ſingulatim in quolibet ordine antiquiores, gradu, nobilitate, & aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint in noſtros, & Sedis Apoſtolicæ Notarios, ſine tamen præjudicio dilectorum filiorum de numero participantium Notariorum recipimus, & tam illos, quam alios Conclaviſtas ſingulos, qui ſingulatim ab eiſdem tribus Cardinalibus digni tali honore reputati fuerint, Sacri Palatii, & Aulæ Lateranenſis Comites, & Milites, & tam illos, quam omnes, & quoſcumque alios Conclaviſtas indiſtincte, qui nobiles non ſunt, nobiles quique Urbis, vel alicujus alterius, ex Civitatibus temporali dominio eidem Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubiectis Cives eſſe voluerint, ſingulos in ea ipſa Civitate, quam ſigillatim quiſque eorum elegerit, & ad quam ab eiſdem tribus Cardinalibus ſe admitti petierit, veros Cives ad inſtar, & nulla prorſus differentia inter eos, & ſingulos alios veros originarios, & antiquiſſimos, etiam nobiles, & participantes Cives ipſius Urbis, vel Civitatis: itaut ipſum jus civilitatis ad quoſcumque illorum hæredes eodem modo tranſeat, creamus, conſtituimus, deputamus, ac nobilitatis, & civilitatis titulo, honore, & inſigniis decoramus, aliorumque familiarium, & continuorum commenſalium nobis actu in Palatio noſtro Apoſtolico inſervientium, ac in illius tinello comedentium, & bibentium, ac noſtrorum, & Sedis prædictæ Notariorum Palatii, & Aulæ prædictorum Comitum militum, & nobilium, ac civium hujuſmodi originariorum numero, & conſortio favorabiliter aggregamus, ac pro veris, & indubitatis, & non fictis familiaribus, continuis commenſalibus, ac Notariis noſtris, Comitibus, Nobilibus, Militibus, & Civibus deinceps haberi volumus, ac reputari mandamus, eiſque in quibuſcumque impetrationibus, conceſſionibus, & literis, tam gratiam, quam juſtitiam ſeparatim, ſeu utramque miatim concernen., ſed familiares continuos Commenſales, noſtroſque Comites, Milites, Nobiles, & Cives etiam originarios nominari, nec propterea impetrationes, conceſſiones, & literæ hujuſmodi ſubreptionis vitio ſubjaceant, ſed validæ, & efficaces exiſtant, ac ex nunc deinceps in perpetuum omnibus, & quibuſcumque, ac prorſus ſimilibus antelationum antelationibus prerogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, derogationibus, mandatis, ſuſpenſionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac juribus, quibus alii noſtri familiares tempore dictæ Aſſumptionis noſtræ ad Summi Apoſtolatus apicem, ac quibus alii ejuſdem Sedis Notarii etiam de numero participantium exiſtentes, etiamſi habitum, & Rocchettum Notariorum ipſius Sedis non deferant, Palatiique, & Aulæ prædictorum Comites, Milites, Nobiles etiam originarii, ac antiquiſſimi Cives ejuſdem Urbis vel Civitatis, quam, ut præfertur, elegerint, quique ex utroque parente vere nobili, & cive originario, & antiquiſſimo procreati de jure, ſtatuto, conſuetudine, vel alias ex aliquo ſpeciali privilegio, ſeu alias quomodolibet, etiam quoad aſſecutionem quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum etiam per quaſcumque literas, ſeu Conſtitutiones Apoſtolicas pro tempore editas utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum ubique locorum in judicio, & extra ſine tamen eorundem Notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite, valeant realiter, & integre in omnibus, & per omnia etiamſi in Urbe, & Civitate hujuſmodi non habitaverint perinde, ac ſi de vere nobili genere, & ex utroque parente nobili originario, ac antiquiſſimo cive procreati forent, & hujuſmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, conceſſiones, indulta, & jura, quæ pro aliis nobilibus, & Civibus originariis emanarunt, & quæ ratione nobilitatis, & civilitatis naturalis, & originariæ aliis competunt, pro eiſdem Conclaviſtis in ſpecie emanaſſent, ſeu emanarent, & in eis naturaliter de jure, ſtatuto, conſuetudine, fundatione, vel alias competerent, auctoritate, & tenore ſimilibus indulgemus.

Receptio in familiares. — Notarios. — Comites. — Cives. — Nobiles creat.

§.2. Voſque Conclaviſtas prædictos a ſolutione, & exactione decimarum, & cujuſcumque pedagii, ſubſidij, gabellæ, & cujuſcumque oneris tam ordinarii, quam extraordinarii ubique locorum, & ex quacumque quantumvis urgentiſſima, & inexcogitabili cauſa, & occaſione etiam ad inſtantiam Imperatoris, Regum, & Rerum publicarum etiam Venetiarum, & aliorum quorumcumque Principum, impoſitorum, & imponendorum pro tempore, ex nunc prout ex tunc, & e contra, & poſtquam caſus hujuſmodi impoſitionis, & ſolutionis evenerit, liberamus, & eximimus, liberoſque, & exemptos fore, & eſſe decernimus; diſtrictius inhibentes dilectis filiis nunc, & pro tempore exiſtentibus ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerario, Theſaurario, Præſidentibus Clericis, ac quibuſcumque aliis Officialibus Cameræ prædictæ, & Exactoribus pedagiorum, decimarum ſubſidii, gabellarum, & onerum hujuſmodi, ac aliis perſonis, cujuſcumque Eccleſiaſticæ, vel ſæcularis dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtentibus, ne eos ad aliquam ſolutionem cogere, ſeu compellere, aut ſuper præmiſſis, eorumve uſu poſſeſſione, vel quaſi directe, vel indirecte quovis quæſito colore, vel ingenio moleſtare, vel alias quomodolibet impedire quoquomodo præſumant.

Exemptio a gabellis, decimis, & oneribus.

§.3. Necnon omnes eoſdem Conclaviſtas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, ſiquas quomodolibet propter contraventiones contentorum in Conſtitutionibus ſuper creatione Romani Pontificis pro tempore editis, vel alias quomodolibet incurrerunt in foro conſcientiæ tantum abſolvimus, & liberamus, ac omnes, & quoſcumque defectus, ſi qui forte ſint omnium proviſionum, beneficiorum, dignitatum, ac permutationum eorumdem Conclaviſtarum tam ex multiplicitate titulorum, ac ob incurſionem quarumcumque cenſurarum, & irregularitatis, quam alias, ex qua-

Abſolutio a cenſuris.

vis cauſa provenien., ſanamus, ac hujuſmodi proviſiones vigore eorum privilegiorum in foro conſcientiæ tantum, perinde ac ſi novas proviſiones obtinuiſſent, revalidimus, & quatenus opus ſit, omnibus, & ſingulis eorum de omnibus, & ſingulis dignitatibus, & aliis cum cura, & ſine cura beneficiis Eccleſiaſticis quomodolibet qualificatis, & nuncupatis etiam cujuſvis Ordinis Regularium per eos reſpective obtentis, de novo etiam reſpective providemus, ac omnes, & ſingulas penſiones eis, & eorum ſingulis ſuper quorumvis beneficiorum Eccleſiaſticorum quomodolibet qualificatorum, & nuncupatorum etiam alicujus Ordinis Regularium fructibus &c. reſpective reſervatas ſimiliter de novo reſervamus.

Remiſſio fructuum male perceptorum.

§. 4. Ipſiſque Conclaviſtis, eorumque ſingulis quoſcumque fructus, redditus, & proventus Eccleſiaſticos occaſione quarumcumque dignitatum, Canonicatuum, & præbendarum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcumque, & quarumcumque penſionum annuarum ipſis, & eorum cuilibet collatorum, & reſervatarum, tam ex antedictis, quam ex aliis defectibus, & occaſionibus etiam ratione omiſſionis recitationis horarum Canonicarum indebite perceptos cujuſcumque quantitatis fuerint, gratioſe remittimus, & condonamus, ac cum eis ſuper inhabilitate, & irregularitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo quod cenſuris hujuſmodi ligati Miſſas, & alia Divina officia, dummodo tamen non in contemptum Clavium celebraverint, aut alias in Divinis ſe immiſcuerint; quodque illa, & aliis præmiſſis non obſtantibus ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, alias rite, & dummodo nullum aliud alicui eorum obſtet Canonicum impedimentum promoveri, & in illis, & in ſuſceptis per eos alias rite Ordinibus etiam in Altaris miniſterio miniſtrare etiam libere, licite valeant, diſpenſamus.

Legitimatio illegitimorū.

§. 5. Ac eoſdem Conclaviſtas, ſi qui eorum defectum natalium patiantur, ex quocumque damnato, & illicito coitu, etiamſi ex nobilibus parentibus, & vilibus feminis forſan procreati ſint, etiamſi alias legitimati exiſtant, legitimamus, omnemque ab illis genituræ hujuſmodi maculam, ſive notam abſtergimus, & abolemus, ac legitimis natalibus reſtituimus, & cum eorum ſingulis, ut in quibuſcumque bonis paternis, & maternis, aliorum Conſanguineorum, ſeu Cognatorum, vel aliorum quorumcumque, ſine tamen præjudicio venientium ab inteſtato, vel ex fideicommiſſo, ſeu alias de jure valida diſpoſitione, & præterquam in bonis Eccleſiaſticis, & ab Eccleſia provenientibus ſuccedere, & illa donationis, vel alio quovis titulo conſequi, & habere, ac ad æquales portiones cum legitimis ſuccedere eos ad omnia jura, legitimas ſucceſſiones ex teſtamento, vel ab inteſtato hæreditates, legata, libertates reſtituendo, realiter, & cum effectu, ac ad dignitates, honores, & quæcumque alia officia ſecularia publica, vel privata etiam aſſumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac ſi de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obſtan. ſi aliud canonicum eis non obſiſtat impedimentum, ut Clericali charactere, qui illo nondum inſigniti ſint, inſigniri, ac ad omnes etiam ſacros, & presbyteratus ordines, ſi nondum ad illos promoti ſint, promoveri, ac poſtmodum charactere, & ordinibus hujuſmodi, illorumque privilegiis uti, ac in eiſdem ordinibus etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, ac quæcumque, & qualiacumque cum cura, & ſine cura beneficia Eccleſiaſtica, etiamſi perſonatus, adminiſtrationes, & officia etiam curata, & electiva in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis Eccleſiis, ſeu ſi Parochiales Eccleſiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, ac Canonicatus, & præbendæ, dignitates, non tamen majores poſt Pontificalem in Cathedralibus, aut principales in Collegiatis Eccleſiis hujuſmodi fuerint, ſi ſibi alias canonice conferantur, aut ipſi eligantur, præſententur, vel alias aſſumantur ad illa, & inſtituantur in eiſdem recipere, & dummodo plura ſimul non ſint, quam quæ a Concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint, retinere libere, & licite valeant, ſimiliter diſpenſamus.

Expeditio literarum Apoſtolicarū gratis.

§. 6. Quodque omnes, & quæcumque gratiæ, proviſiones, commendæ, & quævis aliæ literæ Apoſtolicæ proviſionum quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum hujuſmodi, prout noſtris Familiaribus continuis commenſalibus, gratis dentur, concedantur, & expediantur, ac etiam literæ ipſæ in forma Brevis, tam de capienda poſſeſſione nomine dictæ Cameræ Apoſtolicæ, quam alias uti illis ſuper proviſionibus quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum dari poterunt, ſimiliter gratis dentur, concedantur, & expediantur; ac dari, concedi, & expediri omnino debeant, etiam præcipimus, & mandamus.

Conceſſio antianitatis equitibus Hieroſolymitanis ſeu alterius militiæ.

§. 7. Ac Conclaviſtis prædictis, qui S. Joannis Hieroſolymitani, ſeu cujuſvis alterius militiæ regularis etiam expreſſe profeſſi ſunt, ut etiamſi ab eorum conventu abſentes exiſtant, dum tamen quinquennalem, ſeu aliam debitam reſidentiam in conventu fecerint, & conſueta ſervitia præſtiterint quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum, & quarumvis penſionum, & commendarum eorum militiæ, ſeu Religionis capaces exiſtant perinde, ac ſi in eadem militia, ſeu Religione antianitatem de juſtitia conſequuti fuiſſent ſimiliter indulgemus. Eiſdemque Conclaviſtis, & eorum ſingulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, vel Cathedralium, ſeu duarum inſignium Urbis Collegiatarum Eccleſiarum, aut perſonæ aliæ quæcumque Eccleſiaſticæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, tam in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, & eorum ſingulos eligen. ſeu eligendæ quaſcumque penſiones annuas eis, & eorum ſingulis ſuper quibuſcumque fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus, & emolumentis univerſis, certis, & incertis quarumcumque menſarum Epiſcopalium, Archiepiſcopalium, & Abbatialium, ac etiam diſtributionibus quotidianis etiam ratione ſervitii, & mercedis Dignitatum, Canonicatuum, & Præbendarum, cæterorumque aliorum quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum: etiam per prædictæ S.R. Eccleſiæ Cardinales obtentorum, & in poſterum obtinendorum cum cura, & ſine cura ſecularium, & quorumvis Ordinum Regularium, ſeu fructus, redditus, & proventus hujuſmodi beneficiorum reſervatos, ſeu reſervandos, etiamſi ſemel, vel pluries tranſlatæ, ſeu tranſlati fuerint

Digitized by Google

rint uſque ad ſummam centum ducatorum auri de Camera ſimilium in toto, vel in parte, ac in una, ſeu pluribus vicibus, ac etiam in mortis articulo caſſare, & extinguere, & poſtquam caſſæ, & extinctæ fuerint alias ſimiles penſiones annuas, ſeu fructus, redditus, & proventus hujuſmodi uſque ad ſummam prædictam uni, vel pluribus aliis perſonis Eccleſiaſticis, vel etiam clericali charactere tunc temporis nondum inſignitis cum clauſula tamen ex tunc prout poſtquam dicto charactere rite inſigniti fuerint per eoſdem Conclaviſtas, & eorum ſingulos nominan. etiam quæcumque, quodcumque, & qualiacumque beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, & expectantibus alias tamen peuſionum capacibus, ſimiliter eis quoad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis eiſdem modo & forma, quibus eiſdem Conclaviſtis reſervatæ, ſeu reſervati erant etiam abſque beneficia ipſa obtinentium conſenſu integre perſolvendas, ac per eos propria auctoritate percipiendas, exigendas, & levandas, aut percipiendos, exigendos, & levandos, reſervare, conſtituere, concedere, & aſſignare valeant; præfatique tranſlatarii in quaſi poſſeſſione dictas penſiones exigen. in qua ipſi Conclaviſtæ tempore tranſlationis per eos præſentium vigore facien. exiſtebant, in omnibus, & per omnia ſubrogati eſſe cenſeantur, etiam concedimus pariter, & indulgemus. Etiamſi ſimilem gratiam a Prædeceſſoribus noſtris alias forſan obtinuerint, ſeu quilibet eorum obtinuerit, tam vigore aliorum Privilegiorum Conclaviſtarum, quam ex quocumque alio indulto, & privilegio, quorum effectum per hanc novam gratiam, & conceſſionem impedire nolumus, ſed cumulative conceſſam, vel conceſſas eſſe volumus, itaut quilibet eorum cumulative, & ampliative prædictis facultatibus præſentibus, & præteritis privilegiis, hac in re conceſſis, uti & frui poſſint.

Ampliatio.

§.8. Decernentes ipſas tranſlationes, & novas reſervationes, conſtitutiones, & aſſignationes penſionum, ſeu fructuum, reddituum, & proventuum hujuſmodi, ut præfertur facien. ex nunc prout poſtquam factæ fuerint plenam roboris firmitatem obtinere, ipſoſque beneficia ſuper quorum fructibus, redditibus, proventibus, aliiſque hujuſmodi reſervatæ fuerint obtinentes ad illas perſolven. efficaciter obligatos fore: Ac cum eiſdem Conclaviſtis, quod ratione quarumcumque penſionum annuarum eis, & eorum cuilibet ſuper quibuſcumque beneficiis Eccleſiaſticis etiam Cathedralibus, & aliis Eccleſiis, ſeu Monaſteriis etiam a prædictis S. R. E. Cardinalibus obtentis, & ut præfertur obiinendis, vel alias quomodolibet qualificatis, non tamen ultra ſummam ducatorum ducentorum parium pro quolibet nunc, & pro tempore reſervatorum, & reſervandorum habitum, & tonſuram Clericales geſtare, & in illis, dummodo alias ipſi habitum decentem, & honeſtum deferant, incedere minime debeant, nec ad id a quoquam deſuper cogi, ſeu compelli, minuſque aliquas ſententias, cenſuras, ac etiam privationis, ſeu ceſſationis ipſarum penſionum pœnas occaſione præmiſſorum incurrere poſſint, ſed eaſdem penſiones ad prædictam ſummam ducentorum ducatorum aſcenden., & reſervatas, ut præfertur, etiamſi matrimonium jam contraxerint, vel poſt hac contrahere voluerint, cum unica tamen, & virgine recipere, & libere retinere.

Exemptio à ſpoliis, & facultas teſtandi.

§.9. Poſtremo, quod bona quæcumque ad dictos Conclaviſtas, & eorum quemlibet ſpectan., & per eos etiam ratione quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum etiam Canonicatuum, & præbendarum, ac dignitatum quarumcumque alias obtentorum, & obtinendorum, aut alias quomodolibet, & quovis quæſito colore, vel ingenio, ſeu eorum induſtria legitime tamen ac alias licite acquiſita, & acquiren. etiam in Urbe, ejuſque diſtrictu, ac ubique exiſtentia ſpoliis minime ſubjaceant: ſed Conclaviſtæ prædicti etiamſi Religioni alicujus Militiæ, etiam prædicti S. Joannis Hieroſolymitani adſcripti fuerint, de illis in favorem quarumcumque perſonarum de jure tamen capacium etiamſi Curiales eſſe deſierint, & in quocumque loco quantumvis remoto, etiam extra eorum, & cujuſlibet ipſorum propriam reſidentiam eos decedere contigerit, teſtari, & alias diſponere, iiſque ab inteſtato decedentibus legitimi eorum hæredes quicumque ſuccedere, libere, & licite valeant ſimili modo concedimus, & indulgemus, præcipientes, mandantes eiſdem S. R. E. Camerario, Theſaurario, Præſidentibus, Clericis Cameræ noſtræ prædictæ, & quibuſvis aliis ſpoliorum hujuſmodi Collectoribus, & Subcollectoribus, ac Militiarum prælatarum Officialibus, aut Prioribus, & quibuſvis aliis perſonis, tam ſæcularibus, quam regularibus cujuſcumque gradus, ſtatus, ordinis, & præeminentiæ, etiamſi ſpeciali nota digni exiſtant, ne in hujuſmodi bonis manus apponant, neque hæredes præfatorum Conclaviſtarum deſuper moleſtare audeant, ſeu præſumant. Ac etiam decernentes, donationes etiam per viam teſtamenti, & condicillorum per ipſos Conclaviſtas de eorum bonis hujuſmodi facien. ſemper, & perpetuo validas, & efficaces fore.

Ab inſinuatione in Camera.

§.10. Nec eoſdem Conclaviſtas: eorumque aliquem ad præſentem motum proprium, ſeu literas ſuper præſentibus, ſi videbitur conficien. in dicta Camera inſinuandum, aut admitti, & regiſtrari petendum teneri, nec illum, ſeu illas etiamſi motus proprius, & literæ hujuſmodi intra legitimum tempus inſinuatus, admiſſus, & regiſtratus non fuerit, ſeu illæ inſinuatæ, admiſſæ, ſeu regiſtratæ non fuerint propterea minus validum, ſeu validas cenſeri, ſed ſuos plenarios effectus ſortiri debere; ac Motum proprium, & literas hujusmodi, & in eis contenta quæcumque ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis ſimilium gratiarum revocatoriis, vel quæ eas limitarent, ſeu moderarentur, quæ a nobis, & a dicta Sede, & pro tempore, & de quibuſvis cauſis etiam urgentiſſimis, etiam in favorem fidei, & divini cultus augmentum etiam conſiſtorialiter, vel alias quavis auctoritate hactenus, vel in poſterum emanaverint minime comprehenſum, vel comprehenſas eſſe, ſed quoties illæ emanabunt toties eum, & eas in priſtinum ſtatum reſtitutum, repoſitum, & reintegratum, ſeu reſtitutas, repoſitas, & reintegratas eſſe cenſeri.

Comprehenſio procuratoris in privilegiis.

§.11. Et inſuper cum dilectus filius Abbas Joannes de Spinoſa Vicarius clericus Toletan. ſeu alterius Civitatis, vel Diœceſis, tanquam dictorum Conclaviſtarum Procurator, in præmiſſis ſedulam pro eis operam navaverit, propterea, & aliorum meritorum ſuorum, & obſequiorum Nobis, & dictæ Sedi impenſorum intuitu,

Digitized by Google

tu, volentes ipſum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi, eidem Joanni, licet ipſe in Conclavi prædicto non intervenerit, nihilominns omnibus & ſingulis ſupradictis gratiis, privilegüs, facultatibus, immunitatibus, libertatibus, honoribus, prærogativis, præeminentiis, indultis, exemptionibus, cæteriſque præmiſſis (non tamen quoad participationem decemmillium ſcutorum auri hujuſmodi per nos ut ſupradictis Conclaviſtis donatorum, & inter eos, ut præfertur diſtributorum, ſeu diſtribnendorum) tamquam Conclaviſta frui, & gaudere, & libere, & licite poſſit, & valeat, perinde, ac ſi Couclavi hujuſmodi vere, & realiter iuterfuiſſet, Conſtitutionibus, & Ordinationibus, cæteriſqne ſupradictis, & aliis contrariis nequaquam obſtan. motu, ſcientia, & anctoritate ſimilibus de ſpeciali gratia indulgemus. Sicque per quoſcumque Judices etiam Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet in quavis cauſa aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritumque &c. attentari.

Expeditio gratioſa, & per viam ſecretam.

§ 12. Et inſuper Venerab. fratri noſtro Franciſco Oſtien. & Veliternen. Cardin. Barberino nuncupato ejuſdem S.R.E. Vicecancellario, & Literarum Apoſtolicarum Summatori, necnon dilectix filiis Secretariis Apoſtolicia, Præſidenti Plumbi, aliiſque Officialibus, ad quos literarum prædictarum deſuper conficiendarum expeditio per viam ſecretam quomodolibet ſpectat & pertinet, ſub pœna indignationis noſtræ Motu ſimili, & es certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine paribus etiam mandamus, ut prædictas literas ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis tam conjunctim, quam ſeparatim pro ſingulis, quibus conceſſæ fuerunt, ac ſeorſim, & ſeparatim cum omnibus, & quibuſcumque derogationibus, decretis, & clauſulis in eis conceſſis gratis etiam quoad compoſitionem in Dataria noſtra, & per eamdem viam ſecretam abſque alio mandato expediant, & expediri faciant Inſuper omnia, & ſingola privilegia, gratias, & conceſſiones eiſdem Conclaviſtis, & eorum cuilibet a diverſis Summis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris huc uſque conceſſa; motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus confirmamus, & approbamus, ac de novo liberaliſſime concedimus.

Derogatio contrariorum

§. 13. Non obſtantibus præmiſſis, ac de certo eorundem Notariorum numero etiamſi ad illum non ſit deventum, ac Noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de præſtan. conſenſu in penſionibus, & fel. record. Pii Papæ V. de ſimilibus, & diſſimilibus gratiis in d. Camera infra tres menſis præſentandis, & regiſtrandis, ac Pii V. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum contra illegitimos, necnon Pictaven. Concilii, ac Noſtris, & Cancellariæ prædictæ regulis, etiam in craſtinum dictæ Aſſumptionis Noſtræ ad Summi Apoſtolatus apicem editis, & in prædicta Cancellaria publicatis, ac etiam in Univerſitatibus, & Provincialibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Eccleſiarum, Monaſteriorum, Ordinum etiam S. Joannis Hieroſolymitani, ac etiam Urbis Romæ, ac aliarum Civitatum, Oppidorum, & Terrarum Cameræ prædictæ, & quarumvis Univerſitatum etiam juramento &c. roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, naturis, & decretis, & novis reformationibus, etiam legibus iam Pontificiis, quam Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, ac ſacris Canonibus; privilegiiſquoque, indultis, & literis Apoſtolicis illis, eorumque Superioribus, & Perſonis, ac locis quibuſcumque in genere, vel in ſpecie, ac cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis etiam vim contractus, & ſtatuti perpetui continentibus, ac etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, & conſiſtorialiter, ac alias in contrarium conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis juribus omnibus, quibus omnibus &c. etiamſi de illis &c. eorum tenores &c. illis alias &c. permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe motu pari derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque cum clauſulis opportunis.

Fiat Motu proprio V.M.

ET cum abſolutione a cenſutis ad effectum &c & quod obſtantiæ etiam beneficialibus Conclaviſtarum, & ab eis ſubrogati hujuſmodi, & diſpenſationes, ac indulta habeantur pro expreſſis, ſeu in toto, vel in parte exprimi poſſint in literis, & in caſibus regulæ de inſordeſcen. cum opportuna illius necnon alteriua regula de non tollen. jure quæſito derogatione, & quarumcumque aliarum Conſtitutionum Apoſtolicarum, & Conciliorum etiam generalium, & ſtatutorum, ac privilegiorum populi Romani, & Cluniacen., Ciſtercien., S. Benedicti, S. Auguſtini, & aliorum Ordinum, & Militiarum etiam S. Joannis Hieroſolymitani, & Eccleſiis, Monaſteriis, Civitatibus, & locis, & perſonis, & dominis temporalibus ſub quibuſcumque verborum formis, ac cum quibuſvis efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, & decretis, etiam conſiſtorialibus, etiam contra alienigenas, & alias perſonas certis modis non qualificatas, aut alias quomodolibet conceſſis, quorum tenores &c. latiſſime, ac de verbo ad verbum, prout ipſis Conclaviſtis magis placuerit exprimi poſſint, & com ſuſpenſione quarumcumque gratiarum, indultorum quibuſvis ordinariis collatoribus conferendi beneficia eccleſiaſtica etiam reſervata ad eorum collationem &c. pertineutia, & in omnibus, aut certis expreſſis caoſis quomodolibet conceſſis latiſſime extenden. ita ut omnia tollantur, & quod ſola præſentis Motus proprii ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat, in judicio, & extra, regula contraria non obſtan., & quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum indultorum, conceſſionum, gratiarum, derogationum major, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in literis ſi videbitur, in quibus ſingulorum Conclaviſtarum nomina, & cognomina, qualitates, ordines, gradus, Diœc., patria, & cætera requiſita exprimi, & deſcribi, ſeu pro expreſſis, & deſcriptis haberi poſſint inter eos Sacriſta, & Magiſtri Cæremoniarum Capellæ Noſtræ, necnon Secretarius Collegii eorundem Cardinalium, & cæteri alii in notula per ipſos Magiſtros Cæremoniarum facta, & deſcripta adnotati, & deſcripti, ſi alias ad penſiones, & beneficia hujuſmodi habiles, & capaces fuerint, comprehendantur, & adnotentur ſimul, vel ad partem etiam in una, non facta mentione de alia, vel aliis prout videbitur expedien.

Tranſumptorum fides.

§. 14. Volumus autem, quod literarum ſu-

per

Digitized by Google

per præſentibus conficiendarum, ſeu præſentis Motus proprii tranſumptis impreſſis, & ſigillo, ac manu alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, & ſubſcriptis, eadem fides iam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ originalibus literis, ſeu præſenti Motui proprio originali adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, aut exhibitus, vel oſtenſus foret. FIAT V.M.

Datum Romæ apud S. Petrum Pridie Nonas Junii Anno Primo.

Nomina autem ipſorum Conclaviſtarum ſunt hæc quæ ſequuntur.

Reverendiſſimus D. Fr. Auguſtinus Nicolaus de Abbatibus Oliverius Piſaurenſis Epiſcopus Porphyrienſis Sacriſta.

R.P.D. Dominicus Rivera Urbinas Protonotarius Apoſtolicus de numero Participantium Supranumerarius, Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Canonicus, ac Sac: Collegii Secretarius.

Joannes Baptiſta Gamberucci Presbyter Romanus, ejuſdem Baſilicæ perpetuus Beneficiatus.

Ignatius Reali Presbyter Romanus, ejuſdem Baſilicæ pariter perpetuus Beneficiatus..

Franciſcus Bolſa Presbyter Novocomenſis, Canonicus inſignis Collegiatæ S. Mariæ ad Martyres.

Venantius Philippus Pierſanti Presbyter Camerinen. prædictæ inſignis Collegiatæ Canonicus.

Placidus Euſtachius Ghezzi Presbyter Romanus memoratæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Clericus Beneficiatus: Magiſtri Cæremoniarum.

Nicolaus Coſcia Presbyter Beneventanus, J.V.D. Abbas infulatus, Archipresbyter Metropolitanæ Eccleſiæ Beneventanæ, ejuſdemque Civitatis Nobilis. Nicolaus Xaverius Sancta Maria J. V. D. Presbyter Manſionarius prædictæ Metropolitanæ, & Nobilis ejuſdem Civitatis, noſtri, dum Cardinalatus honore fungebamur.

Abbas Carolus Antonius de Ambroſiis Clericus Anagninus. Joſeph Lamblotte Laicus Namurcen. Diœceſis. Franciſcus Baſsius Camerinen.. Sebaſtiani Antonii Epiſcopi Oſtienſis Tanara.

Abbas Laurentius Pius Bonſius Clericus Florentinus. Deodatus Fallii Laicus Leodienſis. Franciſci Epiſcopi Tuſculani Judice.

Livius Guarinus Laicus Forolivienſis. Bartholomæus Fantinus Laicus Mutinenſis Fabritii Epiſcopi Albanenſis Paulutii.

Comes Joannes Troglioni Clericus Anconitanus. Urbanus Petrecca Presbyter Iſernien. Diœceſis. Petrus Dalmatius Laicus Vicentinus Franciſci Epiſcopi Sabinenſis Pignatelli.

Franciſcus Velli Presbyter Præneſtinus præfatæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Clericus Beneficiatus. Petrus Cheller Clericus Amburgenſis. Franciſci Epiſcopi Præneſtin. Barberini. Ven. Fratrum noſtrorum Epiſcoporum S.R.E. Cardinalium.

Petrus Ubaldus Dionyſius Clericus Ariminen. Joſeph Beltramius Presbyter Florentinus. Marcus Mittarellius Laicus Civitatis Ducalis. Jacobi tituli S. Mariæ in Via Boncompagni.

Comes Philippus Rainaldus a Turre Presbyter, & Abbas Albenſis Eques Commendatarius, & Receptor S. Religionis SS. Mauritii, & Lazzari. Jacobus Antonius Carpanus Presbyter Derthonenſis Canonicus Collegiatæ Fini Comen. Diœceſis. Alexander Joannes Andreazzini Laicus Romanus. Joſeph tit. S. Praxedis Sacripantes.

Abbas Jacobus Leoni Presbyter Segninæ Diœceſis. Joſeph Maria Cardoni Laicus Lucenſis, Laurentii tit. S. Petri ad Vincula Corſini.

Antonius Aga Presbyter Romanus. Andreas Capanella Laicus Balneoregienſis. Franciſcus Maria Serra Laicus Romanus. Franciſci tit. S. Cæciliæ de Aquaviva.

Abbas Bartholomæus Caſtelli J.V.D. Clericus Interamnenſis. Laurentius Foſchi Clericus Diœceſis Albanenſis. Joannes Maria de Speranzinis Clericus Æſinus. Thomæ S. Mariæ Transtyberim Ruffi.

Petrus Antonius Ventura Presbyter Camerinenſis, Canonicus inſignis Collegiatæ S. Mariæ in Via Lata. Nicolaus Carignani Clericus Lucenſis. Horatii Philippi tit. S. Honuphrii Spadæ.

Maturinus Jacqnin. Laicus Pariſienſis. Antonius Lori Laicus de Prato Diœceſis Aſculan. Philippi Antonii tit. S. Chriſogoni Gualterii.

Paris Ignatius Furten. Presbyter Tridentinus. Carolus de Rubeis Clericus Romanus. Bartholomæus Iſola Laicus Januenſis. Joſephi tit. S. Mariæ Angelorum Vallemani.

Michael Angelus Magnoni Presbyter ex Diœceſi S. Miniati. Peteus Canevari Laicus Romanus. Caroli Auguſtini Fabroni.

Comes Livius Adrianus Presbyter J. V. D. Collegiatus Patavinus. Petrus Cleiou Clericus Romanus. Petri tit. S. Marci Prioli.

Abbas Joannes Baptiſta Rondoni Presbyter Bononienſis. Abbas S. Joannis de Liverniano S. Theologiæ Doctor, & perinſignis Collegiatæ Baſilicæ S. Petronii Bononiæ Canonicus. Jacobus Philippus Lazzari laicus Bononienſis. Ulyſſis Joſephi tit. S. Crucis in Hieruſalem Gozzadini.

Michael Angelus Paoli Laicus Piſauren. Medicus. Franciſcus Blancus Laicus Vitellianenſis. Annibalis tit. S. Clementis Albani, Cardinalis S. Clementis nuncupati.

Joſeph Caſtelluccius Presbyter Civitatis Potentiæ. Joſeph Cardini Laicus Aretinus. Joannes Baptiſta Innocenti Laicus Sabinen. Diœceſis. Ludovici tit. S. Silveſtri in Capite Pici.

Antonius Leprotti Phyſicæ, & Medicinæ Doctor Laicus Bononienſis. Joannes Andreas Stacchini Laicus de Bonifacio Januen. Cæſar Laurentius Monte Maggi Presbyter Ariminen. Joannis Antonii tit. S. Caliſti de Via.

Abbas Joſeph Mombelli Presbyter Papienſis. Hieronymus Deſcalzi Laicus Romanus. Petrus Mangiagallo Laicus Mediolanen.. Auguſtini tit. S. Mariæ de Populo Cuſani.

Abbas Joannes Baptiſta Malpeli Clericus Faventinæ Diœceſis. Franciſcus Antonius Perfelder Laicus Viennenſis in Auſtria. Julii tit. S; Laurentii in Pane, & Perna Piazza.

Abbas Ludovicus Anguiſciola Clericus Placentinus. Ludovicus de Grandis Laicus Venetus. Antonii Felicis tit. S. Balbinæ Zondadarii.

Joannes Petrus Querenghi Clericus Anconita-

Digitized by Google

nitanus J. V. D. Thomas Puccettus Presbyter Romanus. Ioannis Baptiſtæ tit. S. Mariæ in Aracæli Buſſi.

Thomas Ceccotti Clericus Reatinus. Franciſcus Maria Lucca Laicus Romanus. Petri tit. S. Joannis ante Portam Latinam Corradini.

Joannes Vivant Presbyter Pariſinus, Doctor Sorbonicus, Decanus Regalis, & Collegiatæ Eccleſiæ S. Germani Pariſiis, ac Metropolitanæ Eccleſiæ Canonicus Honorarius. Baſilius Laurentius le Barbier Clericus Pariſienſis Prior Commendatarius S. Roberti d'Andri Diœc. Antiſſiodorenſis. Francus Sordini Laicus Florentinus. Armandi tit. SS. Trinitatis in Monte Pincio de Rohan.

Dominicus Nicolai Presbyter Terræ Arcidosi Cluſinæ Diœceſis. Philippus de Romanis Laicus Romanus. Joannis Baptiſtæ tit. S. Stephani in Monte Cælio Ptolomæi.

Ferdinandus Antonius Campeggi Presbyter Bononien. Cajetanus Bononi Laicus Novocomenſis. Benedicti tit. SS. Nerei, & Achillei Odeſcalchi.

Ludovicus Guido Guerapin. de Vaureal Presbyter Senonenſis Doctor Sorbonicus. Fridericus Hieronymus de Roye de la Rochefoucauld Diaconus Pariſienſis, ſacræ facultatis Pariſienſis Licentiatus Theologus Abbas B. Mariæ de Belloportu, & S. Romani de Blavia. Petrus Julien Laicus Diœceſis Agathenſis. Henrici tit. SS. Quirici, & Julitæ de Biſſii.

Felix Roſapepe Presbyter Avellinæ Diœceſis Canonicus Averſanus, Jacobus Philippus Verde Presbyter Albinganenſis Diœceſis. Bernardinus de Benedictis Clericus Conjugatus Spoletanus. Innici tit. S. Thomæ in Parione Caraccioli.

Carolus Thomaſius Clericus Conjugatus Patritius Anconitanus. Nicolaus Corbellus Laicus Romanus. Bernardini tit. S. Petri in Monte Aureo Scotti.

Abbas Hieronymus Cardoni Presbyter Lucenſis, Baſilicæ Principis Apoſtolorum perpetuus Beneficiatus. Ioſeph Trifelli Laicus Romanus. Joannis tituli SS. Quatuor Coronatorum Patritii.

Comes Joannes Fabius Braſchi Clericus Cæſenatenſis J.V.D. Ludovicus Moſconus de Marſciano Clericus Peruſinæ Diœceſis. Nicola tit. S. Sixti Spinulæ.

Abbas Hieronymus Franciſcus Crivelli Presbyter, & Nobilis Civis Mediolanenſis. Angelus Dominicus Federici Presbyter Novarienſis Giberti tit. S. Aleſii Borromei.

Abbas Ubaldus Petruccius Clericus Romanus. Franciſcus Xaverius Reſſi Laicus Mediolanenſis. Georgii tit. S. Agnetis Spinulæ, Cardinalis S. Agnetis nuncupati.

Abbas Didacus Mauri Clericus Neapolitanus. Laurentius Ratia Clericus Ferrarienſis. Cornelii tit. S. Hieronymi Illyricorum Bentivoli.

Abbas Marcus Antonius Campana Presbyter Brixienſis J.V.D. Joannes Dianeli Clericus Conjugatus Cænetenſis. Joannis Franciſci tituli SS. Petri, & Marcellini, Barbadici.

Abbas Joſeph de Saporitis, & Serrano Presbyter Hiſpanus Gadicenſis Sacræ Theologiæ, & J.V.D. ex Marchionibus de Caſtro Zolaſchi. Juſeph Roſati Laicus Interamnenſis. Ludovici tituli Sanctæ Mariæ Tranſpontinæ Bellugæ.

Joannes Alvares a Coſta Ulyſsiponenſis, Eques militaris Ordinis Jeſu Chriſti, in utroque jure graduatus. Comes Antonius Sartonius Clericus Ariminen. Emanuel Rubelo Laicus Luſitanus Diœceſis Colimbrien. Joſephi tit. S. Suſannæ Pereyra.

Philippus Hortenſis Fabri Clericus Conjugatus Romanus. Antonius Fridt Laicus Boemus. Joannis Baptiſtæ tit. S. Priſcæ Salerni.

Joſeph de Ochoa Hiſpanus Laicus Diœceſis Pampilonenſis. Anielus Nipho Laicus Neapolitanus. Joannes Joſeph Saforcada Hiſpanus Laicus Cæſarauguſtanæ Diœceſis. Caroli tit. S. Pudentianæ Borgia.

Joſephus Emigdius Graſſi Aſculanus Eques Hieroſolymitanus. Franciſcus Galante Presbyter Toletanus. Joannes Fernandez Laicus Ovetenſis Alvari tit. S. Bartholomæi ad Inſulam Cienfuegos.

Abbas Aloyſius Pagni Clericus Senenſis. Franciſcus Maria de Fabiis Laicus Romanus. Bernardinus Tarozzi Laicus Romanus. D. Bernardi Mariæ tit. S. Bernardi de Comitibus Presbyterorum S.R.E. Cardinalium.

Carolus Caſanova Presbyter Vintimilienſis. Auguſtinus Lupacchioli Clericus Conjugatus Civitatis Caſtellanæ Diœceſis. Franciſcus Titii Laicus Segninæ Diœceſis. Benedicti S. Mariæ in Via Lata Pamphilii.

Joannes Antonius Coltrolini Clericus Conjugatus Romanus J.V.D. Regii, & Militaris Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo, ac S. Lazari Hieroſolymitani Eques. Alexander Perazzoli Laicus Neapolitanus. Petri S. Laurentii in Damaſo Otthoboni.

Abbas Lucas Nicolaus Recchi Clericus Ripanus. Joannes Argenti Laicus Romanus. Joſephi Renati S. Georgii Imperialis.

Andræas Jannenſi Laicus Præneſtinus. Petrus Buccardus Laicus Romanus. Laurentii Sanctæ Agathæ Gothorum de Alteriis.

Abbas Chriſtophorus Venturelli Clericus Amerinus. Joannes Labuſiera Laicus Romanus. Caroli S. Angeli in Foro Piſcium Columnæ.

Ubaldus Monacelli Presbyter Eugubinæ Diœceſis. Carolus Gelli Laicus Urbinas. Curtii S. Euſtachii Orighi.

Carolus d'Orleans Rothelin Presbyter Pariſinus Sacræ facultatis Pariſienſis Doctor Theologus Claudius Ludovicus de la Chaſtre Presbyter Pariſinus, Sacræ facultatis Pariſienſis Licentiatus Theologus, Abbas S. Michaelis de Ulteriori portu Diœceſis Rothomagenſis. Dionyſius le Blond Clericus Diœceſis Venetiarum Prior Commendatarius Montis Deſiderii Ordinis Sancti Benedicti Diœceſis Ambianenſis. Melchioris Cardinalis de Polignac.

Comes Bonaventura Antonelli Laicus Eugubinæ Diœceſis. Joannes Antonini Laicus Romanus. Fabii SS. Viti, & Modeſti Oliverii.

Leo Dulcius Clericus Montis Faliſci Sacræ Theologiæ, ac J.V.D. Abbas Joſeph Ferdinandus Bilancinus Clericus Montis Faliſci J.V.D. Caroli S. Mariæ in Aquiro de Marinis.

Comes Philippus Anguiſciola Clericus Placentinus. Carolus Angelettus Laicus Romanus. Julii Cardinalis Alberoni.

Antonius Baldanus Clericus Romanus. Franciſcus Baccius Laicus Balneoregienſis. Alexan-

naodri S. Mariæ in Coſmedin Albani. Diaconorum S.R.E. Cardinalium.

Confeſſarii. Fr. Antoninus Seraphinus Camarda Meſſanenſis Ordinis Prædicatorum.

Subſacriſta. Fr. Magiſter Fridericus Amadeus Urbevetanus Ordinis Eremitarum S. Augoſtioi.

Cuſtos Fontium. Abbas Nicolaus Xaverius Albinus Beneventanus, Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Canonicus, Cuſtos Fontium, & Aquarum Conclavis.

Abbas Joannes Franciſcus de Valentinis Presbyter Verulanæ Diœceſis cum prædicto Reverendiſſimo Epiſcopo Porphyrienſi Sacriſta.

Auditores in Secretaria. Abbas Joſeph Levizzani Clericus Mutinenſis cum præfato R.P.D. Rivera Sac. Collegii Secretario.

Jacobus Curtius Laicus Urbinas cum dicto Fr. Magiſtro Amadeo Subſacriſta.

Medici. Joannes Thomaſi Meſſanenſis: Joannes Baptiſta Nucarini Fulginas Medici Phyſici.

Chirurgi. Victorius Maffinos Florentinus.

Jacobus Manſuetus Romanus Aromatarius. Jacobus Antonius Boſins Mantuanus Patritius de Henricis Arpinas, ejus auxiliatores.

Barbitonſores. Joſeph de Ambroſiis Romanus. Philippus Roberti Romanus Barbitonſores. Joannes Marcellos Golt Germanus Colonien. Diœceſis. Petrus Collarelli Romanus eorum auxiliatores.

Fabri. Joſeph Tondi Faber lignarius. Franciſcus Alfieri Faber Cæmentarius.

Franciſcus Moſſius a Morbegno Novocomenſis Diœceſis, Famulus Magiſtrorum Cæremoniarum.

Scopatores.
Petrus Tomaſi.
Joannes Antonius Stendardi.
Petrus de Franceſchi.
Remigius Valena.
Andreas Juliaoi.
Joannes Togniacci.
Joſeph Borſotti.
Conſtantinus Cichelli.
Baſilios Grimaldi.
Franciſcus Barberi.
Joſeph Pichignò.
Antonius Maſſi.
Paulus de la Bitta.
Cajetanus Corallo.
Joannes Baptiſta Guldoni.
Philippus Mezzarota.
Joannes Petrus Giorgi.
Gregorius Crivelli.
Auguſtious Bianchetti.
Carolus Galli.
Petrus Valeno.
Dionyſius Sabbatini.
Paſchalis Idetti.
Joſeph Canillis.
Aotonius Agniolucci.
Nicolaus Solari.
Joannes de Sanctis.
Paſchalis Guardi.
Bernardinus Scaletta.
Remigius de Bernardis.
Joſeph Albonetti.
Joannes Baptiſta Ricci.
Angelus Pozzi.
Franciſcus Zavaglia.
Joſeph Bartolini Scopatores Conclavis.

X.

Conceduntur Privilegia Dapiferis poſtremi Conclavis. — Dat. 18. Maii 1721. anno I.

Eadem Privilegia conceſſa fuere ab Inn. XIII. Conſt: ed: 1721, Maji 18., P: 1. Et a Clem. XII Conſt: ed: 1730, Jul: 26, P: 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

URBIS.

Cauſa Indulti. Motu proprio, &c. Nos volentes dilectos filios noſtros, dum Cardinalatus honore fungebamur, & Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardioalium Dapiferos, qui Conclavi, in quo Divina favente Clementia ad Summi Apoſtolatus apicem aſſumpti fuimus, inſervierunt, quique ea de cauſa labores, vigilias, & incommoda plura ſubierunt, habita ratione obſequiorum hujuſmodi, favoribus, gratiis, & privilegiis pro cujuſcunque meritis exoroare, ac eoſdem Dapiferos, & eorum ſingulos.

Dapiferi creantur Commenſales, & Notarii Apoſtol. §.1. Motu proprio, non ad ipſorum Dapiferorum, vel alterius pro ipſis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam ſed de mera liberalitate, certaque ſcientia noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine in veros, indubitatos, & non fictos familiares, continuos commenſales noſtros, & eos qui ex illis Clerici exiſtunt, ſeu militiæ Clericali adſcribi deſiderant, quoſque tres ex præfatis Cardioalibus in quolibet ordine antiquiores gradu, nobilitate, & aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint, in noſtros, & Apoſtolicæ Sedis Notarios, ſioe tamen præjudicio dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium, tenore præſentium recipimus, & tam illos, quam alios Dapiferos ſingulos, qui ſigillatim ab eiſdem tribus Cardinalibus digni tali honore approbati fuerint, Sacri Palatii, & Aulæ Lateranen., comites, & milites, ac tam illos, quam alios omnes quoſcumque Dapiferos indiſtincte, qui nobiles non ſunt, nobiles, quique Urbis, vel alicujus alterius ex civitatibus, temporali dominio dictæ Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubjectis cives eſſe voluerint, ſingulos in ea ipſa civitate, quam ſigillatim quiſque eorum elegerit, & ad quam ab eiſdem Cardinalibus ſe admitti petierint, veros cives ad inſtar, & nulla prorſus differentia inter eos, & ſingulos alios veros originarios, & antiquiſſimos, & nobiles participantes cives ipſius urbis, vel civitatis. — Nobiles, & cives.

Jus Civitatis in hæredes tranſit. §.2. Itaut ipſum jus civitatis ad quoſcunque in eorum hæredes eodem modo tranſeat, creamus, conſtituimus. & deputamus, ac nobilitatis, & civilitatis titulo, honore, & inſigniis decoramus, aliorumque familiarium continuorum commenſalium oobis actu in Palatio noſtro Apoſtolico ſervientium; & in illius tinello comedentium, & bibentium noſtrorum, & Sedis Apoſtolicæ Notariorum, Palatiique, & Aulæ præfatæ comitom, militum, & nobilium, & civium hujuſmodi originariorum numero, & conſortio favorabiliter aggregamus, & pro veris, indubitatis, & non fictis familiaribus continuis commenſalibus, ac Notariis noſtris, comitibuſque, & militibus, nobilibuſque, ac civibus dein-

Digitized by Google

deinceps haberi, & reputari volumus, & mandamus, eiſque in quibuſcumque impetrationibus, ac conceſſionibus, & literis: tam gratiam, quam juſtitiam ſeparatim, ſeu utramque miatim concernen. ſe familiares, continuos commenſales noſtros, & comites, milites, nobiles, ac cives, & originarios nominari, nec propterea impetrationes, conceſſiones, & litteræ ipſæ ſubreptionis vitio ſubjaceant, ſed validæ, & efficaces exiſtant, ac ex nunc deinceps, & in perpetuum omnibus, & quibuſcumque, prorſus ſimilibus antelationibus antelationum, prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, & declarationibus, derogationibus, mandatis, ſuſpenſionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac juribus, quibus alii noſtri familiares tempore dictæ Aſſumptionis noſtræ ad Summi Apoſtolatus apicem, ac quibus alii ejuſdem Sedis Notarii, etiam de numero participantes, exiſtentes, etiam ſi habitum, & Rocchettum Notariorum ipſius Sedis non deferant, Palatiique & Aulæ prædictæ comites, & milites, ac nobiles originarii, & antiquiſſimi cives ejuſdem urbis, vel civitatis, quam, ut præfertur, elegerint quicumque ex utroque parente vere nobili, ac cive originario, & antiquiſſimo procreati de jure, ſtatuto, conſuetudine, vel alias ex aliquo ſpeciali privilegio, ſeu alias etiam per quaſcumque literas, ſeu conſtitutiones Apoſtolicas pro tempore editas, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ubique locorum in Judicio, & extra, ſine tamen eorundem Notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite valeant realiter, & integre in omnibus, & per omnia etiamſi in urbe, & civitate hujuſmodi non habitaverint perinde, ac ſi de vero nobili genere ex utroque Parente originario, & antiquiſſimo Cive procreati forent, & hujuſmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, conceſſiones, indulta, & jura, quæ pro aliis Nobilibus, & Civibus originariis emanarunt, & quæ ratione nobilitatis, & civilitatis naturalis, & originariæ aliis competunt pro eiſdem Dapiferis in ſpecie emanaſſent, ſeu emanarent, & eis naturaliter de jure, ſtatuto, conſuetudine, fundatione, vel alias competerent, vigore præſentium indulgemus.

A gabellis liberantur.

§.3. Ac ſingulos Dapiferos præfatos a ſolutione, & exactione decimarum Eccleſiaſticarum, ubique locorum, & ex quacumque quantumvis urgentiſſima, & inexcogitabili cauſa, & occaſione, etiam ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Rerumpublicarum, etiam Venetorum, & quorumcumque aliorum Principum impoſitarum. & imponendarum pro tempore liberamus, & eximimus; liberoſque, & exemptos fore, & eſſe decernimus: necnon ipſis Dapiferis, eorumque ſingulis quuſcumque fructus, & proventus Eccleſiaſticos, tam occaſione penſionum annuarum ipſis, vel eorum alicui reſervatarum, quam ratione omiſſionis recitationis horarum canonicarum indebite perceptos, cujuſcumque quantitatis fuerint gratioſe remittimus, & condonamus, ac cum eis ſuper inhabilitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quod cenſuris hujuſmodi ligati Miſſas, & alia Divina officia, non tamen in contemptum clavium, celebraverint, aut alias in Divinis ſe immiſcuerint, ut illa, & eiſdem præmiſſis non obſtantibus, ad omnes etiam ſacros, & Presbyteratus ordines alias tamen rite promoveri, & in illis etiam ſuſceptis alias rite per eos ordinibus etiam in Altaris Miniſterio miniſtrare etiam libere, & licite valeant, diſpenſamus.

Illegitimos legitimis natalibus reſtituit.

§.4: Ac eoſdem Dapiferos, ſi qui eorum defectum natalium patiuntur ex quocumque damnato, & illicito coitu, etiamſi ex nobiliſſimis parentibus, ac vilibus feminis forſan procreati ſint; etiamſi legitimati alias exiſtant, legitimamus, omnemque ab illis genituræ hujuſmodi maculam, ſive notam abſtergimus, & abolemus, ac legitimis natalibus reſtituimus, ac cum eorum ſingulis, ut in quibuſcumque bonis paternis, & maternis, & aliorum conſanguineorum; ſeu cognatorum, vel aliorum quorumcumque non tamen feudalibus, & emphiteuticis, aut Eccleſiaſticis, vel ab Eccleſia acquiſitis, ac ſine præjudicio venientium ab inteſtato, vel ex fideicommiſſo, ſeu alias de jure valida diſpoſitione ſuccedere, & illa donationis, ſeu alio quovis titulo conſequi, & habere, ac ad æquales portiones cum legitimis ſuccedere, eos ad omnia jura legitima, & ſucceſſiones ex teſtamento, vel ab inteſtato hæreditates, legata, libertates reſtituendo, & reintegrando realiter, & cum effectu.

Ad dignitates admitti jubet.

§.5. Necnon ad dignitates, honores, & quæcumque alia officia ſecularia publica, vel privata, etiam aſſumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac ſi de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obſtante, ſi aliud canonicum eis non obſiſtat impedimentum, ac clericali charactere, qui illo nondum inſigniti ſunt, inſigniri, & ad omnes etiam ſacros, & Presbyteratus ordines, ſi ad illos nondum promoti ſunt, promoveri, & poſtmodum charactere, & ordinibus hujuſmodi, illorumque privilegiis uti, ac in eiſdem ordinibus etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, ac quæcumque, & qualiacumque cum cura, & ſine cura beneficia Eccleſiaſtica, etiamſi perſonatus, adminiſtrationes, & officia etiam curata, & electiva in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis Eccleſiis, ſeu ſi Parochiales Eccleſiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ; & Canonicatus, & præbendæ, non tamen in Cathedralibus, ac dignitates, non tamen in eiſdem Cathedralibus poſt Pontificalem, majores, nec principales in Collegiatis Eccleſiis hujuſmodi fuerint, ſi ſibi alias canonice conferantur, aut ipſi eligantur, præſententur, vel alias aſſumantur ad illa, & inſtituantur in illis recipere, & dummodo plura ſimul non ſint, quam quæ a Concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint, retinere libere, & licite valeant, ſimiliter diſpenſamus.

Expeditionem literarum gratis fieri mandat,

§.6. Quodque omnes, & quæcumque gratiæ, proviſiones, commendæ, ac præſentes, & quævis aliæ literæ Apoſtolicæ, ac etiam in forma brevis pro illis expediendæ gratis ubique expediantur, tam de capienda poſſeſſione nomine Cameræ Apoſtolicæ, quam in favore literarum Apoſtolicarum ubi illis ſuper proviſionibus quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum dari poterunt, prout noſtris Familiaribus, & continuis commenſalibus etiam gratis dantur, ac conceduntur, ac dari, & concedi debent, præ-

cipimus, & mandamus. Ac Dapiferis præfatis, & eorum ſingulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, aut aliarum Eccleſiarum, aut perſonæ quæcumque Eccleſiaſticæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, tam in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, & eorum ſingulos eligendi, ſeu eligendæ, quaſcumque Penſiones annuas eis, eorumque ſingulis ſuper fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis univerſis certis, & incertis, ac diſtributionibus quotidianis quarumcumque menſarum Epiſcopalium, Archiepiſcopalium, & Abbatialium, ac Dignitatum, & Canonicatuum, & Præbendarum, cæterorumque Beneficiorom Eccleſiaſticorum etiam per S.R.E. Cardinales obtentorum, & impoſterum obtinendorum cum cura, & ſine cura, Sæcularium, aut quorumvis Ordinum Regularium, ſeu fructus, redditus, & proventus, aliaque emolumenta, & diſtributiones hujuſmodi reſervatas, ſeu reſervatos, ac reſervandas, ſeu reſervandos, etiamſi alias ſemel, vel pluries tranſlatæ, ſeu tranſlati fuerint uſque ad ſummam centum ducatorum in toto, vel in parte, ac etiam in mortis articulo caſſare, & extinguere, ac poſtquam caſſatæ, & extinctæ fuerint, alias ſimiles penſiones annuas, ſeu fructus, redditus, & proventus, & alia emolumenta, & diſtributiones hujuſmodi uſque ad ſummam prædictam, uni, vel pluribus aliis perſonis Eccleſiaſticis per eoſdem Dapiferos, & eorum ſingulos nominandis quotcumque, quæcumque, & qualiacumque beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, & expectantibus, alias tamen penſionum hujuſmodi capacibus ſimiliter eis quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis eiſdem modo, & forma quibus eiſdem Dapiferis reſervatæ, ſeu reſervati erant, etiam abſque beneficia hujuſmodi obtinentium conſenſu, integre perſolvendas, ſeu perſolvendos, & per eos percipiendas, exigendas, levandas, ac percipiendos, exigendos, levandos, reſervare, conſtituere, & aſſignare valeant, ipſique tranſlatarii in poſſeſſionem dictas penſiones exigendi, in qua ipſi Dapiferi tempore translationis per eos vigore præſentium faciendæ, exiſtebant, in omnibus, & per omnia ſubrogati eſſe cenſeantur etiam concedimus, & indulgemus, etiamſi ſimilem gratiam a Prædeceſſoribus noſtris alias forſan obtinuerint, ſeu quilibet eorum obtinuerit, illius effectu cumulative eos gaudere, & potiri volumus.

§.7. Decementes ipſas translationes, & novas reſervationes, conſtitutiones, & aſſignationes penſionum, ſeu fructuum, reddituum, & proventuum, aliorumque hujuſmodi plenam roboris firmitatem obtinere, ipſoſque beneficia, ſuper quorum fructibus, redditibus, & proventibus reſervatæ fuerint, obtinentes, ad illas perſolvendas efficaciter obligatos fore: ac eiſdem Dapiferis, ut ratione quarumcumque penſionum eis, & eorum cuilibet, ſuper quibuſcumque beneficiis Eccleſiaſticis, ut præfertur, vel alias quomodolibet qualificatis, non tamen ultra ſummam ducentorum ducatorum auri de Camera pro quolibet, nunc, & pro tempore reſervatarum, ac reſervandarum, habitum, & tonſuram clericales geſtare, & in illis dummodo ipſi habitom decentem, & honeſtum deferant, incedere minime debeant, nec ad id a quoquam cogi, ſeu compelli, minuſque aliquas ſententias, aut cenſuras, etiam privationis, ſeu caſſationis ipſarum penſionum ad prædictam ſummam ducentorum ducatorum aſcendentes, & reſervatas, ut præfertur, etiamſi matrimonium contraxerint cum unica tantum, & virgine, recipere, & retinere:

§.8. Poſtremo quod bona quæcumqoe ad dictos Dapiferos, & eorum quemlibet ſpectantia, & per eos etiam ratione quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum etiam Canonicatuum, & præbendarum, ac dignitatum quarumcumque per eos alias obtentorum, & obtinendorum, aut alias quomodolibet, & quovis quæſito colore, vel ingenio, ſeu eorum induſtria, legitime tamen, & licite acquiſita, & acquirenda etiam in Urbe, ejuſdem diſtrictu, ac ubicumque exiſtentia, ſpoliis minime ſubjaceant: ſed ipſi Dapiferi etiamſi Religioni alicujus Militiæ, etiam S. Joannis Hieroſolymitani adſcripti fuerint, de illis in favorem quarumcumque perſonarum de jure tamen capacium, etiamſi curiales eſſe deſierint, & in quocumque loco quantumvis remoto, eos decedere contigerit, teſtari, & alias diſponere, eiſque ab inteſtato decedentibus eorum hæredes quicumque ſuccedere libere, & licite valeant, ſimili modo concedimus, & indulgemus. Bona ipſorum a ſpoliis liberat.

§.9. Præcipientes, & mandantes dilectis filiis nunc, & pro tempore exiſtentibus S. R. E. Camerario, Theſaurario, Præſidentibus, Clericis Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, & quibuſcumque aliis ſpoliorum hujuſmodi Collectoribus, ac Militiarum præfatarum Officialibus, aut Procuratoribus; ne in hujuſmodi bonis manus apponant, neque hæredes dictorum Dapiferorum deſuper moleſtare audeant, ſeu præſumant: ac etiam decernentes donationes, etiam per viam Teſtamenti, & codicillorum per ipſos Dapiferos de eorum bonis hujuſmodi, ſervatis de jure ſervandis, faciendas ſemper, & perpetuo validas, & efficaces fore, nec eoſdem Dapiferos, eorumque aliquem ad literas ſuper præſentibus conficiendas in dicta Camera inſinuandum, aut admitti, & regiſtrari petendum teneri, nec illas etiamſi intra tempus legitimum inſinuatæ, admiſſæ, ſeu regiſtratæ non fuerint, propterea minus validas cenſeri, ſed ſuos plenarios effectus ſortiri debere, eaſdemque præſentes, & in eis contenta quæcumque ſub quibuſvis revocationibus, limitationibus, ſuſpenſionibus, modificationibus, decretis, conſtitutionibus Apoſtolicis ſimilium gratiarum revocatoriis, vel quæ eas limitarent, aut moderarent, quæ a nobis, & dicta Sede pro tempore, & de quibuſvis cauſis, etiam urgentiſſimis, etiam in Divini cultus augmentum, etiam conſiſtorialiter, vel alias quavis auctoritate hactenus, vel impoſterum emanaverint, minime comprehendi, ſed quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum repoſitas, & reintegratas eſſe, & cenſeri: ſicque per quoſcumque Judices etiam Commiſſarios quavis auctoritate fungen. in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari & diffiniri debere; irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Eximit a moleſtiis.

§.10. Et inſuper dilectis filiis Reſcribendario, & Com- Expeditionem gratioſam mandat.

& Computatori Collegii Scriptorum literarum Apoſtolicarum, & aliis, ad quos earundem literarum expeditio ſpectat, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna indignationis noſtræ Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus mandamus, ut eaſdem præſentes, & forſan alias literas ſuper præmiſſis omnibus, tam conjunctim, quam diviſim, ac pro ſingulis quibuſcumque derogationibus, decretis, & clauſulis in eis contentis, gratis de mandato noſtro ubique in omnibus Officiis etiam Abbreviatorum, Solicitatorum, Secretariorum plumbi, & regiſtri abſque alia pecuniarum exactione, etiam per viam compoſitionis facien. omni contradictione, & dilatione ceſſantibus, ſigneut, expediant, & expediri faciant.

Contrariis derogat.

§.11. Non obſtantibus eiſdem præmiſſis, ac de certo Notariorum numero, etiamſi ad illum non ſit deventum, quibus alias per præſentes non intendimus derogare, ac regula noſtra de præſtando conſenſu in penſionibus, ac fœlicis recordationis Pii Papæ IV. prædeceſſoris noſtri de ſimilibus, vel diſſimilibus gratiis in Camera Apoſtolica infra tres menſes præſentandis, ac regiſtrandis, ac recolendæ memoriæ Pii Papæ V. etiam prædeceſſoris noſtri contra Illegitimos, ac Pictaven, Concilii, & aliis Apoſtolicis, ac etiam in Univerſalibus, Pruvincialibuſque Conciliis editis ſpecialibus vel generalibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, & Monaſteriorum, Eccleſiarum, Ordinum, etiam S. Joannis Hieroſolymitani, ac etiam Urbis Romæ, & aliarum Civitatum, Oppidorum, & Terrarum, aut Cameræ prædictæ, ac quarumvis Univerſitatum, etiam juramento, confirmatione, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, decretis, ac etiam novis reformationibus, ac etiam legibus, tam Puntificiis, quam Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, etiam ſacris Canonibus: Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis, Superioribus, ac perſonis, & locis quibuſcumque in geuere, vel in ſpecie ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis irritantibus, & aliis decretis, etiam vim contractus, & ſtatuti perpetui continentibus, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine, ſimilibus, ac etiam conſiſtorialiter, ac alias forſan in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis inter alia diſponen. quod beneficia Urbis nonniſi perſonis certis modo, & forma qualificatis, & oriundis es certis locis, ac trium Ordinum Militiarum espreſſe profeſſis, conferri, & commendari ſoleant, quibus omnibus, etiamſi alias pro eorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum: non autem per clauſulas generales, idem importantes, mentio, ſen quævis alia expreſſio habenda foret, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & espreſſe harum ſerie Motu pari derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque, cum clauſulis opportunis.

Fiat Motu proprio V. M.

Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum, &c. & in caſibus regulæ de inſordeſcentibus cum opportuna illius, necnon alterius regulæ de non tollendo jure quæſito, aliiſque neceſſariis, & opportunis derogationibus, quatenus opus ſit, & quod indultorum, conceſſionum, gratiarum, derogationum, aliorumque præmiſſorum omnium, & ſingulorum major, & verior ſpecificatio, & espoſitio fieri poſſit in literis, in quibus ſingulorum Dapiferorum nomina, & cognomina, ordines, qualites, gradus, Diœceſes, Patriæ, & alia requiſita esprimi, & deſcribi, ſeu pro espreſſis, & deſcriptis haberi poſſint justa notulam per ipſos ſeu eorum Deputatos confectam ſimul, vel ad partem etiam in una non facta mentione de alia, vel aliis, prout videbitur expedire, &c.

Tranſumptorum.

§.12. Volumus autem, quod literarum ſuper præſentibus conficiendarum tranſumptis, etiam impreſſis, & ſigillo, & manu alicujus Perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, & ſubſcriptis eadem fides, tam in judicio, quam extra illud, adhibeatur, quam originalibus literis adhiberetur, ſi forent eshibitæ, vel oſtenſæ. Volumus autem, quod ſola præſentis Motus proprii noſtri Signatura ſufficiat, ubique fidem faciat in judicio, & estra illud, regula quacumque contraria non obſtante.

Fiat V. M.

Datum Romæ apud S. Petrum, pridie Nonas Junii Anno Primo.

Nomina Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium, & Dapiferorum ſunt hæc, quæ ſequuntur.

FRATAA VINCENTIUS MARIA URSINUS ORDINIS PREDICATOAUM nunc BENEDICTUS XIII. Romanus.

Comes .... Vitellus Beneventanus.

EPISCOPI V.

Sebaſtianus Antonius Epiſcopus Oſtienſis, & Veliternenſis S. Collegii Decanus Cardinalis Tanara Sac: Congregationis Immunitatis Præfectus Bononienſis. Franciſcus Goth-fredus Romanus.

Franciſcus Epiſcopus Tuſculanus S.R.E. Cardinalis Judice Archiepiſcopus Montis Regalis Neapolitanus. Marchio Nicolaus della Penna Sacerdos Perusinus.

Fabritius Epiſcopus Albanenſis S. R.E. Cardinalis Paulutius Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Vicarius, ac Sacrarum Congregationum Epiſcoporum, & Regularium, & Rituum Præfectus Forolivienſis. Abbas Cornelius Herculanus Clericus Forolivienſis.

Franciſcus Epiſcopus Sabinenſis S. R. E. Cardinalis Pignatellus Archiepiſcopus Neapolitanus. Abbas Baptiſta Zola Clericus ...:

Franciſcus Epiſcopus Præneſtinus S. R. E. Cardinalis Barberinus S. Congregationis Aquarum Præfectus Romanus. Joſeph Sebaſtianus Fontana ex Comitibus Scagnelli Clericus Parmenſis.

PRESBYTERI XXXVII.

Jacobus tit. S. Mariæ in Via S.R.E. Cardinalis Boncompagni Archiepiſcopus Bononienſis. Julius Gabriellius Romanus.

Joſeph tit. S. Praxedis S. R. E. Cardinalis

Sacripantes Sac. Congregationis Propagandæ fidei Præfectus Narnienſis. Joannes Franciſcus Sacripantes Romanus.

Laurentius tit. S. Petri ad Vincula S.R.E. Cardinalis Corſinus Florentinus. Abbas Marcellus Paſſarus Juris Utriuſque Doctor Sacerdos Arianenſis.

Franciſcus tit. S. Cæciliæ S. R. E. Cardinalis Aequaviva Neapolitanus. Thomas de Vibina Sacerdos.

Thomas tit. S. Mariæ Transtyberim S. R. E. Cardinalis Ruffus Epiſcopus Ferrarienſis Neapolitanus. Fr. Bartholomæus Catenaccius Eques Hieroſolymitanus Amerinus.

Horatius Philippus tit. S. Honufrii Cardinalis Spada Epiſcopus Auximanus Lucenſis. Abbas Fulvius Camillus Sinibaldus Clericus Auximanus.

Philippus Antonius tit. S. Chryſogoni S.R.E. Cardinalis Gualterius Urbevetanus. Comes Hieronymus Dandinus Cæſenas.

Joſeph tit. S. Mariæ Angelorum S.R.E. Cardinalis Vallemanus Fabrianenſis. Advocatus Franciſcus Mammius Clericus Florentinus.

Carolus Auguſtinus Tit. S. Auguſtini S.R.E. Cardinalis Fabranus S. Congregationis Indicis Præfectus Piſtorienſis. Abbas Fauſtus Coſattus Clericus Senenſis.

Petrus Tit. S. Marci S.R.E. Cardinalis Priolus Epiſcopus Bergomenſis Venetus. Fr.... Columna Eques Hieroſolymitanus Romanus.

Ulyſſes Joſeph Tit. S. Crucis S. R. E. Cardinalis Gozzadinus Epiſcopus Imolenſis Bononienſis. Alphonſus Servantius....

Anibal Tit. S. Clementis S. R. E. Cardinalis Albanus S. R. E. Camerarius Archipresbyter Baſilicæ Vaticanæ, & S. Congregationis R. Fabricæ S. Petri Præfectus Urbinas. Eques Joannes Franciſcus Sempronius Clericus Urbinas.

Ludovicus Tit. S. Silveſtri in Capite S. R. E. Cardinalis Picus Epiſcopus Senogalliæ, & S. Congregationis Indulgentiarum Præfectus de Mirandula. Abbas Thomas de Vulpe Clericus Imolenſis.

Joannes Antonius Tit. Sancti Caliſti S. R. E. Cardinalis de Via Epiſcopus Ariminenſis Bononienſis. Abbas.... Scortia.

Auguſtinus Tit. S. Mariæ de Populo S. R. E. Cardinalis Cuſanus Epiſcopus Papienſis Mediolanenſis. Comes Ignatius Michael Crivellus Clericus Mediolanenſis.

Julius Tit. S. Laurentii in Pane, & Perna S.R.E. Cardinalis Piazza Epiſcopus Faventinus Forolivienſis, Co. Fabritius Ilorinus Clericus Forolivienſis.

Antonius Felix Tit. S. Balbinæ S.R.E. Cardinalis Zondadarius Senenſis. Advocatus Marius Soccinus Clericus Senenſis.

Joannes Baptiſta Tit. Sanctæ Mariæ in Ara Cœli S.R.E. Cardinalis Buſſius Epiſcopus Anconitanus Viterbienſis. Joannes Antonius Kreayter de Corvinis Sacerdos Sardus.

Petrus Marcellinus Tit. S. Joannis ante Portam Latinam S.R.E. Cardinalis Corradinus Setinus. Comes Virgilius Montecatinus Sacerdos Ferrarienſis.

Armandus Gaſto Tit. SS. Trinitatis in Monte Pincio S.R.E. Cardinalis de Rhoan de Soubize Epiſcopus Argentinenſis Gallus. Abbas Folignan Clericus.

Joannes Baptiſta e Societate Jeſu Tit. S. Stephani in Monte Celio S. R. E. Cardinalis Ptolomeus Piſtorienſis. Advocatus Joannes Franciſcus Ingenuus Clericus Neapolitanus.

Benedictus Tit. SS. Nerei, & Achillei S.R.E. Cardinalis Odeſcalcus Archiepiſcopus Mediolanenſis. Comes Gabriel Ferrettus Sacerdos Anconitanus.

Henricus Tit. S.S. Quirici, & Julittæ S.R.E. Cardinalis de Thyard de Byſſi Epiſcopus Meldenſis Gallus. Comes Franciſcus Baſchius Urbevetanus.

Innicus Tit. S. Thomæ in Parione S. R. E. Cardinalis Caracciolus Epiſcopus Averſanus Neapolitanus. Dominicus Marturſus Sacerdos Neapolitanus.

Bernardinus Tit. S. Petri in Monte Aureo S.R.E. Cardinalis Scottus Signaturæ Juſtitiæ Præfectus Mediolanenſis. Comes Joſeph Atto de Aptis Romanus.

Joannes Tit. SS. Quatuor Coronatorum S. R. E. Cardinalis Patritius Romanus, Marchio Tiberius Aſtallius Clericus Romanus.

Nicolaus Tit. S. Sixti S.R.E. Cardinalis Borromeus Epiſcopus Novarienſis Mediolanenſis...... Cerranus.

Georgius Tit. S. Agnetis extra mœnia S. R. E. Cardinalis Spinula Januenſis. Abbas Victorianus Monreſu Clericus.

Cornelius Tit. S. Hieronymi Illiricorum S.R.E. Cardinalis Bentivolus Ferrarienſis. Eques Petrus Franciſcus Pandulphinus Piſanus.

Joannes Franciſcus Tit. SS. Petri, & Marcellini S. R. E. Cardinalis Barbadicus Epiſcopus Brixienſis Venetus. Ludovicus Tabarella Eques S. Stephan. Patavinus.

Ludovicus Tit. S. Mariæ Transpontinæ S.R.E. Cardinalis Belluga, & Moncada Epiſcopus Cartaginenſis Hiſpanus. Andræas Ritz Clericus.

Joſeph Tit. S. Suſannæ S.R.E. Cardinalis Pereyra de Lacerda Epiſcopus Pharaonenſis Luſitanus. Fr. Thereſius Caſſuolus Eques Hieroſolymitanus Regienſis.

Joannes Baptiſta è Societate Jeſu S.R.E. Cardinalis Salernus Coſentinus. Abbas Franciſcus Micellus Sacerdos Rheginenſis.

Carolus Tit. S. Pudentianæ S.R.E. Cardinalis Borgia Patriarcha Indiarum Hiſpanus. Abbas Joſeph Beatia Clericus.

Alvarus e Societate Jeſu Tit. S. Bartholomæi in Inſula S.R.E. Cardinalis Cienfuegos Epiſcopus Caſanienſis Hiſpanus. Joannes Auguſtinus Geminianus.

D. Bernardus Maria Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis Tit. S. Bernardi S.R.E. Cardinalis de Comitibus major Pœnitentiarius Romanus. Abbas Dionyſius della Penna Clericus Peruſinus.

DIACONI XI.

Benedictus S. *Mariæ in Via Lata primus Diaconus S. R. E. Cardinalis Pamphilius Signaturæ Gratiæ Præfectus Romanus. Abbas Felix Pollaſtri Clericus Camerinenſis.*

Petrus Tit. S. Laurentii in Damaſo S. R. E. Cardinalis Ottbobonus S. R. E. Vicecancellarius, Archipresbyter Baſilicæ Liberianæ Venetus. Marchio Franciſcus Andreas de Monte S. Mariæ Anconitanus.

Joſeph Renatus Tit. S. Gregorii S. R. E. Cardinalis Imperialis Congregationis boni Regiminis, & Diſciplinæ Regularis Præfectus Januenſis. Abbas Thomas Canſoccus Clericus Amerinus.

Laurentius Tit. S. Agathæ Gothorum S. R. E. Cardinalis de Alteriis Romanus. Abbas Hieronymus Petronius Canonicus Baſilicæ Vaticanæ Romanus.

Caro-

Carolus Tit. S. Angeli in Foro Piſcium S.R.E. Cardinalis Columna Romanus. Franciſcus Lagarola Viterbienſis.

Curtius Tit. S. Euſtachii S.R.E. Cardinalis Origus S. Congregationis Concilii Tridentini Præfectus Romanus. Abbas Martius Cincius Clericus Romanus.

Melchior Tit. . . . . . S.R.E. Cardinalis de Polignac Gallus. Abbas . . . . . de S. Germano Clericus.

Fabritius Tit. SS. Viti, & Modeſti S.R.E. Cardinalis de Abbatibus Oliverius Piſaurenſis. Abbas Joannes Franciſcus de Abbatibus Oliverius Eques S. Joannis Hieroſolymitani Clericus Piſaurenſis.

Carolus Tit. S. Mariæ in Aquiro S.R.E. Cardinalis de Marinis Januenſis. Abbas Franciſcus Viſettus Patritius Alvetius Diœceſis Comenſis.

Julius Tit. S. Adriani S.R.E. Cardinalis Alberonus Placentinus. Abbas Alexander Caroldus Clericus Placentinus.

Alexander Tit. S. Mariæ in Coſmedin S.R.E. Cardinalis Albanus Urbinas. Abbas Joſeph Nagot, & Selinos Clericus Barchinonen.

XI.

Indicitur Jubileum Univerſale initio Pontificatus Sanctitatis Suæ.

Dat. 10. Junii 1724. Ann. 1.

Huic ſimile Iubileum indictum fuit ab Innoc. XIII: Conſt: ed: 1721, Maij 27, P. 1. & a Clem: XII Con. ed: 1730, Sep: 9, P. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium a neceſſitate implorãdi Divinum auxilium pro ſalutari univerſalis Eccleſiæ regimine.

CUM inſcrutabilis divini conſilii altitudo humilitatem Noſtram ad Univerſæ Eccleſiæ regimen evocare, Nobiſque Vicariam ſui in Terris poteſtatem committere ſit; Nos tametſi nihil magis deſideraremus, quam, ut immenſam illam curarum Pontificiatum molem, cui ferendæ infirmitatem noſtram longe imparem agnoſcimus, defugere poſſemus, delatamque propterea dignitatem, quantum licuit, toto animo, ac ſincero corde detrectaverimus, aſſidue Deum obſecrantes, ut calicem illum a Nobis transferret. Nihilominus ne ſupernæ voluntati, cui non eſt, qui reſiſtat, nimium obluctari videremur, impoſito Nobis jugo collum ex charitatis neceſſitate humiliter ſubmiſimus, firma ſpe, ac fiducia in Domino freti, ut qui Nobis Apoſtolici miniſterii auctor fuit, mitteret auxilium de ſancto, & de Sion tueretur Nos. Verum dum aſſumpti oneris Angelicis etiam humeris formidandi gravitatem ſerio perpendimus, miſeramque temporum conditionem, ac luctuoſum Chriſtianæ Reipublicæ ſtatum contemplamur, anticipaverunt vigilias oculi Noſtri, atque inter mœrores, & ſuſpiria timemus, ne eum Regio Propheta exclamare cogamur: Veni in altitudinem Maris, & tempeſtas demerſit me, dolemus ſiquidem, & graviter angimur Nos in ea tempora incidiſſe, quibus refrigeſcere charitatem multorum videmus, neque Sanctæ Dei Eccleſiæ faciem, qua multiplicatis in Regione diſſidiis laceram, qua filiorum ſuorum exceſſibus deformatam ſine intima animæ noſtræ amaritudine intueri poſſumus: Non tamen deficimus animo, ſed omnem ſpem Noſtram in eum convertimus, qui ſperantes in ſe confundi non patitur, & gratiæ ſuæ ſuſtinet, ac confovet præſidio; Quod ut cum omnium Eccleſiarum, quarum Nobis credita eſt ſolicitudo, utilitate demereri, ac conſequi valeamus, ad veſtrum omnium, quibus curam Paſtoralem impendere, preces ex pio, ac laudabili Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum more confugiendum duximus, merito confidentes Clementiſſimum Dominum Noſtrum ad providum Eccleſiæ militantis gubernium neceſſario Nobis Cæleſtia dona largiturum, ſi vos Nobiſcum unanimes ſcindatis corda veſtra, & depoſito peccatorum pondere revertamini ad eum, qui multus eſt ad ignoſcendum, & orationes veſtras, jejunii, atque eleemoſynæ viribus roboratas ad Altare Patris miſericordiarum jugiter offeratis. Accedamus ergo ad Deum in ſanctitate animæ, caſtas, & impollutas manus ad illum elevantes. Adeamus cum fiducia ad Thronum gratiæ, ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno. Præſtabilem ſuper hominum malitia, Dei bonitatem imploremus, ut qui dat laſſo virtutem, & his, qui non ſunt, fortitudinem, & robur multiplicat, confirmet quod operatus eſt in Nobis, noſque confortet in potentia virtutis ſuæ, ac repleat agnitione ſuæ voluntatis in omni ſapientia, & intellectu, effundens ſuper Nos ſpiritum conſilii, quo inter tot rerum, ac temporum difficultates agnoſcamus, quid agere debeamus, oculiſque ac mente ſemper in Deum intentis, quæ recta ſunt, ſalubriter perficiamus. Hæc autem ut majori ſpiritus ardore, uberiorique fructus incremento fiant, Cæleſtium munerum Theſauros, quorum diſpenſationem fidei noſtræ commiſit Divina dignatio, reſerare, & liberali manu erogare decrevimus.

Indictio prædicti Jubilæi.

§. 1. Itaque de Omnipotentis Dei Miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, ex illa ligandi, atque ſolvendi poteſtate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit, univerſis, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus in Alma Urbe Noſtra degentibus, qui ſolemni Proceſſioni, quam Dominica tertia poſt Pentecoſtes ab Eccleſia Sanctæ Mariæ ſuper Minervam, ad Eccleſiam Beatæ Mariæ de Vallicella nuncupat. de eadem Urbe una cum Venerabilibus Fratribus Noſtris S.R.E. Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, quos in Romana Curia adeſſe contigerit, ac Chriſtianorum Regum, & Principum Oratoribus apud Nos exiſtentibus, Prælatis quoque, & Officialibus ejuſdem Curiæ, univerſoque Clero, & Populo, benedicente Domino agemus, devote interfuerint, vel Sancti Joannis in Laterano, Principis Apoſtolorum, & Sanctæ Mariæ Majoris Eccleſias, ſeu Baſilicas, vel earum aliquam intra ſpatium ejuſdem, vel proximæ ſubſequentis hebdomadæ ſaltem ſemel viſitaverint, ibique per aliquod temporis ſpatium devote, ut ſupra, Deum oraverint, ac quarta, & ſexta feria, ac Sabbato alterius ex præfatis hebdomadis jejunaverint, & peccata ſua confeſſi, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in Dominica die immediate ſequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam reverenter ſumpſerint, ac pauperibus aliquam eleemoſynam,

nam, prout unicuique ſuggeret devotio erogaverint. Cæteris vero extra Urbem prædicta ubique degentibus, qui Eccleſias ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, ſeu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipſis deficientibus per eos, qui ibi curam Animarum exercent, poſtquam ad eorum notitiam hæ noſtræ pervenerint deſignandas, vel Eccleſiarum hujuſmodi aliquam ſpatio duarum ſimiliter hebdomadarum, a publicatione deſignationis, vel per Ordinarios, vel eorum Vicarios, ſeu Officiales, vel alios, ut præfertur, faciendæ decurſurarum, ſaltem ſemel viſitaverint, ibique, ut ſupra, oraverint, ac quarta, & ſexta feria, ac Sabbato alterius ex hebdomadis hujuſmodi jejunaverint, pariterque peccata ſua confeſſi, ac in die Dominica immediate ſequenti, vel alia die intra eamdem hebdomadam Sanctiſſima Communione refecti fuerint, & pauperibus aliquam eleemoſynam, ut præmittitur, erogaverint, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem, ſicut in Anno Jubilæi viſitantibus certas Eccleſias intra, & extra Urbem prædictam concedi conſuevit, tenore præſentium concedimus, & elargimus.

De exiſtentibus extra Urbem.

§.2. Navigantes vero, & iter agentes, ut cum primum ad ſua ſeſe domicilia receperint, ſupra ſcriptis peractis, & viſitata Eccleſia Cathedrali, vel majori, aut Parochiali loci eorum domicilii, eamdem Indulgentiam conſequi poſſint, & valeant: Regularibus autem perſonis utriuſque ſexus, etiam in clauſtris perpetuo degentibus, necnon aliis quibuſcomque tam laicis, quam Eccleſiaſticis Sæcularibus, vel Regularibus, etiam in carcere, aut captivitate exiſtentibus, vel aliqua corporis infirmitate, ſeu alio quocumque impedimento, detentis, qui ſupra expreſſa, vel eorum aliqua præſtare nequiverint, ut illa Confeſſarius ex jam approbatis a locorum Ordinariis ante præſentium publicationem, ſeu approbandis, eis in alia pietatis opera, commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare poſſit, eaque injungere, quæ ipſi pœnitentes efficere poterunt pariter concedimus, & indulgemus.

De navigantibus, & iter agentibus.

De Regularibus, & legitime impeditis.

§.3. Inſuper omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus utriuſque ſexus, tam laicis quam Eccleſiaſticis, Sæcularibus, & Regularibus, cujuſvis Ordinis, & Congregationis, & Inſtituti tam in Urbe præfata, quam extra eam ubique locorum, ut præfertur, degentibus, licentiam concedimus; & facultatem, ut ſibi ad hunc effectum eligere poſſint quemcumque Presbyterum Confeſſarium, tam Sæcularem, quam cujuſvis Ordinis, & Inſtituti regularem ex approbatis, ut præmittitur, a locorum Ordinariis, qui eos ab excommunicationis, ſuſpenſionis, & aliis Eccleſiaſticis Sententiis, & Cenſuris a jure, vel ab homine, quavis cauſa latis, ſeu inflictis, necnon ab omnibus peccatis, exceſſibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, ſive Nobis, & Sedi Apoſtolicæ, etiam in literis die Cœnæ Domini legi ſolitis contentis, & alias per quaſcumque noſtras, aut Romanorum Pontificum prædeceſſorum Noſtrorum Conſtitutiones, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, quomodocumque reſervatis in foro conſcientiæ, & hac vice tantum abſolvere, & liberare valeant, & inſuper vota quæcumque (Religionis, & caſtitatis exceptis) in alia pia, & ſalutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in ſupradictis omnibus caſibus pœnitentia ſalutari, aliaque ejuſdem Confeſſarii arbitrio injungendis.

De Confeſſario eligendo, ejuſque facultate.

§.4. Quapropter tenore præſentium in virtute Sanctæ Obedientiæ diſtricte præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuſcumque Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, & quibuſcumque Ordinariis locorum, ubicumque exiſtentibus, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis, qui curam Animarum exercent, ut cum præſentium literarum tranſumpta, aut exempla, etiam impreſſa, acceperint, illa ſtatim abſque ulla mora, retardatione, vel impedimento per ſuas Eccleſias, & Diœceſes, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, Eccleſiamque, ſeu Eccleſias viſitandas deſignent.

De publicatione Jubilæi.

§.5. Non intendimus autem per præſentes ſuper aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, ſeu inhabilitate quoquo modo contracta diſpenſare, vel aliquam facultatem tribuere diſpenſandi, ſeu habilitandi, & in priſtinum ſtatum reſtituendi, etiam in foro conſcientiæ, neque etiam eaſdem præſentes iis, qui Nobis, & Apoſtolica Sede, vel ab aliquo Prælato, ſeu Judice Eccleſiaſtico Excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, ſeu alias in Sententias, & Cenſuras, incidiſſe declarati, vel publice denunciati fuerint, niſi intra tempus dictarum duarum hebdomadarum ſatisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo ſuffragari poſſe, aut debere.

De caſibus reſervatis.

§.6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, præſertim, quibus facultas abſolvendi in certis tunc expreſſis caſibus, ita Romano Pontifici pro tempore exiſtenti reſervatur, ut nec etiam ſimiles, vel diſſimiles Indulgentiarum, & facultatum hujuſmodi conceſſiones, niſi de illis expreſſa mentio, aut ſpecialis derogatio fiat, cuiquam ſuffragari queant, necnon Regula noſtra de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, ſive Inſtitutorum Regularibus, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Ordinibus, Congregationibus, & Inſtitutis, illorumque perſonis quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per Clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia expoſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac formam in eis traditam pro ſervata habentes, hac vice ſpecialiter, nominatim, & expreſſe, ad effectum præmiſſorum, derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Clauſulæ.

§.7. Ut autem præſentes noſtræ, quæ ad ſingula loca deferri non poſſunt ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut earundem præſentium tranſumptis, vel exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate con-

Digitized by Google

conſtitutæ munitis, ubique locorum, & Gentium eadem prorſus fides habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent eshibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Anulo Piſcatoris die X. Junii MDCCXXIV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XII.

Dat. 20. Junii 1724. Ann. 1.

Confirmatur Decretum Congregationis Epiſc. & Regul. pro erectione Seminarii Miſſionariorum in Provincia S. Pauli Fratrum Min. Diſcalc. ſtrict. Obſerv: Caſtellæ Veteris.

De erectione Seminariorum pro Familia Hiſpanica vide Innoc. XI Conſt: ed: 1686. Jun. 2. P.10., & hujus Conſt. ed: 1727. 3. Apr. P.2.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futurum rei memoriam.

Petitio d. Congregationi facta pro erectione Seminarii immediato ſubjecie di Miniſtro Provinciali, & Deffinitorio juxta Conſtitutiones Inn: XI. de Seminariis Familiæ Hiſpanicæ.

NUper pro parte dilecti filii Joannis Diaz a Conceptione Sacræ Theologiæ Lectoris, ac Patris Provinciæ Fratrum Excalceatorum S. Didaci in Betbica, & Procuratoris Generalis in Romana Curia eorumdem fratrum Diſcalceatorum, & recollectorum Ordinis Sancti Franciſci Congregationi Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ expoſito, quod cum Provincia S. Pauli Fratrum Diſcalceatorum hujuſmodi ſtrictioris obſervantiæ ejusdem S. Franciſci Veteris Caſtellæ animabus Sanguine Agni redemptis proficere cupiens humiliter eidem Congregationi ſupplicaſſet, quatenus eidem Provinciæ unum ex illius Conventibus per fratres Diffinitorii Provincialis deſignandum in Collegium, ſeu Seminarium Miſſionariorum, qui Apoſtolicis Miſſionibus unice eſſent dediti, facultatem erigendi concederet, cujus quidem Conventus Guardianus, aliique fratres, pariterque ipſum Seminarium ſtrictiſſimis prædictæ Provinciæ Conſtitutionibus gubernarentur, ac Miniſtro, & Diffinitorio Provinciali immediate ſubditi eſſent, cui etiam competeret electio Guardiani dicti Seminarii pro tempore necnon receptio Novitiorum, ſicut in aliis totius Provinciæ Conventibus obſervabatur non autem ſubjicerentur immediate Miniſtro Generali, ſicut in literis fe: rec: Innocentii Papæ XI. Prædeceſſoris noſtri deſuper in ſimili forma Brevis espeditis pro Collegiis Miſſionariorum ſitis in Provinciis ad familiam Hiſpanicam ſpectantibus diſponebatur, prohibendo ſimul expreſſe, quod dummodo erectum eſſet in dicta Provincia Sancti Pauli prædictum Seminarium, nullus ex ejusdem Provinciæ Alumnis titulo Miſſionum ad alia Miſſionariorum Collegia extra ipſam Provinciam exiſtentia tranſire poſſet, concedendo his novis Miſſionariis omnia, & ſingula privilegia, ac prærogativas in dictis literis Innocentii Prædeceſſoris contenta, quibuſque alia Miſſionariorum etiam Regularis obſervantiæ Seminaria gaudebant, remanente tamen intacta, & illæſa eadem Miniſtri Generalis auctoritate, quam in omnibus Provinciis, & Conventibus totius Ordinis exercebat, exceptis tamen immediata ſubiectione, electione Guardiani, ac receptione Novitiorum, quæ ſicut præmittitur ad Miniſtrum, & Definitorium Provinciale ſpectare deberent; emanavit a prædicta Congregatione Cardinalium Decretum tenoris ſequentis, videlicet = Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita viſa relatione Eminentiſſimi Corſini prædicti Ordinis apud S. Sedem Protectoris, & Patris Procuratoris Generalis referente Eminentiſſimo Fabrono benigne indulſit, ut Pater Provincialis præfatæ Provinciæ veris esiſtentibus narratis fundationem prædicti Seminarii Miſſionariorum ſibi, & Diffinitorio Provinciali in uno es Conventibus ejusdem Provinciæ beneviſo justa formam, prærogativas, privilegia, & onera contenta in præcitatis Brevibus ſa. me. Innocentii XI. pro ſuo arbitrio, & conſcientia ſervatis ſervandis deveniat. Immediata tamen Juriſdictione, electione Guardiani, & receptione Novitiorum esceptis, quæ reſervatæ intelligantur eidem Provinciali modo ſupra deſcripto, & cum expreſſa etiam conditione, ut Religioſi iſtiuſmodi Provinciæ, ſeu Seminarii de uno ad alıud Seminarium alterius Provinciæ tranſire, & Guardianus hujus Seminarii erigendi Religioſos aliarum Ordinis Provinciarum acceptare minime poſſint, & valeant firmis cæteroquin integris, & illæſis remanentibus omnibus aliis prærogativis, auctoritatibus, & ſuperioritatibus debitis, & competentibus Patri Miniſtro Generali Ordinis. Non obſtantibus &c. Romæ 20. Auguſti 1723. - F. Cardinalis Paulutius. F. Archiepiſcopus Damaſcenus Secretarius

Decretum Congregationis juxta relatam petitionem an. 1723 editum.

Preces Procuratoris Diſcalc., & Recollect.

§.1. Cum autem ſicut dictus Joannes Procurator Generalis Nobis ſubinde exponi fecit, ipſe privilegia, quo firmius ſubſiſtant, & ſerventur esactius Apoſtolicæ Confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſideret. Nos ſpecialem ipſi Ioanni Procuratori Generali gratiam facere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus esiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti

Clauſulæ.

§.2. Decernentes easdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: Sicque in præmiſſis per quoſcumque Iudices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Da-

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die XX. Iunii MDCCXXIV. Pontificatus noſtri Anno Primo.

XIII.

Dat. 26. Junii 1724. Ann. 1.

Indicitur Universale Jubilæum Anni Sancti 1725.

Ultimum Jubilæum Anni Sancti 1700. indictum fuit ab Innocentio XII. Conſt. ed: 1699. Maji 17 P. 8. Extat aliud Jubilæum hujus pro initio ſui Pontificatus Conſt. ed: 1724., Jun. 10. P. 1. Et Clem. XII. Conſt. ed. 1730. Septembris 9. P. 1. pro ſui Pontificatus initio.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium a neceſſitate implorandi celeſte auxilium, ut a SS. facilius, & felicius regi poſſit univerſalis Eccleſia in minus proſpero rerum ſtatu.

REdemptor, & Dominus Noſter Ieſus Chriſtus, Unigenitus Dei Filius, cujus inſcrutabili providentia pariter, ac terrena omnia ſapientiſſime diſponuntur, immenſam ſuam erga Nos bonitatem clariſſimo teſtimonio patefecit, cum ad regimen Univerſalis Eccleſiæ pretioſo ſuo Sanguine acquiſitæ poſt diuturnam Apoſtolicæ Sedis vacationem, humilitatem noſtram vocare, ſuamque in Terris Vicariam poteſtatem Nobis committere dignatus eſt. Et Nos quidem impoſitam Sacroſancti Apoſtolatus ſarcinam, etſi viribus noſtris longe imparem, quin etiam ipſis Angelicis humeris formidandam, ſuſpiria inter, & lacrymas, nec tam immerentes, quam inviti ſuſcepimus, ut Divinæ vocis imperio, quemadmodum par erat, humiliter obſequeremur. Verum, dum luctuoſum Chriſtianæ Reipublicæ, gravium malorum procellis tot per annos agitatæ, & graviorum adhuc periculis expoſitæ, ſtatum attente circumſpicimus, ſuſceptique oneris magnitudinem, & rerum, ac temporum conditionem ſerio Nobiſcum reputamus: timor, & tremor venerunt ſuper Nos, & vigilias anticipaverunt oculi noſtri, meritoque veremur, ne impendenti Nobis graviſſimæ curarum moli infirmitas noſtra ſuccumbat. Non tamen concidimus animo; ſed omnem pro ſalute crediti Nobis e Cælo Gregis laborem alacriter ſubire parati, in bonorum omnium largitore Deo, qui ſperantes in ſe confundi non patitur, firmam collocamus fiduciam fore, ut qui Nobis extitit honoris auctor, ipſe fiat adminiſtrationis adjutor, & virtutem largiatur, qui contulit Dignitatem. Id porro Nos a Divina Clementia ſupplici, devotaque humilitate aſſidue precari non deſinimus, & ab univerſis etiam Chriſtifidelibus, quibus Apoſtolica ſollicitudo a Nobis impendenda eſt, unanimi ſtudio flagitari maxime cupimus; ut exoratos communibus precibus benignus, & miſericors Dominus, qui dat laſſo virtutem, & his, qui non ſunt fortitudinem, & robur multiplicat, brachio ſancto ſuo confortet, ac roboret Nos, mentemque noſtram lumine ſuæ claritatis illuſtret ad cognoſcendum, faciendumque ſemper, quod bonum eſt in oculis ſuis: tribuat Nobis ſpiritum ſapientiæ, & intellectus, ſpiritum conſilii, & fortitudinis, ut Paſtorale officium ſalubriter exequi valeamus ad Divini nominis gloriam, Eccleſiæ Sanctæ utilitatem, ac ſpiritualem omnium Fidelium ædificationem: præſentibus Chriſtiani Populi neceſſitatibus propitius adſit: pericula propulſet: hæreſes, ac in Religione diſſidia extirpet: Fidem Catholicam protegat, & propaget: Orthodoxis Principibus arctam, & indiſſolubilem animarum concordiam, Sanctæque Religionis propugnandæ, atque ab inſidiis, & detrimentis liberandæ zelum præbeat: eorumque conſilia, & vires ad Chriſtiani nominis tutelam, & amplificationem unire, ſociare, regere, & roborare dignetur.

Præſtantia Anni Sancti.

§. 1. Id autem, ut a Vobis, Dilecti Filii, ferventiori pietatis ſtudio, uberiorique fructu peragatur, Sacros Indulgentiarum Theſauros, quorum diſpenſationem fidei noſtræ commiſit Divina dignatio, proferre, ac liberali manu erogare decrevimus hoc maxime opportuno tempore, quo appropinquat Annus Chriſtiano Populo inprimis optabilis, atque jucundus Sanctiſſimi Iubilæi: Annus univerſæ Catholicæ Eccleſiæ peculiari modo ſacer, ac venerabilis: Annus expiationis, & veniæ, remiſſionis, & gratiæ, quo cunctis fidelibus ad Almam hanc Urbem noſtram confluentibus, & ſacra Apoſtolorum Limina, præſcriptaſque Baſilicas pie, ac devote viſitantibus, ut Antiquorum habet fida traditio, ampliſſimæ peccatorum Indulgentiæ propoſitæ ſunt. Licet enim nulla temporis momenta decurrant, quæ Divinis non ſint plena muneribus, & nunquam ad miſericordiam Dei per ipſius gratiam Nobis aditus præcludatur: eo tamen Anno a Divina largitate ſingularia ſperanda ſunt beneficia, ac tanto ampliora, quanto majori fervore mentes Fidelium ad univerſa religioſæ pietatis opera incendi convenit, ac inflammari. Audite igitur hæc omnes Gentes, quæ orthodoxam profitemini Religionem: auribus percipite, qui habitatis Orbem, Reges terræ, & omnes Populi; Dum Nos Ieſu Chriſti vices, quamvis immeriti, gerentes in terris, annunciamus Vobis, & evangelizamus Annum Domini placabilem, Annum redemptionis, & veniæ peccatorum, ac pro paterna, qua cunctos Chriſtifideles in Domino complectimur, charitate, vos omnes ad jucundiſſimam Sacroſancti hujus Iubilæi ſolemnitatem concelebrandam vocamus, ac excitamus. Quod ſi olim quinquageſimus Annus ex Divina ordinatione a filiis Iſrael ſummo plauſu, & incredibili gaudio excipiebatur: quanto magis decet Chriſtianum Populum ſacro Iubilæi anno recurrente gaudere, ac lætari. Non enim, ut quondam Judaica Natio, ad diſtractorum prædiorum recuperationem, ſed ad æternæ poſſeſſionem hæreditatis invitamur: non a colendæ terræ laboribus eximimur, ſed fructus, quos Chriſti Domini, Deiparæ Virginis, & Sanctorum merita protulerunt, uberrimos percipimus: non a pecuniarum debito, vel ab humana ſervitute, ſed a peccatorum vinculis, & pœnis abſolvimur; non ab exilio terrenam Patriam repetere Nobis licet; ſed ad cæleſtem illam Patriam, onde exulantes in hac lacrymarum valle miſere pererramus, tutum nobis iter præmonſtratur, & panditur.

Indictio præd. Anni cum forma lucrandi Indulgentias.

§. 2. Quod itaque vetus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ conſuetudo, & Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum exempla Nos admonent,

net, illorum veſtigiis inhærentes, eorumque pium, ac ſaluberrimum inſtitutum retinentes, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum ejusdem S.R.E. Cardinalium aſſenſu, univerſalis, & maximi in hac Alma Urbe noſtra Jubilæi celebrationem in Annum proximum milleſimum ſeptingenteſimum vigeſimum quintum a primis Veſperis Vigiliæ Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti proxime futuræ inchoandam, & per tutum Annum ipſum finiendam, auctoritate Dei Omnipotentis, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra, quanto maximo poſſumus cordis noſtri gaudio, & exultatione, ad ipſius Dei gloriam, Catholicæ Eccleſiæ decus, ac totius Chriſtiani Populi ſanctificationem indicimus, & promulgamus. Quo ſane Jubilæi Anno durante, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, necnon Sancti Ioannis Lateranenſis, & Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe Baſilicas ſemel ſaltem in die per triginta continuos, aut interpolatos dies, ſi Romani, vel Incolæ Urbis; ſi vero Peregrini, aut alias externi fuerint, per quindecim ſaltem dies devote viſitaverint, & pro Sanctæ Eccleſiæ exaltatione, hæreſum extirpatione, Catholicorum Principum concordia, ac totius Chriſtiani Populi ſalute, & tranquillitate, plenas ad Deum preces effuderint, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, remiſſionem, & veniam miſericorditer in Domino concedimus, ac impertimur. Et quoniam contingere poteſt, ut ex iis, qui hac de cauſa iter agreſſi fuerint, vel ad Urbem ſe contulerint, aliqui in via, aut etiam in ipſa Urbe, ægritudine, vel alia legitima cauſa impediti, aut morte præventi, præfinito dierum numero non completo, ac nequidem fortaſse inchoato, præmiſſa exequi, & dictas Baſilicas viſitare nequeant: Nos piæ, promptæque illorum voluntati, quantum in Domino poſſumus, benigne favere cupientes, eosdem vere pœnitentes & confeſſos prædictæ Indulgentiæ, & remiſſionis participes perinde fieri volumus, acſi dictas Baſilicas diebus a Nobis præſcriptis re ipſa viſitaſſent.

Invitatio ad Annum S., & hortatio ad pia opera.

§.3. Impigra igitur, piaque devotione, Filii Dilectiſſimi, & alacri animo ſuſcipite annonciati Vobis Anni Sancti celebritatem, quem ideo religioſa ejuſmodi appellatione Maiores, ut noſtris, inſignivere, quia Divino cultui, Sanctorum operum exercitationi ſpecialius dicatus eſt. Alatur eſuriens, veſtiatur nudus, adjuvetur oppreſſus, foveatur ægrotus. Odia tranſeant in dilectionem, inimicitiæ convertantur in pacem, tranquillitas extinguat iram, manſuetudo remittat injuriam, jejunium carnis deſideria conterat, oratio ſpiritum a terrenis rebus avocatum in cæleſtium contemplatione defigat, & ad amorem, ac ſpem immortalium gaudiorum attollat. His porro Chriſtianarum virtutum exemplis, & bonorum operum meritis inſtructi ad hanc Sanctam Civitatem, tot Sanctorum Martyrum memoria inclytam, ac Beatorum præſertim Apoſtolorum Eccleſiæ Principum, doctrina eruditam, & glorioſo ſanguine conſecratam, religiuſa animi alacritate concurrite. Feſtinate ad Locum, quem elegit Dominus: aſcendite ad hanc Hieruſalem novam, unde ab ipſo Eccleſiæ naſcentis exordio Lex Domini, & Lux Euangelicæ veritatis in univerſas Nationes effluxit: Urbem tot, tantiſque a Deo beneficiis auctam, tot muneribus cumulatam, ut Civitas Sacerdotalis, & Regia in ſuperbiam ſæculorum poſita, Civitas Domini, Sion ſancti Israel, jure optimo prædicetur. His vere confitebimini Deo in Eccleſia magna, in populo gravi laudabitis eum. Quandoquidem hæc ipſa Catholica, & Apoſtolica Romana Eccleſia, per Sacram Beati Petri Sedem Caput Orbis effecta, Mater eſt cunctorum credentium, fida Divinitatis Interpres, & Magiſtra omnium Eccleſiarum. Hic intemeratum fidei depoſitum, hic fons Sacerdotalis unitatis, hic Claves Regni Cœlorum, & ſumma ligandi, atque ſolvendi poteſtas, hic demum inexhauſtus ille Theſaurus Eccleſiæ Sacrarum Indulgentiarum, cujus diſpenſator eſt Romanus Pontifex, cuſtoditur.

Votum pro proſpero itinere & reditu hæreticorum ad Catholicam Eccleſiam

§.4. In viam pacis, & proſperitatis dirigat greſſus veſtros Omnipotens Dominus, & tribuat Vobis iter proſperum, tempuſque tranquillum, quatenus cum ſalute, & gaudio pervenire poſſitis ad Paſtorem Vobis in Terris divinitus conſtitutum, ut qui unum corpus ſumus in Chriſto, unanimes glorificemus Deum, ac in Sanctæ Eccleſiæ unitate, & Communione invicem collætemur. Utinam vero comites ſeſe vobis adjungerent, & ſacram hanc peregrinationem una vobiſcum aggrederentur Filii olim noſtri, nunc autem deſertores, & transfugæ, quorum Progenitores, veterum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum tempore, ad Sanctam ejuſmodi celebritatem ex omni Populo, & Natione frequentiſſimos conveniſſe antiqua monumenta teſtantur. Nihil enim Nobis optatius, neque jucundius accidere poſſet, quam ut ipſi ad fidem Patrum ſuorum, a qua infeliciter cum manifeſto æternæ ſalutis diſcrimine deſciverunt, reverterentur, adeoque Nobis paterni amoris in ſinu eos excipere, & pari Pontificiæ charitatis ſenſu complecti liceret. Qua ratione, & miſerum errantium ſtatum jugibus lacrymis deflemus, & pro Paſturali noſtra ſolicitudine aſſiduis, enixiſque votis a Divina Clementia flagitare non deſiſtimus, ut ipſis veritatis ſuæ lumen oſtendere non dedignetur, quatenus hæretica pravitate depoſita orthodoxam ſuſcipiant Religionem, abruptoque diviſionis laqueo, Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, extra quam non eſt ſalus, unitatem, & communionem ſincero corde amplectantur.

Præceptum Locorum Ordinarii, ut annuncient annum S. & doceant modum Indulgentias conſequendi

§.5. Vos autem, Venerabiles Fratres Noſtri Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, & Epiſcopi in conſortium noſtræ ſolicitudinis advocati, Paſtores, & Magiſtri populorum, nunc potiſſimum exaltate, quaſi tuba, vocem veſtram, annunciate Dominico Gregi tempus acceptabile, dies æternæ ſalutis, Annum ad redimenda peccata, ad ſalvandas animas inſtitutum, ut ſanctificetur, & Divina opitulante gratia diſponatur ad ea cæleſtia munera rite ſuſcipienda, quæ bonorum omnium largitor Deus filiis dilectionis ſuæ per miniſterium humilitatis noſtræ deſtinavit. Docete omnes, ſi unquam alias, nunc maxime oportere, ut abjiciant opera tenebrarum, & induantur arma lucis: Vitia fugiant, Virtutes ſectentur, & unuſquiſque recedat a via ſua mala, & revertatur ad Dominum in corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta, Docete inſuper Sacros Indulgentiarum theſauros conſequendi ſpem omnem inanem eſſe, niſi contrito, & humiliato corde unuſquiſque ſe præparet, & congruis Chriſtianæ pietatis operibus Divinam miſericordiam ſibi propitiare contendat. Qui vero

ſubſtantiam hujus Mundi habent, Vobis admonentibus, diſcant facere ſibi amicos de mammona iniquitatis; Pauperum inopiæ ſubveniant, & Peregrinos præcipue Romam veolentes ſubſidiis adjuvent, hoſpitio excipiant, omnibuſque humanitatis, & Chriſtianæ Charitatis officiis proſequantur. Omnes autem (quod vetus Eccleſiæ conſuetodo, Apoſtolica voce laudata, Nos admonet) orent pro Regibus, & Principibus Chriſtianis, ut Omnipotens Deus, Rex Regum, & Dominus Dominantium, illis pleoam in utroque homine felicitatem, & pacem, veramque concordiam largiri dignetur. Eos porro, qui ſacram hanc peregrinationem ſuſceperint, paternis adhortationibus, & monitis inſtruite, qua cordis devotione, & modeſtia, quave fraternæ pacis obſervatione ubique ſe gerere debeant, ut Chriſti boous odor ſint in omni loco: Non ſeculi curioſa ſectentur; non vanis intendant fabulationibus, ſed Divinarum rerum colloquiis, hymnis etiam, & canticis ſpiritoalibus viarum labores, & incommoda levare ſtudeant. Avertant in itinere oculos ſuos, ne videant vanitates, nec illicitis cupiditatibus, aut ſecularibus deſideriis a ſuſcepto pietatis propoſito ſe avocari patiantur. Sic bonis faciant vias ſuas, & ambulantes in ſemitis juſtitiæ digni fient, Angelo Dei Comite, ad hanc S. Civitatem cum exultatione deduci, ubi adorabunt Dominum in Atrio Sancto ejus; Intrabunt portas ejus in confeſſione, portas Juſtitiæ, quibus facilis ad Divinam miſericordiam præſtatur acceſſus, & ad cæleſtium benedictionum theſauros acquirendos felix aditus aperitur. In omnibus autem, Venerabiles Fratres, præbete vos ipſos, & omnem Clerum exemplum bonorum operum, & formam Gregis ut veſtræ virtutis, ac religionis veluti ſale, cæteri condiantur; Dumque in Vos, tamquam in ſpeculum, oculos conjiciunt, ex actionibus veſtris ſumere poſſint, quod imitentur.

Admonitio Potentatibus, ut opem ſuam conferant.

§.6. Poſtremo Chariſſimos etiam in Chriſto Filios Noſtros Imperatorem electum, ac Reges, & Principes omnes Catholicos hortamur; & in Domino obſecramus, ut quo plura, & magis illuſtria beneficia ab Eo, per quem Reges regnant acceperunt, tanto ardentius, ut par eſt, ad Dei gloriam promovendam, & Sanctam ejus Eccleſiam propugnandam, pio zelo excitentur; præcipue vero Venerabilium Fratrum Noſtrorum Epiſcoporum, & Superiorum Antiſtitum Paſtoralem ſedulitatem, ac vigilantiam adjuvent, & a ſuis quoque Magiſtratibus, ac Miniſtris adjuvari mandent. Maxime autem erga Peregrinos beneficentiam, & liberalitatem exerceant, curentque, ut tutis incedant itineribus, & nulla perditorum hominum vexatione perturbentur; Sed hoſpitalibus Domibus, & publicis hoſpiciis amanter excepti, & commeatu, rebuſque ad vitam neceſſariis recreati, ſine ulla concuſſione, & injuria inſtitutum iter læti peragant, & cum gaudio in Patriam revertantur.

§.7. His enim hoſtiis Reges potiſſimom, & Principes Deum ſibi propitium reddent, ut diu in terris felicem, & tranquillam vitam agant, ac demum in æterna Tabernacula recipiantur ab illis ipſis pauperibus, erga quos miſericordiam exercuerint, in quibus Chriſtos paſcitur, & nutritor.

Clauſulæ.

§.8. Ut vero præſentes literæ ad Omnium Fideliom, quibuſcumque in locis exiſtentium, notitiam facilius perveniant, volomus earum exemplis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, ac Perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo monitis, eamdem prorſus adhiberi fidem, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi exhibitæ forent, vel oſtenſæ.

§.9. Nolli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Indictionis, promulgationis, Conceſſionis, impartitionis, hortationis, rogationis, & voluntatis infringere, aut ei temerario auſu contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incorſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXIV., Sexto Kalendas Julij Pontificatus Noſtri Anno Primo.

P. Cardinalis Prodatarius.

F. Cardinalis Oliverius.

VISA
De Curia I. C. Archiepiſcopus Amaſenus.

Loco ✠ Plumbi.

L. Martinettus.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Publicationes Anni Sancti.

Anno a Nativitate Domini Milleſimo Septingenteſimo vigeſimo quarto, Indictione ſecunda, die vero vigeſima nona Junii Feſto Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri D. Benedicti Divina providentia PP. XIII. anno primo, præſentes literas Apoſtolicas in Atrio Sacroſanctæ Baſilicæ Vaticanæ de Urbe, adſtante Populo, legi, & ſolemniter publicavi.

Ego I. C. Archiep. Amaſenus Abbreviator de Curia.

Anno a Nativitate Domini milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quarto, Indictione ſecunda, die vero 29. Junii Pontificatus SS. D. N. Benedicti Papæ XIII. Anno primo, ſupradictæ literæ Apoſtolicæ in Atrio Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ut ſupra, publicatæ, ad valvas ejuſdem Baſilicæ affixæ fuerunt, ac eædem poſtea publicatæ in Baſilicis S. Pauli, Lateranenſi, & Sanctæ Mariæ Majoris, & ad earum valvas affixæ fuerunt, prout ſimiliter ad valvas Cancellariæ Apoſtolicæ, & Magnæ Curiæ Innocentianæ in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis, dimiſſis copiis, ut moris eſt, per Nos Joannem Trifellium, & Joannem del Rè SS. D. N. Papæ Curſores.

Petrus Romolatius Mag. Curſ.

Iterum eiſdem anno, & Indictione, die vero decima ſeptima Menſis Decembris, Dominica tertia Adventus Domini, Pontificatus præfati Sanctiſſimi Domini Noſtri Anno primo, ſupradictæ literæ Apoſtolicæ apud Portam Majorem Palatii Pontificii Vaticani lectæ, & publicatæ fueront per Nos infraſcriptos Subdiaconos Apoſtolicos.

Joan-

Joannes Benedictus Gentilott. Sac. Rotæ Auditor.
Federicus Cornelius Sac. Rotæ Auditor.

Eisdem vero, Indictione, & die, ſupradictæ literæ Apoſtolicæ præ foribus Baſilicarum Sanctorum Petri, & Pauli, necnon Lateranenſis, & Liberianæ, prout ad valvas Cancellariæ Apoſtolicæ, & Magnæ Curiæ Innocentianæ in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ, aliiſque locis conſuetis Urbis publicatæ, & affixæ de more fuerunt per Nos Ioannem Trifelium, & Ioannem del Rè SS. D. N. Papæ Curſores.

Idem Trifellius Curſ. Mag.

XIV.

Dat. 4. Iulii 1724. Ann. 1.

Conceditur Indulgentia plen. perpet. Viſitantibus Eccleſias Monaſteriorum Ordinis Ciſterciensis die feſto S. Stephani Tertii Abbatis Ciſtercii.

De Indulgentiis totius Ordinis Ciſtercien. & Monaſteriorum Germaniæ Super:, Monachis Provinc: Sileſiæ communicatis vide Clem: XI. Coſt: ed: 1716. Oct. 8. P. 16. De confirmatione omnium Privilegiorum totius Ord: vide Conſt: ed. 1728. Januarii 25. P. 5.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

INjunctæ Nobis divinitus Apoſtolicæ ſervitutis ratio poſtulat, ut cæleſtium munerum Theſauros diſpenſationi Noſtræ a Domino creditos fideliter erogemus, cum id ad augendam in Terris, Sanctorum in Cælis cum Chriſto regnantium venerationem excitandamque, & confovendam erga illos fidelium devotionem, ac ad animarum ſalutem ſperamus in Domino profuturum.

Preces Procuratoris Generalis pro conceſſione dictæ Indulgentiæ.

§. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii moderni Procuratoris Generalis totius Ordinis Ciſterciensis nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ac de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis quorumcumque Monaſteriorum dicti Ordinis tam hactenus erectis, quam in poſterum quandocumque erigendis, & ubicumque locorum exiſtentibus die feſto S. Stephani Tertii Abbatis Monaſterii Ciſtercii, & ejuſdem Ordinis legislatoris a primis veſperis uſque ad occaſum Solis diei hujuſmodi annis ſingulis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Conceſſio prædicta.

Clauſulæ.

§. 2. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die IV Julii MDCCXXIV, Pontificatus noſtri Anno Primo.

XV.

Dat. 6. Julii 1724. Ann. 1

Suſpenduntur quæcumque Indulgentiæ, vertente Anno Univerſalis Jubilæi Milleſimo Septingentesimo Vigeſimo Quinto.

Dictum Jubilaeum indictum fuit Conſt: ed: 1724. Junii 26. P. 1.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

Cauſæ præſentis ſuſpenſionis.

CUm Nos nuper Sancti Jubilæi celebrationem a Vigilia Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti proxime futuræ inchoandam, & uſque ad finem ſequentis anni duraturam univerſo Populo Chriſtiano, de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium aſſenſu, indixerimus, ac omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, necnon Sancti Joannis Lateranenſis, & Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe Baſilicas viſitaverint, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, remiſſionem, & veniam conceſſerimus, prout in noſtris deſuper confectis literis plenius continetur: Cupientes ut Chriſtianæ Nationes ex omnibus Terrarum Orbis locis in Alma Urbe noſtra in Fidei, ac Religionis unitate congregatæ, eodem pietatis, ac devotionis ſpiritu Baſilicas prædictas, quo maximo fieri poterit concurſu, durante eodem Jubilæo, viſitent, & frequentent multorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum exemplo adducti, omnes, & ſingulas Indulgentias, etiam perpetuas, & peccatorum remiſſiones, ac facultates, & Indulta abſolvendi, etiam a caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, etiam in literis die Cœnæ Domini legi ſolitis contentis, quibuſvis Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, etiam Sancti Joannis Hieroſolymitani, Domibus, Militiis, Ordinibus, etiam Mendicantium, Congregationibus, Confraternitatibus, etiam Laicorum, Univerſitatibus, & piis locis, illorumque Ordinibus, Capitulis, Conventibus, Magiſtris, Superioribus, & tam Secularibus, quam quorumvis, etiam Mendicantium Ordinum Regularibus perſonis, Coroniſque, Granis, Imaginibus, & Numiſmatibus ex metallo, ſeu quacumque alia materia confectis, tam ſingulariter, quam univerſaliter per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac etiam Nos, etiam ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, aut ipſis etiam Imperatori, Regibus, Ducibus, & Principibus, vel aliis quacumque alia mundana, vel Eccleſiaſtica dignitate, etiam ſpeciali nota digna, fulgentibus, etiam ad inſtar Jubilæi, aut alias quomodocumque, & ex quibuſvis cauſis, & occa-

Suſpenſio prædicta Indulgentiarum.

ſionibus ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac alias quomodolibet conceſſas, & conceſſa, quorum omnium tenores, formas, derogationes, & decreta præſentibus pro expreſſis haberi volumus, Apoſtolica auctoritate, de eorundem Fratrum conſilio, & aſſenſu, ac poteſtatis plenitudine, ſuſpendimus, & ſuſpenſas, ac ſuſpenſa eſſe declaramus, eaſque, & ea, eodem anno durante, nulli prodeſſe, aut ſuffragari debere. Irritum quoque, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca per præſentes auctoritate Apoſtolica præcipimus, & mandamus, ne interim aliæ, quam indicti a Nobis prædicti Jubilæi, Indulgentiæ ſive publice, ſive privatim, quovis prætextu, ubivis locorum, & gentium ſub excommunicationis eo ipſo incurrendæ, aliiſque arbitrio Ordinariorum infligendis pœnis publicentur, vel nuncientur,
Clauſulæ derogatoriæ. aut in uſum demandentur. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conventuum, Ordinum, Congregationum, Hoſpitalium, Confraternitatum, Univerſitatum, Collegiorum, & locorum, aliorumque prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, exemptionibus, & Indultis Apoſtolicis illis, eorumque Superioribus, & perſonis, ac aliis quibuſcumque per eoſdem Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & dictam Sedem, ejuſque Legatos, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, & ex quibuſvis cauſis conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus etiamſi in illis caveatur expreſſe, quod ſub ſimilibus, vel diſſimilibus ſuſpenſionibus nequaquam comprehendantur, niſi de illis ſpecialis, & individua mentio fiat, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad effectum præmiſſum, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Et quia difficile nimis eſſet præſentes quocumque ubi illis opus fuerit, perferri, volumus earum exemplis, etiam impreſſis Notarii publici manu, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eamdem prorſus fidem in judicio, & extra ubique locorum adhiberi, quæ adhiberetur præſentibus, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuſpenſionis, declarationis, Decreti, præcepti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Septingenteſimo Vigeſimo quarto, Pridie Nonas Julii Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XVI.

Declaratur, & ampliatur Conſtitutio Innocentii XII. de exemtione Præſulum Regni Neapolis a Spoliis Cameræ Apoſtolicæ debitis, cum quibusdam Ordinationibus. Dat. 11. Julii 1724. An. I.

Laudata Conſtitutio ed: fuit 1693, Jan: 30, P.3. Et hac de re vide Pii IV Conſtit: ed: 1564, Nov. 25, P.5.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum DEI.

Ad perpet. rei memoriam.

SAcroſancti Apoſtolatus officium humilitati noſtræ Divina diſpoſatione commiſſum ſalubriter exequi ſatagentes ad ea potiſſimum, per quæ Eccleſiarum quarumcumque decori, commodis, ac utilitati proſpicitur, providoque conſilio ad illarum favorem diſpoſita a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris ſartatecta, ac inviolata cuſtodiuntur, vel etiam, ubi rerum locorum, ac temporum conditio ita poſtulet, declarantur, & ampliantur, Paſtoralis ſolicitudinis noſtræ curas libenter convertimus, ſuſceptique Miniſterii partes propenſa charitate deſuper interponimus, prout omnibus maturæ conſiderationis trutina perpenſis, expedire in Domino arbitramur. Exordium.

§ 1. Sane alias felic. record. Innocentius Papa XII. Prædeceſſor noſter animo ſecum reputans in Regno Neapolitano ingentem extare numerum Metropolitanarum Cathedralium, & aliarum quibus Prælati inferiores ſeu dignitates quaſi Epiſcopalem juriſdictionem, ſeu Ordinariorum jura habentes præſunt, Eccleſiarum, congruis pro majori parte carentium redditibus, adeoque illa, quum Dei Domus expoſceret, majeſtate, & eleganti ſtructura, necnon decenti ſupellectile Sacra, & Miniſtris Eccleſiaſticis ſufficientibus, ac idoneis, cæterique Divino cultui neceſſariis ob earum inopiam, vel non opulentiam, ut plurimum deſtitutarum: ſimulque conſiderans multiplices anguſtias, & graves moleſtias, quibus Venerabiles Fratres earumdem Eccleſiarum Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ac alii Prælati inferiores, dum ægritudine premebantur, & aliquando etiam in extremis laborabant, a Subcollectoribus ſpoliorum, ſub prætextibus aſſecurandi jura ad Cameram noſtram Apoſtolicam pertinentia, identidem vexari, ac perturbari conſueverant: a ſpolio, & quocunque alio jure ejusdem Cameræ Apoſtolicæ exigendi, & percipiendi pecunias, res, effectus, mobilia, ſemoventia, & alia bona, etiam ſtabilia, cujuſcumque pretii, valoris, ſpeciei, qualitatis, & quantitatis per memoratos Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Prælatos inferiores dicti Regni ex redditibus ſuarum Eccleſiarum quomodocumque acquiſita, necnon fructus naturales a ſolo ſeparatos, & civiles tempore mortis perceptos, ſeu exactos ex redditibus præfatarum Eccleſiarum, etiam inconſumptos, & incommiatos, non tamen pendentes, ſeu inexactos, ex ſpeciali dono gratiæ, perpetuis futuris temporibus, dictos Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Prælatos inferiores Regni præfati omnino exemit, & libe- Epitome præd. Conſtitutionis Innocentianæ.

ravit

ravit ad effectum tamen, & non alias, aliter, nec alio modo, ut præmiſſa omnia, & ſingula ad antedictas Metropolitanas, aliaſque Cathedrales, & reliquas, quibus ipſimet Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ſeu Prælati inferiores præfuerint, illiſque non indigentibus quibus ipſimet Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ſeu Prælati inferiores præfuerint, illiſque non indigentibus ad Parochiales Eccleſias eorum Regimini commiſſas ſpectare, ac ad earumdem favorem, beneficium, & utilitatem prorſus cedere, converti, & erogari deberent; pluraque alia ſtatuit, atque diſſolvit, quæ in Conſtitutione a memorato Innocentio Prædeceſſore deſuper edita anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo tertio, tertio Kalen. Februar., Pontificatus ſui anno Tertio, quæ incipit = *Inſcrutabili* = plenius, ac uberius continetur.

An in ipſa comprehenderentur Præſules extra Diœceſim decedentes, adubitatum eſt

§.2. Cum autem, ſicut accepimus poſtquam ejuſmodi Conſtitutio promulgata fuit, debitæque executioni demandari cœpit, Dilecti filii prædictæ Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Theſaurarius Generalis, & Commiſſarius itidem Generalis, necnon ſpoliorum in memorato Regno Neapolitano Collectores, & Subcollectores, prætenderint ſub eadem Conſtitutione minime comprehendi, nec comprehenſa cenſeri debere ſpolia bonorum, & fructuum quorumcumque, ſpectantium ad Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios Præſules inferiores decedentes extra fines Eccleſiarum, & Diœceſum, apud quas perſonalem reſidentiam facere tenebantur; Eo quia præfatus Innocentius Prædeceſſor in antedicta Conſtitutione non modo expreſſe, quemadmodum opus erat, non derogaverit, ſed nec ullam prorſus mentionem fecerit literarum Apoſtolicarum rec. mem. Pii Papæ IV. Prædeceſſoris etiam noſtri, quarum initium eſt = *In ſuprema* = editarum anno Incarnationis Dominicæ 1564. VII. Kalendas Decembris, Pontificatus ſui anno Quinto, quibus bona omnia ad Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, ac alios quoſcumque Beneficiatos, extra reſidentiam defunctos pertinentia, tanquam ſpolia, ad Cameram Apoſtolicam legitime ſpectare aperte decernitur, & cavetur; adeoque cum poſt obitum memorati Innocentii Prædeceſſoris nonnulli Archiepiſcopi, & Epiſcopi præfati Regni Neapolitani extra reſidentiam ex hoc ſeculo migraverint, & in controverſiam vocari contigerit, an eorum bona ſpolio ſubjici deberent, diſcuſſo rite, ac ordine dubio in Congregatione noſtra ſpoliorum nuncupata, reſolutiones prodierint eidem Cameræ favorabiles, & in executionem ejuſmodi reſolutionum in præfatis caſibus ſpolium ſubinde factum, ac prædictæ Cameræ re ipſa applicatum fuerit.

Cauſæ præſentis Declarationis, & ampliationis.

§.3. Nos itaque animadvertentes memorato Innocentio Prædeceſſori in præfata Conſtitutione non aliam fuiſſe mentem, atque Conſilium, niſi ut Metropolitanarum, Cathedralium, aliarumque Eccleſiarum prædictarum anguſtias ſublevaret, quæ nobis etiam ipſis abunde notæ ſunt, atque perſpectæ, cum in eodem Regno non modo nati, ac diu verſati ſimus, verum etiam ibidem, dum Cardinalatus fungeremur honore, Sipontinæ primum, ac deinde Beneventanæ, Metropolitanis Eccleſiis, priori ſcilicet per triennium, & poſteriori triginta octo circiter annorum ſpatio, quouſque ad Apoſtolicæ Dignitatis faſtigium Divina Clementia nos extulit, præfuerimus: & potiſſimum opportune provideret, ea quæ Sacris ſupellectilibus, & reparationibus indigerent, congruumque ſubſidium ab earum Prælatis viventibus non accepiſſent, ſaltem poſt illorum obitum ex eorum bonis juvari, reparari, ornari, rebuſque ad Divinum præſertim cultum neceſſariis inſtrui poſſent; ac proinde æquum eſſe cenſentes, ut nullum in hac materia conſtituatur diſcrimen inter Prælatos extra reſidentiam, vel in reſidentia decedentes, cum eorum factum obeſſe minime debeat Eccleſiis, quarum favor, utilitas, & beneficium in eadem Innocentiana Conſtitutione principaliter conſideratum, atque Pontifici, quemadmodum ex toto illius tenore manifeſte colligitur, propoſitum in primis fuit; Hinc igitur eſt, quod nos omnem de cætero controverſiarum, ac litium occaſionem e medio auferre, præfatarumque Eccleſiarum quieti, & tranquillitati, & commodo, quantum in Domino poſſumus, conſulere cupientes, Motu proprio, ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ Nobis attributæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſtatuimus, decernimus, & declaramus memoratas literas Apoſtolicas Innocentii Prędeceſſoris ſuum integrum, plenarium, ac omnimodum effectum, & executionem in poſterum ſortiri, ac obtinere debere in prædicto Regno Neapolitano, perpetuis futuris temporibus, etiam in caſibus, in quibus Archiepiſcopos, Epiſcopos, & inferiores Prælatos ſupradictos extra reſidentiam obire contigerit; & quatenus opus ſit, eaſdem literas Apoſtolicas ad omnes, & ſingulos ejuſmodi, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus extendimus, & ampliamus; præfatiſque Pii IV. Prædeceſſoris de ſpoliis Prælatorum, & Clericorum extra reſidentiam decedentium, ac omnibus aliis aliorum Romanorum Pontificum, ſi quæ ſint Conſtitutionibus, etiam peculiari, & individua nota dignis, ea tantum parte, in qua præſenti noſtræ Conſtitutioni adverſari dignoſcuntur, illis alias in ſua firmitate, ac robore permanſuris, ſpecialiter, & expreſſe, ac ampliſſime derogamus, & derogatum eſſe volumus, & mandamus.

Declaratio, & ampliatio præd. ex motu proprio pro Præſulibus extra Reſidentiam decedentibus.

§.4. Per præſentes tamen caſibus, qui huc uſque evenerunt, normam præſcribere, & ſpolia hactenus facta, dictæque Cameræ Apoſtolicæ in executionem reſolutionum memoratæ Congregationis ſpoliorum, ut præfertur, applicata irritare, ſeu revocare non intendimus; quin etiam ea legitime facta, & recte applicata fuiſſe decernimus, & ſancimus, mentemque, ac voluntatem noſtram eſſe, ut hæc noſtra diſpoſitio in futuris tantum caſibus locum habeat, & obſervetur, expreſſe declaramus.

Ordinationes præd.

§.5. Præterea cum ob rationes ſuperius expoſitas probe compertum, exploratumque habeamus antedictas Archiepiſcopales, Epiſcopales, & alias præfati Regni, quæ ab inferioribus Prælatis reguntur, Eccleſias (excepta tantum Metropolitana Beneventana, cui nos ipſi, regiminis noſtri tempore, Dotem annui redditus mille ducatorum monetæ ejuſdem Regni ex propriis noſtris pecuniis in fundis, & Capitalibus fructiferis pro perpetua illius fabricæ reparatione, ac manutentione conſtituimus, & aſſignavimus),

Ex Spoliis fiant Dotes applicandæ duntaxat Eccleſiarum Fabricæ a Præſule cum Capitulo conſilio.

mus), omni penitus carere dote, fundo, ſeu alio congruo ſubſidio, cujus annuo proventu illarum ædificia opportune reparari, & conſervari, ac ubi neceſſitas id expoſcat, etiam reædificari, priſtinumque in ſtatum reſtitui valeant; ac propterea, æquum juſtumque, immo etiam neceſſarium exiſtimemus, ut miſeræ earum conditioni, & indigentiæ aliquo modo proſpiciatur; motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus ſtatuimus, ſancimus, & decernimus, ac inſuper in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus, ut ex ſpoliis, quæ memoratis Præſulibus dicti Regni tam in Reſidentia, quam extra eam, ut præfertur, decedentibus, nemine prorſus excepto, in poſterum fieri contigerit, quidquid in reparationem Eccleſiarum, aut alios pios, & neceſſarios in prædicta Innocentiana Conſtitutione, præſcriptos uſus, vel in alia a defunctis Præſulibus, juxta facultatem illis in eadem Conſtitutione traditam, deſignata pia, & congrua opera erogatum expenſumque non fuerit, a Succeſſoribus eorumdem Præſulum, cum ſuorum Capitulorum ſcientia, & conſilio, ex integro inveniatur, & & collocetur in fundis, ſeu Capitalibus tutis, ſecuris, atque fructiferis pro Dote Fabricæ ſingularum Eccleſiarum prædictarum, ac ejuſmodi Dotium annuus proventus non in alium uſum, quam reparationis, & manutentionis Fabricæ earumdem Eccleſiarum ab uniuscujuſque Præſulibus, cum ſcientia pariter, & conſilio ſuorum Capitulorum, in occurrentibus caſibus, erogetur: Et quotieſcumque dictas Eccleſias reparatione non indigere conſtiterit, annui etiam fructus, & fructuum fructus Dotium prædictarum in aliis Fundis, & Capitalibus tutis, atque fructiferis eodem prorſus modo reinveſtiantur, & collocentur, ad hoc, ut ipſæmet dotes majora in dies, benedicente Domino, ſuſcipiant incrementa, adeoque earum redditus ſupportando reparationis Fabricæ ipſarum Eccleſiarum oneri ſatis eſſe poſſint. Quæ ſane reinveſtimenta pro Dote Fabricæ earumdem Eccleſiarum nedum utiliora, ſed magis etiam conſentanea, atque conformia intentioni memorati Innocentii Prædeceſſoris fore arbitramur, quam ſi quidquid ſupererit ex prædictis ſpoliis, in emptionem ſupellectilis voluptuoſæ, vel non neceſſariæ, vel Eccleſiæ qualitatem excedentis, quemadmodum hactenus ob male intellectam prædictæ Conſtitutionis mentem non ſemel eveniſſe comperimus, erogaretur. Cæterum ſuper præmiſſis omnibus, ac præſertim ſuper iis, quæ rectam, & fidelem præfatarum Dotium adminiſtrationem reſpicient, eorumdem Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Prælatorum inferiorum, atque etiam Capitulorum conſcientiam diſtricte oneramus.

Clauſulæ. §.6. Decernentes eaſdem præſentes Literas & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod ſupradicti, & alii quicumque in præmiſſis quomodolibet jus, vel intereſſe habentes, aut habere prætendentes iiſdem præmiſſis non conſenſerint, nec ad ea vocati, ſeu auditi fuerint, ullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & formali, & ſubſtantiali defectu notari, impugnari, infringi, in controverſiam vocari, ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari nullatenus poſſe, ſed eaſdem præſentes literas ſemper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, ac obtinere debere, & ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter obſervari: Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarium, & Cardinales, etiam de Latere Legatos, necnon Cameræ præfatæ Theſaurarium Generalem, & Præſidentes Clericos, Congregationem Spoliorum nuncupatam, noſtrum, & Sedis Apoſtolicæ in dicto Regno Neapolitano pro tempore Nuncium, & Collectorem, alioſque quoſcumque qualibet auctoritate, præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.7. Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſit de jure quæſito non tollendo, aliiſque noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, aliorumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutionibus, & Ordinationibus quibuſcumque, ac præfati Pii IV. de gratiis qualecumque intereſſe dictæ Cameræ concernentibus intra certum inibi expreſſum tempus exhibendis, & regiſtrandis, itaut eaſdem præſentes literas ibidem exhiberi, & regiſtrari nunquam neceſſe ſit, aliiſque quibuſcumque Apoſtolicis, & in Provincialibus, ac Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Eccleſiarum præfatarum, ac Nunciaturæ Neapolis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis Statutis, Decretis, uſibus, ſtilis, & conſuetudinibus; Privilegiis quoque, & Indultis, ac Literis Apoſtolicis ſub quibuſvis tenoribus, & formis cum quibuſcumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis Clauſulis, & irritantibus, aliiſque Decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet, in contrarium præmiſſorum conceſſis, ac etiam pluries confirmatis, & innovatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, individua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, & insererentur iiſdem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe, pleniſſime derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.8. Vo-

§.8. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§.9. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc noſtrarum voluntatis, declarationis, ampliationis, extenſionis, mandati, ſanctionis, & derogationis infringere, vel ei auſo temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quarto, quinto Idus Julii Pontificat. noſtri Anno Primo.

XVII.

Dat. 12. Julii 1724. An. I.

Inſtituitur Promotor Generalis Fiſci pro patrocinio Cauſarum Curiarum Eccleſiaſticarum.

Clementis XI Conſt. ed. 1705. Ianuarii 21 P. 5 deputatur Vices gerens Iudex privativus omnium Cauſarum Domus Catechumenorum. & Neophitorum Urbis.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſæ præſentis Motus Proprii.

AVendo Noi molto bene conſiderato, ed anche coll'eſperienza quando eravamo in *minoribus* riconoſciuto di qual peſo inſoffribile foſſe alli Prelati Eccleſiaſtici Secolari, e Regolari il dover ſoſtenere in queſta Curia Romana le Liti, e Controverſie, che dalli Rei Inquiſiti ſi introducono con ricorſo, o appellazione dalli loro Decreti, e Giudicati, talmente che li più di eſſi per non ſoggiacere a tali diſpendj, che ridondano in pregiudizio delle Dioceſi, e de'poveri Dioceſani, e delle Religioni reſpettivamente laſciano correre le Cauſe indifeſe nelle ſeconde, ed in altre ulteriori iſtanze, da che ne deriva, che non dandoſi alli Giudici per parte delle Curie quelle neceſſarie Informazioni rieſce ſpeſſo alli Delinquenti di eſtorcere le aſſolutorie ſentenze in publico detrimento della Giuſtizia, e con ſcandalo di quelli, che bene informati della verità nelle Dioceſi, e nelle Religioni vedono andare impuniti li delitti, provenendo da ciò la perſeveranza de'cattivi nel male, e la ſovverſione de'Boni dal ben vivere. Onde fù ſempre da Noi ſommamente deſiderato di vedere dato opportuno riparo a tali pernicioſe conſeguenze everſive del buon coſtume, e della Diſciplina Eccleſiaſtica, per mantenimento di cui deveſi ogni Superiore con tutto ſtudio, e vigilanza impiegare. Quindi è, che eſſendo piaciuto alla Divina Providenza di elevarci, abbenche ſenza alcun noſtro merito, al Supremo Apoſtolato, e riconoſcendo Noi eſſere parte dell'obligo della noſtra Paſtoral ſollecitudine l'invigilare affinche col caſtigo delli Delinquenti gl'altri s'emendino, e ſi sradichino li vizj, che ſono infettivi de'boni, abbiamo, dopo una matura conſiderazione, determinato di dare il dovuto rimedio all'enunciate pernicioſe conſeguenze con liberare li Prelati, e Superiori Secolari, e Regolari dal diſpendioſo peſo di promovere in queſta Curia le ragioni Fiſcali in difeſa de'loro Giudici, provedendo perciò alli medeſimi di Miniſtro capace d'integrità, e di ſperienza, che come Promotore Fiſcale Generale debba per le ſudette Curie Eccleſiaſtiche dedurre in Giudizio le ragioni, e fare tutto ciò, che per una buona, e Canonica difeſa, ſarà neceſſario, ed opportuno.

Inſtitutio prædicti Promotoris.

§.1. Volendo dunque ridurre ad effetto queſta noſtra determinazione di noſtro moto proprio, certa ſcienza, e pienezza della noſtra poteſtà aſſoluta creamo, iſtituimo, e ſtabilimo in perpetuo l'Officio di Promotor Fiſcale Generale per le ſudette Curie Eccleſiaſtiche, che debba eſſere eſercitato da Perſona da deputarſi da Noi, e da'noſtri Succeſſori, la quale abbia le ſopra enunciate qualità per impiegarle con tutta l'attenzione nella difeſa, e patrocinio nelle Cauſe Criminali per le Curie Eccleſiaſtiche ſudette, che ſono ſtate introdotte, ed ancora ſi trovano pendenti, e che in avvenire s'introdurranno in grado d'appellazione, o ricorſo avanti li Tribunali, e Congregazioni competenti di queſta noſtra Città di Roma. Ed'affinche il Promotor Fiſcale Generale ſudetto poſſa, e debba con tutta l'attenzione applicarſi a queſto ſuo impiego gli deſtiniamo, & aſſegnamo per ſua proviſione, ed emolumento meſtrui ſcudi venticinque da pagarſeli di Meſe in Meſe dalla noſtra Camera Apoſtolica, con ordine, e mandato del noſtro Teſoriere, della qual proviſione vogliamo, che debba reſtar contento, ſenza che poſſa pretendere dalli Prelati Secolari, o Regolari alcun'altra recognizione a titolo, e per ragione di onorarj per le ſue funzioni, e fatiche ſe non che le pure ſpeſe per il porto delle Lettere, talmente che facendo altrimente debba eſſer ſoggetto alle pene anche gravi, e graviſſime a noſtro arbitrio, e delli noſtri ſucceſſori. E perche la noſtra intenzione è, che per un efficace, e valido patrocinio delle ſudette Cauſe goda il Promotor Fiſcale Generale di tutti quelli mezzi neceſſarj, ed opportuni, che godea il Procurator Generale del Fiſco, e della noſtra Camera Apoſtolica, vogliamo, ed ordiniamo, che debba intervenire, ed aſſiſtere nella Congregazione Criminale dell'Uditor Generale della medema noſtra Camera Apoſtolica, nel di cui Tribunale ſpecialmente ſi ſogliono agitare, e giudicare ſimili Cauſe. Volendo parimente, che ſi debbano communicare gratis al detto Promotor Fiſcale li Proceſſi, e tutti gl'atti come appunto ſi communicano al Fiſco, ſiccome eſeguire gratis le Citazioni, come s'eſeguiſcono per l'iſteſſo Fiſco, e che alle ſpeſe neceſſarie delle Copie, e Stampe delle Scritture tutte facienti per dette Cauſe proveda la noſtra ſteſſa Camera Apoſtolica nella forma appunto, e ſecondo, che ſi pratica per il ſudetto Fiſco dal nominato Procurator Fiſcale Generale. Et acciò che detto Promotor Fiſcale ſia udito in qualſivoglia atto, vogliamo, che debba eſſere in tutte, e ſingole ſudette Cauſe citato in Giudizio con ſottoſcrivere eſſo le Citazioni nel modo, e forma, che ſi ſottoſcrivono dal detto Procurator Fiſcale, talmente che non eſſendo ſottoſcritta alcuna Citazione,

Cui aſſignantur 25. ſcuta menſtruatim.

Necnon eadem fere jura Procuratoris Gener. Fiſci.

ne

Digitized by Google

nè citato detto Promotore ſia l'atto ſoggetto al vizio di nullità per difetto di Citazione. Dichiarando però, che il preſente noſtro Moto proprio in tutte, e ſingole parti quivi diſpoſte debba aver luogo ſolamente in quelle Cauſe nelle quali ſi faranno l'iſtanze in nome delli ſoli Promotori Fiſcali, per debito del loro officio, e non già quando inſtaſſero in Giudizio, e voleſſero allegare, e ſcrivere in difeſa delle proprie ragioni gl'aderenti al Fiſco, talmente, che in queſti caſi non dovrà il detto Promotor Fiſcale Generale eſſer tenuto ad alcuna opera, nè la noſtra Camera Apoſtolica ſoccombere a veruna ſpeſa, ne alcun'altro ſentire qualſiſia peſo, o incummodo.

Exceptio nõnullarũ Cauſarum.

Clauſula.

§.2. Vogliamo per ultimo, e decretiamo, che la Congregazione delli Veſcovi, e Regolari, e l'Uditore Generale della noſtra Cam. Apoſtolica debbano reſpettivamente invigilare per la piena oſſervanza di tutto quello, che viene da Noi diſpoſto, e ordinato nel preſente Moto proprio, e che queſto da regiſtrarſi per gl'atti del ſudetto Uditore della Camera, e del Notaro della medema Congregazione de'Veſcovi, e Regolari nelli ſuoi Libri, abbia in ogni tempo il ſuo pieno effetto, vigore, ed eſecuzione, e contro di eſſo non ſi poſsa in alcun tempo opporre di obrezione, mancanza della noſtra volontà, ed intenzione, ne qualſivoglia difetto, benchè degno d'eſpreſsa, ſpeciale, ed individua menzione, e che non ſi poſſa diverſamente interpetrare, o giudicare, dichiarando nullo, ed irrito tutto ciò, che da qualunque perſona in contrario ſcientemente, o ignorantemente ſi faceſse, o s'attentaſse non oſtanti quanto a tutte, e ſingole coſe premeſse, che non ci ſiano ſtati citati, ne ſentiti chi vi aveſse, o poteſse avere intereſse, la Regola della noſtra Cancellaria *de Jure quæſito non tollendo*, le facoltà, e Privilegj conceduti a tutti li ſopradetti, la Bolla della riforma di Paolo V., ed ogni, e qualunque altra Coſtituzione, ed Ordinazione Apoſtolica de'noſtri Predeceſſori, Leggi Civili, e Canoniche, Statuti, Riforme, Uſi, Stili, e Conſuetudini, e qualunque altra coſa, che faceſse, o poteſse fare in contrario alle quali tutte, e ſingole avendo il loro tenore qui per eſpreſso, e di parola in parola inſerto per l'effetto ſudetto, e per queſta volta ſola pienamente deroghiamo, perchè tale è la noſtra certa, eſpreſsa, e determinata volontà, e mente.

Dato dal noſtro Palazzo Apoſtol. Quirinale queſto dì 12. Luglio 1724.

Benedictus PP. XIII.

XVIII.

Declaratur Mens Pontificis circa Jubilæum initio ſui Pontificatus indictum. *Dat. 14. Julii 1724. An. 1.*

Dictum Jubilæum indictum fuit Conſt: ed: 1724 Junii 10. P.1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Refertur Jubilæum præd.

NUper per alias noſtras in ſimili forma Brevis die 10. Junii proxime præteriti expeditas, ac in locis ſolitis, & conſuetis Almæ Urbis noſtræ affixas literas, ut devotionem veſtram ad divinam opem initio noſtri Pontificatus pro ſalubri Eccleſiæ Catholicæ regimine nobiſcum implorandam excitaremus, vobis omnibus, & ſingulis tam in eadem Urbe, quam extra eam degentibus confeſſis, & ſacra Communione refectis, aliaque pietatis opera in ipſis literis præſcripta peragentibus, pleniſſimam omnium peccatorum veſtrorum Indulgentiam, & remiſſionem, ſicut in Anno Jubilæi viſitantibus certas Eccleſias concedi conſuevit, auctoritate Apoſtolica conceſſimus, ac Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Eccleſiarum Prælatis, atque Ordinariis Locorum ubicumque exiſtentibus, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, mandavimus, ut cum dictarum literarum tranſumpta, aut exempla etiam impreſſa accepiſſent, illa ſtatim per ſuas Eccleſias, & Diœceſes, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & Loca publicarent, & publicari facerent, & alias, prout in literis prædictis, quarum tenorem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, & ad verbum inſerto haberi volumus, uberius continetur.

Cauſæ ſequentis declarationis.

§.1. Cum autem Nos probe agnoſcentes Paſtoralem noſtram curam, & ſolicitudinem in Catholicæ Fidei, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, unitate, atque integritate retinenda, & conſervanda potiſſimum ſitam eſſe, ac propterea licet memoratæ literæ univerſis Chriſtifidelibus, quos gerimus in paterni affectus viſceribus, inſcriptæ, ac directæ fuerint, illarumque publicatio Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, Ordinariis, cæteriſque perſonis ſupradictis demandata ſit, ut præfertur, animo tamen fuerimus maxime alieni ab iiſdem literis inſcribendis, ac dirigendis, earumve publicatione, ſive execotione demandanda illis, qui a Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Communione Eccleſiaſtica ſeparati reperiuntur; nihilominus omnem dubitandi occaſionem removere, voſque de noſtra in præmiſſis mente, ac voluntate certiores reddere volentes, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus, vobiſque omnibus, & ſingulis notum, palamque facimus noſtræ intentionis nullatenus fuiſſe literas præfatas inſcribere, ac dirigere, earumque publicationem, ſeu executionem committere illis, qui per Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros ab ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ charitate ſegregati fuerunt, ac cum quibus proinde nulla Nobis, & ipſi Romanæ Eccleſiæ Communio Eccleſiaſtica exiſtit, & ſi dictas literas per eos, qui ab ejuſmodi

Declaratio præd. qua notum fuit Jubilæum reſpexiſſe fideles tantum, ejuſque executionem demandatam fuiſſe legitimis Paſtoribus.

modi Commionione ſeparati ſunt, publicari, ſeu executioni demandari contingat, vel forte jam contigerit, vobis auctoritate præfata harum ſerie denunciamus id contra mentem, voluntatem, ac inteotionem noſtram eſſe, ac fuiſſe, quandoquidem Nos Decretis, & Conſtitutionibus eorumdem Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum adverſus illos editis firmiter inhærentes, ſicuti ſemper, benedicente Domino, inhæſuri ſumus, eos, niſi reſipuerint a communis ſocietatis charitate prorſus alienos ab omnibus haberi, ac cenſeri volumus, & intendimus.

§.2. Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac præfatæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & quoſvis alios qualibet auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, interptetari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Clauſulæ.

§.3. Non obſtaotibus literis prædictis, ac quibuſvis Apoſtolicis, & in univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, vel Ordinationibus. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque con. trariis quibuſcumque.

§.3. Volumus autem, ot earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in Judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIV. Julii Pontificatus noſtri Anno Primo.

XIX.

Dat. 14. Julii 1724. An. 1.

Conceditur Indulgentia plen: perp: viſitantibus Eccleſias Fratrum Ordinis S. Joannis Dei Congregationis Hiſpaniarum die feſto S. Caroli Borromæi dicti Ordinis dum vixit Protectoris.

Similis Indulgentia conceſſa fuit in feſto S. Petri de Alcantara pro Eccleſiis Fratrum Minorum Conventualium a Clem. XI. Conſt: ed: 1716, Julij 19. P. 16. Et hujus Conſt: ed: 1724, Julii 4. P. 1. conceſſa itidem fuit in feſto S. Stephani tertii Abbatis Ciſtercii pro Eccleſiis Ordin. Ciſtercienſis.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Conceſſio prædictæ Indulgentiæ.

AD augendam fidelium religionem, & animarum ſalutem cæleſtibus Eccleſiæ theſauris pia charitate intenti omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis Fratrum Ordinis S. Joannis Dei Congregationis Hiſpaniarum ubicumque exiſten. die feſto S. Caroli Borromæi dum vixit dicti Ordinis Protectoris a primis veſperis uſque ad occaſum ſolis diei hujuſmodi ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac S. Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus: Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

§.1 Volumus autem, ot earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Clauſulæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIV. Julii MDCCXXIV. Pontificatus noſtri Anno Primo.

XX.

Decernitur continuatio Viſitationis Apoſtolicæ Cleri Romani, Eccleſiarum, & Locorum Piorum Urbis. Dat. 11. Junii 1724. Anno 1.

De inſtitutione hujus Viſitationis vid. Innoc. XII. Conſt. ed: 1693. Jan. 12. P. 2. Pro continuatione vero, vid. Clem. XI. Conſt. d. 1701. Jan. 14. P. 1. Et Innoc. XIII. Conſt. ed. 1721. Maji 28. P. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

CUm fel: rec: Innocentius PP. XII. Prædeceſſor noſter, circa Pontificatus ſui primordia Paſtoralem Cleri Romani, omniumque Almæ hujus Urbis Eccleſiarum, piorumque locorum, & operum viſitationem inſtituerit, eamque ipſemet in Patriarchalibus ejuſdem Urbis Eccleſiis inchoaverit, ac ſibi in eo munere Adiutores nonnullos ex Sacro Venerabilium Fratrum noſtrorum tunc ſuorum S.R.E. Cardinalium Collegio delegerit, & aſſumpſerit, eiſque quoſdam Romanæ Curiæ Prælatos, & alios ſubinde Cardinales adjunxerit, qui viſitationem ipſam peragerent, & negotia illam concernentia expedirent, ac Secretarium, Commiſſarium, & Fiſcalem, alioſque forſan Officiales, & Miniſtros Sacræ Viſitationis hujuſmodi deputaverit variaſque eiſdem Cardinalibus, ac eorum, & dictorum Prælatorum Congregationi, necnon Officialibus, & Miniſtris prædictis facultates, præeminentias, & Indulta conceſſerit, & impartitus fuerit, & alias prout in diverſis ipſius Innocentii Prædeceſſoris literis deſuper in ſimili forma Brevis expeditis, quarum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis haberi volumus uberius continetur. Viſitatio prædicta ab Innocentio XII. inſtituta.

§.1. Et ſicut accepimus memorati quidem Car- Cauſa præſentis Conſtitutionis.

Cardinales Viſitatores una cum Prælatis coadjutoribus, etiam piæ me. Clementis XI., ac Innocentii XIII. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum pariter noſtrorum juſſu viſitationem hujuſmodi tam in eiſdem Patriarchalibus, quam in aliis Collegiatis, & fere omnibus Parochialibus Eccleſiis, ac in multis Monaſteriis Regularium tam virorum, quam mulierum, necnon Collegiis, Hoſpitalibus, Confraternitatibus, & aliis locis piis dictæ Urbis poſtea proſecuti fuerint, ſalutaribuſque monitis, & Decretis, ubi opus fuerit providerint: viſitatio tamen ipſa in omnibus Eccleſiis, ac locis, & operibus piis prædictis nondum ſit peracta, ſed multa negotia eam concernentia adhuc pendeant indeciſa. Hinc eſt, quod Nos paſtorali ſtudio conſiderantes quantopere Viſitatio hujuſmodi utilis, & neceſſaria ſit non modo ad tollendos abuſus, ſed etiam ad præcavendum ne deinceps introducantur, quantumque boni ex illa hactenus provenerit, & benedicente Domino proventurum ſit, ſi viſitatio ipſa continuetur, & abſolvatur, ac in ea, quæ ad Dei cultum, & gloriam, animarumque ſalutem opportuna, & conducibilia ſunt, ſicut hactenus factum eſt, in poſterum quoque pie, prudenterque ſtatuantur; Motu proprio, & ex certa ſcientia, & mera deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, memoratam Viſitationem continuari, & abſolvi, cauſaſque indeciſas in Congregatione prædicta pendentes, prout æquitatis, atque juſtitiæ ratio ſuaſerit, terminari, viſitationes particularium Eccleſiarum, ac locorum, & operum piorum jam inchoatas, abſolvi, necnon Eccleſias, & loca, opera pia tam hucuſque viſitata, quæ iteratam viſitationem expoſcere videbuntur, quam nondum viſitata viſitari, cæteraque omnia, & ſingula viſitationem hujuſmodi concernentia fieri, geri, ſtatui, & ordinari, ac executioni demandari debere tenore præſentium decernimus, & mandamus: ac omnes, & ſingulas facultates, privilegia, gratias, præeminentias, prærogativas, & indulta quæcumque prædictis Cardinalibus, & Prælatis, eorumque Congregationi, necnon omnibus, & ſingulis Officialibus, & Miniſtris ſupradictis a memoratis Innocentio XII., Clemente XI., & Innocentio XIII. Prædeceſſoribus per ſuas reſpective literas deſuper emanatas quovis modo reſpective conceſſa, & attributa per obitum eorumdem Prædeceſſorum minime ceſſaſſe, nec ceſſare, ſed in ſuis robore, & firmitate permanere, omnibuſque, & ſingulis prædictis reſpective adhuc competere, & ſuffragari debere decernimus pariter, & declaramus, & quatenus opus ſit, facultates, privilegia, gratias, præeminentias, prærogativas, & indulta hujuſmodi eiſdem Cardinalibus, & Prælatis, eorumque Congregationi, ac Officialibus, & Miniſtris prædictis in omnibus, & per omnia, prout eis reſpective a ſupradictis Innocentio XII., Clemente XI., ac Innocentio XIII. Prædeceſſoribus conceſſa, & attributa fuerunt, motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus denuo concedimus, tribuimus, & impertimur.

Decernitur continuatio ejuſdem Viſitationis.

Clauſulæ peculiares.

§.2. Decernentes eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmiſſis, ſeu eorum aliquo intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes cujuſcumque gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis exiſtant, etiam Cardinalatus honore fulgentes, aut alias ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque cauſæ propter quas præſentes emanarint, adductæ, verificatæ, & juſtificatæ fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis juſta, pia, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis,, enormiſſimæ, & totalis læſionis nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac individuam expreſſionem requirente defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari ad terminos juris reduci, ſeu controverſiam revocari, aut adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrare, vel intentare, ſeu impetrato, aut etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare poſſe, ſed ipſas præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, necnon ejuſdem S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibus præmiſſis, ac omnibus, & ſingulis illis, quæ memoratus Innocentius XII. Prædeceſſor in ſuis literis ſupradictis voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.4. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus ubique locorum, tam in judicio, quam extra habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XV. Julii MDCCXXIV. Pontificatus noſtri Anno Primo.

Con

XXI.

Dat. 15. Julii 1724. Ann. 1.

Confirmatur Decretum Congregationis Concilii de auctoritate Prioris S. Mariæ ſuper Minervam in Pœnitentiarios Baſilicæ Liberianæ.

Vid. hac de re Pii V. Conſt: ed: 1568. Sept. 1. P. 3.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Decretum prædict., in quo refertur inſtitutio Pœnitentiariorũ præſertim Fratrum Prædicatorum pro Baſilica Liberiana ex redditibus cujuſdam Abbatiæ alendorum.

EManarunt alias a Congregatione Ven. Fratrum Noſtrorum S.R.E. Cardinalium Concilii Trid. Interpretum in Cauſa, ſeu Cauſis inter tunc exiſtentes ejuſdem S.R.E. Cardinalem Majorem Pœnitentiarium ex una, & Provincialem Provinciæ Romanæ, & Priorem Conventus S. Mariæ ſuper Minervam de Urbe Ordinis Prædicatorum ex altera partibus de, & ſuper facultate conſtituendi, ac removendi Minores Pœnitentiarios Baſilicæ Liberianæ, ſeu Sanctæ Mariæ Majoris Urbis, & Ordinis prædictorum, eorumque ſubjectione vertentibus, Decreta tenoris, qui ſequitur, videlicet: Romana Pœnitentiariorum Minorum Liberianæ Baſilicæ. Præ ceteris curis, quibus Apoſtolica ſolicitudo premitur ea comperitur præcipua quæ circa pœnitentialem Forum verſatur, adeo merito, ut Romani Pontifices, exoriente Eccleſia, eidem muneri per ſe ipſos ſedulo incumberent, ac deinde negotiorum mole oppreſſi, nobiliora Eccleſiaſticæ Hierarchiæ membra S. R.E. Cardinales addixerit, neque primum ab hujuſmodi onere ipſi relevati fuerunt, niſi cum publicis, magniſque occupationibus eos diſtineri oportuit. Tum quidem probi Sacerdotes Pœnitentiario officio ſuffecti extiterunt, qui Fidelibus undequaque ad Sacra limina confluentibus præſto eſſent ſub cura, & Juriſdictione unius ex S.R.E. Cardinalibus Majoris Pœnitentiarii nomine nuncupati; hic ſane tamquam Summi Pontificis Vicarius in Foro Fori memoratis Sacerdotibus minoribus Pœnitentiariis præſidere cœpit, eoſque eligere, ac in nobilioribus Urbis Baſilicis promiſcue deputare conſuevit, tum ex Regulari cœtu, variiſque ex Nationibus, & Linguis. Perſeveravit ultimo recenſitus Pœnitentiariæ ſtatus, quouſque S. Pius V. in meliorem partem eum vertere cenſuit, ſimulque tribus Religionibus optime meritis gratificari voluit, proindeque ſub anno 1568. conſtituit, quod in Liberiana Baſilica PP. Prædicatores eligerentur Minores Pœnitentiarii, in Lateranenſi PP. Minores, ac in Vaticana ex Societate Jeſu aſſumerentur, quin etiam præ aliis majori beneficentia proſequi volens Religionem S. Dominici ſub cujus vexillo vitam ab adoleſcentia inſtituerat, non ſat habuit, Correligioſis ſuis Jus electionis paſſivum decernere, quemadmodum binis recenſitis Religionibus conſtituit, ſed ulterius diſpoſitionem eorum favore exaravit, quod ſex tantum Pœnitentiarii Minores Ordinis Prædicatorum in dicta Baſilica Liberiana exiſterent ex unica lingua Itala, & ex Provincia Romana, tributa facultate Provinciali dictæ Provinciæ ſub Priori Conventus Sanctæ Mariæ ſuper Minervam eligendi, ac removendi eoſdem Minores Pœnitentiarios, ac certos exercendi actus Juriſdictionales in eos privative quoad Cardinalem Majorem Pœnitentiarium exceptis reſpicientibus curam Officii Pœnitentiarii, ut latius ex Apoſtolico Diplomate ſub die prima Septembris anno 1568., ſed ſtatim vix prætерlapſis diebus octo, aliam edidit Conſtitutionem, in qua ſicut Jus eligendi Provinciali Romanæ Provinciæ, ſive Priori Conventus Sanctæ Mariæ ſuper Minervam attribuit, ita onus ipſos manutenendi tamquam Religioſos ea ſua Menſa, Monaſterio prærato addixit, ac pro ſubſidio eidem Monaſterio univit Abbatiam S. M. Macularum loci S. Geneſii, cum eo tamen, ut ipſe Prior de fructibus, redditibus, & proventibus præfatis penſionem annuam 300. ſcutorum auri in auro eiſdem ſex Pœnitentiariis, & duobus converſis annis ſingulis duobus terminis æqualiter in perpetuum perſolvere teneatur &c. Si quid vero dicta ſumma 300. ſcutorum perſoluta reliquum erit, illud omne in communes dictæ Domus uſus convertatur.

Sed poſtea pro alimentis aſſignatus fuit unus Canonicatus.

§. 1. At verò f. m. Sixto V. placuit iterum ſtatum Pœnitentiariæ Liberianæ innovare; Quandoquidem ſedulo idem Pontifex animo volvens, quod inter ipſius Baſilicæ Canonicatus, neque Theologalis Præbenda, neque Pœnitentiaria erecta comperiebatur juxta Sacri Concilii Tridentini Sanctiones, ſed ea veteri Inſtituto ſex Minores Pœnitentiarii Fidelibus expiandis operam dabant, proindeque congruum omnino reputans, quod ex Menſæ Capitularis fructibus, alimenta ipſis ſuppeditarentur, hinc memoratus Pontifex inquit = Motu proprio Canonicatum, ac Præbendam tunc vacantem ſupprimimus, & extinguimus, eorumque ſic ſuppreſſorum fructus, & proventus, ac etiam diſtributiones quotidianas, emolumenta certa, & incerta ordinaria, & extraordinaria, & quæ Anniverſaria Mortuorum, ac Anni Sancti, ſeu Jubilæi, ac quovis modo appellantur, & ſolis præſentibus, & Divinis Officiis, & horis Canonicis diurnis, & nocturnis perſonaliter intereſſentibus dari ſolita &c. Eidem Collegio, & Pœnitentiariis hujuſmodi per eos, ac pro tempore exiſten. Pœnitentiarios Baſilicæ Sanctæ Mariæ Majoris prædictas integre pariformiter, & æque principaliter, ac ſine ulla diminutione, & differentia, acſi Canonicus pro tempore exiſtens actu ſemper intereſſet, & quoad hoc perinde ac ſi ſuppreſſio ipſa facta non fuiſſet, ita tamen, quod ipſi Pœnitentiarii Stallum in Choro, aut vocem, locumve in Capitulo non habeant, perpetuo applicamus, & aſſignamus &c.; ubi Collegium Pœnitentiariorum nuncupatur. Hac tamen innovatione intactum PP. Prædicatoribus Jus electionis paſſivum procul dubio remanſit: Verum Cardinalis Major Pœnitentiarius, ut prætendit, reaſſumere, ac uſque adhuc continuare cœpit jus activum eligendi ex tota dicta Religione Minores Pœnitentiarios, tum vigore nativæ ejus facultatis, cum evidentius ea ſpeciali Jure ipſi nuncupato in Brevi, quod expeditum fuit a fa. me. Urbano VIII. favore Cardinalis Sancti Honuphrii Majoris Pœnitentiarii ſub hac verborum periodo, Minores Pœnitentiarios, & alios quoſcumque Officiales ejuſdem Officii Pœnitentiariæ arbitrio tuo deputare, vel confirmare, ſeu a dicto Superiore Epiſcopo, & Cardinali Majori Pœnitentiario, dum vixit, vel etiam a fel. re. Clemente VIII Paulo V., & Gregorio XV. ad eorum beneplacitum, & alio quovis mo-

Et in ipſos conceſſa fuit Juriſdictio Majori Pœnitentiario.

modo deputatos removere, & alios ſibi beneviſos in illorum locum ſubſtituere, & alia, quæcumque neceſſaria, & opportuna facere, licite poſſis, & valeas non obſtantibus quibusvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis = Quæ facultates Majoribus Pœnitentiariis Succeſſoribus cum espreſſa ſubrogatione ad hæc uſque tempora renovatæ fuerunt. Verum enimvero PP. Prædicatores ſibi ipſis perſuadentes integram, intactamque remanſiſſe formam Brevis S. Pii V. inde a tempore, quo Apoſtolicum Clavum gerebat ſa. me. Innocentius X. contendere cœperunt, ad Provincialem Romanæ Provinciæ, ſive Priorem Conventus S. Mariæ ſuper Minervam Jus eligendi Minores Pœnitentiarios pertinere;" At vero plurium Teſtium uſque ab Anno 1646. depoſitionibus formiter receptis circa quaſi poſſeſſionem Cardinalis Majoris Pœnitentiarii, diſcuſſaque controverſia in Congregatione particulari trium S. R. E. Cardinalium ad enixas preces jam dd. Patrum deputata, nihil prorſus obtinuerunt, nec minus voti compotes effici potuerunt temporibus ſa. me. Alex. VII. His tamen non obſtantibus iidem Patres iterum autumantes Jus eligendi Minores Pœnitentiarios ad Regulares Superiores præmemoratos ſpectare, quodque plures ipſi esercuerint Jurisdictionis actus in Collegium hujuſmodi Pœnitentiariorum, recurſum ſuppliciter habuerunt ad SS. D. N., qui partibus minime refragantibus, benigniter cauſam remiſit ad EE. PP. conſeſſum, a quorum juſſu ſubſcriptis infra exponendis Dubiis ſupereſt in præſenti, quod ſolita ſapientia, & prudentia decernere ipſi dignentur.

Dubia de Pœnitentiariorũ deputatione, amotione, & ſubſcriptione.

I. An Pœnitentiarii Minores Ordinis Prædicatorum in Baſilica S. Mariæ Majoris conſtitui debeant per Provincialem Provinciæ Romanæ Ordinis prædicti Prædicatorum, ſeu Priorem S. Mariæ ſuper Minervam de Urbe ad formam motus proprii S. Pii V., ſive potius Conſtitutio ſpectet ad Cardinalem Majorem Pœnitentiarium in caſu &c.

II. An prædictorum Pœnitentiariorum Minorum remotio ſpectet ad Patrem Provincialem, ſeu Priorem S. Mariæ ſuper Minervam Ordinis prædicti ad formam Motus proprii prædicti Sancti Pii V., vel potius ad Cardinalem Majorem Pœnitentiarium, in caſu &c.

III. An prædicti Pœnitentiarii Minores ſubjaceant Curæ, Jurisdictioni, poteſtati, Viſitationi, & correctioni prædicti Provincialis, ſeu Prioris ad formam Motus proprii prædicti Sancti Pii V., vel potius Cardinalis Majoris Pœnitentiarii in caſu &c.

Reſolutio in favorem Prioris S. Mariæ ſuper Minervam.

§. 2. Die 15. Decembris 1714. Sacra Congregatio Eñorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ad Primum reſpondit affirmative quoad primam partem, & negative quoad ſecundam, ſervata forma Conſtitutionum Clementis VIII., & Innocentii XII. Ad Secundum pariter affirmative quoad primam partem, & negative quoad ſecundam, ſervata forma dictarum Conſtitutionum Clementis, & Innocentii. Ad tertium affirmative quoad primam partem quoad ea, quæ concernunt obſervantiam Regularem tantum = Proſper de Lambertinis Secretarius.

Confirmatio relati Decreti cum extinctione litis

§. 3. Nunc autem Nos controverſiis hujuſmodi finem imponere cupientes, Motu proprio ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine; Decreta præinſerta, ac omnia, & ſingula in eis contenta, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus. Præterea lites, & controverſias quascumque ſuper præmiſſis quovis modo esortas, & adhuc forſan pendentes (illarum ſtatum, & merita, nominaque, & cognomina, ac qualitates Judicum, & Collitigantium, & alia etiam ſpecificam, & individuam mentionem, & espreſſionem requirentia præſentibus pro plene, & ſufficienter espreſſis habentes) in ſtatu, & terminis; in quibus de præſenti reperiuntur a quibuſcumque Judicibus & Tribunalibus ad Nos motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, harum ſerie avocamus, illaſque perpetuo ſupprimimus, & estinguimus, ac perpetuum deſuper ſilentium utrique parti imponimus.

Clauſulæ.

§. 4. Decernentes easdem præſentes literas de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari in controverſiam vocari, aut ad terminos Juris reduci, ſeu adverſus illas quodcumque Juris facti, vel gratiæ remedium impetrari, ſeu intentari nullo modo umquam poſſe, ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſsime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari; Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales, cæteroſque quoslibet quacumque auctoritate, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obſtantibus quacumq; litis pendentia, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis necnon Ordinis, Provinciæ, & Conventus præfatorum, ac etiam Officii Pœnitentiariæ, & Collegii Pœnitentiariorum Minorum hujuſmodi, aliiſve quibusvis, etiam Juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetudinibus; privilegiis quoque Indultis, & literis Apoſtolicis, illis, eorumque perſonis, atque Majori Pœnitentiario prædicto ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis Clauſulis, & Decretis, in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſsio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo,

& for-

& forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & infererentur, iiſdem preſentibus pro plene, & ſufficienter expreſsis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die XV. Julii MDCCXXIV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XXII.

Dat. 20. Junji 1724. ann. I.

Conceditur Patriarchalibus, Metropolitanis, & Cathedralibus totius Orbis Catholici Eccleſiis Altare privilegiatum pro Animabus Defunctorum.

Pro Defunctis extenſa fuit quædam Indulgentia ab Innocentio XI. Conſt. ed. 1679., Septem. 20. P. 3. Clem. vero XI. Conſt. ed. 1707. Sept. 26., P. 1. conceditur Indulgentia plen. perp. viſitantibus Domum Lauretanam, etiam per modum ſuffragii.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

OMnium ſaluti paterna charitate intenti, Sacra interdum loca Spiritualibus Indulgentiarum muneribus decoramus, ut inde fidelium Defunctorum animæ Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ejuſque Sanctorum ſuffragia meritorum conſequi, & illis adjutæ ex Purgatorii pœnis ad æternam ſalutem per Dei miſericordiam perduci valeant. Volentes igitur omnes, & ſingulas Patriarchales Metropolitanas, & Cathedrales totius Orbis Catholici Eccleſias, in quibus Altare Privilegiatum quotidianum perpetuum forſan non reperitur conceſſum, & in eis Altare per Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos reſpective locorum gratiam, & Communionem Sedis Apoſtolicæ habentes ſemel tantum deſignandum, hoc ſpeciali dono illuſtrare, auctoritate Nobis a Domino tradita, ac de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, ut quandocumque Sacerdos aliquis Secularis, vel cujuſvis Ordinis, Congregationis, ſeu Inſtituti Regularis Miſſam Defunctorum pro anima cujuſcumque Chriſtifidelis, quæ Deo in Charitate conjuncta ab hac luce migraverit ad prædictum Altare celebrabit, Anima ipſa de theſauro Eccleſiæ per modum ſuffragii Indulgentiam conſequatur: Itaut ejuſdem Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ac Beatiſſimæ Virginis Mariæ, Sanctorumque omnium meritis ſibi ſuffragantibus a Purgatorii pœnis liberetur, concedimus, & indulgemus: Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Conceſſio prædicta Altaris privilegiati quotidiani perpetui.

Clauſulæ.

§. 1. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die XX. Aug. MDCCXXIV Pontificatus noſtri Anno Primo.

XXIII.

Confirmatur Decretum Congregationis ſuper diſciplina regulari ſuper reformatione in duobus Conventibus Provinciæ S. Alberti in Regno Siciliæ Ordinis B. M. de Monte Carmelo.

Dat. 17. Julii 1724. Ann. I.

Hac de re vide etiam hujus Conſt. ed. 1727. Decembr. 15. P. 4. Clem. vero XI. Conſt. ed. 1711. Nov. 10. P. 11. reducuntur ſtudia, & gradus in Ord. Carmelitarum ad formam quorundam decretorum Capituli Generalis.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Expoſitio facti.

ALias pro parte dilecti filii Clementis Caſtiglioni Prioris Provincialis Provinciæ S. Alberti in Regno Siciliæ Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo Congregationi Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum ſuper diſciplina regulari ſpecialiter deputatæ expoſito, quod ipſe una cum Definitorio ejuſdem Provinciæ perfectam regularem obſervantiam, & reformationem in duobus Provinciæ hujuſmodi Conventibus introducere, necnon communem vitam obſervare intendebat, & ad hunc effectum dilectus pariter filius Abbas Andreas Statella Marchio loci de Spaccaforno pro eo, quem erga dictum Ordinem gerit devotionis affectu redditus eorumdem Conventuum pro manutentione duodecim Religioſis augere paratus erat, ideoque pro parte prædicti Clementis Prioris Provincialis eidem Congregationi ſupplicato, ut quatuor ſequentes conditiones pro dictæ reformationis firmitate admittere vellet. I. Quod unus quidem ex duobus prædictis Conventibus pro Novitiatu, alter vero pro Profeſſorio, & ſtudio aſſignari. II. Ut prædicti duo Conventus nunc, & pro tempore exiſtenti Priori Generali Ordinis hujuſmodi, donec, & quouſque una Vicaria pro memoratæ reformationis propagatione erigeretur, immediate ſubjici. III. Quod Priores prædictorum Conventuum a Religioſis in illis de familia commorantibus, uſque dum ſupradicta Vicaria erecta minime fuiſſet, eligi. IV. Quod ab ejuſmodi Provincia quolibet triennio Religioſis reformatis uſque ad totalem illius reformationem unus Conventus aſſignari reſpective deberent, conditiones vero a ſupradicta Congregatione Cardinalium requiſitæ, quod dotatio prædictorum Conventuum a d. Andrea jam facta, & conſenſus a Priori Provinciali, & Definitorio præſtitus fuerit, Conventu Syracuſan. pro Novitiatu, & alio de Spaccaforno pro Profeſſorio, & Studio aſſignatis cum redditibus ſufficientibus pro duodecim religioſorum ſubſtentatione, fabriciſque neceſſariis pro Novitiatu, & Profeſſorio, & Studio juxta Decreta a fel. rec. Clemente Papa VIII. Prædeceſſore noſtro edita, adimpletæ fuerint, & demum reperiantur viginti Religioſi, qui reformationem hujuſmodi amplecti deſiderant, inter quos tres actuales Definitores, quinque in Sacra Theologia Magiſtri Provinciæ, & nonnulli alii ejuſdem Ordinis Fratres, etiam ſimplices numerantur, præter non modicum Eccleſiaſticorum, & Laicorum familiæ claritate inſignium, qui Ordinis

Conditiones a Provincia requiſitæ pro dictæ reformationis firmitate.

nis prædicti habitum ſub prædicta reformatione ſuſcipere iotendunt. Emanavit a prædicta Congregatione Cardinalium Decretum tenoris ſequentis videlicet: Sacra Congregatio ſuper diſciplina regulari, audito P.Generali Ordinis Carmelitarum, referente Eminentiſſimo Fabrono, cenſuit, ſuper espoſitis Oratoris precibus eſſe annuendum juxta petita, contrariis quibuſcumque non obſtantibus. Datum Romæ hac die 23. Decembris 1723. F.Cardinalis Paulutius F. Epiſcopus....

Decretum Congregationis.

Preces Provincialis.

§ 5. Cum autem ſicut dictus Clemens Prior Provincialis. Nobis ſubinde esponi fecit, ipſe Decretum hujuſmodi pro firmiori illius ſubſiſtentia Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſideret. Nos ipſi Clementi Priori Provinciali gratiam facere volentes, cumque a quibuſvis escommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſenteotiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus esiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequeodum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejos nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium.

Clauſulæ.

§.2. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari, ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inanc, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibos Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit Provinciæ, & Ordinis, ac Conventuum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, aut quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro pleoe, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXVII. Julii MDCCXXIV, Pontificatus noſtri Aono Primo.

XXIV.

Conceditur Miniſtris Provincialibus, & Definitorio Provinciarum Minorum Capuccinorum facultas vendendi, vel permutaodi libros duplicatos, ſive ſuperfluos.

Dat. 2. Aug. 1724. An. 1.

Urbani VIII. conſt. ed. 1638. Julii 20. P. 56. prohibitum fuit Capuccinis ne quovis colore libros e Bibliothecis extraherent, ſed inutiles cum utilibus permutare permittit. Hoc idem Decretum fuit ub Alexandro VIII. conſt. ed. 1689. P. 5.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memorium.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Capuccinorum nuncupat., quod dudum fe: re: Urbanus Papa VIII. Prædeceſſor noſter ad ſupplicationem tunc exiſtentis Procuratoris Generalis dicti Ordinis, ne libri, Quinterni, folia ſive impreſſa, ſive manuſcripta ad Bibliothecas Conventuum ejuſdem Ordinis ſpectan. inde ſub quovis quæſito colore, prætextu, vel occaſione extraherentur, vel aſportarentur ſub excommunicationis, ac privationis vocis activæ, & paſſivæ pœnis per cootrafacien. incurrendis ſub certis modo, & forma tunc expreſſis interdixit, & prohibuit. Permiſit tamen tunc pariter exiſten. Miniſtris Provincialibus, & Definitoribus Ordinis hujuſmodi conjunctim procedentibus, ut per eorum Syndicos earumdem Bibliothecarum libros dictu Ordini inutiles cum aliis utilibus de licentia tamen illorum, qui eoſdem libros, ut præfertur, donaſſent, aut eorum hæredum, ſi extitiſſent permutare poſſent, & alias, prout in ipſius Urbani Prædeceſſoris literis deſuper in ſimili forma Brevis die 20. Julii 1638. expeditis uberius dicitur contineri. Et ſubinde re: me: Alexander Papa VIII., etiam Prædeceſſor Noſter per alias ſuas pariter in ſimili forma Brevis die 3. Julii 1689. expeditas literas ſimilem prohibitionem fecit præterquam Fratribus prædicti Ordinis, qui quidem libros e Bibliothecis hujuſmodi reſpective de Superioris, ſeu Bibliothecarii pro tempore exiſtentis licentia extrahere, & eis pro communi Conventuom, & particulari Fratrum Ordinis prædicti uſu in ſuis Cellulis, Fratribus quoque ejuſdem Ordinis Verbum Dei prædicantibus, qui etiam extra ſuos Conventus uti poſſent, ſed finito uſu hujuſmodi ſubito ad dictas Bibliothecas ſub pœnis ſupradictis reportare deberent, & alias, prout in prædictis Alexandri Prædeceſſoris literis fuſius aſſeritur contineri.

Ab Urbano VIII. Minoritibus eiſdem vetitum fuit, ne libros ex Conventuum Bibliothecis ullo pacto extraherent, cũ licentia tamen inutiles cum utilibus permutandi.

Ab Alexandro VIII. idem ſtatutum fuit, cum licentia tamen, ut fratres libris extra Bibliothecas in ſuis cellulis uti poſſent.

Cauſæ præſentis conceſſionis.

§.1. Cum autem ſicot eadem expoſitio ſubjungebat inter libros, qui in dictis Bibliothecis collocati exiſtant aliquot ſint duplicati, ſive ſuperflui, qui in aliis Bibliothecis ejuſdem Ordinis exiſtunt neceſſarii, & viceverſa eveniat, quod in illis, in quibus deſunt libri, qui in aliis ſuperflui ſunt, alii libri reperiantur ſuperflui, quibus ejuſmodi Bibliothecæ indigerent, dictus vero Modernus Procurator Generalis utilitati earumdem Bibliothecarum conſulere cupiens, Miniſtris Provincialibus, & Definitorio Ordinis prædicti libros duplicatos, ſive ſuperfluos vendendi ſive permutandi facultatem a Nobis concedi ſum-

Preces Procuratoris Generalis.

ſummopere deſideret. Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ipſum Modernum Procuratorem Generalem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati nunc, & pro tempore exiſtentibus Miniſtris Provincialibus, & Diffinitorio conjunctim pariter procedentibus ut per eorum Syndicos libros duplicatos, ſive ſuperfluos prædictos meliori qua fieri poterit conditione vendere, & alienare, pecuniaſque inde proventuras in emptionem tot librorum utilium, ac meliorum, & non in alios uſus convertere, & erogare, vel ipſos libros duplicatos ſive ſuperfluos cum aliis utilioribus, & melioribus permutare libere, & licite abſque ullius cenſuræ, vel pœnæ in ſupradictis Urbani, & Alexandri Prædeceſſorum literis quovis modo appoſitæ, ſive comminatæ, incurſu poſſint, & valeant, ita tamen ut libri emptione, ſive permutatione hujuſmodi acquirendi illico in Bibliothecis ſupradictis collocentur, nec inde ſub pœnis prædictis extrahi, vel aſportari valeant, licentiam, & facultatem auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus, & impertimur.

Conceſſio prædicta, cum ordinatione convertend. pecunias ex venditione proventuras in emptionem aliorum librorũ.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.2. Non obſtantibus prædictis Urbani, & Alexandri literis, ac quatenus opus ſit piæ memoriæ Pauli II., & aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum pariter noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienandis, aliiſque Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Conventuum, & Ordinis prædictorum, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.3. Volumus autem ut librorum duplicatorum, ſeu ſuperfluorum venditio, pecuniarumque inde proventurarum converſio hujuſmodi unico contextu fiant, vel ſaltem pecuniæ ipſæ penes Montem Pietatis, aut perſonam fide, & facultatibus idoneam deponantur, inde non amovendæ, niſi ad effectum illas, ſicut præmittitur convertendi.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die VIII. Auguſti MDCCXXIV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XXV.

Dat. 12. Aug. 1724. an. 1.

Conceditur Ruthenis ad Eccleſiam redeuntibus facultas recuperandi, & retinendi bona ſua.

Clem: XI. Conſt: ed: 1713. Sept: 16. P. 13. mandatur Ordinariis quamplurium nationum, & Generalibus Religionum Ordinum, ut commendari curent Populis Chriſtifideles Captivi.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

ÆTerni Paſtoris, qui miſericors, & miſerator exiſtit, vices licet immeriti, in Terris gerentes, iis etiam, qui foris ſunt, & a recta fide aberrant, pietatis, & miſericordiæ januam reſeramus, ac pœnas, quas Juris ſeveritas in eos ſtatuit, Apoſtolicæ Sedis Clementia interdum ita temperamus, ut ejuſdem Sedis benignitate allecti ad Catholicam Eccleſiam extra quam non eſt ſalus, reducantur, & Chriſto Domino, qui eos proprio ſanguine acquiſivit, reſtituantur.

Preces Præſulum, & cauſæ præſentis conceſſionis.

§.1. Cum itaque ſicut dilectus filius Benedictus Frulevicz Monachus expreſſe profeſſus, & Procurator Generalis Ordinis Monachorum Sancti Baſilii Magni Ritus Græci uniti Nobis pro parte Venerabilium fratrum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Ruthenorum cum S.R.E. unitorum nuper exponi fecit, inter alias cauſas, quæ Schiſmaticos a relinquendo Schiſmate, & amplectenda cum eadem S. R. E. unione retrahunt, ac morantur, ea præcipua ſit, difficultas ſcilicet, quam uniti experiuntur in recuperandis Bonis, quæ tam ante Schiſma, quam tempore Schiſmatis poſſidebant, & ut plurimum occupata, ac eis violenter erepta ſunt, nedum ante lapſum, ſed etiam tempore lapſus in Schiſma prædictum, cupiantque Archiepiſcopi, & Epiſcopi prædicti hujuſmodi impedimentum ad eorumdem Schiſmaticorum reductionem facilius obtinendam amoveri, & opportune in præmiſſis a Nobis provideri. Nos Animarum ſaluti, quantum cum Domino poſſumus conſulere, ipſorumque Archiepiſcopurum, & Epiſcoporum votis hac in re favorabiliter annuere cupientes, nec non prædictum Benedictum a quibuſvis Excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus eorumdem Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de nonnullorum ex Venerabilibus fratribus Noſtris S. R. E. Cardinalibus Congregationis propagandæ Fidei negotiis præpoſitæ ſuper rebus Ruthenorum Deputatorum conſilio, ut uniti cum eadem S.R.E. ſive Laici, ſive Clerici Regulares, vel Seculares cujuſvis ſtatus, gradus, & ordinis, etiam Epiſcopalis, vel conditionis fuerint, omnia bona, quæ ad eos tam ante Schiſma, quam eo perdurante alias legitime pertinebant, ac quibus etiam violenter ſpoliati fuerunt recuperare, & poſſidere, illiſque frui, uti, & gaudere libere, & licite poſſint: quin in futurum ex cauſa prædicti Schiſmatis, vel quovis ſub prætextu alicui liceat bonorum ejuſmodi recuperationem, illorumque pacificam poſſeſſionem, & uſum ipſis unitis quoquo modo impedire, minuſque eadem bona in illorum præjudicium retinere auctoritate Apoſtolica tenore præſentium miſericorditer in Domino concedimus; & indulgemus.

Conceſſio præd.

Clauſulæ.

§.2. Decernentes eaſdem præſentes literas fir-

firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in futurum pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: ſicq; in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac dictæ Sedis Nuncios, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Apoſtolicis, & in Synodalibus, Provincialibuſque, & Univerſalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, legibus quoque Imperialibus, & municipalibus, ac conſuetudinibus cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcat. die XII. Aug. MDCCXXIV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XXVI.

Dat 17. Aug. 1724. An. I.

Reſtituitur Card. Vicario Urbis juriſdictio cumulative in omnibus Cauſis.

Hæc juriſdictio conceſſa præſertim fuerat a Clem: X Conſt: ed: 1671, Aug: 2 P. 2. Abolita vero ab Inn: XII Conſt. ed: 1692, Sept: 17 P. 2.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum DEI.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

IN ſupremo Apoſtolatus Solio meritis licet imparibus Divina diſpoſitione conſtituti ex incumbenti Nobis Paſtoralis Officii debito ad ea libenter intendimus, per quæ Almæ Urbis noſtræ proſpero ſtatui, & felici directioni opportune conſulitur, & propterea ea, quæ deſuper a Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus provide facta fuiſſe comperimus, partim approbamus, & confirmamus, partim vero aliis juſtis cauſis ita ſuadentibus alteramus, & immutamus, ac facultates, & juriſdictiones, etiam de novo concedimus, & indulgemus, aliaſque ejuſdem Officii noſtri partes favorabiliter interponimus, prout rerum, temporum, & perſonarum, illarum præſertim, quas in partem Apoſtolicæ ſolicitudinis evocavit Altiſſimus, qualitate penſata conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

§.1. Sane cum ſicut accepimus, alias felic. recordationis Innocentius Papa XIII. Prædeceſſor Noſter Officium Vicariatus Almæ Urbis noſtræ tunc ſuæ, & illius ſuburbiorum, & Diſtrictus, quod etiam alias piæ memoriæ Paulus Papa Quartus etiam Prædeceſſor noſter pro uno ex Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, qui illud per pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem ſibi conceſſum abſque diſpenſatione Apoſtolica ad ejus vitam obtinere, & per ſe ipſum, ſeu ab eo deputatos Vice-gerentem, & Suffraganeum, ac in Civilibus, & Criminalibus Locumtenentes exerceret, de Fratrum ſuorum conſilio, & communi conſenſu erexit, & inſtituit, prout in erectione, & inſtitutione hujuſmodi, & ſeu forſan deſuper confectis literis plenius continetur, quodque alias bonæ memor. Joannes Dominicus Tituli Sanctæ Anaſtaſiæ ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis Paracianus nuncupatus etiam dum viveret, obtinebat, per obitum d. Joannis Dominici Cardinalis, qui apud Sedem Apoſtolicam debitum naturæ perſolveret, vacans ad proſperum, & felicem ſtatum dictæ Urbis in ſpiritualibus dirigendum ſolicitis ſtudiis intendens ad Venerabilem Fratrem noſtrum, tunc ſuum Fabritium ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem Paulutium nuncupatum tunc Epiſcopum Albanen. ob eximiæ circumſpectionis induſtriam, cognitam bonitatem, ſingularem integritatem, atque prudentiam, fidei, ac juſtitiæ zelum, & in magnis, & arduis præfatæ S. R. E. cujus honorabile membrum exiſtit, negotiis experientiam comprobatam, necnon alia multiplicum virtutum dona, quibus ejus Perſonam illarum largiter Altiſſimus inſignivit, direxerit oculos ſuæ mentis, certam in Domino ſpem habens, quod idem Fabritius Cardinalis gratia ei aſſiſtente Divina Officium ipſum ſumma cum prudentia, fidelitate, & diligentia exercuiſſet, Motu ſuo proprio non ad ejuſdem Fabritii Cardinalis, vel alterius pro eo eodem Innocentio Prædeceſſore ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, meraque deliberatione ſuis, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Officium præfatum ſic vacans eidem Fabritio Cardinali per eum quoad viveret, aut Vice gerentem, & Suffraganeum, necnon Locumtenentem, ſeu Locumtenentes ſuum, vel ſuos exercendum cum omnibus, & ſingulis Privilegiis, facultatibus, prærogativis, præeminentiis, immunitatibus, exemptionibus, & juriſdictionibus, necnon honoribus, & oneribus, juribus, & emolumentis ſolitis, & conſuetis, quibus alii in dicta Urbe, ſuburbiis, & Diſtrictu prædicti Vicarii in ſpiritualibus Romanorum Pontificum Prædeceſſorum ſuorum pro tempore fuerat, uti, potiri, frui, & gaudere potuerunt, ſeu etiam debuerunt, auctoritate Apoſtolica conceſſerit, & aſſignaverit, & alias prout in dicti Innocentii Prædeceſſoris in forma Brevis ſub Annulo Piſcatoris deſuper expeditis literis etiam plenius continetur, & ſubinde ſingularum dictarum literarum, aliorumque præmiſſorum tenores etiam veriores, ac datas, necnon alias dicti Officii Vicariatus facultates ſi quæ eſſent pro expreſſis habens, antedictas officii Vicariatus hujuſmodi conceſſionem, & aſſignationem, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus confirmaverit, & approbaverit, ipſumque Fabritium Cardinalem in ſuum, & Urbis, ac Suburbiorum, & Diſtrictus præfatorum Vicarium, necnon Romanæ Curiæ Judicem ordinarium denuo aſſumpſerit, conſtituerit, & deputaverit, curam, regimen, & adminiſtrationem, liberumque exercitium Officii hujuſmodi plenarie committendo, cum poteſtate omnia, & ſingula faciendi, diſponendi, ordinandi, mandandi, & exequendi, quæ ad hujuſmodi Vicariatus Officium de jure, ſtylo, conſuetudine, aut alias quomodolibet pertinere dignoſcuntur, & quæ omnes alii Vicarii Urbis, ejuſque Suburbiorum, & Diſtrictus de jure, ſtylo, & conſuetudine, vel alio quocumque modo, & titulo dice-

Inſtituitur in Vicarium Urbis ad vitam unus ex Sanc. Rom. Eccleſ. Cardinalibus cum poteſtate in civilibus, criminalibus, cum Tribunali ſeparato.

Ob mortem Card. Paraciani ſubſtituitur in Vicariatum Urbis Cardinal. Paulutius.

Eique conceduntur omnia jura ſolita, & conſueta a prædeceſſoribus conceſſa.

Digitized by Google

dicere, facere, ordinare, mandare, & exequi poterant, & debebant, ac etiam vigore omnium, & quorumcumque indultorum, facultatum, & privilegiorum per felic. recordationum Paulum II., Clementem VII., Paulum III., Julium item III., Pium IV., Pium V., Clementem VIII. alioſque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, tunc ſuos conceſſorum ante Literas piæ memoriæ Pauli Papæ V., etiam Prædeceſſoris noſtri, tunc ſui ſub Datum Kalendis Martii Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo undecimo, ſuper reformatione Tribunalium Urbis editas, cum declarationibus tamen, & reformationibus contentis in literis prædicti Pauli Papæ V., justa quas, & reſpective ad eum ſtatum, in quo erant ante eaſdem literas præfati Pauli V., etiam felic. record. Innocentius Papa XII. ſimiliter Prædeceſſor noſter tunc dicti Innocentii XIII. in ſuis literis ſuper ſuppreſſione, abolitione, & abrogatione Tribunalium, & Judicum Urbis ex privilegiis conſtitutorum editis, & expeditis Quinto decimo Kalendas Octobris, anno ejuſdem Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo ſecundo facultates, privilegia, & indulta Vicario pro tempore exiſtenti dictæ Urbis, ejuſque Diſtrictus per præfatos, &. alios etiam poſteriores Romanos Pontifices conceſſa in Judicialibus dumtaxat reduxit, ſeu reformavit; quas quidem Conſtitutiones Prædeceſſorum hujuſmodi, omniaque, & ſingula indulta, facultates, & privilegia, ut præfertur, Officio Vicariatus hujuſmodi, & Vicariis præfatis in Judicialibus conceſſa, & ad ſtatum præfatum redacta, quarum, & quorum tenores idem Innocentius XIII. Prædeceſſor pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habens, ſalvas, & ſalva eſſe, ac in ſuo firmitatis robore permanere declaravit, voluit, & mandavit, uecnou alias, & illa pro potiori cautela Apoſtolica auctoritate approbaverit, confirmaverit, & innovaverit, eiſdemque modis, & formis, quibus ab ipſis Prædeceſſoribus ſuis emanarunt, ſimilibus auctoritate, & tenore de novo perpetuo conceſſerit, & indulſerit, firmis quoque, & illæſis remanentibus aliis Indultis, privilegiis, & facultatibus judicialia non reſpicientibus eidem pro tempore eſiſtenti Vicario, & Vicariatus Officio quandocumque etiam poſt dictam reformationem præfati Pauli V. Prædeceſſoris conceſſis, & reformatis, & qoomodolibet competentibus, ipſumque Fabritium Cardinalem in præfata Urbe, ejuſque Suburbiis, & Diſtrictu Vicarium in præmiſſis, & circa præmiſſa, ſeu quolibet ipſurum competentem Judicem, & Exequutorem motu, ſcientia, & auctoritate paribus declaraverit, conſtituerit, & deputaverit, & ut Officium præfatum idem Fabritius Cardinalis melius, & liberius proſequi valeret, motu pari, deque ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus mandaverit omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat cujuſcumque ſtatus, dignitatis, ordinis, gradus, vel conditionis exiſterent, quatenus in exequendis iis, qox ad Officium ejus præfatum, & jurisdictionem pertinere noſcebantur, omnibus poſſibilibus auxiliis, conſiliis, & favoribus opportunis aſſiſterent, eique pariter obedirent, prout ipſi Innocentio Decimotertio Prædeceſſori, dictoque Fabritio Cardinali literas præfatas in omnibus, & per omnia ſuffragari debere, illaſque, & in eis contenta quæcumque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium facultatum, & gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, derogationibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus nullatenus comprehendi, nec per eas immutari, ſuſpendi, limitari, moderari, aut ad terminos juris reduci poſſe, ſed perpetuo validas, & efficaces fore, & eſſe, & quidquid illarum vigore a dicto Fabritio Cardinale geſtum, ſtatutum, factum, mandatum indultum, & exequutum foret, perpetuam juris, & roboris firmitatem retineret, & nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis dicti Innocent. XIII. Prædeceſſoris, vel qoopiam alio defecto notari, impugnari, vel ad terminos juris reduci, ſeo in jus, vel controverſiam revocari, ac omnes, & ſingulos Proceſſus, Sententias, qnos, & quas per quoſcumque Judices, & Officiales in præjudicium attributæ, & conceſſæ ſibi jurisdictionis præfatæ haberi, & promulgari contigiſſet, nullas, nulliuſque roboris, vel momenti fore, & eſſe, & ita per quoſcumque Judices Ordinarios, vel Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac præfatæ S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet qualibet aliter judicandi, & interpretandi ficultate in quavis cauſa, & inſtantia judicari, & definiri debere, & ſi ſecus ſuper his, a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane dicta auctoritate voluerit, decreverit, & ſtatuerit, ac alias prout in memorati Innocentii XIII. Prædeceſſoris ſub datum videlicet Tertio decimo Kalendas Octobris, Pontificatus ſui anno Secundo expeditis literis plenius continetur.

Ratæ tamen habentur declarationes, & reformationes Pauli V., & Innocentii XII. quibus ſupprimuntur, & abrogantur Tribunalia, & Judices ex privilegio, inter quæ erat illud Cardin. Vicarii.

§ 2. Cumque ſicut etiam accepimus, etiam alias felic. pariter recordat. Clemens Papa X. etiam Prædeceſſur Noſter bonæ memoriæ Gaſparem dum viveret ejuſdem S. R. E. Presbyterum Cardinalem de Carpineo nuncupatum in ſuum, & dictæ Urbis, Suburbiorum, ac Diſtrictus præfatorum Vicarium, necnon Romanæ Curiæ Judicem Ordinarium ad Univerſitatem omnium, & quarumcumque Cauſarum cujuſvis qualitatis, & ſpeciei, etiam ſi eſſent mere Laicales, & profanæ, & inter mere laicos adinſtar aliorum Romanæ Curiæ Judicum Ordinariorum, itaut inter eum, & illos nulla concidere poſſet differentia, etiamſi ageretur in grado rerurſus a ſententiis tantum Judicum Urbis, & Diſtrictus, & inter quaſcumque perſonas exemptas, & ſpeciali nota dignas, & quæ ſpecialem mentionem requirerent, aſſumpſerit, conſtituerit, & deputaverit, ac alias prout in aliis ejuſdem Clementis X. Prædeceſſoris ſub Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo primo, pridie Idus Augusti, Pontificatus ſui an. Secundo, expeditis literis etiam plenius continetur.

Refertur Clemen. X. Conſtitut., quâ conceditur Card. Vicario cumulativa poteſtas in omnibus cauſis more Judicum Ordinariorum Roman. Cur.

§. 3. Nos igitur qni quantum cum Domino poſſumus, ad rerum omnium ſtatum ſalubriter dirigendum noſtræ conſiderationis intuitum libenter eſtendimus, & in iis, quæ ad illarum regimen, & gubernium profutura cognovimus, opem, & operas noſtras impendimus efficaces, eumdem Fabritium Cardinalem modernum Epiſcopum Portuen., & Sanctæ Rufinæ, dictæ Almæ

Urbis noſtræ, ejuſque Diſtrictus, & Suburbiorum, Vicarium in ſpiritualibus generalem amplioribus favoribus, & gratiis proſequi, ac dicti Vicariatus Officii indemnitati, ac feliciori regimini providere volentes, eumdem Fabritium Cardinalem, & Vicarium, alioſque pro tempore dicto Vicariatus Officio potituros, & gaviſuros in jurisdictione Vicariatus dictæ Urbis, illiuſque Suburbiorum, & Diſtrictus, juxta præfatas Literas Apoſtolicas per dictum Clementem X. Prædeceſſorem favore memorati Gaſparis Cardinalis de Carpineo dictæ Urbis, & Suburbiorum, & Diſtrictus Vicarii in ſpiritualibus generalis emanatas in ea tantum parte, in qua idem Clemens X. Prædeceſſor diſpoſuit, Cardinalem Vicarium Urbis, ac Diſtrictus, & Suburbiorum præfatorum habere jurisdictionem cumulativam cum omnibus aliis Judicibus Ordinariis Urbis præfatæ in Cauſis Civilibus, & Criminalibus, etiam mixtis inter perſonas mere laicas, & in cauſis omnibus mere laicalibus, & profanis, Motu pari, non ad ejuſdem Fabritii Cardinalis, vel alterius pro eo Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus tenore præſentium reintegramus, & plenarie reſtituimus, ac jurisdictionem hujuſmodi ei, & eis de novo concedimus, & indulgemus; Ita ut dictus Fabritius Cardinalis, & cæteri Urbis præfatæ, ac Diſtrictus, & Suburbiorum hujuſmodi Vicarii, qui pro tempore erunt, eorumque Vice gerentes, & Suffraganei, ac Locumtenentes, aliique Judices ab eis deputati, ac pro tempore deputandi jurisdictione cumulativa cum omnibus aliis Judicibus Ordinariis Urbis præfatæ, ut ſupra, libere, & licite uti poſſint, & valeant abſque eo, quod a quoquam quavis auctoritate, prætextu, aut cauſa impediri quoquo modo poſſint, & ita per quoſcumque Judices Ordinarios, vel Delegatos quavis auctoritate fungentes etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac præfatæ S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, Sediſque Apoſtolicæ Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate in quavis cauſa, & inſtantia judicari, & definiri debere, & ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Reſtituitur Card. Vicario facultas cumulativa in omnibus cauſis juxta tenorem dictæ Conſtit. Clement. X.

Clauſulæ derogatoriæ ampliſſimæ.

§.4. Non obſtantibus dicta Conſtitutione præfati Innocentii XII. Prædeceſſoris noſtri, cui quatenus opus ſit in hac tantum parte, aliiſque Reformationibus, & Decretis a quibuſvis Judicibus quavis auctoritate fungentibus, ac etiam vivæ vocis oraculo emanatis; aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis etiam in Conciliis generalibus editis, ſtylo Palatii, Regulis Cancellariæ Apoſtolicæ prohibentibus mandata exequtiva alias, quam ſub Plumbo expeditis, ac facultatibus, & jurisdictionibus præfatæ Almæ Urbis Gubernatoris, Senatori, & Populo Romano, & Cauſarum Curiæ Cam. Apoſtolicæ Generali Auditori, Præſidi, & Magiſtris Viarum, ac præfatæ S. R. E. Cardinalibus, ac aliis quibuſvis Judicibus, & Officialibus etiam laicalibus quacumque auctoritate fungentibus, & quibuſcumque aliis Perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & fortioribus Decretis etiam motu ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus etiam conſiſtorialiter per nos; ſeu quoſcumque alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, ac etiam iteratis vicibus innovatis, etiamſi cautum ſit in eis expreſſe, quod illis nullatenus, vel nonniſi ſub certis inibi expreſſis, & nominatis modis, & formis derogari, ſeu contra illa quidquam concedi poſſit, quibus omnibus, & ſingulis etiamſi de illis eorum totis tenoribus ſpecialis ſpecifica expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo inſerti, & forma in illis tradita obſervata forent præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat motu, & ſcientia ſimilibus ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & derogatum eſſe, nec illa eiſdem præſentibus adverſari, vel obſtare volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.5. Volumus etiam, quod earumdem præſentium tranſumptis ſemper, & quandocumque ſtetur, & plenaria fides adhibeatur, tam in judicio quam extra illud, ac ſi eædem præſentes exhibitæ, vel oſtenſæ forent.

§.6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reintegrationis, reſtitutionis, conceſſionis, indulti, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſo temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quarto, ſeſtodecimo Kalendas Septembris Pontificatus noſtri Anno Primo.

XXVII.

Confirmantur quædam Literæ Innoc.VIII. Pauli III, & Pii IV. ſuper Cauſarum cognitione Archiepiſcopo Beneventano ſpectan., aliiſque Eccleſiæ Beneventanæ conſuetudinibus.

Dat. 6. Sept. 1724. An. I.

Hac de re vid. Inn:VIII Conſt: ed:1491. Jun:8 P.7. Necnon Pauli III Conſt. ed:1538. Aug.22. P.5. Et Pii IV Conſt: ed:1560, Aug:20 P.2. Hujus P. Conſt: ed:1724, Mart:23, P.1. confirmatur Conſt: Pii III de fructibus beneficiorum vacantium Diœceſis Beneventanæ convertendis in reparationem, et incrementum Eccleſiæ Beneventanæ.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

IN ſupremo Militantis Eccleſiæ ſolio per ineffabilem Divinæ Sapientiæ, atque bonitatis abundantiam nullo licet meritorum ſuffragio conſtituti, ea quæ a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris ad favorem Catholicorum

Digitized by Google

rum Antiſtitum, eorumque Officialium provide, atque ſapienter conſtituta, & ordinata eſſe noſcuntur, ut firma ſemper, atque illibata ſerventur, nec temerario cujuſquam auſu violentur, Apoſtolici muniminis noſtri patrocinio libenter roboramus.

Ab Inn.VIII. Archiepiſcopo Beneventano, ejuſque Vicario Generali conceſſum fuit, ut omnes appellationum cauſas, tam civiles, quam criminales, in quibus delinquentes puniendi non eſſent pœna corporis afflictiva; coram ipſis cognoſci, & decidi deberent.

§.1. Dudum ſiquidem poſtquam fel.record. Innocentius Papa VIII. Prædeceſſor noſter per quaſdam ſuas literas deſuper in ſimili forma Brevis die 18. Junii 1491. Pontificatus ſui anno ſeptimo expeditas, ex tunc exiſtenti Vicario, tunc pariter exiſtentis Archiepiſcopi Beneventani in ſpiritualibus generali directas, Motu ſupplicationibus tunc itidem exiſtentium Beneventanorum noſtrorum, tunc ſuorum, directioni ejuſdem Vicarii pro majori commoditate Beneventanorum ipſorum ad relaxandos eos laboribus, & expenſis gravioribus omnes appellationum cauſas, tam in civilibus, quam in criminalibus, dummodo non venirent Delinquentes puniendi pœna corporis afflictiva cognoſcendi; terminandi, decidendi juxta tenorem privilegii, quod ſibi conceſſum affirmabant a piæ mem. Pio Papa II. itidem Prædeceſſore noſtro facultatem, & poteſtatem Apoſtolica auctoritate conceſſerat etiam, & elargitus fuerat.

A Paulo III. dict. Civitatis Beneventanæ Gubernatori nonnullæ variæ facultates elargitæ fuere.

§.2. Subindè Paulus Papa III. etiam Prædeceſſor noſter per alias ſuas deſuper ſub plumbo anno Incarnationis Dominicæ 1538. decimo Kalen. Septembris, Pontificatus ſui Anno Quinto expeditas literas bo. me. Franciſco, dum vixit Archiepiſcopo Beneventano directas q. Ludovico Bozzuto dum vixit, Civi Neapolitano Civitatis noſtræ, tunc ſuæ, Beneventanæ Gubernatori contra, & inter quoſcumque ſibi ratione Gubernii ſui quovis modo Subditos, ſi de tali cauſa agerent, ex qua Civitatis ſtatus perturbari potuiſſet, quoties ſibi viſum fuiſſet, ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura Judicii, ſola facti veritate inſpecta, juris ordine prætermiſſu, & alias manu Regia procedendi, necnon meram, & mixtam omnimodam gladii poteſtatem in ea exercendi, necnon quaſcumque pœnas criminales ubi de ultimi ſupplicii, aut de mutilatione membrorum pœna non ageretur (habita prius per eos, qui deliquiſſent ab offenſis, vel eorum hæredibus pace) in pecuniarias pœnas commutandi, ſtatutum, & ordinationem dudum per rec. mem. Clementem Papam VIII. etiam Prædeceſſorem noſtrum ſuper ſubſtitione Procuratoris Fiſcalis in qualibet Civitate Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecta, & aliis tunc expreſſis facta, & edita in dicta Civitate Beneventana, in omnibus, & ſingulis eorum Capitulis obſervari, & executioni demandari, ac alia tunc expreſſa faciendi plenam, & liberam per alias ſuas in forma Brevis literas facultatem conceſſit. Necnon ut

Necnon Statutum, ut cauſæ in ſecunda inſtantia ad Archiepiſcopum ſeu illius Vicarium devolutæ; Niſi intra tres menſes expedirentur; ad Abbatem Monaſterii S. Modeſti Ordinis S. Benedicti devolverentur.

cauſæ Civiles Civitatis, & Diœceſis prædictarum, quarum cognitio in ſecunda inſtantia ad Archiepiſcopum Beneventanum pro tempore exiſtentem, ſeu ejus Vicarium, ex antiqua, & approbata eatenus pacifica obſervata conſuetudine devolvi conſueverat, celeriter terminarentur, ſtatuit, & ordinavit, quod exinde de cætero niſi Archiepiſcopus, aut Vicarius prædicti cauſas prædictas infra tres menſes a die, qua procedere incæpiſſent, ipſas cauſas expediſſent, cauſæ prædictæ ad Abbatem Monaſterii Sancti Modeſti Beneventani Ordinis S. Benedicti devolverentur, & devolutæ eſſe cenſerentur, prout in dictis literis plenius dicebatur contineri, & in petitione eidem Paulo Prædeceſſori pro parte ejuſdem Archiepiſcopi facta ſubjuncto, quod præmiſſa cognitio cauſarum hujuſmodi ad ipſum, & pro tempore exiſtentem Archiepiſcopum Beneventanum ex inveterata conſuetudine ſemper obſervata ſpectan. a ſua Curia limitabatur, & abdicabatur, & ad inferiorem ipſo eo devolvebatur.

Ab eodem poſtea per alias literas præd omnia revocata; & Archiepiſcopus, atque Eccleſia prædicta in priſtinum ſtatum reſtitutus.

§.3. Idem Paulus Prædeceſſor, qui in minoribus conſtitutus Eccleſiæ Beneventanæ præfuerat, de præmiſſis plene informatus, eandem Eccleſiam, quam in viſceribus gerebat charitatis in ſuis juribus conſervari volens, ejuſdemque Archiepiſcopi, qui unum ex Officiis ſcriptorum literarum Apoſtolicarum, ex conceſſione Apoſtolica obtinebat, ejus in hac parte ſupplicationibus inclinatus literas prædictas, & inde ſecuta quæcumque, quoad ea, quæ cauſarum hujuſmodi cognitionem, deciſionem, terminationem, illarumque devolutionem, & Statuti prædicti obſervantiam concernebant auctoritate Apoſtolica revocavit, & annullavit, illaque nullius prorſus roboris, vel momenti fuiſſe, & eſſe, ac pro penitus infectis, quoad omnia haberi voluit, & decrevit, necnon eumdem Archiepiſcopum, & præſcriptam Eccleſiam in priſtinum, & eum, in quo antequam literæ ipſæ ab eodem Paulo Prædeceſſore emanaſſent, quomodolibet erant, ſtatum reſtituit, repoſuit, & plenarie reintegravit, ac repoſitos, reſtitutos, & reintegratos exiſtere, necnon quæ in cauſis appellationum hujuſmodi, tam in Civilibus, quam in Criminalibus, ac quibuſcumque aliis, ac quoad exactionem procurationis a Suffraganeis dictæ Eccleſiæ, & quibuſcumque aliis perſonis Viſitationi ſubjectis ratione Viſitationis hujuſmodi debitis in pecunia numerata juxta ſolitum, necnon quaſcumque alias dictæ Eccleſiæ conſuetudines, quæ eatenus in viridi obſervantia fuerant approbavit, confirmavit, & innovavit, illaque prout ante conceſſionem literarum hujuſmodi ſervata fuerant, in poſterum ſervari debere, necnon ſuam, & ejuſdem Eccleſiæ ordinariam Juriſdictionem in eiſdem cauſis, & conſuetudinibus illibatam remanere, & cauſas ipſas per ſe, vel ſuum in ſpiritualibus Vicarium Generalem pro tempore exiſtentem decidi debere, & licite poſſe, nec per dictum Gubernatorem prætextu literarum prædictarum, ſeu quoſcumque alios etiam quacumque dignitate fungentes expedire poſſe; Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, necnon quidquid ſecus attentari contigiſſet irritum, & inane decrevit.

A Pio IV. denique idem circa cognitionem cauſarum in ſecunda inſtantia eid. Archiepiſcopo conceſſum.

§.4. Ac demum rec. me. Pius PP. IV. etiam Prædeceſſor noſter per quaſdam pariter ſuas literas in forma Brevis, die 20. Auguſti 1560. expeditas, & bo. mem. Jacobo S. R. E. Cardinali Sabello, dum vixit, Archiepiſcopo Beneventano inſcriptas cum per alias ſuas literas quond. Paulum Odeſcalcum, dum etiam vixit Notarium, & utriuſque Signaturæ Referendarium, & in Regno Neapolitano Nuncium ſuum in Civitate noſtra, tunc ſua Beneventana, ejuſque Districtu, necnon quorumcumque Magiſtratuum,

Digitized by Google

tuum, Locumtenentium, & aliorum Officialium, & Juſtitiæ Miniſtrorum, ſimulque Civium, & Incolarum in illis tunc, & pro tempore exiſtentium in temporalibus Superintendentem Generalem auctoritate Apoſtolica ad beneplacitum ſuum fecisſet, conſtituisſet, & deputasſet, dans eidem plenam, & liberam poteſtatem, & facultatem quaſcumque cauſas civiles, criminales, & mixtas ratione ſuperintendentiæ hujuſmodi ad illum expectantes, ac inter, & contra quoslibet ex ſupradictis pro tempore motas per ſe ipſum, vel alium ab ipſo deputandum audiendi, cognoſcendi, & ſine debito, prout juris fuisſet, ſummarie, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura Judicii terminandi, & prout latius in eisdem literis ſub Datum ſub Annulo Piſcatoris die 19. Junii 1560. Pontificatus ſui anno Primo plenius continebatur; Et deinde, ſicut acceperat, quod omnium, & quarumcumque cauſarum tam civilium, quam criminalium, & mixtarum coram Gubernatore, ſeu Locumtenente, ac Vicario Curiæ temporalis, & aliis Magiſtratibus, Judicibus, & Officialibus quibuſcumque dictæ Civitatis pro tempore motarum, & vertentium in ſecunda inſtantia per appellationem ad eumdem Jacobum Cardinalem, qui Eccleſiæ Beneventanæ ex diſpoſitione Apoſtolica præerat, ſeu ad Officialem, & ad Vicarium ſuum Generalem, ea antiqua approbata conſuetudine ſub privilegiorum deſuper conceſſorum vigore, aut alias quomodolibet omnimoda juriſdictio, & cognitio ſpectabat, & pertinebat declaravit, & per eaſdem literas atteſtatus fuit ſuæ intentionis non fuiſſe, nec eſſe præſcriptum Paulum Nuncium, & Superintendentem ſuum præſcriptos Jacobum Cardinalem, & Archiepiſcopum, ac Officialem, ſeu Vicarium ſuum, vigore ſibi attributæ, & conceſſæ juriſdictionis, & commiſſionis moleſtare, inquietare, ac perturbare quomodolibet potuiſſe, ſeu poſſe, nullumque per literas ſuas præſcriptas juriſdictioni, & cognitioni eidem Jacobo Cardinali, & Archiepiſcopo, ut præcipitur ſpectan., & pertinen. factum fuiſſe, ac in futurum fieri poſſe, vel debere præjudicium, quominus illam exercere poſſet, eiſdem modo, & forma quibus ante datam dictarum literarum idem Jacobus Cardinalis, & Archiepiſcopus, aut ejus Vicarius exercere conſueverant, ac præſcriptis Jacobo Cardinali, & Archiepiſcopo, Vicarioque facultatem, & auctoritatem tam eidem Nuncio, quam aliis quibuſcumque quatenus, & quibus opus fuiſſet, ſicut ante exercere conſueverat, inhibendi, nec in futurum in cauſis coram eodem Jacobo Cardinali, & Archiepiſcopo, ſeu ejus Vicario Generali, tam in prima, quam in ſecunda inſtantia ratione devolutionis, ut ſupra, ſpectantibus, & pertinentibus quovis modo, & quæſito colore ſe intromittere, ſub pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis, & aliis pœnis quoad ipſum Nuncium arbitrio ejuſdem Pii Prædeceſſoris, quo vero ad alias arbitrio ejuſdem Jacobi Cardinalis, & Archiepiſcopi, vel ejuſdem Vicarii ſui imponendis, auctoritate præſcripta conceſſit, & imperiitus fuit, prout idem Pius Prædeceſſor eidem Nuncio, & aliis præſcriptis inhibuit ſub iiſdem pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis incurrendis, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigiſſet attentari decrevit, & alias prout in eorumdem Innocentii, Pauli, & Pii Prædeceſſorum noſtrorum literis reſpective expeditis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, fuſius continetur.

Confirmatio prædictarum Innoc., Pauli, & Pii literarum motu proprio facta, cum Statuto ut illæ perpetuis futuris temporibus obſerventur.

§.5. Nunc autem Nos, qui ante noſtram ad ſupremum Apoſtolatus apicem aſſumptionem triginta octo annorum, & aliquorum menſium ſpatio, quo antedictæ Metropolitanæ Eccleſiæ Beneventanæ præfuimus, hujuſmodi conſuetudinem in viridi obſervantia fuiſſe, & eſſe comperimus, & experti ſumus, pro debito Paſtoralis Officii præfatas literas etiam imposterum obſervari volentes; Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, eaſdem literas dictorum Innocentii, Pauli, & Pii Prædeceſſorum, omnes, & ſingulas, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, & expreſſis harum ſerie approbamus, & confirmamus, ac innovamus, illiſque omnibus, & ſingulis inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur, vim, & efficaciam adjungimus, eaque omnia in eis contenta, & expreſſa ſub iiſdem pœnis perpetuis futuris temporibus inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari præcipimus, & mandamus.

Clauſulæ.

§.6. Decernentes eaſdem præſentes, & præfatas Innocentii, Pauli, & Pii Prædeceſſorum Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet etiam cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis, aut alii etiam ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni in præmiſſis forſan jus, vel intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, & auditi, neque cauſæ, propter quas ipſæ præſentes emanarint, ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ fuerint, aut ex alia quacumque, quantumvis juridica, pia, legitima, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite: etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo umquam tempore de ſubreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali ac incogitato, inexcogitabilique defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare poſſe, ſed ipſas præſentes, & prædictas Innocentii, Pauli, & Pii Prædeceſſorum literas ſemper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere ac pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Beneventano, ejuſque Vicario in ſpiritualibus Generali in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apoſtolicæ Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quacumque, præeminentia, & poteſtate fungentes, & fun-

functuros ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.7. Non obſtantibus omnibus, & ſingulis illis, quæ in ſupradictis Innocentii, Pauli, & Pii Prædeceſſorum literis conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die VI. Septembris MDCCXXIV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XXVII.

Dat. 7. Sept. 1724. Ann. I

Decernitur Decanatum Sacri Cardinalium Collegii ad Epiſcopum Card. antiquiorem, licet abſentem, pertinere aliæque controverſiæ hac ſuper re de medio tolluntur.

Hac de re vid: Pauli IV Conſt: ed: 1555, Sept: 21: P: 1. quæ hic refertur. Hujus vero Conſt: ed: 1724, Aug: 17: P. 1. reſtituta fuit Card. Vic. Urbis Juriſdictio cumulativa in omnibus cauſis.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum DEI.

Ad perpet. rei memoriam.

Exordium.

ROmani Pontificis circumſpecta vigilantia ea, quæ certis etiam, & rationabilibus ex cauſis a Prædeceſſoribus ſuis olim provide ſancita fuerunt, ubi diſsidiis, & contentionibus, præſertim inter eos, qui ſublimi Cardinalatus dignitate in Sancta Dei Eccleſia præfulgent, aliuſque inſuper gravioribus malis occaſionem tribuere dignoſcuntur, ipſa rerum experientia ſuadente, nonnunquam moderatur, ac immutat, & ad æquitatis, ac juſtitiæ normam redigit, ut ſublatis e medio litium, malorumque ſeminibus, fraterna charitas, atque concordia, quam inter eoſdem Cardinales maxime vigere decet, inviolata ſervetur, & publico ſimul bono conſultum ſit; Eumque in finem Apoſtolicæ auctoritatis, & providentiæ partes libenter interponit, prout matura deliberatione præhabita in Domino conſpicit ſalubriter expedire.

Refertur Conſtit. quædam Pauli IV qua ſancitur Decanatum Collegii Cardinalium ad Epiſcopum Cardin. antiquiorem in Curia præſentem, aut ex cauſa publica abſentem, pertinere,

§.1. Dudum ſiquidem a fel. rec. Paulo Papa IV. Prædeceſſore noſtro emanavit conſtitutio tenoris ſequentis, videlicet = Paulus Epiſcopus Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam = Cum Ven. Fratres noſtros S. R. E. Cardinales in partem ſolicitudinis vocentur, ut pro tempore exiſtenti Romano Pontifici aſsiſtant, ipſeque Romanus Pontifex eorum conſilio agenda diſponat, & iidem Cardinales ſint pars corporis, & membra ipſius Romani Pontificis, ac diverſis Almæ Urbis noſtræ Parochialibus Eccleſiis, pro eorum Cardinalatus titulo, ſeu denominatione præficiantur, & in eis Epiſcopalem Juriſdictionem habeant, & propterea in Romana Curia reſidere debeant, præſenteſque in dicta Curia magis digni, & privilegiati exiſtant, quam abſentes, & in optionibus titulorum, ac ſex Eccleſiarum Cathedralium, quibus Cardinales pro eorum Cardinalatus titulo præfici ſolent, abſentibus etiam ante eos in Cardinales aſſumptis præferantur, & ſi uni ex dictis Eccleſiis Cathedralibus præfecti fuerint, expoſt ſemper alios non Epiſcopos Cardinales in quibuſvis actibus, & ſeſsionibus præcedant; Nos ex præmiſsis, & diverſis aliis cauſis animum noſtrum moventibus, & inter cætera, ut eoſdem Cardinales abſentes ad reſidendum in Curia aliquibus uberioribus favoribus, & prærogativis alliceremus, Decanatu Collegii Cardinalium hujuſmodi, quem nos, dum in minoribus conſtituti eſſemus, obtinebamus, & ad quem propter noſtram continuam in eadem Curia reſidentiam ante alios Cardinales nobis in Cardinalatu antiquiores tunc ab ipſa Curia abſentes perveneramus, per noſtram ad Summi Apoſtolatus faſtigium aſſumptionem vacante, habita ſuper his cum Fratribus noſtris in Conſiſtorio noſtro ſecreto deliberatione matura, de eorum conſilio, & unanimi aſſenſu, Venerab. Fratrem noſtrum Joannem Epiſcopum Oſtien. S. R. Eccl. Cardinalem de Bellayo nuncupatum, de nobis, & Sede Apoſtolica optime meritum, Decanum Collegii hujuſmodi declaravimus, eumque ipſius Collegii Decanum vocavimus, & Decanatum ipſum ſibi conceſsimus, prout etiam per præſentes declaramus, vocamus, & concedimus. Et inſuper ne in poſterum Decanatus prædictus, illius occurrente vacatione, in aliquem Cardinalem ex voluntate ſua, & non ex cauſa publica abſentem, & propter abſentiam ſuam hujuſmodi quandoque de negotiis dictæ Sedis minus informatum, in injuriam aliorum Cardinalium tunc præſentium, & Romano Pontifici aſsiſtentium, ac propterea de negotiis prædictis melius informatorum deveniat, aut ſuper eodem Decanatu aliquæ controverſiæ, ſeu diſsenſiones inter ipſos Cardinales oriantur, providere volentes; motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſancimus, quod Decanatus hujuſmodi de cætero perpetuis futuris temporibus nonniſi ad Epiſcopum Cardinalem antiquiorem in Curia præſentem, aut ex cauſa publica abſentem, & extra Curiam per Romanum Pontificem deſtinatum, devenire poſsit. Et quod Epiſcopus Cardinalis antiquior in Curia præſens aut, ut præfertur, abſens, & extra Curiam deſtinatus, poſtquam Decanatus hujuſmodi ad eum devenerit, omnes alios Cardinales, etiam antiquiores, ſemper in quibuſvis ſeſsionibus, & aliis actibus publicis præcedat, nec per alios Epiſcopos Cardinales, etiam antiquiores, tunc abſentes, etiamſi poſtmodum incontinenti ad eamdem Curiam ſe conferant, & in ea continuo reſideant, ſuper ipſo Decanatu, aut illius ſeſsionibus, vel aliis actibus, ſeu negotiis ad eum pertinentibus impediri, aut moleſtari valeat. Decernentes ſic, & non aliter in præmiſsis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Iudices, & Commiſsarios quavis, etiam Apoſtolica auctoritate fungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac eorumdem Cardinalium Collegium in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, Non obſtan-

ſtantibus Conſtitutionibus, ac Ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtylo Conſiſtorii noſtri, necnon ipſius Collegii, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate, alia roboratis ſtatutis, & Conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. Si quis &c. Datum Romæ apud S.Marcum an. Incarnationis Dom.MDLV. Undecimo Kal. Sept., Pontificat. noſtri anno Primo.

Sed poſtea ſub Clem.XI. quum idem Decanatus vacaret, dubitatum fuit, præd.Conſtitutio ſervanda eſſet nec ne.

§.2. Poſtmodum, anno ſcilicet 1719., occaſione obitus bo.mem. Nicolai S.R.E. Cardinalis Acciajoli Epiſcopi, dum viveret, Oſtienſis, & Veliternenſis, Sacrique Venerabilium Fratrum noſtrorum ejuſdem S.R.E. Cardinalium Collegii Decani dubitatio emerſit, an prædicta Conſtitutione adverſus Cardinales a Curia Romana abſentes lata comprehenderentur, vel potius excluderentur Cardinales promotione antiquiores, qui eveniente Decanatus ejuſdem Sacri Collegii vacatione a præfata Curia quidem abeſſent, ſed apud illas Metropolitanas, ſeu Cathedrales Eccleſias reſiderent, quibus eos una cum aliqua ex iis Cathedralibus Eccleſiis Suburbicariis, quæ ipſis Cardinalibus antiquioribus pro ſuis titulis, ſeu denominationibus aſsignari ſolent, præeſse contingeret. Cumque ejuſmodi dubitatio nullis antea S.Sedis deficientibus diſcuſsa, ac dirempta eſse videretur, rec.mem. Clemens Papa XI. Prædeceſsor itidem noſter eam expendendam, librandamque committere decreverat, ſive Dilectis Filiis Rotæ Romanæ Auditoribus, ſive aliis ejuſdem Curiæ Præſulibus integritate, doctrinaque præſtantibus quorum audita ſententia id, quod rationi, & æquitati conſentaneum illi viſum fuiſſet, ſtatuere poſſet. Verum dum in ea deliberatione verſaretur, Nos, quos potiſſimum, tamquam eo tempore Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem Epiſcopum Portuenſem, & Archiepiſcopum Beneventanum, cæteriſque Collegis promotione priores (memorata Pauli IV. Conſtitutione ſepoſita) tam ad Decanatus dignitatem, quam ad præfatas Oſtienſem, & Veliternenſem Eccleſias, antiquitatis jura vocabant, animo reputantes rem hanc abſque aliqua contentione tranſigi minime poſſe, probeque memores verborum Apoſtoli Timotheum ſuum admonentis = *Servum Dei non oportet litigare* = firmiter conſtituimus ſuper iſtiuſmodi negotio a quavis concertatione, ſeu litis ſpecie prorſus abſtinere; adeoque datis primum ad eumdem Prædeceſſorem noſtrum literis ex ſuburbano ſeceſſu S. Paſtoris, & mox etiam apertis verbis illi coram explicavimus, atque obteſtati fuimus, ut quacumque noſtri ratione poſthabita, dignitatem Decanatus Cardinali Epiſcopo ex reſidentibus in Romana Curia antiquiori deferre vellet, eidemque Eccleſiarum Oſtienſis, & Veliternenſis Optionem permitteret, ea tamen adjecta declaratione, ut ſimili in poſterum occurrente Decanatus vacatione, ſalva, & illæſa remanerent jura Cardinalium Epiſcoporum, qui Cardinalatu quidem eſſent antiquiores, ſed extra Romanam Curiam in propriis ſuis Epiſcopatibus tunc reſiderent. Attenta itaque hujuſmodi noſtra obteſtatione, atque ceſsione, vacans Sacri Collegii Decanatus una cum Oſtienſi, & Veliternenſi Eccleſiis a memorato Pontifice in Conſiſtorio ſecreto habito die 26. Aprilis 1719. bonæ mem. Fulvio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali Aſtallio tunc Epiſcopo Sabinenſi, qui ex Epiſcopis Cardinalibus in Curia degentibus antiquior erat, cum ſpeciali tamen jurium quorumcumque tam Epiſcoporum Cardinalium extra Curiam apud priores ſuas Eccleſias reſidentium, quam aliorum Epiſcoporum Cardinalium in eadem Curia commorantium, præſervatione delatus fuit.

Verum nihil immutatum, ob ceſsionem ejuſdem Decanatus factâ ab hoc Pontifice, tunc Archiepiſcopo Beneventano, & Cardinale antiquiore, ſed a Romana Curia abſente.

Paulo verò poſt quum ſimilis controverſia, vacante denuo Decanatu, excitata fuit: eaque commiſſa cuidam Congregationi particulari ab ea ſequens judicium prolatû eſt, quod & ab eodem Clem.XI. approbatum.

§.3. Deinde vero cum præfatus Cardinalis Aſtallius Decanus, inſcrutabili Divinæ providentiæ diſpoſitione, ab hujuſmodi omnium opinione celerius deceſſiſſet, & alia non abſimilis controverſia inter Venerabiles Fratres Noſtros bonæ mem. Cardinalem Sebaſtianum Antonium Tanarium tunc Epiſcopum Tuſculanum, & Cardinalem Franciſcum Judicem, tunc pariter Epiſcopum Præneſtinum in Romana Curia præſentes (Nobis omnino ſilentibus, & a quacumque petitione prorſus abſtinentibus) excitata fuiſſet, memoratus Clemens Prædeceſſor ſeptem ejuſdem Curiæ Præſules doctrina, & integritate præſtantes deputavit, illiſque commiſit, ut probe, ac mature perpenſis rationum momentis, qui hinc inde afferri poterant, & de quibus eos plene inſtrui curavit, ſuum circa verum ſenſum antedictæ Conſtitutionis Pauli IV. judicium proferrent, quod poſtea in hunc, qui ſequitur, modum protulerunt = *Die 28. Februarii 1721. Habita fuit Congregatio Particularis in Manſionibus R.P.D. Auditoris Sanctiſſimi ſuper Cauſa Decanatus Sacri Collegii Cardinalium, cui interfuerunt RR.PP.DD. Petra, Maranſuſcbus Auditor Sanctiſſimi, Lancetta, Cerrens, Herrera, Auſidens, & Lambertinus ejuſdem Particularis Congregationis Secretarius: Omneſque unanimiter reſponderunt: Conſulendum eſſe Sanctiſſimo, quod declarare dignetur Decanatum Sacri Collegii Cardinalium deveniſſe vigore Bullæ quintæ ſan. mem. Pauli IV. ad Eminentiſſimum D. Card. Tanarium, uti Epiſcopum Cardinalem antiquiorem in Curia præſentem tempore vacationis dicti Decanatus ſequutæ per obitum Card. Fulvii Aſtallii, excluſis Epiſcopis Cardinalibus Antiquioribus extra Curiam tempore dictæ vacationis commorantibus, non ex publica cauſa, & deſtinatione Romani Pontificis, etiamſi reſiderent in Eccleſiis, quarum adminiſtrationem ex diſpenſatione Apoſtolica retinent, & ita ſervandum eſſe perpetuis futuris vacationibus. Quoad aliam vero controverſiam inter EE.DD. Cardinalem Tanarium antiquiorem in Epiſcopatu, & juniorem in Cardinalatu, & Cardinalem Judicem juniorem in Epiſcopatu, ſed antiquiorem in Cardinalatu, cauſa non fuit propoſita, attenta ceſſione ſuo juri facta ab eodem Cardinali Judice, Dominique unanimiter dixerunt conſulendum eſſe Sanctiſſimo, quod declarare dignetur ex hujuſmodi ceſſione nullum in futuris Decanatus vacationibus cenſeri irrogatum fuiſſe præjudicium Cardinalibus ſimilia jura foventibus. Factaque eadem die per me infraſcriptum Secretarium de præmiſſis Sanctiſſimo Domino Noſtro relatione, Sanctitas Sua Congregationis ſententiam quoad utramque partem benigne approbavit, & perpetuis futuris temporibus obſervari mandavit. Proſper de Lambertinis Secretarius* = Idem vero Clemens Prædeceſſor non modo antedictorum Præſulum votum, ſeu conſilium, ut præfertur, benigne probavit, perpetuiſque futuris temporibus obſervari mandavit, verum etiam illud in Conſiſtorio Secreto ſubinde, nempe die 3. Martii 1721., habito palam recitari, & inter Acta ejuſdem Conſiſtorii ad perpetuam rei me-

Digitized by Google

memoriam aſſervari, atque cuſtodiri præcepit.

Cauſæ præſentis Conſtitutionis.

§.4. Cum autem, ſecluſa Paulina Conſtitutione, maxime æquum, & rationi conſonum videatur, ut Cardinales Epiſcopi antiquiores præfati, quamvis tempore vacationis Decanatus Sacri Collegii a Romana Curia abſint, & apud priores ſibi commiſſas Eccleſias perſonaliter reſideant, ad eundem Decanatum aſſequendum admitti debeant: tum quia ipſi re vera a Curia non abſunt ex voluntate ſua, ſed ex formali neceſſitate, cum ex divinarum, canonicarumque Sanctionum, & Concilii potiſſimum Tridentini præſcripto, apud priores Eccleſias jugiter reſidere cogantur; quin etiam ab eis diſcedere abſque Sedis Apoſtolicæ licentia non poſſint, nec ab hoc apud ipſas reſidendi onere exempti ſint, quamvis io Urbe, vel in Eccleſiis ſuburbicariis, qui illis in titulum ſunt aſſignatæ, commorari vellent, quemadmodum expreſſe ſub graviſſimis pœnis cavetur peculiari Conſtitutione piæ mem. Urbani Papæ VIII. Prædeceſſoris pariter noſtri cujus tenor eſt, qui ſequitur, videlicet. Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Sancta Synodus Tridentina ſub recolendæ mem. Paulo Papa III. Prædeceſſore Noſtro, ad Diſciplinam Eccleſiaſticam reſtaurandam, provide ſtatuit, ut omnes quacumque Dignitate, gradu, & præeminentia fulgentes, Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Eccleſiis quibuſcumque quovis nomine, & titulo præfecti, apud eas perſonaliter reſidere deberent: alias, ſi per ſex menſes continuos abeſſent, amiſſionis quartæ partis fructuum unius anni pœnam ipſo jure incurrerent: quod ſi per alios ſex menſes in abſentiam perſeverarent, tunc aliam quartam fructuum hujuſmodi eo ipſo amitterent: creſcente vero contumacia Romanus Pontifex ſuprema ejus auctoritate in ipſos abſentes animadvertere, & Eccleſiis ipſis de Paſtoribus utilioribus providere poſſet. Deinde ſub fel. rec. Pio IV. etiam Prædeceſſore Noſtro, eadem Synodus declaravit omnes eiſdem Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Eccleſiis præfectos, etiam ſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales forent, obligari ad perſonalem reſidentiam in ſua Eccleſia, vel Diœceſi faciendam; nec abeſſe poſſe, niſi ob legitimas cauſas in ſcriptis approbandas. Et in eorumdem Concilii decretorum executionem idem Pius IV. Prædeceſſor per ſuas ſub plumbo ſub dat. VII. Kalend. Decembris MDLXIV. expeditas literas monuit eoſdem præfatis Eccleſiis præfectos, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ultra pœnas in eodem Concilio contentas, ſub privationis eorum a regimine, & adminiſtratione ipſarum Eccleſiarum, ac amiſſionis facultatum teſtandi, & diſponendi, aliiſque pœnis ſuo, & Romani Pontificis arbitrio imponendis, mandavit eiſdem, ut in Eccleſiis præfatis omnino perſonaliter reſidere deberent: Denique certior factus, quod multi eorumdem præfectorum erant inobedientes, Motu ſuo proprio commiſit Cameræ Apoſtolicæ Auditori Generali, ut contra illos uſque ad ſententiam procederet, & ſibi deinde referret, ad effectum in eos privationis, & depoſitionis ſententiam in ſuo Conſiſtorio ſecreto pronunciandi. Succeſſive alii etiam Romani Pontifices contra non reſidentes diverſa Edicta publicari fecerunt: ac piæ mem. Gregorius XIII. etiam Prædeceſſor Noſter per ſuum Decretum Conſiſtoriale declaravit, decreta ejuſdem Concilii de perſonali reſidentia in Eccleſiis prædictis facienda etiam in Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus locum habere, quocumque titulo illis præeſſent; itaut a reatu, & pœnis in dicto Concilio ſtatutis non excuſarentur, niſi abſentiæ cauſa in ſcriptis approbata foret; ſcientiaque, vel tolerantia non excuſaret eoſdem Cardinales, nec alios Epiſcopos. Similis quoque mem. Clemens Papa VIII. etiam Prædeceſſor Noſter per ſimile Conſiſtoriale Decretum pro obſervantia reſidentiæ perſonalis, ab eodem Concilio ordinatæ, addidit pœnam inhabilitatis ad majores dignitates, & Eccleſias obtinendas: prout in præfatis Concilii, ac Literis Apoſtolicis, Conſiſtorialibuſque Decretis latius continetur. Cumque etiam Nos Edicta contra non reſidentes ſæpius publicari fecerimus, & tamen præteritis menſibus aliqui, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Metropolitanis, ſeu Cathedralibus Eccleſiis ex conceſſione Apoſtolica præfecti, ſuæ obligationis ad perſonalem reſidentiam in eis faciendam immemores, in grave Animarum ſuarum detrimentum, ac ovium ſibi creditarum præjudicium, ab eiſdem Eccleſiis abeſſe continuarent, etiam ſub prætextu ſuorum titulorum Cardinalatus, præſertim Epiſcopalium, prope Urbem, ſeu in Urbis diſtrictu reſpective conſiſtentium, & quod in eadem Urbe in conſpectu, & præſentia noſtra moram traherent: Nos pro noſtro Paſtorali debito, nedum Animarum præfatarum, ſed etiam Eccleſiarum indemnitati providere volentes, in Conſiſtorio noſtro ſecreto declaravimus eoſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, qui aliis Eccleſiis Metropolitanis, & Cathedralibus præerant, & apud eas non reſederant, nec reſidebant, nec feciſſe, nec facere illarum fructus ſuos, etiam ſub prætextu, quod alicui ex dictis Eccleſiis Epiſcopalibus, quibus Cardinales in ordine priores præeſſe ſolent, præſideant, & ibi, vel in Urbe commorentur, aut cujuſvis tolerantiæ vel facultatis, propter quam per Breve ſpeciale noſtrum, vel Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, ſibi conceſſæ: Ideoque eoſdem Cardinales monuimus pro prima vice, ut ad reſidentiam hujuſmodi ſtatim ſe conferrent, ſub amiſſionis fructuum eo ipſo incurrendo, & aliis canonicis pœnis, animo etiam procedendi ad ulteriora, ſi non paruiſſent, & prout in Decreto noſtro Conſiſtoriali plenius habetur. Quia vero ab inde citra non omnes, prout tenebantur, noſtra mandata executi ſunt: Nos ut omnino debitum ſuum agnoſcant, & animabus ſubjectis, quantum Nobis ex Alto conceditur, magis conſultum ſit, ulterius providere volentes, Concilii Tridentini Decretis, & Literis Apoſtolicis, Motuique proprio, ac Conſiſtorialibus Decretis præfatis inhærentes, illorumque tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, pro plene inſertis, & expreſſis habentes, Motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque poteſtatis plenitudine, præfata Concilii Decreta, literaſque Apoſtolicas, ac primodictum Motum proprium, Decretaque Conſiſtorialia præfata, & in eis contenta quæcomque hac noſtra Conſtitutione perpetuo confirmamus, & approbamus, & quatenus foret opus, adverſus quemcumque prætenſum non uſum, vel contrarium uſum, innovamus, & pleniſſime reſtitui.

Refertur Conſtitutio Urbani VIII., qua ſub graviſſimis pœnis S. R. E. Cardinalibus reſidentia injungitur: nec illi ab hoc reſidendi onere eximuntur; quamvis in Urbe, vel in Eccleſiis ſuburbicariis, qui illis in titulum ſunt aſſignatæ, commorari vellent.

tuimus. Inſuperque omnes, & ſingulos, Eccleſiis Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, Archiepiſcopalibus, & Epiſcopalibus, quocumque nomine, ſeu titolo præfectos etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, a præfatis ſuis Eccleſiis abſentes, & in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, amiſſioniſque tam fructuum caruodem Eccleſiarum pro tempore, quo abſentia duraverit, quam facultatem teſtandi, & diſponendi de bonis ſuis, a Sede Apoſtolica ſibi alias conceſſarum eo ipſo abſque alia declaratione incurrendis, necnon privationis a regimine, & adminiſtratione ſuarum Eccleſiarum hujuſmodi, aliiſque pœnis noſtro, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, arbitrio infligendis, diſtricte præcipiendo monemus, ut omnibus poſtpoſitis, quanto citius, in Romaoa Curia videlicet moram trahentes intra unum, extra eam vero in Italia intra duos, extra vero Italiam exiſtentes iotra quatoor menſes a die publicationis præſentium in locis infraſcriptis faciendæ computandos, quos pro sribus canonicis monitionibus peremptoriiſque dilationibus, & terminis reſpective eis aſſignamus, & aſſignatos eſſe volumus, ſe itineri committere, & legitimis itineribus ad Eccleſias, ſeu Diœceſes ſuas proficiſci, & ſe perſonaliter conferre, ac ibidem, ut tenentur reſidere debeant. Eiſdemque præfectis, poſtquam perſonaliter ad reſidendum ſe contulerint, necnon quibuſcumque aliis apud ſuas Eccleſias quandocumque perſonaliter reſiientibus, ſub eiſdem pœnis, etiam eo ipſo reſpective incurrendis, injungimus, ne ab eorum Eccleſiis diſcedant, niſi prius obtenta noſtra, & Romani Pontificis pro tempore eaiſtentis, per Breve, ſeu literas miſſivas, licentia. Illos etiam, qui in poſterum per Nos, ſeu Romanos Pontifices Succeſſores Noſtros, alicui præfatarum Eccleſiarum Patriarchalium, Primatialium, Metropolitanarum, Archiepiſcopalium, & Epiſcopalium quovis nomine, vel titulo præfecti fuerint, etiamſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales quandocumque fuerint, vel ſint, ſub eiſdem pœnis, etiam eo ipſo reſpective incurrendis debeant, & quilibet ipſorum debeat intra præfatum tempus, a die eorum promotionis ad aliquam Eccleſiarum præfatarum inchoandum, quod eis pro tribus monitionibus, ut præfertur, ex nunc aſſignamus, pariter ſe itineri committere, & ad Eccleſias, ſive Diœceſes ſibi commiſſas, ac perſonaliter in eis reſidere inceperint, ab illis non diſcedere, niſi obtenta prius a Nobis, & Romano Pontifice pro tempore exiſtente, licentia præfata. A quarum pœnarum incurſu nolumus poſſe aliquem ſe excuſare prætextu, & ratione cujuſcumque ſervitii, quomodolibet poſiti, & præſtandi pro gerendis, & tractandis negotiis quorumcumque Principum, etiam Imperatoris, & Regum, aut Rerum publicarum, Regnorum, ac Provinciarum; nec ratione cujuſlibet juſſionis, vel mandati eorum, vel earum, quandocumque factis, vel faciendi; nec etiam ratione proſecutionis, ſeu defenſionis quarumcumque litium, ſeu controverſiarum etiam Eccleſiaſticarum; vel ineundi fœderis, aut cujuſcumque alterius negotii, etiam graviſſimi, & ſpeciali mentione digni, tractandi; vel diſtantiæ locorum, aut brevitatis temporis, ob quam non videatur expectanda Sedis Apoſtolicæ licentia præfata, antequam a ſuis Eccleſiis, & Diœceſibus diſcedant : aut ratione cujuſcumque alterius cauſæ, vel occaſionis, etiam publicæ, vel alias favorabilis, & æque piæ, etiam cujuſlibet utilitatis, ſive neceſſitatis Eccleſiarum, & perſonarum: præterquam perſonalis intereſſentiæ in Synodis provincialibus, vel Congregationibus, ſeu Aſſembleis generalibus, in quibus Eccleſiaſtici intervenire ſolent, vel ratione muneris, aut Reipublicæ Officii, Epiſcopatibus, vel Eccleſiis majoribus præfatis adjunctis, cujus ratione ad certum tempus occupari ſolent: & tunc pro tempore, quo illa Synodus, Congregationes, & Aſſembleæ, eaercitiumque muneris, ſeu Officii publici, ipſis Eccleſiis adjuncti, actu duraverint, quibus finitis, recto tramite ad Eccleſias præfatas, ſibi commiſſas, ſe conferre debeant. Nec etiam prædicta reſidentia, & pœnarum præfatarum incurſu volumus eacuſari Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales nunc, & pro tempore eaiſtentes alicui præfatarum Eccleſiarum præfectos, ſeu præficiendos, etiamſi, tamquam in ordine priores, aliquem ex dictis titulis Epiſcopalibus prope Urbem, vel in ejus diſtrictu conſiſtentibus, obtineant, & in poſterum obtinuerint, & in prædictis Epiſcopatibus titularibus Urbi proximis reſederint, vel in Romana Curia in ſuis titulis reſpective, etiam Nobis, ac Romanis Pontificibus Succeſſoribus Noſtris, ſcientibus, videntibus, & quomodolibet tolerantibus, moram traaerint; itaut nulla noſtra, ac Romanorum Pontificum Succeſſorum Noſtrorum conniventia, taciturnitate, & ad quarumcumque functionum, & actuum Pontificalium, etiam publicorum, & ſolemnium celebrationem, receptione, & admiſſione, unquam tueri ſe poſſint. Et pro præmiſſorum, & infraſcriptorum inviolabili obſervatione committimus, & mandamus dilecto filio Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori nunc, & pro tempore exiſtenti, quatenus contra omnes, & ſingulos prædictos, tam in Urbe, quam alibi, & ubique locorum, nunc, & pro tempore commorantes, & in ſuis Eccleſiis, ſeu Diœceſibus non reſidentes per affixionem ad valvas Baſilicæ Sancti Petri, ac in Acie Campi Floræ, & quoad præſentes in Romana Curia ad abundantiorem cautelam, etiam domi dimiſſa copia procedat: Et conſtito ſibi, quantum ſufficere videbitur, ſummarie ſimpliciter, & de plano, ſola veritate inſpecta, & manu Regia, de contraventione, & inobedientia præfatis, uſque ad ſententiam excluſive procedat, & deinde Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti referat, ut nos, ac Romanus Pontifex pro tempore exiſtens, in Conſiſtorio ad ſententiam declarationis incurſus pœnarum, ac reſpective privationis, ſeu depoſitionis, aliarumque punitionum præfatarum inobedientiam, valeamus, & ipſe Pontifex Romanus pro tempore exiſtens valeat procedere. Volumus tamen Epiſcopos, Archiepiſcopos, Metropolitanos, Primates, & Patriarchas etiam S.R.E. Cardinales, citra Montes, vel Mare exiſtentes per quatuor, alios vero ultra Montes, vel Mare degentes per ſeptem menſes continuos a reſidentia in præfatis Eccleſiis facienda, ad effectum viſitandi Limina Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli juata Sacros Canones, ac Apoſtolicas Conſtitutiones, pro qualibet viſitatione excuſari: ita tamen, ut tunc illis durantibus viſitationis hujuſmodi munus explere teneantur, nec ad alios actus ſe di-

ver-

vertant. Cardinalibus vero, ounc, & pro tempore exiſtentibus, qui in caſu vacationis Sedis Apoſtolicæ ad electionem Romani Pontificis faciendam accedere ſolent ad locum Conclavis ad hoc deſignati, concedimus licentiam diſcedendi ab Eccleſiis præfatis ſibi commiſſis, habita tamen prius certa notitia vacationis ipſius Sedis Apoſtolicæ, & extra reſidentiam in loco, in quo electionem hujuſmodi celebrari continget, commoraodi, & permanendi uſque ad peractam electionem, ac etiam poſtea per doos menſes, poſtquam Romanus Pootifex Coronationis ſuæ inſignia ſuſceperit: quo tempore elapſo præfati Cardinales, niſi illico, ut præfertur, ad Eccleſias præfatas, quibus præſidere eos contigerit, ſe contuleriot, ſubjaceant pœnis ſopradictis. Præſentes quoque literas &c. Sicque & oon aliter in præmiſſis &c. Non obſtantibus præmiſſis &c. Volumus etiam, quod ii, qui duabus, vel pluribus Eccleſiis præfatis ex earum unione, vel alias ex conceſſione, ſeu diſpenſatione Apoſtolica, quocumque nomine, vel titulo præfecti ſunt, vel pro tempore erunt, a reſidentia, & pœnis hujuſmodi excuſentur, dummodo in earum altera, in qua de jure reſidere debent, vere, & perſonaliter reſideant, exceptis tamen, ut præfertur, Eccleſiis Epiſcopalibus Urbi proximis, quibus Cardinales in ordine priores præeſſe ſolent: reſidentia enim, ſi quæ apud præfatas Eccleſias titulorum Cardinaliom fieret aliquam excuſationem eiſdem Cardinalibus, ut præfertur, oon præſtaret, quominus ipſi in alia, vel aliis Eccleſiis præfatis, quibus eos etiam pro tempore præfici contigerit, reſidere omnioo teneantur. Quodque, ut præſentes &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XII. Decemb. MDCXXXIV. Pontificatus Noſtri Anno XII.

Referuntur aliæ cauſæ hujus Conſtitutionis, etiam juxta Paulinam Conſtitutionem.

§.5. Tum etiam quia, ſi juxta Paulinam Conſtitutionem a Decanatu non repellitur Epiſcopus Cardinalis aotiquior ex cauſa publica abſens, & extra Curiam per Romanom Pontificem deſtinatus: ob eamdem quoque rationem repelli non debere videtur Epiſcopus Cardioalis antiquior, qui apod priorem Eccleſiam reſidet; Is enim vere a Romana Curia abeſſe dicitur ex cauſa publica, publicam ſcilicet particularis Eccleſiæ, cui præeſt, utilitatem, in qua publicum quoqoe univerſalis Eccleſiæ commodum continetur, reſpiciente. Præterea negari oon poteſt, quio ipſe extra Curiam per Romanum Pontificem fuerit deſtinatus, dum idem Romaous Pontifex non modo illi prioris Eccleſiæ regimen deſtinavit, ſed etiam, ot commiſſam ſibi Paſtoralis ſolicitudinis partem cumulatius expleret, eum ad jugiter reſidendum apud Eccleſiam ſibi deſtinatam, ſub graviſſimis in præioſerta potiſſimum Urbani Prædeceſſoris Conſtitutione ſancitis pœnis, compulit, & obſtrinxit. Accedit præmiſſis, quod ab ejoſmodi excluſione Epiſcoporum Cardinalium antiqoiorum extra Romanam Curiam in prioribus Eccleſiis reſidentiom maximum illud promanat abſurdum, quod alienæ mortis deteſtabile votom ingeritur; nam, ſicut accepimus, & Nobis etiam ipſis eveniſse non diffitemur, ſtatim ac Cardinalis Sacri Collegii Decanus gravi, & periculoſo morbo laborat, illico Epiſcopus Cardinalis antiquior abſens, qui ipſi in Decanato ſucceſſurus eſt, amicorum literis ad Urbem quantocius repetendum incitatur, ut tempore obitus ejuſdem Cardinalis Decani in Romana Curia præſens ſit; adeoque ad eum ex Paulinæ Conſtitutionis præſcripto Decanatus deferatur; Unde non ſine gravi bonorum offenſione, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ detrimento, io Urbe conſpicitur Epiſcopus Cardinalis antiquior, in Decanatu proxime ſucceſſurus, qui Cardinalis Decani ægrotantis mortem expectat, ut ad ipſum Dignitas vacatura deveniat: contra ſaluberrimum Lateraoenſis Concilii monitum relatum in cap.2. de conceſſione Præbendæ, cujus verba ſunt = *ne deſiderare quis mortem proximi videatur, in cujus locum, & Beneficium ſe crediderit ſucceſſurum. Cum enim in ipſis etiam legibus Gentilium inveniatur inhibitum, turpe eſt, & divini plenum animadverſione judicii, ſi locum in Eccleſia Dei futuræ ſucceſſionis expectatio habeat, quam ipſi etiam Gentiles condemnare curarunt.*

Decernitur ad quem Decanatus prædictus pertineat.

§.6. Nos itaque, qoi deinde prædictum Sacri Collegii Cardinalium Decanatum abſque ulla contentione obtinuimus ob illius vacationem retroactis menſibus ſecutam per obitum memorati Cardinalis Tanarii Decani, dom in Romana Curia præſentes eſſemus, & in Conclavi ubi, Divina ſic diſponente Clementia, ad ſummi Apoſtolatus faſtigium evecti fuimus, reperiremur: præmiſſis omoibus, quantum cum Domino poſſumos, occurrere, & obviare, ac alias deſuper opportune providere volentes: Motu proprio & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione Noſtris, deqoe Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, præfatis, aliiſqoe juſtis, & rationabilibus cauſis aoimum oostrum moventibus adducti, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſancimus, atque decernimus, quod Epiſcopus Cardinalis antiquior, qui una cum aliqua ex Cathedralibus Suburbicariis præfatis in Titolum Cardinalibus antiquioribus aſſignari ſolitis aliam retinebit Cathedralem, ſeu Metropolitanam Eccleſiam io adminiſtratiooem, dummodo tamen apud ipſam ſecundo dictam Eccleſiam perſonaliter reſideat tempore vacationis Decanatus ejuſdem Sacri Collegii, de cætero ad ipſum Decanatum admitti deoeat, & admittatur, perinde ac ſi occurrente illius vacatione in Romana Curia præſens fuiſſet, itant abſentia ab Urbe ad præmiſſum effectum ei nullatenus obeſſe poſſit: Quin etiam volumos, & declaramus ipſum Decanatum ad prædictum Epiſcopum Cardinalem antiquiorem abſentem, & apud priorem Eccleſiam, ut præfertur, actu reſideotem ipſo jure devenire debere eo prorſus modo, quo in Paulina Conſtitutione ad Epiſcopum Cardinalem antiquiorem in Curia præſentem, aut ex cauſa publica abſeotem, & extra Curiam per Romanum Pontificem deſtinatum devenire debere decernitur, ita quod inter eos nullum amplius diſcrimen, ſeu differentia conſtituatur; ac ita perpetuis futuris temporibus ſervari præcipimus, & mandamus.

Tollitur quædam controverſia ſuper aſſequutione ſæpedicti Decanatus.

§.7. Præterea expedire ceoſentes, ot e medio tollatur, ac penitus extinguatur alia pariter controverſia alias, ſicut præmittitur, excitata, & non definita, utrum ſcilicet in aſſecutione ſæpe memorati Decanatus Cardinalis antiquior in Epiſcopatu Soborbicario, & junior in Cardinalatu, præferendus ſit Cardinali juniori in Epiſcopatu, ſed antiqniori io Cardinalatu, vel e contra: Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, prælationem deberi Cardinali antiquiori in Epiſcopato, licet ſit junior in Cardioalatu, decernimus, & declaramos, ac ita deinceps in

occurrentibus Decanatus vacationibus perpetuo ſervari volumus, & mandamus.

Reſervatur Cardinali Decano optio Eccleſiarum Oſtienſis, & Veliternenſis.

§.8. Quoniam vero ab antiquo tempore, ac præſertim ab edita Paulina Conſtitutione uſque ad præſentem diem, Cardinalis Sacri Collegii Decanus Oſtienſis, & Veliternenſis Eccleſiarum invicem perpetuo canonice unitarum Epiſcopatum ſemper obtinuit, adeoque ſive ex præſumptacarum cum Decanatu unione, ſive alio titulo, ſpeciale jus ad ipſum favere videtur, in quo mentis, ac intentionis noſtræ oon eſt, ut eidem Cardinali Decano præjudicium aliquod inferatur: Contingere autem facile poteſt, quod Epiſcopus Cardinalis antiquior a Romana Curia abſens, & apud ſuam priorem Eccleſiam reſidens, ad qoem Decanatus ex præmiſſis in poſterum deveniet, ad Urbem celeriter accedere, & primo Conſiſtorio, in quo memoratum Oſtienſem, & Veliternenſem Epiſcopatum optare deberet, præſens intereſſe nequeat: Motu, & poteſtatis plenitudine paribus, optionem prædictarum Oſtieoſis, & Veliternenſis Eccleſiarum Cardinali, qui pro tempore fuerit ejuſdem Sacri Collegii Decanus, ſpecialiter reſervamus, ac reſervatam eſſe volumus, & declaramus, itaut earumdem Eccleſiarum Epiſcopatum nemo alius optare unquam poſſit, ſed ad Cardinalem Decanum prædictum privative quoad alios quoſcumque perpetuis futuris temporibus ejuſmodi optio pertineat, ae pertinere debeat. Volumus tamen, atque decernimus, quod idem Epiſcopus Cardinalis antiquior a Curia abſens, & apud priorem Eccleſiam, ut præfertur, reſidens, poſtquam ad eum Sacri Collegii Decanatus devenerit, quantocitius poterit, ad Urbem ſe conferre, Summoque Pontifici in Conſiſtorio, ut moris eſt, pro optione earumdem Oſtienſis, & Veliternenſis Eccleſiarum ſupplieare teneatur, Quod ſi notoria ægritudine fuerit impeditus, vel ob aliam juſtam, aut gravem cauſam a Romano Pontifice pro tempore exiſtente probandam ad Urbem venire nequiverit: Motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine paribus, eidem Cardinali Decano, ut in prænarratis caſibus per ſuom legitimum Procuratorem antedictas Oſtienſem, & Veliternenſem Eccleſias optare, & vigore optionis hujuſmodi eas aſſequi libere, & licite poſſit, & valeat, non ſecus, ac ſi ipſe præſens perſonaliter illas optaſſet, licentiam, & facultatem in Domino concedimus, & impertimur.

Clauſulæ peculiares.

§.9. Decernentes præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod ſupradicti, & alii quicumque in præmiſſis jus, vel intereſſe habentes, aut habere prætendentes illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, ac auditi, & cauſæ, propter quas præſentes emanarunt, verifieatæ, ſeu alias ſufficienter, aut etiam in aliquo juſtificatæ non fuerint, ſeu aliis quibuſvis de cauſis, quantumvis urgentibus, ullo unquam tempore a quoquam de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quolibet, quantumvis magno, formali, & ſubſtantiali defectu notari, impognari, retardari, invalidari, aut ex quovis quæſito prætextu, vel colore, in controverſiam vocari, ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut quempiam impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, uti nullatenus poſſe, nec ſub quibuslibet ſimilium, vel diſſimilium Conſtitutionum, ſive diſpoſitionum, etiam Motu, ſeientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus etiam conſiſtorialiter, aut alias quomodolibet per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores, & Succeſſores noſtros, ac etiam per Nos factarum, & faciendarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi, ſed eaſdem præſentes literas ſemper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, ac obtinere, necnon prædictis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus a Romana Curia abſentibus, & apud ſuas priores Eccleſias, ut præfertur, actu reſidentibus pleniſſime ſuffragari. Ab omnibus vero aliis, ad quos ſpectant, & pro tempore quandocomque ſpectabunt, inviolabiliter, & inconcuſte obſervari debere: ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Cardinales, etiam de Latere Legatos, necnon quaſcumque eorumdem Cardinalium Congregationes, & quoſvis alios qualibet auctoritate, præeminentia, & poteſtate fungentes, & quandocumque functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatoriæ.

§.10. Non obſtantibus præinſerta Conſtitutione Paoli Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri, & præinſerto ſimiliter conſilio, ſeu voto Coogregationis ſeptem Præſulum a fel: recor: Clemente XI. Prædeceſſore etiam noſtro deputatorum, ab eo, ut præfertur, ſpecialiter approbato, necnon Decretis Conſiſtorialibus ſim. mem. Pauli III., & Sancti Pii V. Romanorum Pontificum pariter Prædeceſſorum noſtrorum, & Conſtitutione ſim. me. Innoceotii Papæ X. Prædeceſſoris itidem noſtri ſuper reſidentia ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium apud Sedem Apoſtolicam, & quibuſvis noſtris, & Caocellariæ Apoſtolicæ regulis, & ſignanter illa de jure quæſito non tollendo, & alia, quod Cardinales in Conſtitutionibus, & regulis per nos edendis non comprehendantur, niſi illæ eorumdem Cardinalium favorem concernant, vel de ipſorum, ſeu majoris partis eorum conſilio editæ fuerint, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, etiam Conſiſtorialibus, & aliis Decretis Conſiſtorialibus quibuſcumque, necnon dicti Sac. Collegii, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis Decretis, ſtatutis, uſibus, ſtylis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, & indultis, ac literis Apoſtolicis quibuſcumque ſub quibuſvis tenoribus, & formis, & cum quibuſcumque, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis Decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, & conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmiſſurum conceſsis, editis, confirmatis, & approbatis, ac ploties, & quantiſeumqe vicibus innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatio-

gatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quælibet alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, cauſas, & occaſiones præſentibus pro plene, & ſufficienter, ac exactiſſime expreſſis, inſertis, ſervatis, & ſpecificatis reſpective habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſe, ac pleniſſime, & ampliſſime derogamus, & derogatum eſſe volumus, & mandamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Aliæ clauſulæ

§.11. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud habeatur quæ haberetur præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc noſtrarum voluntatis, declarationis, extentionis, reformationis, moderationis, conceſſionis, præcepti, ſanctionis, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXIV. VII. Idus Septembris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

XXIX.

Dat. 23. Sept. 1724. An. I.

Confirmantur Privilegia ab Urbano VIII. Ordini S. Joannis Dei tradita, & nova conceduntur.

Hac de re vid: Conſt: huic traditam. De confirmatione vero confirmatoriarum Urb: VII. & Alex: VII. ſuper exemptione Hoſpitalium Ord. S. Joannis Dei ab Ordinariorum juriſdict. pro Congregatione Hiſpanica, vid: Innoc: XIII. Conſt: ed: 1721., Jul: 8. P. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

INjuncti Nobis Apoſtolici muneris ratio poſtulat, ut ea, quæ ad favorem Chriſtifidelium, qui regularem vitam profitentur, & præſertim ægrotis, & miſerabilibus perſonis in eorum Hoſpitalibus cum aſſidua charitate inſerviunt, ex provida Sedis Apoſtolicæ benignitate provenerunt, quo ſolidius perennet, Apoſtolici muneris præſidio roboremus. Dudum ſiquidem fel. rec. Urbanus VIII. Prædeceſſor noſter omnia, & ſingula privilegia, immunitates, gratias, Indulgentias Ordini Sancti Joannis Dei conceſſa, una cum elargitione, & cum communicatione quarumcumque prærogativarum, & indultorum Ordinibus Mendicantium, & ſignanter Congregationi Clericorum Regularium Miniſtrantium infirmis, eorumque locis, & perſonis conceſſorum, & concedendorum approbavit, per quaſdam ſuas deſuper in ſimili forma Brevis expeditas literas, tenoris qui ſequitur, videlicet = Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Sacroſancti Apoſtolatus Officium, quod humilitatem noſtram, nullo licet meritorum ſuffragio gerere voluit Altiſſimus, jugiter poſtulat, ut paternam Sacrarum Religionum, atque Congregationum uberes, & ſuaves in militanti Eccleſia fructus aſſidue præſtantium curam gerentes, privilegia, gratias, & indulta illis a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris conceſſa, non ſolum approbemus, verum alia eis concedamus, prout rerum, & temporum qualitatibus debite penſatis conſpicimus ſalubriter expedire.

Conſt. Urbani VIII. de Conceſſione Privilegiorum dicto Ordini.

Hinc eſt, quod Nos dilectos filios Fratres Congregationis Joannis Dei ſub Regula Sancti Auguſtini, qui, ſicut accepimus, ab ipſo Congregationis prædictæ initio multiplicia, atque inſignia pietatis, & Chriſtianæ charitatis opera erga pauperes, & infirmos in eorum Hoſpitalibus degentes magno cum Reipublicæ Chriſtianæ ſpirituali commodo, & utilitate exercuerunt, & in dies exercere non deſinunt, ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis per dilectum filium Gaſparem Diaz Campomanes, iſtius Congregationis in Regnis Hiſpaniarum Procuratorem Generalem, ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnia, & ſingula privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogativas, favores, conſervationes, declarationes, facultates, diſpenſationes, gratias, conceſſiones, indulgentias, & indulta ſpiritualia, & temporalia etiam per modum communicationis, & extentionis, ſeu alias per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Apoſtolicam Sedem ſub quacumque verborum forma, & expreſſione in genere, & in ſpecie quomodolibet conceſſa, ac pluries confirmata cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, decretis, & declarationibus, ac ſingulas literas, tam ſub plumbo, quam in forma Brevis, aut alias deſuper confectas, quatenus tamen ſint in uſu, & non ſint revocata, ſeu ſub aliquibus revocationibus comprehenſa, ac Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non adverſentur, tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, ac illis perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos, tam juris, quam facti, & quoſvis alios quantumvis ſubſtantiales defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus. Et inſuper ut Fratres Congregationis hujuſmodi tanto ferventius divinis beneplacitis, piorumque operum hujuſmodi exercitio inſiſtant, quanto majoribus ſe viderint ſpiritualibus gratiis fore munitos, & ſingula privilegia, prærogativas, conceſſiones, favores, facultates, declarationes, conſervationes, immunitates, exemptiones, libertates, cæteraſque gratias, præeminentias, & indulta cujuſvis generis exiſtentia ſpiritualia, & temporalia qualiacumque illa ſint, quæ pariter ſint in uſu, & non ſint revocata,

vel ſub aliquibus revocationibus comprehenſa neque Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, aut Apoſtolicis Conſtitutionibus adverſentur, ut præfertur, Ordinibus Mendicantium, ac Congregationi Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis, eorumque Conventibus, & aliis locis regularibus, necnon Eccleſiaſticis, & dilectis filiis Ordinum, & Congregationum hujuſmodi Generalibus, Præſidentibus, & quibuſvis aliis Superioribus, Prælatis, & Capitulis, etiam Generalibus, Provincialibus, ſeu intermediis, eorumque Diffinitoribus, Prioribus, Novitiis, Fratribus, Converſis, Donatis, ac quibuſvis eorum Regularibus perſonis tam in Urbe, quam etiam in quibuſvis Mundi partibus exiſtentibus, & illorum intuitu, aut alias quomodolibet per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ſeu per Nos, & Succeſſores noſtros; aut alios auctoritatem habentes conceſſa ſunt, & concedentur, ac quibus de jure, uſu, conſuetudine, vel privilegio, ſeu conceſſione Apoſtolica in genere, vel in ſpecie, ac tam conjunctim, quam diviſim, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum ad dictam Congregationem Joannis Dei, & ſingula illius Monaſteria, Domos, Hoſpitalia, & alia loca regularia, illorumque Superiores, Prælatos, & quaſcumque regulares perſonas auctoritate, & tenore prædictis etiam perpetuo extendimus, illaque eis communicamus, & de novo concedimus, ac ſuffragari volumus. Quocirca Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis quibuſcumque, necnon dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, quatenus quilibet eorum quandocumque per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Generalis, & Fratrum Congregationis Joannis Dei prædictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem plenum eorum effectum ſortiri, illiſque omnes quos concernunt pacifice frui, & gaudere.

Clauſulæ ampliſſimæ cum derogatoriis.

§.1. Non permittentes quemquam deſuper contra præſentium tenorem ſub quovis prætextu, & cauſa, etiam defectu intentionis noſtræ per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari, quinimo quidquam in contrarium attentari, vel fieri contingeret, omnino ſemper in perpetuum reponi, contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per quaſcumque, de quibus eis videbitur, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, & alia opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentiom in judicium non trahatur, aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Ordinum, & Congregationum hujuſmodi ſtatutis, & conſuetudinibus etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis quomodolibet etiam pluries conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, etiam quod in eis caveatur expreſſe, quod illis nullatenus, aut nonniſi ſub certis modo, & forma derogari poſſit, tenores, hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Verum quia difficile foret præſentes literas ubicumque opus eſſet deferri, volumus & pariter auctoritate Apoſtolica decernimus, quod illarum tranſumptis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 20. Junii 1624. Pontificatus noſtri Anno Primo.

Preces Prioris Generalis pro confirmatione.

§.2. Cum autem ſicut pro parte dilecti filii moderni Prioris Generalis dicti Ordinis Nobis nuper expoſitum fuit, ipſe præmiſſa quo firmius ſubſiſtant, & ſerventur exactius Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimum deſideret: Nos ſpecialem ipſi Priori Generali gratiam facere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium tantum conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnia, & ſingula privilegia, immunitates, gratias, & indulta prædicto Ordini, a memorato Urbano Prædeceſſore conceſſa, ut præfertur, emanataſque deſuper ipſius Urbani Prædeceſſoris literas præinſertas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium pariter approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus.

Confirmatio relatæ Conſtitutionis.

Clauſulæ.

§.3. Decernentes pariter eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, &

Dc-

Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ocenon omnibus, & ſingulis illis, quæ memoratus Urbanus Prædeceſſor in ſuis literis præinſertis conceſſit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIII. Septembris MDCCXXIV. Pontificatus noſtri Anno Primo.

XXX.

Dat. 18. Sept. 1724. anno 1.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum circa translationem corporis Ven. Ferdinandi a S. Joſepho Ordinis Eremitarum S. Auguſtini ad Eccleſiam quandam ejusdem Ordinis.

Hujus Conſt. ed. 1728. Oct. 23. P. 5. confirmatur judicium Epiſcopale Ticini habitum de corpore Sancti Auguſtini. Et Clem. XI. Conſt. ed. 1701. Januar. 29. P. 1. Confirmatur Decret. Congr. Rituum de facultate Eremitis Auguſtinianis Prov. Franciæ facta canendi Horas canonicas cum cantu Gregoriano.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Decretum Congregationis.

NUper ad ſupplicationem dilecti filii moderni Prioris Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini emanavit a Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus præpoſitorum Decretum tenoris, qui ſequitur, videlicet: Japonen., ſeu Makaen. Beatificationis, & Canonizationis, ſeu declarationis Martyrii Servi Dei Ferdinandi a Sancto Joſepho Sacerdotis Ordinis Eremitarum S. Auguſtini = Cum Patri Generali Ordinis Eremitarum S. Auguſtini innotuerit, quod literæ a Sac. Rituum Congregatione die 13. Septembris 1692. conceſſæ, & Epiſcopo Makaenſi directæ ad effectum, ut auctoritate Sacræ Congregationis Corpus Servi Dei Ferdinandi a Sancto Joſepho prædicti in Japponia Anno 1617. in odium Fidei, ut aſſeritur interfecti, & illinc ad Regnum de Makaſear, deindeque ad Civitatem Makaenſem translatum a Catharina de Noronha vidua relicta q. Franciſci Viera retentum Patribus ejusdem Ordinis conſignaretur, ob Navium deprædationem, aliaque varia infortunia ad Civitatem Makaenſem minime pervenerunt: Cumque modo poſt tam longum tempus dicta Catharina de Noronha ab humanis deceſſiſſe aſſertum fuerit, & Corpus præfati Servi Dei retineatur a Maria de Noronha illius Sorore in Civitate Maka prius commorante, quæ poſtmodum una cum proprio filio Antonio de Leguiera Noronha ad Civitatem Goanam ſe tranſtulit, ſecum etiam aſportaſſe Corpus dicti Servi Dei. Propterea Sacræ Rituum Congregationi modo ſupplicatum fuit, quatenus injungere dignaretur Rmo Archiepiſcopo Goano, ut auctoritate ipſius Sacræ Congregationis idem Corpus a Domo Mariæ de Noronha, ſive in caſu illius mortis a quocumque alio loco, ubi quomodolibet repertum fuerit, amoveatur, & ad Eccleſiam PP. Ordinis Eremitarum S. Auguſtini ſub titulo noſtræ Dominæ vulgo de Gratia Civitatis Goanæ transferatur ad effectum illud tumulandi, & ſervandi abſque ulla veneratione uſque ad declarationem Martyrii dicti Servi Dei; Eadem Sacra Congregatio pro èxecutione Decretorum SSmæ Inquiſitionis ſub die 13. Martii, & 12. Octobris 1625., ac 5. Julii 1634. ſuper non cultu ab Urbano PP. VIII. edit., & in parvo volumine impreſſorum, cenſuit committi dicto Reverendiſſimo Archiepiſcopo, ut verificata coram ipſo identitate dicti Corporis, adhibitaque omni majori circumſpectione, & cautela in hujuſmodi Decreti executione, ne ulla controverſia, aut ſcandalum oriri poſſit, illud conſignari faciat prædictis Patribus ad effectum tumulandi in dicta eorum Eccleſia, dictaque translatio, ac tumulatio præſente Vicario Generali ejusdem Archiepiſcopi, vel alia perſona in Eccleſiaſtica dignitate conſtituta, eidem beneviſa, ſecreto fiat, ſervatis in reliquis dictis Decretis Sa. me. Urbani PP. VIII. ſuper non cultu editis ne unquam de illorum contraventione dubitari contingat, & adimpletis aliis latius injungendis, & exprimendis in literis expediendis, eidemque Rmo Archiepiſcopo dirigendis. Die 26. Auguſti 1724. F. Cardinalis Paulutius Præfectus N. M. Tedeſchi Archiepiſcopus Apamenus Sac. Rit. Congregationis Secretarius.

Preces Prioris Generalis pro confirmatione.

§.1. Cum autem, ſicut pro parte dicti Prioris Generalis Nobis ſubinde expoſitum fuit ipſe Decretum hujuſmodi pro firmiori illius ſubſiſtentia Apoſtolicæ Confirmationis noſtræ robore communiri ſummopere deſideret: Nos ipſum Priorem Generalem ſpecialis favore gratiæ proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis memoratæ Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti

Clauſulæ.

§.2. Decernentes ipſas præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari; Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XVIII. Septembris MDCCXXIV. Pontificatus noſtri Anno Primo.

Con-

XXXI.

Dat. 13 Sept. 1724. Anno 1.

Confirmatur Conſtitotio Innoc. XIII. ſuper Eccleſiaſtica diſciplina in Regnis Hiſpaniarum.

Dicta Conſtitutio hic inſerta edita eſt 1723. Maij 13 P. 2. Et Innoc. XII. Conſt. ed. 1697. Auguſt. 4. P. 8. confirmata fuit Congregatio ſuper diſciplina Regulari.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

IN Supremo Militantis Eccleſiæ Solio per ineffabilem Divinæ Sapientiæ, atqoe bonitatis abundantiam, nullo licet meritorum noſtrorum ſuffragio conſtituti, ea, quæ a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris ad Eccleſiaſticam diſciplinam ſartam, tectamque tuendam, & ubi collapſa eſt inſtaurandam provide diſpoſita eſſe noſcuntur, Apoſtolici muniminis noſtri patrocinio libenter conſtabilimus, noviſque præſidiis, ut exactius ſerventur, corroboramus, ſicut ad Omnipotentis Dei gloriam, Eccleſiæ decus, ſpecialemque Chriſtifidelium ædificationem expedire in Domino arbitramur. Alias ſiquidem emanarunt a fel. rec. PP. Innocentio XIII. Prædeceſſore Noſtro literæ tenoris, qui ſequitur, videlicet:

Conſtitutio prædicta.

§. 1. Innocentius Papa XIII. = Ad perpetuam rei memoriam = Apoſtolici Miniſterii, quod Nobis, licet immerentibus, impoſuit Superni diſpoſitio Conſilii, ratio præcipue exigit, ut Eccleſiaſticæ diſciplinæ in iis, qui in ſortem Domini vocati ſunt, aut ſervandæ, aut ubi opus fuerit reſtaurandæ, juxta ſacrorum Canonum inſtituta, & Sanctiſſimas Eccleſiæ leges, & ordinationes omni ſtudio advigilemus; poſt enim primi Parentis lapſum ſemper ad inferiora nos deprimit humanæ mortalitatis infirmitas; & carnis fragilitate obſervantiæ rigor paulatim relaxatur; unde, & de mundano pulvere religioſa etiam corda ſordeſcere, & in ipſo Agro Domini ſpinas, ac tribulos identidem germinare quotidiana experientia edocemur: quod ſi noxia inde evellantur, & utilia plantentur, dubitandum non eſt, quin uberior, benedicente Domino, electi Sanctorum operum frumenti mellis exurgat, omniſque Populus in via Domini, prælucente Clero, feliciter progrediatur. Com itaque Dilectus Filius Noſter Ludovicus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Belluga, & Moncada nuncupatus, Eccleſiæ Carthaginen. ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica Præſul, in ipſis Pontificatus Noſtri primordiis, Nobis expoſuiſſet nonnulla Eccleſiaſticæ diſciplinæ rationibus, ac ſaluberrimis Sacri Œcumenici Concilii Tridentini Decretis haudquaquam conſentanea ſenſim in diverſis Inclytæ Nationis Hiſpanicæ locis obrepſiſſe, iiſque ut opportunum remedium adhiberetor a Nobis, quibus eſt commiſſa plenitudo ſollicitudinis, nedum ipſe Ludovicus Cardinalis, & Præſul, ſed & alii Ven. Fratres Archiepiſcopi, & Epiſcopi Regnorum Hiſpaniarom humiliter poſtulaſſent; eorumque enixis precibus ſua etiam ſtudia, ac vota chariſſimus in Chriſto Filius Noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus pro ejus ſingulari pietate & eximio Chriſtianæ Religionis zelo, datis hac de re ad Nos pluribus literis conjunxiſſet; Nos Congregationi particulari nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus Noſtris ejusdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus Concilii Tridentini Interpretibus a Nobis deputatorum rem omnem ſedulo examinandam demandavimus. Id autem cum ab ipſa Congregatione Cardinalium ea, qua par erat, maturitate præſtitum, illiuſque ſententia ad Nos per ejusdem Congregationis Secretarium relata fuerit; de memoratorum Cardinalium conſilio, congruum, & opportunum duximus ea, quæ infra ſequuntur, ad Omnipotentis Dei gloriam, Eccleſiæ utilitatem, veteris diſciplinæ inſtaurationem, & ſpiritualem Regnorum Hiſpaniarum ædificationem, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſtatuere, decernere, & declarare.

Qui ad primam Tonſuram & ad Ordines etiam Minores admittendi ſunt, & qui etiam alicui Eccleſiæ adſcribendi erunt.

§. 2. Primum igitur, cum a Patribus memorati Concilii Tridentini, Divino afflante ſpiritu, ſapientiſſime animadverſum fuerit, quantum Chriſtianæ Reipublicæ interſit accuratum haberi delectum circa eos, quibus Sacra Miniſteria committenda ſunt, & in quorum vitam cæteri Fideles jugiter oculos conjicientes ſumpturi inde ſunt exemplum, quod imitentur; proptereaque provide ab iisdem Patribus cautum fuerit Eccleſiaſticæ Militiæ per primam Tonſuram adſcribendo non niſi illos eſſe, qui probabilem præbeant conjecturam, ſe non ſecularis judicii declinandi conſilio, ſed ſincero animo præſtandi fidelem cultum, ac ſervitium Deo, hoc vitæ genus elegiſſe: volumus, ut pro tutiori ipſius Conciliaris ſanctionis executione ab omnibus Regnorum Hiſpaniarum hujuſmodi Archiepiſcopis, & Epiſcopis, non alii ad primam Tonſuram in poſterum admittantur, quam quibus Eccleſiaſticum aliquod Beneficium ſtatim conferendum ſit; aut quos conſtiterit literarum ſtudio operam ſic dare, ut quaſi in via ad Ordines, tum Minores, tum etiam deinde Majores ſuſcipiendos verſari videantur; vel demum quos viderint expedire alicujus Eccleſiæ ſervitio, vel miniſterio deputari. Et tam in his, qui ad primam Tonſuram, quam in aliis, qui promoveri ad Ordines etiam Minores optaverint, omnino ſervetur pariter regula ab eodem Concilio Tridentino tradita; nimirum, ut nullus ordinetur, qui judicio ſui Epiſcopi non ſit utilis, aut neceſſarius ſuis Eccleſiis, quique illi Eccleſiæ, aut pio loco, pro cujus utilitate, aut neceſſitate aſſumitur, non adſcribatur, ubi re ipſa functiones muneri ſuo contentaneas exerceat. Quod ſi qui modo reperiantur, vel Clericali Tonſura, jam initiati, vel ad Ordines ſive minores, ſive majores jam promoti, qui nulli certæ Eccleſiæ, vel loco pio adſcripti fuerint: Epiſcopi adſcriptionem hujuſmodi, vel a ſe ipſis, vel a Prædeceſſoribus ſuis omiſſam, ſtatim ſuppleant, non minus quoad omnes in majoribus Ordinibus, etiam Presbyteratus, conſtitutos, quam quoad eos, qui vel ſola prima Tonſura, vel minoribus Ordinibus initiati, Beneficium tamen Eccleſiaſticum poſſident. Ex reliquis autem, ut præfertur, vel ſola prima Tonſura inſignitis, vel in minoribus Ordinibus conſtitutis, ſeu Beneficio carentibus, nonniſi eos adſcribant, quos Eccleſiis ſuis utiles, vel neceſſarios eſſe judicaverint. Cæterum antedictæ adſcriptionis executionem differri poſſe per aliquod temporis ſpatium, quod ipſis Epiſcopis conveniens videbitur, permittimus quoad eos, qui a Diœceſi, in qua Tonſuram, vel Ordines ſuſce-

ſuſceperunt ; cauſa ediſcendi literarum ſcientias in aliqua publica Uuiverſitate, vel Gymnaſio, ſive ex alia rationabili cauſa a ſuo Epiſcopo approbata, vel approbanda, abſentes reperiantur.

Statuitur, ut Clerici, qui in Seminariis educantur, diebus tantum feſtis Eccleſiæ inſerviant.

§.3. Cum autem Clerici, qui in Epiſcopalibus Seminariis educantur, ut commodiùs ad literarum, ſacrarumque rerum ſtudium operam conferre, aliisque a Concilio Tridentino præſcriptis addiſcendis magis aſſidue incumbere poſſint, teneantur juxta ejuſdem Concilii Decretum diebus tantum feſtis Cathedrali, aliiſve loci Eccleſiis inſervire: hanc quidem ſervitii per eos obeundi rationem ſervari in omnibus Hiſpaniarum Dioeceſibus, necnon ipſos generalibus dumtaxat totius Cleri ſupplicationibus, ſive Proceſſionibus intereſſe volumus, & mandamus; ſublata quacumque majoris ſervitii conſuetudine etiam immemorabili, poſtpoſitaque etiam quacumque Apellatione, aut inhibitione. Si quod autem Seminarium reperiatur, cujus fundatione aliter cantum eſſet ob adjectam gravioris ſervitii legem ab illo, qui Seminarinm ipſum fundaverit, ſeu dotaverit, vel ei piam aliquam largitionem contulerit; Epiſcopi ad Nos, & pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem id referant, ut deſuper opportune provideri valeat.

Præcipitur, ut ii ad Sacros Ordines admittantur, qui cōgruenti polleant ſcientia,

§.4. Præterea, cum maxime deceat eos, qui propius ad Sacratiſſima Myſteria acceſſuri ſunt, ultra cætera requiſita, congruenti etiam pollere ſcientia, qua præditi viam ſalutis indicare aliis Chriſtifidelibus poſſint: Epiſcopi nonniſi eos ex Clero tam ſeculari, quam Regulari ad Sacros Ordines admittant, quos ob ſcientiam, aliaſque qualitates eo gradu vere dignos per diligentem inquiſitionem compererint; adeout ſatis non ſit illos, qui promoveri ad Ordines prædictos optant, linguam latinam intelligere, Catechiſmo inſtructos eſſe, atque apte reſpondere quæſitis circa Ordinem ſuſcipiendum ſibi in examine propoſitis. Qui vero ad Presbyteratum erunt aſſumendi, idonei prius per accuratum ſimiliter examen comprobentur ad miniſtranda Sacramenta, & ad Populum docendum ea, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem: quod quidem ut recte præſtari poſſit eosdem Epiſcopos in Domino hortamur, ut quantum fieri poteſt, eos tantum ad Sacerdotium aſſumant, qui ſaltem Theologiæ Moralis competenter periti ſint. Quod ſi Domicilium in una Dioeceſi habentes, Beneficium vero in altera, ordinari ad ejuſdem Beneficii titulum optaverint ab Epiſcopo, in cujus Dioeceſi Beneficium bujuſmodi ſitum eſt: Epiſcopus Domicilii debeat eos, ſi in ſuam Dioeceſim reverſuri ſunt, ſuper ſcientia, vel idoneitate examinare ante conceſſionem Literarum Teſtimonialium ſuper eorum natalibus, ætate, moribus, & vita juxta Conſtitutionem fel. rec. Innocentii Papæ XII. Prædeceſſoris Noſtri, quæ incipit *Speculatores* obtinendarum; adcito quoque compertæ idoneitatis teſtimonio in iisdem literis: hæque concedi nullatenus debeant, ſi antedicto examine tamquam habiles approbati non fuerint, iisque juxta præmiſſam formam non impetratis, minime poſſint ab alio Epiſcopo, cui etiam ratione obtenti Beneficii ſubjecti ſint, ad Ordines promoveri: ſique ſecus fiat, Ordinans quidem a collatione Ordinum per annum, Ordinatus vero a ſuſceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire eo ipſo ſuſpenſus ſit, aliiſque inſuper gravioribus poenis pro modo culpæ, Noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis arbitrio infligendis uterque ſubjaceat.

Declaratur qua ratio præfinienda ſit ſufficientia congrue pro ordinandis.

§.5. Quumque etiam juxta memoratam Innocentii Prædeceſſoris Conſtitutionem ratione, ac titulo Beneficii in aliena Dioeceſi obtenti non aliter liceat Ordines ab Epiſcopo ejusdem Dioeceſis ſuſcipere, quam ſi Beneficium prædictum ſit ejus redditus, ut ad congruam vitæ ſuſtentationem, detractis oneribus, per ſe ſufficiat: declaramus, ſufficientiam hujuſmodi præfiniendam eſſe, non juxta Taxam Synodalem, ſive morem pro promovendis ad Sacros Ordines vigentem in loco prædicti Beneficii (niſi tamen illud continuam, & præciſam reſidentiam requirat), ſed juxta Taxam, vel, ea deficiente, juxta morem in alio loco Domicilii vigentem.

Statuuntur quæ ab Epiſcopis peragenda ſint adverſus violantes Diſciplinam Eccleſiaſticam habitu vel operibus,

§.6. Porro ad ſartam, tectamque ſervandam Eccleſiaſticam Diſciplinam non minus momenti habet, quod Clericali militiæ nomen dare non permittatur iis, qui, aut ſatis idonei ſint, quam quod eidem militiæ jam adſcripti laudabilem vivendi rationem ſectentur, eamque morum exhibeant innocentiam, quæ Sanctitati ſuſcepti inſtituti reſpondeat, multoque magis, quod abſtineant iis, quæ a Sacris Canonibus jure meritoque vetita ſunt, uti prorſus indigna hominibus Tabernaculum Domini inhabitantibus, & venerando Altaris miniſterio dedicatis. Statuimus propterea, atque decernimus, quod ſi qui ſunt Clerici, aut prima Tonſura, aut Ordinibus minoribus initiati, nullumque Eccleſiaſticum Beneficium poſſidentes, qui neglectis Concilii Tridentini Decretis, habitum Clericalem, ac Tonſuram non deferant, vel ſi etiam deferant, non tamen certæ Eccleſiæ, aut loco pio, cui ex mandato Epiſcopi adſcripti fuerint, inſerviant, ſive in Seminario Eccleſiaſtico, vel in aliqua Schola, aut Univerſitate de licentia ſui Ordinarii non verſentur; Epiſcopi, nulla etiam præmiſſa monitione, eos privilegio Fori privatos declarent, eorumque adſcriptionem ſervitio certæ Eccleſiæ antea factam deleri jubeant. Sique ii meliorem vitæ rationem non inierint, aut etiam ſi alii ſint, quos ex propria culpa efficiendos idoneos promotioni ad Sacros Ordines ſperari nequeant; iidem Epiſcopi, ſervata forma a Sacris Canonibus tradita, ad privationem aliorum Clericalium Privilegiorum contra ipſos procedat. Ubi vero reperiantur Clerici Capellanias, vel Beneficia, cujuſcumque etiam tenuis redditus, obtinentes, quorum improba vita aliis offenſionem præbens deſtruat potius, quam ædificet, vel concubinarii, aut fœneratores, vel ebrietati, ludiſve alearum dediti, vel ſatores rixarum, vel negotiatores, vel arma geſtantes, vel incertis ſedibus vagantes, vel Clericalem habitum Tonſuramque non deferentes, vel Eccleſiaſtica Immunitate in fraudem tributorum, & vectigalium a Laicis non exemptis ſolvendorum temere abutentes, vel quid demum ſimilia, aut majora crimina patrantes, numero magis, quam merito ad Eccleſiam pertinere auſi fuerint; Epiſcopi, præmiſſis tamen neceſſariis monitionibus, ſervatiſque aliis de jure ſervandis, contra ipſos, ad poenas a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris, & a Sacris Conciliis impoſitas, & etiam ad privationem Beneficiorum Capellaniarum, & Eccleſiaſticorum Officiorum in omnibus illis caſibus, in quibus prædicta privatio a

Sa-

Digitized by Google

Sacris Canonibus impoſita eſt, humanis quibuſcumque rationibus poſthabitis procedant, memores ſeipſos neglectæ Subditorum emendationis condignas, Deo vindice, pœnas perſoluturos.

Commendatur mos vigens in quibusdam Diœceſibus, ut Eccleſiaſtici Beneficiis carentes Officiis, & Miſſis publicis ſæpe adſint atque ad id exerceri excitentur.

§.7. Sed & cum Perſonæ Eccleſiaſticæ nunquam ſatis in obſequiis Supremo Numini exhibendis, iiſque præſtandis, quæ eorum ſtatui conſentanea ſunt, exerceri valeant: plurimum in Domino commendamus pium morem in pleriſque Hiſpaniarum Diœceſibus vigentem, ut Clerici tam in minoribus, quam majoribus Ordinibus conſtituti, atque etiam Presbyteri, tametſi Beneficia, vel Officia Eccleſiaſtica non habentes ſuperpelliceo induti in Eccleſiis, quibus adſcripti fuerint, Miſſæ Conventuali cum cantu celebratæ, necnon primis, & ſecundis Veſperis Officii diebus Dominicis, aliiſque Feſtis aſſiſtant. Quinimmo enixe hortamur, ut Epiſcopi aliarum Diœceſum, in quibus mos ille inſtitutus hactenus non fuerit, id in poſterum ſervari curent in omnibus, ac inſuper ſatagant, ut omnes Eccleſiaſtici prædicti etiam collationibus habendis coram Parochis ſuis, vel aliis ab Epiſcopo deputatis ſuper caſibus conſcientiæ forum concernentibus, & ſuper ritibus, ac cæremoniis Sacris interſint,

Statuuntur quædam circa beneficia in Hiſpaniis exiſtentia nullo, vel certe tenui proventu instructa.

§.8. Et quoniam in prædictis Hiſpaniarum Regnis reperiri intelleximus Beneficia, & Capellanias etiam de Jurepatronatus, vel Eccleſiaſticorum, vel Laicorum, nullo tamen certo proventu inſtructas, vel adeo tenui, ut nec ad dimidiam, nec ad tertiam partem congruæ pro Clericis ad ſacros Ordines promovendis neceſſariæ aſcendat: malis haud quidem levibus inde erumpentibus occurrere cupientes, ſtatuimus, & mandamus, quod Epiſcopi ad Beneficiorum, & Capellaniarum, quæ nullum certum redditum habent, ſuppreſſionem ſtatim deveniant. De aliis vero Beneficiis, & Capellaniis, quarum certus annuus fructus ad memoratam ſaltem tertiam Congruæ partem non aſcendit, decernimus nulli in poſterum conferendam eſſe primam Tonſuram ratione juris aſſequendi aliquod ex dictis Beneficiis, & Capellaniis. Utque Patronatuum jura, quantum fieri poſſit, ſalva remaneant; liceat Patronis tam Eccleſiaſticis, quam Laicis ad dicta Beneficia, & Capellanias nominare, non tamen veluti ad Beneficia Eccleſiaſtica requirentia in nominandis primam Tonſuram, ſed tanquam ad legata pia: & nominati, tametſi primam Tonſuram non habentes, ea retinere poſſint uti pia legata cum onere adimplendi omnia onera a Fundatoribus injuncta.

Præcipitur ut animarum Rectores plebem diebus feſtis ſalutaribus verbis paſcere debeant.

§.9. Non ſine gravi animi noſtri dolore etiam accepimus, quod quamquam Tridentina Synodus decreverit omnes, qui Parochiales, vel alias curam Animarum annexam habentes Eccleſias quocumque modo obtinent, debere diebus ſaltem Dominicis, & Feſtis ſolemnibus plebes ſibi commiſſas pro ſua, & earum capacitate paſcere ſalutaribus verbis, docendo ea, quæ Chriſtifideles ad ſalutem ſcire oportet: nihilominus nonnulli Parochialium Eccleſiarum Rectores, hæc, quæ ſuarum partium adeo ſunt, prætermittunt, culpam hujuſmodi a ſe amoliri nitentes, vel prætextu immemorabilis, ſed quidem pravæ conſuetudinis, vel quia hæc ab ipſis præſtari neceſſe non videatur, ſuppetente nimirum copia aliorum habentium Sacras Conciones in aliis Eccleſiis, itemque imbuentium Pueros Myſteriis Fidei, vel in Scholis, vel in computis. Ne itaque ſub inani iſtarum, aliarumque ſimilium excuſationum prætextu tanta Chriſtianæ Reipublicæ pernicies ſtruatur, diſtincte præcipimus ſingulis Hiſpaniarum Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ut omnino efficiant, quod omnes ii, qui Animarum curam gerunt, munia prædicta per ſe ipſos, vel, ſi legitime impediti fuerint, per alios idoneos diligenter exequantur. Si vero aliqui non ſatis habiles ad illa obeunda reperiantur; iidem Archiepiſcopi, & Epiſcopi per alios a ſe deputandos ſumptibus Parochorum minus idoneorum opportune ſuppleri curent: & in poſterum Beneficia, quibus Animarum cura imminet, nonniſi vere idoneis ad memorata officia per ſe ipſos adimplenda conferantur.

Statuuntur nonnulla circa Vicarios Parochialium Eccleſiarum.

§.10. Præterea, ne Conſtitutionis Sancti Pii V. etiam Prædeceſſoris Noſtri, in qua taxatur congrua fructuum portio Vicariis perpetuis Animarum curam exercentibus aſſignanda, interpretationem ab ejus ſententia alienam fieri contingat declaramus Conſtitutionem illam pertinere dumtaxat ad Vicarios perpetuos illarum Eccleſiarum Parochialium, quæ aliis Eccleſiis, Monaſteriis, Collegiis, Beneficiis, & Locis Piis unitæ ſint: necnon portionem annuam fructuum, quæ ibidem ſtatuitur aſſignanda ipſis Vicariis in ſumma non majori, quam centum, nec minori, quam quinquaginta ſcutorum, intelligi debere de ſcutis argenteis juliorum decem monetæ Romanæ pro quolibet ſcuto. Quoties itaque in aliis Parochialibus Eccleſiis, quæ ut præfertur, unitæ non ſint, oportuerit ex aliqua juſta cauſa provideri per Coadjutores Parochorum, aut per Vicarios temporaneos; curæ erit Epiſcopis pro data ſibi a Tridentina Synodo poteſtate partem fructuum prædictis Coadjutoribus, aut Vicariis aſſignandam determinare in ea quantitate, quæ pro ſuo prudenti arbitrio, & conſcientia conveniens videbitur, ratione videlicet habita redditum, & emolumentorum Eccleſiæ Parochialis, in qua deputati fuerint, necnon inſpectis conditionibus Loci, numero Animarum, qualitate laboris, & quantitate impenſarum, quas commiſſi officii neceſſitas poſtulaverit. Quod ſi Parochi ab Epiſcopis moniti, congruo iiſdem termino præfixo, Coadjutores, ſive Vicarios temporarios, quoties opus fuerit, aſſumere neglexerint, poterunt ipſi Epiſcopi eos, quos huic muneri idoneos cenſuerint, auctoritate propria deputare cum aſſignatione antedictæ portionis fructuum. Et nihilominus ubi etiam prædicti Coadjutores, aut Vicarii temporarii a Parochis nominati, vel aſſumpti fuerint, de eorum idoneitate Epiſcopis conſtare per examen debeat, antequam ad exercitium admittantur; nec ſatis ſit, quod ad Confeſſiones audiendas antea fuerint approbati, niſi aliis etiam qualitatibus ad curam Animarum recte exercendam opportunis præditi noſcantur. Quibus ſi careant, ne Parochi deinde intra alium ſimilem terminum ab Epiſcopis præfigendum alios vere idoneos nominaverint: tunc pariter ad ipſos Epiſcopos libere ſpectet deputatio cum dicta congrua aſſignatione; nec ulla Parochorum contradictio, aut exemptio, aut appellatio, aut cujuſcumque Judicis inhibitio executionem deputationis, & aſſignationis certæ partis fructuum in caſibus præmiſſis ſuſpendere poſſit, itemque non obſtante

quali-

Digitized by Google

qualibet contraria conſuetudine, etiam immemorabili.

§.11. Verum, quia non ſatis Animarum curæ, & neceſſitatibus quandoque conſultum eſt per hoc, quod ad obeunda Parochialia munia alii Sacerdotes Parochis adjungantur, ſed majora remedia adhiberi oportet, quoties nempe ob Locorum diſtantiam, ſive itineris difficultatem Parochiani ſine magno incommodo pro Sacramentis percipiendis, Diviniſque Officiis audiendis accedere ad Eccleſiam Parochialem nequeant: tunc quidem meminerint Epiſcopi licere ſibi pro ſuo arbitrio, invitis etiam Rectoribus vel intra easdem Parochias deſtinare alias Eccleſias, in quibus Sacerdotes Parochorum Coadjutores Sacramenta miniſtrent, & Divinum cultum exhibeant, vel novas Parochias, novaſque Parochiales Eccleſias a veteribus diſtinctas conſtituere, iiſque novos Parochos præficere, aſſignata ex redditibus ad veterem Parochialem Eccleſiam quomodocumque pertinentibus convenienti portione ad victum eorum, qui vel tanquam Coadjutores in dictis aliis Eccleſiis deputari, vel tanquam diſtincti, & independentes Parochi curam Animarum exercuerint; nulla ad præmiſſa impedienda ſuffragante appellatione aut inhibitione.

Mandatur, ut Epiſcopi in omnibus actibus præeminentia gaudeant.

§.12. Cum ex præſcripto quoque Tridentinæ Synodi Epiſcopis is honor tribuendus ſit, qui eorum dignitati convenit, eiſque in Choro, & in Capitulo, in Proceſſionibus, & aliis actibus publicis primus locus eſſe debeat, & præcipua omnium rerum agendarum auctoritas; mandamus id religioſe, ac perpetuo obſervari in omnibus actibus adeo juſtæ hujuſmodi præeminentiæ, & auctoritati conſentaneis, non obſtantibus privilegiis etiam ea fundatione competentibus, conſuetudinibus etiam immemorabilibus, ſententiis, juramentis, & concordiis, quæ ſuos tantum obligent Auctores.

Præſcribitur modus ſervandus pro admittendis ad Religioſum habitum.

§.13. Præterea, ut clauſtralis diſciplinæ rigor illibatus permaneat, Pontificiæ noſtræ ſolicitudinis partes etiam duximus interponendas. Cum itaque experientia compertum fuerit quantum detrimenti illi afferatur, ex quo plures ad religioſum habitum admittantur, quam vires redditaum patiantur: moderno, ac pro tempore exiſtenti Noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in iiſdem Hiſpaniarum Regnis Nuntio per præſentes committimus, & mandamus, ut curet, & vigilantiam adhibeat, ne contra præſcriptum memorati Concilii Tridentini in Monaſteria, Conventus, & Domos, tam virorum, quam Mulierum, ſive Bona immobilia poſſideant, ſive non poſſideant, major numerus recipiatur, quam qui, vel ex proventibus propriis ipſorum Monaſteriorum, Conventuum, aut Domorum, vel ex conſuetis eleemosynis, aliiſve quibuſcumque obventionibus, in commune tamen conferendis, commode poſſit ſuſtineri.

Decernuntur quidam circa Regulares ad Ordines promovendos

§.14. Quoties vero ad Regulares Ordines erunt promovendi, ſervetur omnino Decretum Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini interpretum a piæ memoriæ Clemente PP. VIII. Prædeceſſore etiam noſtro confirmatum die 15. Martii 1596., quo ſancitur non ad alium, quam ad Epiſcopum Diœceſanum literas dimiſſorias pro eorumdem Ordinum ſuſceptione a ſuis Superioribus eſſe dirigendas, præterquam in caſu quo Diœceſanus a Diœceſi abeſſet, vel ordinationes non eſſet habiturus; quo etiam caſu in literis Dimiſſoriis ad alium Epiſcopum dirigendis expreſſa fieri debeat mentio, vel de prædicta Diœceſani abſentia, vel de illa alia cauſa, videlicet, quod ordinationes non ſit habiturus, exceptis tamen quoad prædicta regularibus illis, quibus per ſpeciale privilegium a Sede Apoſtolica poſt Concilium Tridentium fuerit conceſſum, ut a quolibet Catholico Antiſtite Ordines ſuſcipere poſſint, ſuper quo indulto nihil per præſentes innovare intendimus. Noverint autem Epiſcopi debere per ſemetipſos, ſecluſo ægrotationis casu, Ordines conferre, & Sacrorum Ordinum collationem ſtatutis a jure temporibus, ac in Cathedrali Eccleſia, vocatis, & adſtantibus Canonicis, publice habendam eſſe, vel ſi in alio Diœceſis loco, ſemper tamen in Eccleſia quantum fieri poterit digniori, & præſente Clero ejuſdem loci. Ne vero incertitudo, an ipſi ordinationes ſint habituri, nimis grave afferat incommodum promovendis, varia Diœceſis loca inhabitantibus; per menſem ante ſingulis vicibus publico Edicto ab iiſdem Epiſcopo denuntietur, ſe ordinationes eſſe habituros, adeout quoties denuntiatio hujuſmodi facta non fuerit, inde ſatis intelligant Regulares, Epiſcopum Diœceſanum ordinationes ea vice minime eſſe habiturum, ſibique idcirco licitum futurum Ordines ab alio Epiſcopo ſuſcipere cum literis dimiſſoriis ſuorum Superiorum ad eum directis, ſervata in iis forma ſuperius expreſſa.

Admonentur Epiſcopi, ut per ſe ipſos Ordines conferre debeant

Præcipitur obſervari clauſuram in Sanctimonialium Monaſteriis.

§.15. Epiſcopi in omnibus Mulierum Monaſteriis ſibi ſubjectis ordinaria, in aliis vero exemptis auctoritate Sedis Apoſtolicæ inconcuſſe obſervari curent, quæ circa Sanctimonialium clauſuram, vetitumque in dicta Monaſteria ingreſſum, tam in Decretis Tridentinæ Synodi, quam in Conſtitutione ſimilis memoriæ Gregorii Papæ XIII. etiam Prædeceſſoris noſtri edita Idibus Januarii 1575. provide ordinata ſunt.

Præſcribuntur nonnulla de Sacerdotibus Secularibus, vel Regularibus ad excipiendas Confeſſiones electis.

§.16. Perpendentes etiam Chriſtianæ Reipublicæ in primis expedire, ut miniſterium, ac poteſtas clavium in remittendis, retinendiſque peccatis recte exerceatur, declaramus Sacerdotes, tam ſeculares, quam Regulares, qui ab Epiſcopis obtinuerint licentiam audiendi Confeſſiones limitatam, vel quoad locum, vel quoad genus perſonarum, vel quoad tempus, non poſſe Pœnitentiæ Sacramentum adminiſtrare extra tempus, vel locum, vel genus perſonarum ab ipſis Epiſcopis præſcriptum, quocumque privilegio etiam in vim Bullæ, quæ appellatur Cruciatæ Sanctæ, competente nullatenus ſuffragaturo. Cumque idem Innocentius Prædeceſſor per ſuas die 19. Aprilis anni milleſimi ſeptingenteſimi expeditas literas decreverit Sacerdotibus tam ſecularibus, quam regularibus non licere Confeſſiones eorum, a quibus ex indulto prædictæ Bullæ Cruciatæ ad id electi fuerint, audire, abſque præcedenti approbatione Ordinarii illius loci, in quo ipſi Pœnitentes degunt, & Confeſſores eligunt, etiam ab Ordinariis illis, qui Confeſſores electos approbaſſent, ſubditi eſſent, necnon Confeſſiones aliter factas, ac reſpective exceptas, nullas fore, irritas, & invalidas, & Confeſſores ipſo jure ſuſpenſos eſſe; Nos eamdem Conſtitutionem approbantes, confirmantes, & innovantes declaramus inſuper prædictis Sacerdotibus, tam Secularibus, quam Regularibus ad Confeſſiones excipiendas, vel ex vi præ-

dictæ Bullæ Cruciatæ, vel ex quocumque alio privilegio electis ſuffragari minime etiam poſſe, quod approbati alias fuerint ab Epiſcopo illo, qui aliquando fuerit Ordinarius loci in quo Confeſſiones audiendæ ſint, ſed talis tunc temporis amplius non exiſtat, vel quia ab humanis exceſſerit, aut Epiſcopatui renuntiaverit, vel quia ad aliam Eccleſiam auctoritate Apoſtolica translatus reperiatur; ſed neceſſariam omnino eſſe illius, qui actualiter, & pro tempore Ordinariam Juriſdictionem in ea Diœceſi exerceat, approbationem. Hæc tamen ſuffragetur etiam tacita, eaque adeſſe cenſeatur, quouſque præcedens licentia, ſive approbatio duret, & revocata ab eo non fuerit, in quo caſu nova, & expreſſa impetranda erit, ſi illa præcedenter obtenta, vel per temporis adſcripti lapſum exspiraverit, vel per poſteriorem revocationem ſublata fuiſſet.

§.17. Meminerint quoque Regulares ſe excipere non poſſe Confeſſiones Monialium, tametſi eorum regimini, & gubernio ſubjectæ ſint, niſi ultra licentiam ſuorum Prælatorum Regularium præcedat examen coram Epiſcopo Diœceſano faciendum, ejuſque ſpecialis quoad Confeſſiones dictarum Monialium approbatio, remota quacumque contraria conſuetudine, etiam immemorabili. Quum ex eodem Concilio Tridentino Confeſſor extraordinarius bis, aut ter in anno offerri Monialibus debeat, qui omnium Confeſſiones audiat; ſi in poſterum Superiores Regulares quoad Monaſteria ipſis ſubjecta toties prædictum extraordinarium Confeſſorem deputare neglexerint, vel ſi etiam ex proprio eodem Ordine ſemper deputaverint, nec ſaltem ſemel in anno ad id munus elegerint Sacerdotem, aut Sæcularem, aut Regularem alterius diverſi Ordinis Profeſſorem in his caſibus Epiſcopi pro ſuo arbitrio, & conſcientia deputationem hujuſmodi facere poſſint, nec illa quovis titulo, aut prætextu a Superioribus Regularibus valeat impediri.

Excitantur Epiſcopi ad tollendos abuſus contra Cæremoniale Epiſcoporum, & Rituale Romanum.

§.18. Epiſcopi inſuper abuſus omnes, qui in Eccleſiis, aut Sæcularibus, aut Regularibus contra præſcriptum Cæremonialis Epiſcoporum, & Ritualis Romani, vel Rubricas Miſſalis, & Breviarii irrepſerint, ſtudeant omnino removere. Et, ſi adverſus ea, quæ in dicto cæremoniali ſtatuta ſunt, conſuetudinem etiam immemorabilem allegari contingat; poſtquam recognoverint, aut eam non ſatis probari, aut etiam probatam ſuffragari, utpote irrationabilem, de jure non poſſe, executioni eorum, quæ in dicto Cæremoniali conſtituta ſunt diligenter incumbant, ne ulla ſuſpenſiva appellatio admittatur.

Necnon illos, qui irrepſerant in celebratione Miſſarum.

§.19. Sedulo pariter curent iidem Epiſcopi, ut eliminentur abuſus, ſi qui forſan, tam quoad Eccleſiaſticos Sæculares, quam quoad Regulares inducti fuerint adverſus Concilii Tridentini Decretum de obſervandis, & evitandis in celebratione Miſſarum Seſſ. 22., & contra Regulares, ſi opus fuerit, procedant ea Apoſtolica delegatione in eo Decreto ipſis indulta, poſtpoſita quacumque appellatione ſuſpenſiva, ſed ſolum reſervata in devolutivo ſuper quocumque dubio, quod excitari contingeret, declaratione Congregationis pro tempore exiſtentium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium memorati Concilii Interpretum.

Ac circa uſum Oratorii privati, ſeu Altaris geſtatorii.

§.20. Cumque circa Miſſarum celebrationem in privatis Oratoriis, necnon circa uſum Altaris geſtatorii a rec. mem. Clemente PP. XI. Prædeceſſore etiam noſtro opportunum Decretum promulgatum fuerit die 15. Decembris anni 1703. Epiſcopi dent operam, ut omnia ibidem ſtatuta etiam in Regnis Hiſpaniarum ſerventur, idemque Decretum in ſuis reſpective Diœceſibus, ut facilius omnibus innoteſcat, publicari faciant, addita etiam prohibitione; ne in privatis regularium cellis, ſive cubiculis erigatur Altare pro re ſacra ibidem facienda, & contra quoſcumque contravenientes cenſuris etiam Eccleſiaſticis procedant, adhibita quoad Regulares auctoritate Sedis Apoſtolicæ in memorato Decreto ipſis delegata, remotaque quacumque contraria conſuetudine, etiam immemorabili. Declaramus tamen, quod cum in prædicto Decreto ſtatuatur, non licere Epiſcopis extra Domum propriæ habitationis in domibus laicis erigere Altare, ibique Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium celebrare, ſive celebrari facere, hujuſmodi prohibitio intelligenda non ſit de domibus etiam laicis, in quibus ipſi Epiſcopi forte occaſione viſitationis, vel itineris hoſpitio excipiantur, ut ne etiam quando Epiſcopi in caſibus a jure permiſſis, vel de ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia abſentes a domo propriæ ordinariæ habitationis, moram ideirco faciant in aliena domo per modum ſimilis habitationis, his enim caſibus licita iis erit erectio Altaris ad effectum prædictæ celebrationis, non ſecus, ac in domo propriæ ordinariæ habitationis.

Et denique circa quædam alia.

§.21. Præcipimus quoque accurate attendi, ac adimpleri quæcumque alia præſcribuntur in ejuſdem Generalis Synodi Seſſ. 25. de Regularibus, & Monialibus. Cumque in Cap. 25. ampliſſime derogetur omnibus contrariis privilegiis ſub quibuſcumque formulis verborum conceptis, ac Mare magnum appellatis, etiam in fundatione obtentis, necnon Conſtitutionibus, & Regulis etiam juratis, atque etiam conſuetudinibus, vel præſcriptionibus etiam immemorabilibus; ſciant omnes derogationem hujuſmodi non ad ea tantum referri, quæ in prædicto capite continentur, ſed etiam ad alia, quæ in ſingulis Superioribus Capitibus ejuſdem Seſſionis conſtituta ſunt.

Statuuntur quædam, ut recta in Judiciis ratio ſervetur.

§.22. Ad hæc, ut recta in Judiciis ratio ſervetur, præcipimus, quod ubi in cauſis Criminalibus Ordinarii locorum in Regnis Hiſpaniarum proceſſerint ex Officio, hoc eſt non ad ullius querelam, ſive accuſationem, ſi ab eorumdem Ordinariorum ſententiis appellatio, vel ad Sedis Apoſtolicæ Nuncium, vel ad Metropolitanos interpoſita fuerit, tunc (ne alioquin, ſi nullus Actoris partes gerat, delinquentes pœnam ſuis criminibus debitam effugiant) Procuratores Fiſcales Tribunalis Nunciaturæ Apoſtolicæ, & reſpective etiam Curiæ Metropolitanæ, inſtantias, alioſque actus deſuper neceſſarios peragant, & proſequantur, ut prædictæ Ordinariorum ſententiæ juſtam confirmationem, & executionem obtineant. Quod ſi dictis Procuratoribus Fiſcalibus non citatis, & inauditis, contrarias ſententias in gradu appellationis proferri contigerit, iſtæ prorſus nullæ ſint, ac irritæ cum omnibus actis geſtis, nullumque ſortiri debeant effectum: quin immo præcedentes Ordinariorum ſententiæ executioni mandentur, perinde ac ſi appellatio ab iis interpoſita nullatenus fuiſſet.

§.23. Cæterum cum generaliter circa appellatio-

Digitized by Google

lationes, & inhibitiones ſatis proviſum fuerit, per Conſtitutionem piæ mem. Innocentii PP. IV. Prædeceſſoris etiam noſtri in Cap. *Romana*, ac etiam per Decreta Concilii Tridentini, itemque alia edita die 16. Octobris 1600. a Congregatione Negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, & a præfato Clemente VIII. Prædeceſſore confirmata, ac denique etiam alia promulgata tempore Pontificatus ſimilis mem. Urbani Papæ VIII. Prædeceſſoris itidem noſtri, die videlicet 5. Septembris 1626., volumus, & mandamus, quod quidquid in omnibus memoratis Conſtitutionibus, & Decretis, ſtatuitur, diligentiſſime per omnes iis comprehenſos obſervetur in cauſis ad Curias Eccleſiaſticas pertinentibus in Regnis Hiſpaniarum, quacumque conſuetudine etiam immemorabili, vel quovis privilegio, aut ſtylo concedendi etiam quaſdam inhibitiones nuncupatas temporarias penitus excluſo.

Quoad Judices Conſervatores,

§.24. Quo vero ad Judices Conſervatores, & modum, ac facultatem procedendi in cauſis civilibus, quæ ad eorum cognitionem pertinere poſſint, inviolate cuſtodienda erit norma præſcripta in Conſtitutione fel. rec. Innocentii IV., Alexandri IV., Bonifacii VIII., Gregorii XV., aliorumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum hac de re editis, necnon in Decretis Concilii Tridentini, ſub pœnis ibidem contentis, quas præſenti noſtra Conſtitutione innovamus, & confirmamus; hoc etiam addito, ut iidem Judices Conſervatores, & mandatorum ſuorum Executores exhibere debeant Epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis literas ſuæ deputationis, quarum vigore procedere intendant.

Monentur Epiſcopi, ut firmiter obſervent omnia, & ſingula Concilii Tridentini Decreta.

§.25. Enixe denique, & ex intimo Paterni cordis noſtri ſenſu omnes e religioſiſſima Hiſpanica Natione monemus, ut memores ſint teneri ſe exacte, firmiter, & cum effectu obſervare etiam omnia, & ſingula in cæteris omnibus ejuſdem Tridentini Concilii Decretis ſancita. Et ne eorum executio poſt hac ullo modo impediatur, aut retardetur, decernimus, ac declaramus nullum pro impedienda, aut ſuſpendenda executione Conciliarium Sanctionum ejuſmodi, aut Decretorum, quæ ab Ordinariis edita fuerint pro executione pariter eorum, quæ in ipſo Concilio ſtatuta ſunt, ſuffragari poſſe, ac debere contrarium Privilegium, quod ante prædicti Concilii promulgationem a Sede Apoſtolica obtentum fuerit, niſi etiam poſt ipſum Concilium fuerit in forma ſpecifica ab eadem Apoſtolica Sede confirmatum, vel noviter conceſſum, itemque obſtare non poſſe ullum ſtatutum, vel concordiam, quæ a prædicta Apoſtolica Sede ſpecialiter confirmata non ſit, neque quemcumque longævum non uſum, aut contrariam conſuetudinem, vel præſcriptionem etiam centenariam, vel immemorabilem, niſi forſan præfatæ conſuetudinis, aut præſcriptionis materia capax ſit, & inſuper conſuetudo, aut præſcriptio immemorabilis probata jam ſit, & admiſſa a competenti Judice per tres ſententias conformes, vel per unam, quæ in judicatum tranſierit, nec demum quamcumque appellationem, ſive inhibitionem etiam temporariam, reſervato dumtaxat recurſu in devolutivo ad memoratam Congregationem Cardinalium ejuſdem Concilii Interpretum; quibus etiam tamquam Exequutoribus præſentium noſtrarum literarum, non ſolum committimus, & mandamus, ut eas, ipſarumque Decreta, & ordinationes omnes perpetuo, & inviolabiliter obſervari faciant cum eadem poteſtate, quæ iiſdem Cardinalibus a Sede Apoſtolica tributa eſt pro executione Decretorum memorati Concilii, ſed etiam privative facultatem impartimur, quandocumque opus fuerit, interpretandi, explicandi, ac declarandi eamdem noſtram Conſtitutionem, omneſque, & ſingulas ordinationes in ea contentas (exceptis his, quæ ad Cæremoniale Epiſcoporum, Rituale Romanum, & Rubricas Miſſalis, & Breviarii pertinent) quatenus illis dubietas aliqua, aut difficultas emerſerit, non retardata tamen interim illarum executione, adeout ante hujuſmodi executionem nec ullus recurſus ad eamdem Congregationem Cardinalium, nec ulla ſuper quovis dubio conſultatio promoveri poſſit. Decretis vero, & declarationibus a prædicta Congregatione faciendis, poſtquam noſtra, aut Romani Pontificis pro tempore exiſtentis approbatio acceſſerit, ſtatim quæcumque reclamatio, aut conſultatio omnino ceſſare, perpetuumque ſilentium deſuper impoſitum cenſeri debeat.

Clauſulæ cũ derogatoriis.

§.26. Decernentes pariter eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari debere; Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis præfatæ Nuntios, alioſque quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.27. Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de jure quæſito non tollendo, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis necnon quorumcumque Ordinum, Congregationum, Inſtitutorum, & Societatum, etiam Jeſu, & quorumvis Monaſteriorum, Conventuum, Eccleſiarum, Locorum Piorum, aliiſve quibusvis, etiam Juramento, Confirmatione Apoſtolica, aut quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetudinibus; ac præſcriptionibus quantumcumque longiſſimis, & immemorabilibus, privilegiis quoque Indultis, & literis Apoſtolicis, Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, & Societatibus, etiam Jeſu, ac Monaſteriis, Conventibus, Eccleſiis, & Locis Piis prædictis, illorumque reſpective Superioribus, aliiſque quibuslibet perſonis, etiam ſpecialiſſima mentione dignis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis Clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine in genere, vel in ſpecie, ſeu

Digitized by Google

alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſsio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur, & infererentur nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata eisdem præſentibus pro expreſsis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſse derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſsis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die XIII. Maji MDCCXXIII. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Cauſa præſentis confirmationis.

§.28. Cum autem, ſicut accepimus, tametſi præmiſſa a memorato Innocentio Prædeceſſore maturo, ac ſaluberrimo fuerint conſtituta, & ordinata conſilio, illa nihilominus, nec dum plenariæ executioni, ut par erat, demandata fuerint, neque proinde optatos fructus uſquequaque proferre valuerint; Hinc eſt, quod Nos probe conſiderantes nihil magis alios ad veram pietatem, & Dei cultum aſſidue inſtruere, & excitare, quam eorum vitam, & exemplum, qui ſe divino miniſterio dedicarunt, facileque fieri poſſe, ut populus in via Domini proſpere, & feliciter progrediatur, ſi Clerus illi prælueeat, ac ſuavem in eo ſanctioris diſciplinæ, bonorumque operum odorem diffundat, ac propterea eorumdem præmiſſorum ad hunc tam pium, & ſalutarem finem tradentium ſubſiſtentiæ, ac paratæ executioni, ſublatis quibuſvis impedimentis, quantum eum Domino poſſumus, Paſtorali noſtra cura, & ſolicitudine conſulere cupientes, præinſertas Innocentii Prædeceſſoris literas, & quæcumque in eis conſtituta, ordinata, ſancita, decreta, & declarata, ac alias quomodolibet contenta, & expreſſa, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, ac quatenus opus ſit, innovamus, & de novo conſtituimus, ordinamus, ſancimus, decernimus, & declaramus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, necnon tam Dilecto Filio noſtro, & Sedis præfatæ in Regnis Hiſpaniarum Nuncio nunc, & pro tempore exiſtenti, quoad ea, quæ ad ipſum, ejuſque Tribunal pertinent, quam Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſque locorum Ordinariis, & Superioribus, ac etiam dilectis Filiis utrique Clero ſæculari, & regulari eorumdem Regnorum diſtricte, ac ſub interminatione divini judicii auctoritate præfata harum ſerie præcipimus, & mandamus, ut illa omnia, & ſingula omni mora, dilatione, & cunctatione ſublata, debita obedientia exequantur, & accurate, & exacte ſervent, faciantque reſpective illa ab iis, ad quos ſpectat, & quandocumque ſpectabit in futurum eadem auctoritate omnimodæ executioni demandari, & inviolabiliter obſervari.

Confirmatio relatæ Conſtitutionis.

Clauſulæ.

§.29. Decernentes pariter ita in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ipſius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & dictæ Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus omnibus, & ſingulis illis, quæ prædictus Innocentius Prædeceſſor in literis ſuis præinſertis voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Ut autem eædem præſentes literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus illas, ſeu earum exempla ad valvas Eccleſiæ Lateranen., ac Baſilicæ Principis Apoſtolorum, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt, affigi, & publicari, ſicque publicatas, & affixas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perinde arctari, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent. Utque ipſarum literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXIII. Septembris MDCCXXIV. Pontificatus noſtri Anno Primo.

XXXII.

Conceditur Indulgentia perpetua & Univerſalis omnibus Chriſtifidelibus recitantibus, ad ſignum Campanæ quod vulgo dicitur *l'Ave Maria*, antiphonam *Angelus Domini* flexis genibus.

Dat. 26. Sept. 1724. Ann. I.

Hujus Conſt: ed. 1724. Septembris quoque 26. P. 1. Conceduntur etiam nonnullæ Indulgentiæ perpetuæ recitantibus coronam Septem Dolorum Beatæ Mariæ Virginis. Et Clem. XI. Conſt: ed. 1701. Sept. 26. P. 1. conced. plen. perp. etiam per modum ſuffragii viſitantibus S. Domum Lauretanam.

Fabrizio per la miſericordia di Dio Veſcovo di Porto della S.R.Chieſa Cardinal Paulucci della Santità di Noſtro Signore Vicario Generale &c.

Exordium

Eſſendo ſtato commeſſo alla ſuprema Apoſtolica autorità del Sommo Pontefice Vicario di Noſtro Signor Gesù Criſto in terra il diſpenſare i Teſori de doni celeſti, e conſiderando la Santità di Benedetto XIII., che ſia un potente motivo per diſtribuire liberalmente i detti Teſori, quando ſi riconoſce, che ſiano per eſſere molto profitevoli per accreſcere la venerazione all'Auguſti-

Digitized by Google

guſtiſſima Regina de Cieli Maria ſempre Vergine Madre di Dio per eccitare, e mantenere la divozione verſo la medeſima, e per la ſalute dell'Anime: Quindi e, che la Santità Sua confidata nella miſericordia dell'Omnipotente Iddio, e nell'autorità de' SS. Apoſtoli Pietro, e Paolo, concede Indulgenza plenaria, & remiſſione di tutti li peccati univerſalmente, & in perpetuo a tutti li Fedeli li quali veramente pentiti, confeſſati, e comunicati in un giorno di ciaſchedun meſe a loro elezzione recitaranno inginocchioni divotamente al ſuono della Campana la matina, o a mezzo giorno, o vero la ſera la ſolita Orazione *Angelus Domini nunciavit Mariæ, & concepit de Spiritu Sancto = Ecce Ancilla Domini fiat mihi ſecundum Verbum tuum = Et verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis*, e con la detta Orazione tre volte *Ave Maria &c.* E pregaranno il Signore per la pace, e concordia tra Principi Criſtiani, eſtirpazione dell'Ereſie, e per l'eſaltazione della Santa Madre Chieſa.

Conceſſio prædicta Indulg. Plen. & univerſalis.

Aliæ Indulgentiæ conceduntur.

§.1. Nell'altri giorni poi dell'anno concede la Santità di Noſtro Signore parimente in perpetuo alli Fedeli, i quali veramente contriti diranno l'Orazione come ſopra, ogni volta che ciò faranno, cento giorni d'Indulgenza; come più diffuſamente ſi legge nel Breve Apoſtolico ſpedito il di 14. Settembre 1724. Dato dalla noſtra ſolita Reſidenza queſto di 26. Settembre 1724.

XXXIII.

Dat. 26. Sept. 1724. Ann. 1.

Conceduntur nonnullæ Indulgentiæ perpetuæ recitantibus Coronam ſeptem dolorum Beatæ Mariæ Virginis.

De ſimili conceſſione pro recitantibus flexis genibus Antiphonam Angelus Domini *ad ſignum Campanæ quod vulgo dicitur* l'Ave Maria, *vid. hujus Conſt. præcedentem.*

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

REdemptoris, & Domini Noſtri Jeſu Chriſti vices licet immeriti gerentes in Terris ſpiritualium munerum Theſauros, quorum diſpenſatores a Domino conſtituti ſumus libenter erogamus, ſicut ad fovendam, & incitandam fidelium devotionem ſalubriter expedire in Domino arbitramur.

Cauſæ præſentis conceſſionis.

§.1. Cum itaque ſicut accepimus dilecti filii moderni Prior Generalis, & Procurator Generalis Ordinis Fratrum Servorum B. M. Virginis Nobis nuper exponi fecerunt in dicto Ordine juxta illius Inſtitutum, & laudabilem, ac antiquiſſimam conſuetudinem in recordationem ſeptem principalium dolorum quos Beatiſſima Virgo Maria Patrona, & Advocata Noſtra in unigeniti ſui Filii vita, & obitu paſſa fuit. Corona eorumdem ſeptem præcipuorum dolorum e ſeptem ſeptenariis Angelicarum Salutationum, ſeptemque Dominicis orationibus una cum tribus aliis Ave Maria in honorem lachrymarum ejuſdem B. M. V. compoſita recitari conſueverit, eaque occaſione præfati etiam dolores explicentur, & meditentur, Nos ad augendam Chriſtifidelium devotionem, & animarum ſalutem cæleſtibus Eccleſiæ Theſauris pia charitate intenti, ac ſupplicationibus eorumdem Prioris Generalis, & Procuratoris Generalis Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; omnibus & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui vere pœnitentes, & confeſſi, ſeu firmum confitendi propoſitum habentes in ſingulis feriis ſextis cujuſlibet hebdomadæ Quadrageſimæ, & feſtivitate Septem Dolorum ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis ejuſque tota octava, necnon in Eccleſiis Ordinis prædicti Coronam Septem Dolorum hujuſmodi devote recitaverint ducentos dies pro qualibet oratione Dominica, & totidem pro quavis ſalutatione Angelica. In reliquis vero totius anni diebus centum dies, iis autem qui per ſe ipſos, aut cum ſocio, vel familiari ejuſmodi coronam integre itidem recitaverint ſeptem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, ſeu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Eccleſiæ conſueta relaxamus: Præterea prædictis Chriſtifidelibus, qui quotidie per integrum annum memoratam Coronam pariter recitaverint, & ſubinde vere pœnitentes, & Confeſſi, ac Sacra Communione refecti pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam ſemel in anno die per unumquemque ex eis eligenda lucri faciendam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem, quam etiam animabus Chriſtifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum ſuffragii applicare poſſint, miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur; Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Statuitur, ut Coronæ ſeptem dolorum B. M. a ſuis Religioſis benedicantur.

§.2. Volumus autem, quod Superiores Conventuum, ſeu Religioſi prædicti Ordinis, qui ab illis ad id ſpecialiter deputati fuerint, Coronas hujuſmodi benedicendi facultatem habeant, & ut ſupradictæ Coronæ nemini poſſint vendi, nec commodari, & ſi ſecus fiat, Indulgentiæ ſupradictæ ceſſent, nulliuſque ſint roboris, vel momenti, ſed circa eas Decretum a fel: rec: Alexandro PP. VII. Prædeceſſore Noſtro die 6. Februarii 1657. editum omnino ſervetur. Utque earundem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XXVI. Septembris MDCCXXIV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XXXIV.

Dat. 27. Sept. 1724. an. 1.

Conceditur Fratribus Ordinis SS. Trinitatis Redemt. Captiv. facultas nominandi Judices Conſervatores in Conventibus Provinciarum Caſtellæ, Legionis, Navarræ, & Bethicæ.

Alias ab hoc Pontifice Conſt: ed: 1727. Febr. 26. P. 4. conceditur facultas Capitulo Generali ejuſdem Ordinis, & Definitorio Generali ipſum celebrandi, necnon condendi Statuta & Decreta. Innoc. XIII. ed: 1722. Aug. 24., P. 2. Conſ. decr. Congr. Epiſ. & Reg. de alternativa Vicariatus Gener. inter tres Provincias dicti Ordinis.

BE-

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Cauſæ præſentis conceſſionis.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Attilanus Perez Procurator Generalis Ordinis Fratrum Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum in ſacra Theologia Magiſter tam ſuo, quam dilectorum filiorum Fratrum Conventuum, Provinciarum Caſtellæ, Legionis, & Navarræ, ac Bethicæ nominibus, quod vacantibus potiſſimum, uti ex proprio inſtituto tenentur, eorum Religioſis Captivorum Redemptioni ex manibus, & dura Infidelium ſervitute tam in Aſiæ, quam in Africæ partibus, ac in opus tam pium Chriſtifidelium, & Magnatum largitionibus, benedicente Domino, confluentibus, ſæpius contigit, & non ſine maxima eorum amaritudine in dies contingere ſolet, ejuſmodi ſubſidia, ac etiam animos Religioſorum diſtrahi ob inſurgentes lites, quæ tum eamdem redemptionem, tum alia Religionis negotia concernunt, eo quia illas in diverſis Tribunalibus ad inſtantiam partium cum maximo diſpendio, & incommodo proſequi coguntur.

Preces Procuratoris Generalis.

§.1. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dictus Attilanus Procurator Generalis nominibus prædictis, quo vexationibus, & moleſtiis exinde imminentibus, quos non parum præjudiciales eſſe, tum ipſis Religioſis, tum incremento, & piiſſimi Inſtituti propagationi experientia ſatis docuit, tandem occurratur præmiſſorum intuitu eiſdem Religioſis Judicem Conſervatorum impoſterum pro cauſis occurrentibus tam activis quam paſſivis non ſolum intereſſe Redemptionis eorumdem Captivorum in dictis partibus, quam aliud quodcumque eorumdem Conventuum concernentibus, coram quo abſque tanto ſtrepitu, diſpendio, & circuitu decidi poſſint, nominandi facultatem a Nobis concedi plurimum deſiderent, quemadmodum aliæ etiam religiones ex hujus S. Sedis benignitate, & ſignanter fratres Ordinis B. Mariæ de Mercede ejuſdem Redemptionis Captivorum pro diverſis Provinciis indulgeri, & deinde in forma communi ad reliquas omnes ejuſdem Inſtituti a rec. mem. Alexandro PP. VII. Prædeceſſore Noſtro ad tenorem Conſtitutionum fel. rec. Clementis VIII., & Gregorii XV. Romanorum Pontificum pariter Prædeceſſorum Noſtrorum indulgeri, ac Indultum hujuſmodi extendi reſpective obtinuerunt. Nobis propterea dictus Attilanus Procurator Generalis humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Conceſſio præd.

Nos igitur dictum Attilanum Procuratorem Generalem alioſque prædictos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & illorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus illorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium, qui eumdem Attilanum Procuratorem Generalem ſuper præmiſſis audiverunt conſilio, ac attentis narratis eiſdem Exponentibus, ut inpoſterum Judices Conſervatores in ſupra citatis Conventibus ad formam Conſtitutionum earundem Clementis, & Gregorii Prædeceſſorum, & non aliter nominare poſſint, & valeant, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium indulgemus; ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Clauſulæ.

§.2. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.2. Volumus autem, ut præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXVII. Septembris MDCCXXIV. Pontificatus noſtri Anno Primo.

XXXV.

Conceditur Miniſtro Generali Minorum Conventualium facultas erigendi Confraternitates Cordigerorum in iis etiam locis, in quibus Eccleſiæ Ordinis Minorum non exiſtunt. Dat. 30. Sept. 1724. Ann. I.

De Erectione Confraternitatis Cordigerorum, & facultate Miniſtro Generali eam in omnibus Eccl ſiis Ord. Minorum erigendi, vid. Sixti V. Conſt. ed: 1585. Decemb. 29. P. 1. Et hujus Conſt: ed: 1725. Decemb. 10. P. 2. Confirmat. Conſt. Sancti Pii V. pro Fratribus Minoribus de participatione Privilegiorum Ordinum Mendicantium.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

SAcroſancti Apoſtolatus Miniſterium, quod ineffabilis divitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei altitudo humilitati noſtræ nullis licet ſuffragantibus meritis per abundantiam cæleſtis miſericordiæ, credidit, iugiter Nos admonet. & ut inter multiplices, graviſſimaſque Apoſtolicæ ſervitutis curas, eam peculiari ſolicitudine amplectamur, qua Religioſorum Virorum Ordines in Militanti Eccleſia ad Divini nominis laudem, & gloriam, & fidei Catholicæ exaltationem ſancte inſtituti, novis a Sede Apoſtolica privilegiis, & gratiis decorentur, prout rerum, & temporum qualitatibus debite penſatis conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

A Sixto V. Archiconfraternitas Cordigerorum Aſſiſii in d.a Fratrum Eccleſia erecta: ac Magiſtro Generali facultas conceſſa erigendi Confraternitates ejuſdem nominis in Minorum Eccleſiis.

§.1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Angelus Maria Sidori Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci Conventualium nuncupator. quod dudum fel. rec. Sixtus PP. V. Prædeceſſor Noſter per quaſdam ſuas literas deſuper ſub Plumbo anno Incarnationis Dominicæ 1585. 3. Kal. Decembris Pontificatus ſui anno Primo expeditas, in Eccleſiam Domus Fratrum dicti Ordinis Aſſiſien., ubi Corpus S. Franciſci ſub Altari Majori ipſius Eccle-

Digitized by Google

cleſiæ requieſcit, unam Archiconfraternitatem utriuſque ſexus Chriſtifidelium, qui cordam prædicti Ordinis Fratribus geſtari ſolitam ex illornm devotione deferrent, & illa cingerentur, ſub invocatione memorati Sancti Franciſci perpetuo erexit, & inſtituit, ac inſnper tnnc, & pro tempore exiſtenti Miniſtro Generali Ordinis prædicti quaſcumque Confraternitates utriuſqne ſexus Chriſtifidelium Cordigerorum, in quibuſcnmque Eccleſiis domorum tam Fratrum eorumdem Minorum Conventualium, quam Capuecioorum, & de Obſervantia nnncupatorum in quibuſcumque Mundi partibus, & locis pro tempore erigendis, & inſtituendis, erigendi, & inſtituendi, illaſque poſtquam erectæ, & inſtitutæ fuiſſent, prædictæ Archiconfraternitati erectæ, & inſtitutæ cum omnibus, & ſingulis Indulgentiis, peccatorum remiſſionibus, & relaxationibus aggregandi, ipſaſque Indulgentias illis, & eorum Confratribus communicandi, pariterque concedendi plenam, & liberam, ac omnimodam facultatem, & auctoritatem dedit, & conceſſit, prout idem Sixtus Prædeceſſor eaſdem omnes Confraternitates poſtquam erectæ, & inſtitutæ fuiſſent, ipſi Archiconfraternitati aggregavit, prædictaſque Indulgentias illis, & eorum Confratribus ſub certis modo, & forma tunc expreſſis communicavit, & conceſſit, & alias prout in ejuſdem Sixti Prædeceſſoris literis, quarum tenorem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, & inſerto haberi volumus uberius dicitur contineri.

Preces Procuratoris Generalis pro cōceſſione præſentis facultatis.

§.2. Cnm autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat erectio Confraternitarum Cordigerornm hujuſmodi in ſecularibus, & regularibus Eccleſiis illorum locorum, & quibus Eccleſiæ dicti Ordinis Fratrum Minorum Conventualium minime exiſtunt, cupide eaoptetur; Ipſe vero Felix Angelus Procurator Generalis illas erigendi facultatem cum communicatione Indulgentiarum a Nobis concedi ſummopere deſideret. Nos ipſum Felicem Angelum Procuratorem Generalem ſpecialis favore gratiæ proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine, qnavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſeqnendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, tunc pariter, & pro tempore exiſtenti Miniſtro Generali dicti Ordinis, ut in quibuſvis Civitatibus, Terris, & locis ubicnmque exiſtentibus, in quibus Eccleſiæ hujus Odinis non exiſtunt, ut præfertur, de Ordinariorum licentia Confraternitates ejuſmodi Cordigerorum erigere, & inſtituere poſſit, & valeat plenam, & liberam licentiam, & facultatem, auctoritate Apoſtolica tenore præſentinm concedimus. Ac poſtquam erectæ fuerint, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, indultis, facnltatibus, exemptionibus, immunitatibns, conceſſionibus, Indulgentiis, etiam plenariis, & peccatorum remiſſionibns, & relaxationibus, ac gratiis qnibuſvis aliis eorumdem Cordigerorum Confratribus, & Sororibus per dictum Sixtum, ac quoſcnmque alios Romanos Pontifices Prædeceſſores Noſtros, ac etiam Nos, hactenus conceſſis, & concedendis, & quibus Confraternitates hnjuſmodi, earumqne Confratres, & Sorores quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt in futurum, pariformiter, & æque principaliter uti, potiri, & gaudere libere, & licite poſſint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi ſpecialiter, & expreſſe, ac nominatim conceſſa fuiſſent, dicta auctoritate pariter concedimus, & indulgemus; ac privilegia, Indulta, facultates, exemptiones, immunitates, conceſſiones, Indulgentias, etiam plenarias ſicut præmittitur, conceſſas, & conceſſa ad ipſas Confraternitates erigendas, illarumque Confratres, & Sorores pro tempore exiſteutes perpetuo extendimus, & ampliamus.

Clauſulæ.

§.3. Decernentes eaſdem præſentes literas ullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis noſtræ, ſeu quopiam alio defectu notari, impugnari, vel retractari, aut revocari, nullatenus poſſe, nec debere, ſed ſemper in perpetuum validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari: ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & dictæ Sedis Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obſtantibus omnibus, & ſingulis illis, quæ idem Sixtus Prædeceſſor in prædictis ſuis literis voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.5. Volumus autem, ut earundem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXX. Septembris MDCCXXIV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XXXVI.

Conceditur quatuor primis Patriarchis facultas geſtandi Exomidem.

Dat. 30. Sept. 1724. Ann. 1.

De erectione Eccleſia in Palatio Regis Portugalliæ in Archiepiſcopatum, & Patriarchatum Eccleſiæ Ulyſſiponen. vid. Clem. XI. Conſt. ed. 1716, Nov. 7. P. 17. Hujus vero Conſt. ed. 1724, Julii 20. P. 1 conceſſum fuit Altare Privilegiatum omnibus Cathedralibus.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Romanus Pontifex ſupremus gratiarum Diſpenſator illis Præſulibus, qui de benigni-

ta-

tate Sedis Apoſtolicæ locum obtinent celſiorem, & honorabilia S.R.E, membra exiſtunt, & libenter concedit, per quæ eis aliqua fiat decoris acceſſio, ut eo alacrius in Miniſteriorum ſuorum functione perſeverent.

Cauſæ præſentis conceſſionis.

§. 1. Itaque ad eximia Venerabilium Fratrum modernorum Patriarcharum Conſtantinopolitan., Alexandrin., Antiochen., & Hieroſolymitan. in nos, & dictam Sedem fidei, & devotionis, aliaque multiplicia merita paternæ dirigentes conſiderationis intuitum, illorumque Ordinem, & Dignitatem novi honoris prærogativa decorare volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes motu proprio,

Conceſſio prædicta motu proprio.

ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ut deinceps perpetuis futuris temporibus omnes, & ſinguli Patriarchæ Conſtantinopolitani, Alexandrin., Antiochen., & Hieroſolymitan. præſentes, & futuri Exumidem ſuper amiculo breviori in quibuſvis functionibus, & actibus publicis, ac privatis ubique deferre, & geſtare, illaque uti libere, & licite poſſint, & valeant tenore præſentium concedimus; & indulgemus.

Clauſulæ.

§.2. Decernentes easdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari: Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E.Cardinal. etiam de Latere Legatos, & alios quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXX. Septembris MDCCXXIV. Pontificatus noſtri Anno Primo.

XXXVII.

Dat.3.Octob. 1724.An.1.

Abrogantur privilegia omnia perſonalia, quæ Minoribus Ord. S Franciſci in Regnis Portugalliæ concedi conſueverant.

Hac de re vid. Clem: XI Conſtitut: ed:1718, P.18, ubi innovatur Conſt: Clem. X de revocatione privilegiorum perſonalium eorumdem Fratr: Provinciæ Braſiliæ.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

SAcroſanctum Apoſtolatus Officium humilitati noſtræ per inſcrutabilem Divinæ Sapientiæ providentiam commiſſum jugiter nos admonet, ut inter graviſſimas, multipliceſque Apoſtolicæ ſervitutis curas illam peculiari ſtudio amplectamur, per quam Chriſtifideles altiſſimi obſequiis ſub ſuavi Religionis jugo mancipati ſublatis iis, quæ regulari eorum obſervantiæ, atque diſciplinæ detrimentum adferre noſcuntur, juxta laudabilia eorum inſtituta proſpere dirigantur, illiſque firmiter inſiſtentes, optatis in dies benedicente Domino, proficiant incrementis.

Cauſæ præſentis abrogationis.

§.1. Cum itaque ſicut accepimus in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis, ac eorumdem Regnorum Inſulis in Indiis Orientalibus, & Ultramarinis conquiſitis, prædictorum Regnorum Portugalliæ, & Algarbiorum dominio temporali ſubjectis abuſus invaluerit, ut paſſim Fratribus Ord. Minorum S.Franciſci de Obſervantia, & Reformatorum, ſeu Strictioris Obſervantiæ, ac Tertii Ordinis nuncupatorum diverſa Indulta, & privilegia perſonalia concedantur, ex quo graviſſima inconvenientia, & ſcandala in Ordine præfato exaſcuntur, & magnum relaxationi oſtium aperitur: Nos qui regularem diſciplinam ubique vigere, & omnem illius relaxationi viam præcludi ſummopere cupimus, de opportuno remedio, quantum cum Domino poſſumus providere volentes, ac fel. recordat. Urb.VIII., & Clementis X. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & quæcumque Indulta, ſeu privilegia perſonalia quomodocunque nuncupata, etiam extra clauſtra quoad Parentes, vel Conſanguineos degendi quibus dicti Ordinis Fratribus in Regnis, & Inſulis præfatis conſiſten: cujuſcumque qualitatis, dignitatis, & conditionis exiſtant (Chariſſimi in Chriſto filii noſtri Joannis Portugalliæ, & Algarbiorum Regis Illuſtris Theologo, Concionatore, & Confeſſario dumtaxat exceptis) quovis titulo, prætextu, cauſa, & occaſione, & ad cujuſcumque inſtantiam, & ſupplicationem, tam a nobis, & a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, & a quibuſvis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Congregationibus, quam etiam ab ipſius Sedis in eiſdem Regnis Nunciis, ac a quibuslibet Ordinis hujuſmodi Superioribus hactenus quoquomodo contra, & præter regularia Ordinis prædicti inſtituta, & Apoſtolicas Conſtitutiones conceſſa harum ſerie perpetuo revocamus, annullamus, caſſamus, abrogamus, & abolemus, illaque perpetuo revocata, caſſata, abrogata, & abolita, viribuſque, & effectu vacua fore, neminique ullatenos ſuffragari, neque de cætero a quoquam concedi poſſe: Sicq; per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Abrogatio prædictorum privilegiorum utpote contra Ord Statuta, & Apoſtolic. Conſtitutiones.

§.2. Mandantes propterea in virtute ſanctæ obe-

obedientiæ; ac ſub excommunicationis, privationisque ſuurum officiorum, ac vocis activæ, & paſſivæ, pœnis eo ipſo incurrendis dilectis Filiis Miniſtro, ac Viccario, ſeu Commiſſario Generalibus, ac Miniſtris Provincialibus, aliiſque dicti Ordinis Superioribus, ot quamprimum præſentes oostræ literæ ad eorum notitiam pervenerint, omnes, & ſingulos Patres, & Fratres Ordinis hujuſmodi ſimilia indulta, ſeu privilegia habentes, illis eo ipſo privatos, & ſpoliatos eſſe declarent, nec quemquam illis uti ſinant, vel permittant; Inobedientes quoslibet, & rebelles opportuols juris, & facti remediis justa regularia ejusdem Ordiuis Statuta Apoſtolica aoctoritate confirmata, omni, & quacumque appellatione, reclamatione, & recurſu remotis compeſceodo.

§.3. Non obſtan. præmiſſis, ac quibuſvis literis Apoſtolicis ſuper conceſſione, ſeu confirmatione conceſſionis privilegiorum hujuſmodi emanatis, aliiſque Conſtitotionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, oecnon dicti Ordiois etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis ſub qoibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarom derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritaobuſque, & aliis decretis etiam motu, ſcieotia, & poteſtatis plenitudine paribus in genere, vel io ſpecie, aut alias quomodolibet io contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis teooribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, nooautem per clauſulas generales idem importaotes mentio, ſeu quævis alia expreſſio babenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad boc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum teoores, acſi de verbo ad verbum oihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & inſererentur, præſeutibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes illis alias io ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum bac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamos, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.4. Volomus autem, ut earumdem præſentiom literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides io Judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. Romæ apud S.M. Majorem ſub Anoulo Piſcatoris die III. Octobris MDCCXXIV. Pontificatus Noſtri Anoo Primo.

XXXVIII.

Dat. 14. Nov. 1724. An. 1.

Vindicatur a calumniis Doctrina SS. Auguſtini, & Thomæ; eaque miris laudibus effertur.

De laudibus Doctrinæ SS. Auguſtini; & Tomæ legantur Conſtitutiones Pii V, & Clem. VIII, quæ hic citantur.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dilecti Filii ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

DEmiſſas preces, & æquiſſimas conqueſtiones veſtras, quas dilectus filius Auguſtinus Pipia totius Ordinis Magiſter Geoeralis, Religioſæ vitæ exemplis, ac doctrina, prudentiaque commendatiſſimus, ſupplici libello ad nos detulit, ea benignitate complexi ſumus, quam, & veſtra in Catholicam Religionem, ampliſſima merita, & noſtra, quam dudum profeſſi ſumus erga Ordinem Prædicatorum obſervantia filialis, noſtræque demom humilitati impoſitum paternæ charitatis, & ſolicitudiois officium poſtulabant. Diriguntur Literæ Ordini Prædicatorum.

§.1. Quod igitur ægre admodom, ut par eſt, moleſteque feratis, erroribus a fel. record. Clemente Papa XI. Prædeceſſore noſtro per Conſtitutionem, quæ incipit: *Unigenitus Dei Filius*, ſaluberrimo, & ſapientiſſimo judicio rejectis, damnatiſque, Auguſtinianæ, & Angelicæ doctrioæ nomen obtendi: indeque audere nonuullos Apoſtolicæ auctoritati, ac veſtræ eſiſtimatiooi detrahere, quod ipſa veſtrarum ſententiarum capita ejus Conſtitutionis cenſuris, notiſque inuſta eſſe calumoientur; juſtam quidem aoimorum veſtrorum offenſionem laudi damus; qua nimirum Vos germanos S. Thomæ Diſcipulos maxime probatis. Magiſterio enim tanti Doctoris imbutos nihil decet magis, quam ut in addictiſſima huic Sanctæ Sedi fide, obedieotiaque præcipuum Studiorum ſuorum fructuum, & laudem collocent: & abſonas, refraganteſque Apoſtolicis decretis opiniones, oon averſeutur modo, ſed per arma etiam lucis, & veritatis diſſipent, & evertaot. Tantum tamen abeſt, ut vicem veſtram doleamus, ut vobis potius gratulemur, quod hac etiam in parte cauſa veſtra ab hujus Sanctæ Sedis rationibus ſejuncta eſſe oon potuerit; quodque alienæ prorſus calumnioſæque interpretationes ad couſlaodam memoratæ Conſtitutioni iovidiam temere excogitatæ ad injuriam quoque veſtri nominis redundarint. Calumnia in doctrinam SS. Auguſtini, & Thomæ.

§.2. Cæterum oon aden vobis erat, aut dolendum, aut mirandum, quod cum ipſis Divinorum librorum oraculis, & Apoſtolicis definitionibus pro impotenti, obſirmatoque partium ſtudio paſſim vis afferatur, hæc eadem conteotionis, pervicaciæque licentia Angelicam Doctrinam attentare oon dubitaverit. Illud potius jore mirandum, quod tam præpoſtero Concilio in hac cauſa locus eſſe potuerit ubi S. Thomæ exploratiſſimis ſententiis damnati errores diſertiſſime confutantur. Quandoquidem Omnipotentis Dei provideotia factum eſt (*Pius V. in Bulla Mirabilis Deus* 1567.) ot Angelici Doctoris, ac veritate Doctrinæ, non ſolum innumeræ, quæ vel ipſius ætate, vel antea graſſatæ ſunt, ſed moltæ etiam quæ deinceps exortæ ſunt hæreſes, confuſæ, & conjunctæ diſſipaređtur. Explodenda demonſtratur calumnia prædicta.

§.3. Magno igitur animo contemnite, Dilecti filii, calumnias intentatas ſententiis veſtris de Gratia præſertim per ſe, & ab intrinſeco efficaci, ac de gratuita Prædeſtinatione ad gloriam ſine ulla prævisione meritorum, quas laudabiliter hactenus docuiſtis, & quas ab ipſis Sanctis Doctoribus Auguſtino, & Thoma, ſe habuiſſe, Laudes Doctrinæ prædictæ.

& Verbo Dei, Summorumque Pontificum, & Conciliorum decretis, & Patrum dictis conſonas eſſe Schola veſtra commendabili Studio gloriatur. Cum igitur bonis, & rectis corde ſatis conſtet, ipſique calumniatores, niſi dolum loqui velint, ſatis percipiant, Sanctorum Auguſtini, & Thomæ (Alexander VII. in Brevi incipiente *Literas*; 1661.) inconcuſſa tutiſſimaque dogmata nullis prorſus antedictæ Conſtitutionis cenſuris eſſe perſtricta; ne quis in poſterum eo nomine calumnias ſtruere, & diſſentiones ferere audeat ſub canonicis pœnis diſtricte inhibemus. Pergite porro Doctoris veſtri opera Sole clariora ſine ullo prorſus errore (Clemens VIII. in Brevi incipiente *Dilecti Filii* 1603.) conſcripta quibus Eccleſiam Chriſti mira eruditione clarificavit, in collecta Feſt., inoffenſo pede decurrite, ac per certiſſimam illam (Pius V. in Bulla ut ſupra) Chriſtianæ Doctrinæ regulam Sacroſanctæ Religionis veritatem, incorruptæque diſciplinæ Sanctitatem tueri, ac vindicare.

§.4. Hæc ſunt enim, Dilecti filii, quæ Prædeceſſores noſtri de Sancti Thomæ doctrina ſenſerunt, & prædicarunt; quæque nos, non modo ad curarum veſtrarum lenimentum, ſed ad animi quoque noſtri ſolatium libentiſſime uſurpamus, & præconio Apoſtolicæ vocis efferimus. Inclytus enim Ordo iſte, cui nomen dedimus, & quem expreſſe, Domino miſerante, profeſſi ſumus, eodem Angelicæ Doctrinæ lacte nos aluit, ac licet impari inſtitutionis fructu, ad gerendam Eccleſiarum ſolicitudinem eduxit; ut privato etiam diuturnoque colendarum artium experimento edicere potuerimus, quod ex Apoſtolatus ſpecula per haſce literas annunciamus, Deum interea, qui pacem, & veritatem diligendam præcipit, ſupplices rogate, ut ſincero Angelici Doctoris ſtudio omnes in ſimplicitate cordis nitantur, quæ ille docuit, intellectum conſpicere, atque in unitate ſpiritus, & charitate fraternitatis, quæ ille egit, imitatione complere, Ac vobis dilecti filii, Apoſtolicam benedictionem peramanter impartimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die VI. Novembris MDCCXXIV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XXXIX.

Dat 16.Nov. 1724.An.I.

Statuuntur quædam pro reſtituenda, & conſervanda antiqua Regulari Diſciplina in Ordine Fratrum Minorum, ſub directione Miniſtri Gen. totius Ord. viventium.

Hujus Conſt. ed. 1724. Oct. 3 P. 1 Abrogantur pro bono regimine omnia privilegia perſonalia Fratribus Provinciæ Portugalliæ concedi ſolita, Et Clem. XI Conſt. ed. 171 , Aug. 20 P. 18. idem fecit pro Fratribus Provinciæ Braſiliæ.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

UNiverſalis Eccleſiæ Regimini, nullo licet meritorum noſtrorum ſuffragio, inſcrutabili Divinæ Providentiæ arcano præſidentes, inter multiplices, ac ſane graviſſimas Paſtoralis officii noſtri ſolicitudines, quibus jugiter premimur, memores ſub ſuavi Religionis Fratrum Prædicatorum jugo a teneris uſque annis noſmetipſos Deo devoviſſe, illam peculiari quadam ratione curam ſuſcipimus, per quam priſca Regularis diſciplinæ obſervantia in Religioſis Ordinibus conſervetur, atque inſtauretur, & ne ii, qui per emiſſorum in illis votorum ſemitam ad apicem perfectionis contendunt, a recto Inſtitutorum ſuorum tramite deflectant, quæcumque felici eorum regimini, ac providæ animarum ſuarum directioni impedimento eſſe poſſunt, removere ſtudemus, ſicut omnibus maturæ conſiderationis trutina perpenſis, in Domino ſalubriter expedire conſpicimus.

Cauſa præſentis Conſtitutionis.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, ac nos ipſi, dum in minoribus conſtituti, commiſſo nobis a fel. rec. Clemente XI., & Innoc. XIII. Rom. Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris in quibuſdam Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci tum de Obſervantia, tum Reformatorum nuncupatorum Provinciis Viſitatoris Apoſtolici munere fungebamur, experientia didicimus, in Ordine præfatto, qui ſuaves, ac uberrimos in Eccleſia Dei fructus omni tempore protulit, & in dies, eo benedicente, a quo bona cuncta procedunt, proferre non deſiſtit, nonnulli irrepſerint abuſus contra primitivæ illius diſciplinæ formam, ad diſpoſitionem quarumdam Apoſtolicarum Conſtitutionum, præſertim rec. mem. Urb. Papæ VIII. Prædeceſſoris pariter noſtri die 23. Jun. 1633., 26. Jun. 1639.; ac prima etiam Jun. 1649. reſpective editarum, quarum priore incipiente = *Inter cæteras* omnia privilegia perſonalia in eodem Ordine perpetuo abrogata fuerant, neque de cætero a quoquam concedi poſſe cautum erat; Altera vero, cujus initium eſt = *Admonemur*, adverſus illius Superiores favores extra Ordinem ipſum in conceſſione gratiarum, graduum, officiorum, & dignitatum, ac remiſſione pœnarum attendentes, necnon Fratres ejuſmodi favores conquirentes emanaverat; & tertia demum quæ incipit = *Militantis Eccleſiæ*, inter alia Patribus ejuſdem Ordinis Jus, arbitrium, ac conſuetudinem ſuperintendendi Provinciis, Conventibus, Fratrum collocationibus, aliiſque diſpoſitionibus, quæ ſibi ex officiis, quibus functi fuerant, remanſiſſe, ſeu competere prætendebant, adempta, & abolita fuerunt; ob minus accuratam autem harum Conſtitutionum obſervantiam multa, & gravia in dicto Ordine adverſus Regularis obſervantiæ nitorem incommoda oriri dignoſcantur, necnon magnum relaxationi oſtium pandatur, atque ſpiritui paupertatis, & humilitatis, quo Seraphicus ille Ordo potiſſimum innititur, plurimum detrahatur, non ſine modica etiam Religioſæ illius Fratrum pacis, & tranquillitatis perturbatione.

Abolentur quæcunque indulta perſonalia adverſus Ordinis ſtatuta, & Apoſtolicas Conſtitutiones conceſſa.

§.3. Hinc eſt, quod Nos, qui Regularem diſciplinam ubique vigere, omnemque illius relaxationis viam præcludi ſummopere exoptamus, hujuſmodi malis, & incommodis de opportuno remedio, quantum cum Domino poſſumus, providere volentes, antiquis, ac laudabilibus dicti Ordinis Statutis per Sedem Apoſtolicam confirmatis inhærendo, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac

Digitized by Google

hac noſtra perpetuo valitura ſanctione confirmantes, & espreſſe innovantes, quæ ab eodem Urbano Prædeceſſore in teruis ejus Conſtitutionibus ſupradictis, & a piæ memoriæ Clemente Papa X. Prædeceſſore etism noſtro per quaſdam ſuas in pari forma Brevis die 7. Octobris 1672. ſuper nova eorumdem privilegiorum perſonalium abrogatione expeditas literas diſpoſita, & ordinata fuere, omnia, & qnæcumque Indulta, ſeu privilegia perſonalis, tam Ex-Miniſtrorum, Es-Commiſſariorum, ſeu Viee-Commiſſariorum, Ex-Procuratorum, & Ex-Diffinitorum Generalium, quam Es Miniſtrorum, Ex-Cuſtodum, Fx-Diffinitorum Provincialium, prout etiam Es-Generalium Prædicatorum, atque Lectorum Theologiæ ſupra numerum, nec non apud Parentes, vel Conſanguineos, aut alibi extra Clauſtra habitu retento degendi, aut in uno Conventu ita determinate commorandi, ut ſublata ſit Superioribus facultas ad alios Conventus transferendi, & quævis alia hinc non espreſsa, quibuslibet Fratribus de Obſervantia, Reformatis, Diſcalceatis, Recollectis, Tertiariis, vel quocumque alio nomine nuncupatis ſub regimine, ac directione Miniſtri Generalis dicti Ordinis viventibus, cujuſcumqne dignitatis, qualitatis & conditionis exiſtant (chariſſimorum in Chriſto Filiorum noſtrorum Regis Romanorum in Imperatorem electi, ac aliorum Regum Theologis, Concionatoribus, & Confeſſariis actualibus dumtaxat esceptis) quovis titulo, prætextu, cauſa, & occaſione, & ad eujuſcumque inſtantiam, & ſupplicationem, tam a nobis, & Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus uoſtris, & a quibuſvis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Congregationibus, quam etiam ab ipſius Sedis Apoſtolicæ Nunciis, aut de Latere Legatis, ac quibuslibet Ordinis bujuſmodi Superioribus hactenus quoquomodo contra, & præter Regularia Ordinis præd. Statuta, & Apoſtolicas Conſtitutiones conceſſa perpetuo revocamus, annullamus, caſſamus, abrogamus, & abolemus, illaque in perpetuum revocata, caſſata, abrogata, & abolita, viribuſque, & effectu vacua eſſe, & fore, neminique ullatenus ſuffragari, neque deineeps a quoquam concedi poſſe decernimus. *Mandantes* propterea in virtute Sanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis, privationiſque ſuorum officiorum, ac vocis activæ, & paſſivæ pœnis eo ipſo incurrendis, dilectis filiis Miniſtro, & Commiſſario Generalibus, ac Miniſtris Provincialibus, Cuſtodibus, aliiſque ejuſdem Ordinis Superioribus, ut quamprimum præſentes noſtræ literæ ad eorum notitiam pervenerint, omnes, & ſingulos Patres, & Fratres Ordinis hujuſmodi ſimilia Indulta, ſeu privilegia habentes, etismſi a nobis, vel a Prædeceſſoribus prædictis de non completo, vel complendo integro tempore officiorum, es quibus illa deſumere prætendunt, diſpenſationem quoquo modo obtinuiſſent, illis eo ipſo privatos, & ſpoliatos eſſe declarent, nec quemquam eis in poſterum uti ſinant, vel permittant.

Statuitur, ne Fratres Conventus ſuo arbitrio eligere valeant; ſed de eis ſibi a Superioribus provideri poſtuleant.

§.3. Fratres vero, quibus per dicti Ordinis Conſtitutiones Conventus, in quibus degant, pro ſuo arbitrio deligere conceſſum eſt, cum ad præſcriptum Regulæ, quam ſolemniter voverunt, *nec Domum, nec locum, nec aliquam rem in hoc Mundo ſibi poſſunt appropriare*, ex nunc, & de cætero perpetuis futuris temporibus, omni uſu in contrarium penitus ſublato, a Superioribus Generalibus, vel Pruvincialibus de Conventibus eis magis acceptis, ea qua decet humilitate ſibi provideri poſtulent, Superiores autem pro ſingulorum meritis, & qualitate eos in Conventibus poſtulatis collocari procurent, ſicur in Domino espedire viderint; exceptis tamen Almæ Urbis noſtræ Conventibus, in quibus utpote numeroſa familia gravatis, nec ipſos etiam Ordinis Diſcretos, qui non fuerint Patres Romanæ Provinciæ, ſive de Obſervantia, ſive Reformatorum, vel dictæ Sedis ſervitio addicti, volumus de Familia commorari poſſe, ſed expletis eorum officiis, ad proprias Provincias, vel ad Conventus ſibi a dictis Superioribus aſſignandos proficiſci omnino teneantur, in quibus Guardianis ſuis justa Divi Franciſci Inſtitutoris mentem ita illi, eorumque Socii ſubeſſe debeant, ut extra Clauſtra abſque espreſſa earumdem Guardianorum qualibet viee obtinenda licentia esire non poſſint.

Præcipitur Superioribus, ne gratias, & dignitates ad inſtantiam quarumcumq. perſonarum Fratribus impartiantur; hiſque interdicitur, ne externorum favores ad illas cōſequendas procurent: neque oblatos recipiant.

§.4. Inſuper ne ad gradus, officia, & dignitates per emendicata ſuffragia ambitioſus pateat acceſſus, & aditus præbeatur vagis, & otioſis Fratribus per alienas Provincias errandi, vel etiam propriæ Provinciæ Conventus circumeundi ob extortas a ſuis Superioribus facultates per conquiſitos extra Ordinem favores, ſimiliter in virtute Sanctæ obedientiæ, ac ſub pœna privationis officiorum noſtro, ac Romanorum Pontificum Succeſſorum noſtrorum arbitrio Superioribus Generalibus ejuſdem Ordinis: Provincialibus vero, & reliquis dicti Ordinis Prælatis, nunc, & pro tempore exiſtentibus arbitrio ipſorum Superiorum Generalium præcipimus, & mandamus, ne ad inſtantiam, & requiſitionem quarumcumque perſonarum, tam Eccleſiaſticarum, quam Laicarum, extra dictum Ordinem conſtitutarum, etiam Cardinalatus honore, & quacumque Seculari dignitate, & escellentia, etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, cuivis præfati Ordinis Religioſo ullam gratiam impertiri, vel pœnas aliquas remittere, ſeu gradus, honores, dignitates, & officia, & adminiſtrationes ejuſdem Ordinis concedere audeant; Quinimo Fratres, qui contra præſentium tenorem mediis, & viis hujuſmodi per conquiſitos favores, & ſuffragia estra Ordinem, aliquid ſibi procuraverint, ad talia, & ſimilia, ac etiam majora in eodem Ordine conſequenda perpetuo inhabiles, & incapaces declaramus: Eos vero, qui Perſonarum extra Ordinem favorem, vel auctoritatem interpellaverint ad extorquendas a ſuis Superioribus facultates vagandi, vel de uno ad alium Conventum tranſeundi, pœna carceris formalis Superiorum ſuorum Generalium, vel Provincialium pariter arbitrio puniendos eſſe ſtatuimus: ipſiſque Religioſis, & Fratribus dicti Ordinis quibuſcumque ſub eiſdem reſpective pœnis præcipimus, & espreſſe interdicimus, ut non ſolum in præmiſſis omnibus favores hujuſmodi minime procurare, ſed nec etiam ſponte oblatos, aut ab eis minime procuratos recipere, & ſimiliter, nec ad hunc effectum munera aliqua prædictis perſonis eshibere præſumant.

Guardianorum nominationes, & præſentationes penitus tolluntur & abrogantur.

§.5. Præterea omne, & quodcumque prætenſum jus, ſeu aſſertam conſuetudinem, quæ potius abuſua dici debent, Diffinitores, vel

Digitized by Google

vel Guardianos in ipſius Ordinis Capitulis Provincialibus, vel Congregationibus intermediis nominandi, præſentandi, ſeu proponendi, Provinciis, Conventibus, ac Fratrum collocationibus ſuperintendendi, quovis titulo convenientiæ, vel directionis, ſeu alio qualitercumque nuncupato inducta, obtenta, & inrruſa in perpetuum ſimiliter caſſamus, & abolemus, ac caſſata, & abolita eſſe, & cenſeri debere, cuicumque in poſterum tales nominationes, præſentationes, & propoſitiones, aliaque præmiſſa faciendi facultate penitus interdicta ſub privationis vocis activæ, & paſſivæ, necnon inhabilitatis ad officia obtenta, & alia in futurum obtinenda ipſo facto incurrendis pœnis decernimus, & ordinamus. Declarantes propterea eos, qui Superiores, vel Diffinitores Generales, Officiales Romanæ Curiæ, Provinciarum Miniſtri, vel qui inter ipſos juxta dicti Ordinis Statuta connumerantur, quinque Cuſtodes etiam aut Diffinitores Provinciarum fuerint ex officiis, quibus functi ſunt, nullum habere, vel prætendere poſſe Jus, arbitrium, ſuperintendentiam, intelligentiam, vel quocumque alio nomine nuncupetur, præeminentiam in Provinciis, Conventibus, Fratrum collocationibus, aliiſque diſpoſitionibus, ſed liberum omnino ſit Provincialibus, & Diffinitoribus (nullo ad prædictos Patres habito reſpectu) de Conventibus diſponere, Guardianos inſtituere, Fratres collocare, aliaque exequi, prout communi Provinciarum bono magis convenire cenſuerint. Ipſis etiam Provinciarum Miniſtris, Cuſtodibus, ac Diffinitoribus nunc, & pro tempore exiſtentibus ſub eadem pœna privationis officiorum, quæ obtinent eo ipſo quoque incurrenda diſtricte inhibemus, ne titulo convenientiæ, vel directionis, ſeu alio quocumque nomine Conventus invicem partiri, in eiſque Guardianos nominare, proponere, & præſentare audeant, cum intentionis noſtræ ſit, omnes, & quaſcumque ejuſmodi Conventuum diſtributiones Guardianorum nominationes, & præſentationes penitus tollere, & abrogare.

§.6. Præcipientes omnibus, & ſingulis Fratribus dicti Ordinis ſuffragium, & vocem activam habentibus in Capitulis, & Congregationibus Provincialibus, ut priuſquam ad electiones deveniant, has præſentes literas legi faciant, omneſque, & ſinguli obſervari jurent, quo ſcilicet depoſitis privatis ſtudiis, & affectionibus, nullaque dictorum Patrum habita ratione, eos tantum in Provinciales, Cuſtodes, Diffinitores, & Guardianos libere eligere, & approbare valeant, qui juata Apoſtolicas, & dicti Ordinis Conſtitutiones eligi debent, quoſque prævia meritorum qualificatione digniores, ac ipſis Provinciis, & Conventibus regendis utiliores, & ad id magis idoneos dijudicaverint.

Præſcribitur, ut deputatio Familiarum, & deſtinatio Conventuum in Capitulis, & Congregationibus Provincialibus fieri debeat.

§.7. In deputatione autem Familiarum, ſeu deſtinatione Conventuum in Capitulis, & Congregationibus provincialibus hujuſmodi facienda, ut juxta Conventuum exigentiam, & Perſonarum merita Religioſi opportune collocentur præcipimus, & mandamus ſub vocis activæ privatione, aliiſque arbitrio Superiorum Generalium infligendis pœnis, ut in iiſdem Capitulis, & Congregationibus Familiæ Fratrum ab integro Diffinitorio deputentur, & Conventus deſtinentur, Fratres vero ſub pœna etiam carceris formalis arbitrio Miniſtri Provincialis, ad Conventus ſibi aſſignatos ſe conferre, ibique commorari teneantur, niſi legitima excuſentur cauſa ab ipſo Diffinitorio approbanda, & Guardiani aliquem ſine cauſa reſpuentes, privationis ſui officii pœnam incurrant, at ſi cauſa ſubſit illum reiiciendi, eam Superioribus Provincialibus defere debeant, quæ ſi legitima, & rotionabilis eorum judicio probabitur, tunc Religioſum ſic rejectum ad alium Conventum mittere valeant.

Revocantur in Capitulis Provinciarum particularibus quæcumque ſuffragia perpetua.

§.8. Quia tamen in Provinciarum regimine nec abuſus tolli, ſed potius augeri, nec omnimodam libertatem in electionibus, & deputationibus familiarum hujuſmodi, prout par eſſet, pluribus ab hinc annis obtineri poſſe non uno experimento compertum habemus, & quod Superiores officio functi, ac ferme ſemper iidem Provinciarum Patres Diſſinitoria ingrediantur, ibique locum, & votum habeant, perniciosis hujuſmodi malis occurrere cupientes, utque Provinciarum guberuia juxta ipſius Ordinis Conſtitutiones ſingulis triennis ex integro immutentur, & nullatenus perpetua reddantur, providere volentes, cum aliquando contingat, ſuffragia perpetua Patrum, quos Habituales vocant votis Diffinitorum actualium æqualia eſſe, immo illa excedere in grave ipſarum Provinciarum præjudicium, quandoquidem ipſis dumtaxat Diffinitoribus Jus ſit in Capitulis hujuſmodi pro earundem Provinciarum majori bono, & felici gubernio Religioſos ad officia eligere, ac proinde in hac parte literis ſanctæ memoriæ Pii V., Clementis VIII., & Gregorii XV. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum itidem Noſtrorum hac ſuper re emanatis inſiſtentes, omnia, & quæcumque perpetua ſuffragia, tam de Jure, quam de conſuetudine, quoquo modo in Capitulis, Congregationibus, vel Diffinitoriis particularibus Provinciarum, & Cuſtodiarum, tam de Obſervantia, quam Reformatorum, Diſcalceatorum, Recollectorum, Tertiariorum, vel alio nomine nuncupatorum, quibusvis Fratribus hactenus quomodolibet competentia, motu, ſcientia, ac de poteſtatis plenitudine paribus harum ſerie etiam perpetuo revocamus, annullamus, & abrogamus, nulliuſque roboris, & momenti deinceps fore, & eſſe declaramus: volentes proinde in Capitulis Provincialibus hujuſmodi Guardianos, Diffinitores, Cuſtodes, & Provinciales Miniſtros, ac Præſidentes Capitulares vocem activam pro novo Diffinitorio eligendo, ipſoſque Miniſtros Provinciales ſuo tunc officio functos votum etiam conſultivum, & deciſivum in omnibus actibus Capitularibus una cum novo Diffinitorio, & Præſidente in futurum dumtaxat habere, in reliquis vero Diffinitoriis particularibus, & Congregationibus intermediis ſolos Provinciales Miniſtros, Cuſtodes, & Diffinitores hujuſmodi voce conſultiva, & deciſiva uti, & frui debere.

§.9. Cumque eadem prorſus ſit ratio de Capitulis, & Congregationibus Generalibus, & ne etiam ob hanc ſuffragiorum perpetuitatem aliqui ex dictis Religioſis Sanctæ, & Seraphicæ humilitatis obliti, ſpiritu ſuperbiæ inflentur, vel diuturnitate gubernandi allecti ſubeſſe dediſcant, & alii eorum exemplo ſimili cupiditate accendantur, priuſquam hujuſmodi ſcandala in Ordinis, & animarum detrimentum invehantur, idipſum quod de Capitulis, & Congregationibus

Pro-

Digitized by Google

Provincialibus diſpoſuimus, ut præfertur, ad Congregationes etiam, & Capitula Generalia dicti Ordinis extendimus. Inhibentes propterea omnibus, & ſingulis prædicti Ordinis Patribus, ne in Capitulis, & Congregationibus Generalibus præfatis quiſquam eorum in poſterum cujuſcumque habitualitatis, etiam Generalatus prætextu ſuffragium ferre poſſit pro Superioribus Generalibus, vel Diffinitoriis noviter eligendis, ſed illi tantum inibi votum habeant, qui juxta Ordinis Conſtitutiones de corpore Diffinitorii Generalis fuerint, ita tamen, ut ipſi Superiores Generales officio functi in illis Capitulis, & Congregationibus, in quibus eorum munus expleri, ſeu ceſſare contigerit, votum conſultivum, & deciſivum in omnibus actibus Capitularibus obtineant, quibus abſolutis ſoli Miniſter, & Commiſſarius Generales noviter electi cum eorum Officialibus Curiæ, & Diffinitoribus univerſum Ordinem, vel Familiam reſpective, ſeclusis quibuſcumque Ordinis Diſcretis valeant, & debeant moderari; ita quod Superiores Generales hujuſmodi in arduis Ordinis, vel Familiæ negotiis aliquos ex Diſcretis, & Patribus præfatis, quos maluerint, conſulere, & etiam ad ordinarios congreſſus, ſi id commode fieri poterit, vocare debeant, prout Religionis bono conducere exiſtimaverint.

Statuuntur nonnulla de ſubrogatione Patrum in Capitulis tam particularibus quam generalibus.

§.10. Porro quod attinet ad ſubrogationem Patrum in Capitulis, & Congregationibus, ſive particularibus Diffinitoriis, aut Congreſſibus tam Generalibus, quam Provincialibus, ea omnia ſervari debere mandamus, quas alias per ſtatuta dicto Ordini præſcripta reperiuntur, itaut ſecundum uniuſcujuſque gradum, & dignitatem primo Ordinis, & Familiæ Diſcreti, deinde Ex officiales Romanæ Curiæ, ac Ex-diffinitores Generales poſtea Ex-miniſtri, & Provinciæ Patres reſpective juxta eorumdem Statutorum diſpoſitionem ſubſtituantur, & ſubrogentur. Volentes tamen, quod Provinciarum Miniſtri officio functi, & qui inter eos ad præſcriptum Conſtitutionum Ordinis præfati connumerari ſolent, ſive ſint Ex-guardiani Hieruſalem, Ex ſecretarii, aut Ex-commiſſarii Generales in partibus Indiarum, vel Lectores jubilati de numero, ac alii hujuſmodi inter ſe ita æqualem omnino Ordinem de cetero perpetuis futuris temporibus ſervent quoad ſubſtitutiones hujuſmodi, ut illi primo loco ſubrogentur, qui prius inter Provinciarum Patres, ſeu Ex-miniſtros locum fuerunt adepti, quamvis exinde ipſos Provinciarum Miniſtros, qui re vera officio functi ſunt, poſt alios non antea Miniſtros contingat ſuffragari, cum mentis, & intentionis Noſtræ ſit, ut hoc ſubſtituendi, & ſuffragandi Jus, non in aliquot tantum, ſed in omnibus Patribus, quibus illud competit ſuum ſortiatur effectum.

Commutatur Pœna excommunicationis ab Urb. VIII. in tranſgreſſores inflictam in illam privationis officiorum.

§.11. Quoniam vero in ſupradictis Urbani Prædeceſſoris Conſtitutionibus, non minus contra Fratres favores extra Ordinem præfatum attendentes, vel conquirentes, quam ſuper abolitione prætenſi juris, conſuetudinis, vel arbitrii Patrum ejuſdem Ordinis qui officiis functi fuerant, editis, pœna excommunicationis adverſus tranſgreſſores ipſo facto incurrenda infligitur, ne ex hoc Religioſorum dicti Ordinis conſcientiæ ſcrupuli ingerantur, ac laquei ſtatuantur in gravem Animarum ſuarum perniciem, eiſdem Conſtitutionibus, firma remanente in reliquis earum diſpoſitione, in hac parte tantum derogantes, pœnam excommunicationis hujuſmodi in illam privationis officiorum, ut præfertur, quæ tamen non niſi a Nobis, & Romanis Pontificibus Succeſſoribus Noſtris relaxari valeat commutamus.

Clauſulæ peculiares.

§.12. Decernentes eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod Superiores, & Fratres Ordinis præfati, aliique quilibet cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis exiſtant, ſeu alias ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, illis non conſenſerint, ſeu ad ea vocati, citati, & auditi, cauſæque, propter quas ipſæ præſentes emanarint, ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, legitima, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, vel capite etiam in corpore Juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis Noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac incogitato, inexcogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, modificari, redargui, in controverſiam vocari, aut ad terminos Juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus conceſſo, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe, neque eaſdem præſentes literas, & in eis contenta hujuſmodi ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam a Nobis, & Succeſſoribus præfatis pro tempore quomodolibet faciendis comprehendi, niſi de ipſis literis, earumque diſpoſitione fiat mentio ſpecialis, ſed ab illis ſemper excepta, & perpetuo valida, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & ab illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari, & adimpleri: ſicque, & non aliter in præmiſſis cenſeri, atque ita per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & dictæ Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatoriæ.

§.13. Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſit Noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo, & fel. rec. Gregorii XIII., ac ejuſdem Urbani VIII., & Alexandri VII. Romanorum Pontifieum Prædeceſſorom Noſtrorum, per quas ſuffragia perpetua in Capitulis, & Congregationibus Provincialibus,

Digitized by Google

libus, & Generalibus Patribus Ordinis, & Provincialibus conceſſa fuerant, aliiſque Apoſtolicis, ac Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis Generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, nec non dicti Ordinis, ejuſque Congregationum, Reformationum, Provinciarum, & Conventuum quorumcumque juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, uſibus, ſtylis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis eidem Ordini, ejuſque Superioribus, Fratribus, & Perſonis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, ac quantiſcumque vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & insererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

§.14. Volumus autem, ne ullo unquam tempore hæc in oblivionem, ſeu deſuetudinem abeant, ut ſuperiores Generales, vel eorum Commiſſarii in Provinciarum viſitatione ſub iiſdem privationis officii, vociſque activæ, & paſſivæ ipſo facto incurrendis pœnis, quæ non niſi a Nobis, vel Romanis Pontificibus Succeſſoribus Noſtris ſimiliter relaxari valeant, de contentorum in hac Noſtra ſanctione obſervantia diligenter inquirant, ac tranſgreſſores in vocis activæ, & paſſivæ privationis pœnam incidiſſe, & ad officia Ordinis inhabiles eo ipſo declarent; utque earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus ex Secretariis Miniſtri Generalis, aut Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo officii ejuſdem Miniſtri, aut Procuratoris Generalis ipſius Ordinis, vel alterius Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XVI. Novembris MDCCXXIV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XL.

Dat. 24. Nov. 1724. Ann. 1.

Reſervatur Romano Pontifici diſpenſatio ſuper voto perſeverantiæ pro ingreſſuris tamen dumtaxat Congregationem Doctrinæ Chriſtianæ in Regno Neapolis.

Hujus Conſt. ed. 1725. Septembris 28. P. 2. unitur Congregatio Neapolitana Doctrinæ Chriſtianæ, cum Congregatione Avenionenſi. Et Clem. XI. Conſt. ed. 1714. Jan. 12. P. 14. Conceditur ſuffragium deliberativum Definitori adiuncto ejuſdem Congregationis Galliæ.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expoſitio facti.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti fili Presbyteri Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ in Regno Neapolis, quod pro augenda, & conſervanda eorum Congregatione valde expediat, ut nomen eidem Congregationi dare volentes poſt probationis annum votum perpetuæ ſtabilitatis, cujus diſpenſatio Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti reſervata ſit, emittere teneantur. Nobis propterea dicti Exponentes humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ipſos Exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſpenſationem ſuper dicto voto perſeverantiæ pro ingreſſuris tantum prædictam Congregationem Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti dumtaxat auctoritate Apoſtolica tenore præſentium reſervamus, & quatenus e memorata Congregatione egrediantur, ab exercitio ſuorum Ordinum ſuſpenſi remanere debeant.

Preces Congregationis prædictæ.

Reſervatio diſpenſationis præfatæ.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.1. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.2. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Congregationis, etiam Juramento, & confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXIV. Novembr. MDCCXXIV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Con-

Digitized by Google

XLI.

Dat. 15. Dec. 1724. Ann. 1. Conceduntur Privilegia Familiaribus Sanctitatis ſuæ.

Ab Innocentio XIII. conceſſa fierunt Conſt. ed. 1721 Maij 26. P. 1. Et a Clem. XII. conceduntur Conſt. ed. 1731. Julii 25. P. 2.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpet. rei memoriam.

Diriguntur Literæ Familiaribus eiſdem. VEnerabilibus Fratribus Nicolao Mariæ Lercario Nazianzen. Cubiculi noſtri Præfecto, Proſpero Mareſuſco Cæſarien. Auditori Noſtro, Nicolao Coſcia Tranſanapolitan. Libellorum ſupplicum Nobis porrectorum, Camillo Merlini Iconien. Notarum arcanarum, & Carolo Majella Emeſſen. Literarum noſtrarum in forma Brevis, quæ ad Principes ſcribuntur reſpective Secretariis, ac Joſepho Accorambono Philippen. Archiepiſcopi Subdatario, Nicolao Auguſtino de Abbatibus Oliverio Porphyrien. Sacrarii noſtri Præfecto, Franciſco Antonio Fini Avellin., & Dominico de Rubeis Vulturarien. Epiſcopis, necnon dilectis filiis Philippo Coſcia Vicario in Civitate, & Diœceſi Beneventan. a Nobis deputato, Nicolao Albini Veſtiario, & Eleemoſynario Secreto, ac Nicolao de Simone Beneventan. Nicolao Xaverio Sancta Maria Salernitan. Joanni Vincenti Reatin., Bernardo Pizzella Triventin., Franciſco Pacca Neapolitan., Januario Vitelli Pincernæ, & Franciſco Aſcoleuſi Beneventan. Architrilino; Hieronymo Columnæ Forerio Majori, Octavio Rioaldo de Bubalo a Valle, & Philippo Aſtallio Romanis Cubiculariis intimis ſeu Secretis, Michaeli Angelo de Paulis Piſauren., & Joanni Baptiſtæ Nuccarini Fulginaten. Medicis Secretis, Dominico Prati Brittinorien., Ignatio Clementi, & Januario Genoveſe Beneventan., Paſchali Ferrari Nolan., Ignatio Philippo Pierſanti Camerinen., Nicolao Schinoſi Beneventan., & Michaeli Angelo Troyſi Minervien. Capellanis Secretis, Joſepho Longo Beneventan., & Januario Sancta Maria Nolan. Clericis Capellæ noſtræ Secretæ, Dominico Euſtachi Beneventan., Dominico Martino Firman., Donato Antonio Civitella, & Antonio Ferri Beneventan., Andreæ Joannis Præneſtin., & Andreæ Coppola Beneventan. reſpective Civitatum, vel Diœceſum Cubiculi noſtri adjutoribus, ac Julio Silvaggio Romano Magiſtro Domus noſtræ, Clericis, ſeu Presbyteris, vel Laicis familiaribus continuis commenſalibus noſtris ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Cauſæ præſentis conceſſionis. §. 1. Circumſpecta Romani Pontificis gratiarum diſpenſatoris providentia devotos, & fideles ſuos, illos præſertim, qui grata familiaritatis obſequia jugiter ei impendunt, ac quos ad id alias propria virtutum merita commendant, honoris, & famæ amplioribus præconiis, ac præclaris dignitatum titulis decorare, & ornare, necnon ſpecialis benevolentiæ favoribus amplecti ſolet, prout perſonarum qualitatibus conſpicit convenire. Hinc eſt, quod Nos ad grata familiaritatis obſequia, quæ vos, qui etiam continui commenſales noſtri eſiſtitis, & quibus veſtrum Nobis hactenus impendiſtis, & adhuc ſolicitis ſtudiis impendere non deſiſtitis, necnon ad vitæ, ac morum honeſtatem, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus perſonas veſtras etiam familiari eſperientia juvari percepimus, condignam rationem habentes ac propterea eaſdem perſonas veſtras peculiaris favore gratiæ, ac ſpecialis honoris, & excellentiæ dignitatis titulo ſublimare volentes, voſque, & quemlibet veſtrum a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati eſiſtitis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, Motu proprio, non ad veſtram, vel alterius pro vobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed mera liberalitate, & certa ſcientia noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, vos, & quemlibet veſtrum reſpective in noſtros, & Sedis Apoſtolicæ Notarios (ſine tamen præjudicio dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium) Apoſtolica auctoritate tenore præſentium recipimus, ac Sacri Palatii; & Aulæ Lateranen. Comites, necnon auratæ Militiæ Equites, ac Nobiles Romanos, & Urbis Romæ, ac Civitatum Avenionen., Bononien., Ferrarien., & Beneventan., omniumque, & ſingularum aliarum Civitatum, Terrarum, & Locorum Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubjectorum Cives, cum omnibus juribus, jurisdictionibus, prærogativis, & inſignibus debitis, & conſuetis creamus, & conſtituimus, ac in numerum, & conſortium aliorum noſtrorum, & ejuſdem Sedis Notariorum, necnon Palatii, & Aulæ hujuſmodi Comitum, Equitum, & Nobilium Romanorum, aliorumque Civium Civitatum, & Terrarum prædictarum referimus, & conſcribimus, vobiſque etiamſi Habitum, & Roccbettum Notariorum dictæ Sedis juxta decreta Lateranen. Concilii noviſſime celebrati non deferatis, aut Civitates hujuſmodi non incolueritis, nec unquam in eiſdem Civitatibus domicilium habueritis, ut omnibus, & quibuſcumque privilegiis, & facultatibus exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus cæteri omnes Notarii noſtri, etiam de numero participantium, ac Comites, Equites, & Nobiles (citra tamen exemptiones a Sacro Concilio Tridentino ſublatas, itaut, nedum quoad criminalia, ſed etiam quoad civilia ſubjaceatis Ordinariis, ac citra facultates legitimandi, ad gradus promovendi, Notarios, Tabelliones creandi, aliaque hujuſmodi privilegia a Notariis, & Comitibus præfatis prætenſa; itaut illis nullibi uti valeatis, ac irritum, & inane exiſtat quidquid ſecus per vos, aut quemlibet veſtrum reſpective attentari contigerit) necnon Cives originarii, etiam in dignitatum, beneficiorum, & officiorum Eccleſiaſticorum, ac ſæcularium, etiam ex perſonis Romanorum Civium originariorum vacantium aſſecutione, & exercitio tam in Urbe, quam in omnibus, & ſingulis Civitatibus prædictis, & alias ubique locorum, & gentium, necnon Seſſionum, & Conventuum utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum non ſolum ad eorum inſtar, ſed pariformiter, & æque principaliter, ac ſi privilegia, facultates, ex-

Conceſſio prædictorum privilegiorum.

Digitized by Google

exemptiones, gratiæ, & indulta hujuſmodi pro vobis emanaſſent, uti, potiri, & gaudere, ac in omnibus, & ſingulis Apoſtolicis, aliiſque literis, inſtrumeotis, & ſcripturis publicis, & privatis deinceps nomine veſtro conficiendis Notarios, comites, Equitea, & Nobiles, ac de nobili genere ex utroque parente procreatos, necnon Romæ, & aliarum Civitatum, & Terrarum Cives, prout libuerit, vos inſcribere, & illis ſubſcribere valeatis, ac pro veris, & non fictis Notariis, Comitibus, Equitibus, & Nobilibus, ac Civibos habeamini, nihilque qualecumque illud fuerit, eum iis ſubſcriptinnibus ſubreptitium, vel obreptitium, aut invalidum, ſed illud idem efficax in omnibus cenſeatur, necnon honoris cauſa inſignia gentis noſtræ ſive integre, ſive cum veſtris reſpective compoſita geſtare poſſitis, prout vobis placuerit, concedimus.

Eximuntur eorum beneficia a quibuſvis oneribus.

§.2. Et inſuper vos, veſtraqoe Beneficia, & Officia Eccleſiaſtica quæcumque, quotcumque, & qualiacumque, illorum fructus, res, & jura ubicumque locorum, Regnorum, & Provinciarum, necnon in Urbe, Civitatibus, Terris, & Locis eidem Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubjectis conſiſtentia, Prædia, Domos, Poſſeſſiones, & Bona Patrimonialia, aliaque temporalia mobilia, & immobilia, ac ſemoventia, necnon actiones, & jura præſentia, & futura cujuſcumque qualitatis, quantitatis, & naturæ, ac cujuſvis etiam annui valoris, fructus, reditus, & proventus hujuſmodi ſint, vel fuerint, ac etiam quæcumque a vobis vendenda, ac pro veſtris, & familiarum veſtrarum uſibus emenda ab omnibus, & quibuſcumque Decimis, quartis, & dimidiis partibus, ſubſidiis, etiam charitativis, necnon vectigalibus, portoriis, tributis, datiis, pedagiis, collectis, & quocumque alio nomine nuncupatis angariis, perangariis, ceteriſque oneribus, & contributionibus tam Urbanis, quam ruſticis, ordinariis, & extraordinariis, realibus, perſonalibus, & mixtis, etiam ratione munitionum mœnium, & pontium, portarum, & moliturarum, & mercium cujuſcumqoe generis, tranſitus, ſeu paſſus, & vecturæ, etiam in aliud Territorium, ſeu Provinciam, Terra, Mari, & Flumine, necnon equorum mortuorum, ſtabulationum Militum, inſtitutionis Seminarii Eccleſiaſtici, aut quacumque alia quantumvis gravi, & graviſſima Cauſa (pro ſubventione contra Infideles dumtaxat excepta) nunc, & pro tempore impoſitis, ita quod vos, & quilibet veſtrum nihil omnino horum, aut aliorum ſimilium ſubire teneamini, nec per Cameræ Apoſtolicæ, aut alios Commiſſarios, ſeu vectigalium, & tributorum hujuſmodi Redemptores, conductores, & exactores quocumque privilegio, exemptione, & facultate ſuffultos, alias quam, ut præfertur, valeatis coarctari (quamdiu ſervitiis noſtris inſtiteritis dumtaxat) eximimus, & liberamus.

Diſpenſatur pluralitas Beneficiorum.

§.3. Ad hæc vobiſcum, & cum quolibet veſtrum reſpective, ut quæcumque duo diſſimilia, vel ſimplicia ſimilia ſub ſingulis tribus tectis quarumcumque trium Cathedralium, etiam Metropolitanarum, aut aliarum etiam Collegiatarum Eccleſiarum conſiſtentia, etiamſi unum ex illis omnibus cum cura, aut Dignitas etiam major, & principalis, Cannonicatus, & Præbenda, perſonatus, adminiſtratio, vel officium fuerit, & ad dignitatem perſonarum adminiſtrationem, vel ufficiom hujuſmodi conſueverit quis per electionem aſſumi, eique cura etiam jurisdictinnalis immineat animarum, ſi alicui veſtrum alias canonice conferantor, aot quiſque veſtrum eligatur, præſentetur, aut alias aſſumatur ac illa, & inſtituator in eis, recipere, & dummodo illa omnia (uno excepto) perſonalem reſidentiam non reqoirant, inſimol quoad vixeritis retinere;

Et reſidentia in eis.

necnoo etiam qoamdiu Nobis inſervieritia taotum, in Beneficiis Eccleſiaſticis, etiam Curatis (oon tamen Parochialibus, nec Curatis cura Animarum Parochianorum) per vos pro tempore reſpective obtentis, etiam de jure ſtatuto fundatione, vel privilegio, perſonalem reſidentiam requirentibus, etiamſi Dignitates in Cathedralibus, etiam Metropolitanis poſt Pontificalem majores, ac Collegiatis Eccleſiis hujuſmodi priocipales fuerint, perſonaliter reſidere non teneamini, nec per locorum Ordinarios, ant Eccleſiarum earumdem Capitula, ſeu quoſvis alios ad reſidendum interim in illis inviti compelli poſſitis, omneſque, & ſingulos nihilominus veſtrorum Beueficiorum obtentorum fructus, redditus, & proventus, durante ſervitio prædicto, cum ea integritate (diſtributionibus quotidianis dumtaxat exceptis (cum qua illos perciperetis, ſi in eisdem Eccleſiis, ſive locis perſonaliter reſideretis, percipere, exigere, & levare; ac interim, vel poſtmodum, ſi volueritis, in Romana Curia, vel extra eam a quocumque, quem malueritis, Catbolico Antiſtite gratiam, & communionem ejusdem Sedis habente, quem duxeritis eligendum, ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines aliquibus tribus Dominicis, vel aliis feſtivis diebus, etiam extra tempora, a quo jure ſtatuta, proprii Ordinarii, aut cujuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita, ſi alias ad id idonei reperti fueritis, ſuper quo Antiſtitis conſcientiam oneramos, promoveri, & promoti in illis etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, nec non, etiamſi Presbyteri fueritis, ac Dignitates, & officia obtioueritis, leges, & jura civilia, etiam publice in Scholis, & Univerſitatibos ſtudiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodo trigeſimum ætatis annum oon exceſſeritis, audire, & ſi habiles, & ſufficientes reperti fueritis, etiam ad Doctoratus gradum in hujuſmodi facultate vos promoveri facere, ipſaque jura etiam publice docere, atque Judicis, Advocati, & Procuratoris ufficium io cauſis Eccleſiaſticis, & civilibus tantum exercere libere, & licite poſſitis, & valeatis auctoritate, & tenore prædictis de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus.

Necnon ſuper receptione Ordinum, quoad tempora, & Ordinarium

Conceditur eisdem electio Confeſſarii, & huic amplæ facultates.

§.4. Liceat quoque vobis, & cuilibet veſtrum aliquem idoneum, & approbatum ab Ordinario Presbyterum ſæcularem, vel cujusvis Ordinis Regularem in veſtrum eligere Confeſſorem, qui vita cujuslibet veſtrum comite vos, & quemlibet veſtrum a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine qoavis occaſione, vel cauſa latis, & per vos incurſis, & quibus vos etiam Apoſtolica auctoritate illaqueari contigerit, etiamſi abſolutio Nobis, & Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus ſpecialiter, vel generaliter reſervata exiſtat, & qoorumcumque votorum, & Eccleſiæ præceptorum transgreſ-

Digitized by Google

greſſionibus, homicidio cauſali, manuum violentarum in quasvis perſonas, etiam Eccleſiaſticas (non tamen Epiſcopos, vel alios Superiores Prælatos) de præterito injectionibus, ſeu conſilii, vel favoris ad id præſtationibus, jejuniorum omiſſionibus (non tamen recitationis horarum, aliorumque Divinorum Officiorum) & denique ab omnibus, & quibuſcumque aliis veſtris peccatis, criminibus, & exceſſibus, ac delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam talionis, propter quæ Sedes prædicta merito conſulenda foret, videlicet a contentis in literis die Cœnæ Domini publicari conſuetis, ſemel tantum in vita, & mortis articulo; In reliquis vero dictæ Sedi quomodocumque reſervatis, aliiſque quibuſvis caſibus ſemel in anno, confeſſionibus veſtris diligenter auditis (ſine tamen alicujus præjudicio) auctoritate Apoſtolica abſolvere, & vobis pro commiſſis pœnitentiam injungere ſalutarem, necnon vota quæcumque (ultramarino, viſitationis Liminum Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, Caſtitatiſque, & Religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeat.

Indulgentur nonnulla ſuper tranſlationibus penſionum.

§.5: Vobiſque ulterius, & cuicumque veſtrum reſpective, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, ſeu aliarum Cathedralium Eccleſiarum, aut Perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ tam in dicta Curia, quam extra eam ad id per vos reſpective coram Notario, & Teſtibus fide dignis eligendi, ſeu aligendæ, quaſcumque penſiones annuas vobis ſuper menſarum Abbatialium, ſeu Capitularium, ac Epiſcopalium, & Archiepiſcopalium ac quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura ſæcularium, & quorumvis Ordinum, & Militiarum Regularium, etiam Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani quomodocumque, & qualitercumque qualificatorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & diſtributionibus etiam quotidianis, ſeu illarum loco fructus, reditus, proventus, jura, obventiones, diſtributiones, & emolumenta vobis nunc, & pro tempore aſſignata, & reſervata, ac reſervanda, pro ſumma videlicet trecentorum ducatorum auri de Camera quoad ſingulos veſtrum, quandocumque alicui veſtrum reſpective placuerit, ſimul, vel ſucceſſive in toto, vel in parte, etiam in cujuslibet veſtrum mortis articulo, caſſare, & extinguere ac poſtquam caſſatæ, & extinctæ fuerint, alias ſimiles penſiones annuas ſuper eisdem fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & diſtributionibus, & emolumentis, ſeu illarum loco, fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, diſtributiones, & emolumenta hujuſmodi uſque ad ſummam, & quantitatem prædictam uni, vel pluribus aliis perſonis, etiam per vos nominandis, etiam quæcumque, quotcumque, & qualiacumque Beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, & expectantibus Clericis, ſeu Clericali charactere inſigniri volentibus, etiam eis quoad vixerint, ſeu eorum Procuratoribus ad id ſpeciale ab eis mandatum habentibus, iiſdem modo, & forma, quibus vobis aſſignatæ, & reſervatæ, ſeu aſſignata, & conceſſa fuerint reſpective etiam abſque conſenſu easdem penſiones ſolvere debentium, etiamſi illas, vel illa alias caſſari, & reſervari de novo faciendi facultatem non habueritis, ac penſiones, & fructus, reditus, proventus, jura, obventiones, ac diſtributiones, & emolumenta hujuſmodi, etiam plures caſſata, & de novo aſſignata fuerint, uſque ad ſummam, & quantitatem prædictam, etiam literis Apoſtolicis ſuper reſervationibus, & aſſignationibus hujuſmodi non confectis, ac alias cum omnibus, & quibuſcumque exemptionibus, privilegiis, decretis, clauſulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, & cautelis, ac etiam cenſuris, & pœnis in prioribus reſervationibus hujuſmodi conceſſis, & contentis, necnon cum ſubrogatione in quibuſvis veſtris Juribus, etiam quoad quaſi poſſeſſionem exigendi, in qua tunc eritis, integre perſolvendas, ſervata tamen forma Conſtitutionis fel. record. Innocentii PP. XI. Prædeceſſoris Noſtri ſuper tranſlationibus penſionum editæ, reſervare, conſtituere, & aſſignare valeant, auctoritate, & tenore prædictis de ſpeciali gratia indulgemus.

Conceditur facultas teſtandi de fructibus Beneficiorum.

§.6. Nec non etiam vobis, ut de omnibus, & ſingulis domibus, prædiis, poſſeſſionibus, terris, & locis, ac juriſdictionibus, cæteriſque bonis mobilibus, & immobilibus, quæ tamen non ſint Altaris, ſeu Altarium Eccleſiarum vobis commiſſarum miniſterio, ſeu alicui ſpeciali earumdem Eccleſiarum Divino cultui, ſeu uſui deputata, ſeque moventibus cujuſcumque qualitatis, quantitatis, valoris, ſpeciei, pretii, & conditionis exiſtentibus, ac Juribus, & actionibus ad vos ratione Eccleſiarum, etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, quibus vos forſan præeſſe contigerit, necnon Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, Dignitatum, & aliorum quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura ſæcularium, & quorumvis Ordinum Regularium, quæ etiam ex quibuſvis conceſſionibus, & diſpenſationibus Apoſtolicis in titulum, commendam, adminiſtrationem, ac alias quomodolibet obtinueritis, obtinetis, & obtinebitis, ac fructuum, reddit– tuum, & proventuum Eccleſiaſticorum loco penſionum, ipſarumque penſionum annualium ſuper ſimilibus fructibus, redditibus, & proventibus vobis reſervatorum, & aſſignatarum, ac reſervandorum, & aſſignandarum, quos, & quas perceperitis, percipitis, & percipietis in futurum, necnon emolumentorum quorumcumque Romanæ Curiæ officiorum, & alias quomodolibet ſpectantibus, & pertinentibus, ac etiam de dictis proventibus, fructibus, redditibus, & penſionibus annuis, necnon veſtra, & cujuſlibet veſtrum induſtria, & labore quomodolibet, & undecumque, licite tamen acquiſitis, & acquirendis; ac alias etiam de muneribus, & officiis, quæ exercueritis, & vos exercere contigerit, & alias quavis occaſione, vel cauſa, ſeu contemplatione ad vos perventis, & perventuris, etiamſi in pecunia numerata, & jocalibus, gemmis, aliiſque pretioſioribus rebus conſiſtant, tam in dicta Curia, quam extra eam ubique locorum, etiam penes Beneficia ipſa exiſtentibus (quorum omnium qualitates, & veros etiam annuos valores, etiamſi talia forent, quæ generali appellatione bonorum, & ſupellectilium non venirent, ſed ſpecialibus indigerent vocabulis, præſentibus, ac ſi ſpecifice, & ſigillatim exprimerentur, & denominarentur, pro ſufficienter expreſſis, ac declaratis haberi volumus) uſque ad ſummam ſex millium ducatorum auri de Camera pro unoquoque veſtrum, ac etiam de ipſis fructibus, reddi-

Aaa tibus

tibus, & proventibus, & penſionibus debitis, & debendis (ſervata tamen forma Conſtitutionum Apoſtolicarum jam editarum, & ſi quas deinceps edi contigerit ſuper fructibus inexactis) etiam cumulative, cum quibuſvis aliis ſimilibus, vel diſſimilibus facultatibus habitis, & habendis, tam pro decentibus, & honeſtis impenſis funeribus, quam etiam pro remuneratione illorum, vobis viventibus ſervierint, etiam ultra ſervitii meritum, ac in veſtrorum conſanguineorum, & affinium, ac quorumcumque locorum piorum favorem, & uſum, ac alias pro arbitrio, & voluntate veſtris, & cujuſlibet veſtrum abſolutis teſtari, & teſtamento, codicillis, fideicommiſſis, legatis, donationibus tam inter vivos, quam cauſa mortis, & aliis quibuſcumque modis, & titulis ſcriptura etiam minus ſolemni, coram duobus, vel tribus teſtibus, aut etiam cedula ſola manu veſtra ſcripta, vel ſubſcripta, & alias in omnibus, & per omnia prout, & quomodolibet vobis videbitur, etiam in ipſa Curia, & in mortis articulo, etiam nulla facta mentione præſentis, vel aliarum vobis pro tempore conceſſarum ſimilium facultatum, aut quod in vim illarum teſtari, ſeu diſponere velitis, & intendatis, ſemel, atque iterum, aut pluries diſponere, ſtatuere, & ordinare, itaut quidquid teſtatum, geſtum, aut ordinatum, ſeu alias diſpoſitum a vobis fuerit, etiam in vim ſimplicis diſtributionis, ac alias omni alio meliori modo valeat, & ſervari debeat, ipſaque teſtamenta, codicillos, & diſpoſitiones, ordinationes, legata, & ſtatuta pluries, ac toties quoties vobis videbitur moderari, limitare, ac etiam in totum revocare, & alia de novo condere libere, & licite valeatis, auctoritate Apoſtolica earumdem tenore præſentium plenam, & liberam concedimus facultatem.

Statuuntur nonnulla eorumdem favore, ſi eos contigerit ab inteſtato decedere.

§.7. Et inſuper ſtatuimus, & ordinamus, vobiſque indulgemus, quod ſi vos ab inteſtato, & ſine ulla, vel cum minus valida bonorum, & rerum, ac fructuum, redditanm, & proventuum prædictorum diſpoſitione in dicta Curia, vel extra eam, tam continua, quam interpolata inibi cujuſlibet veſtrum reſpective manſione, ac etiam extra Beneficia veſtra, vel alia loca debitæ a vobis reſidentiæ perſonalis, etiam nulla ſubſiſtente cauſa, ab humanis decedatis, omnia, & ſingula bona, res, & jura, etiam, ut præfertur, qualificata, nec non ſpolia cujuſcumque quantitatis, & valoris exiſtentia, etiam ex prædictis, & alias undecumque provenientia, ad Cameram Apoſtolicam, ſeu in dictis Beneficiis Succeſſores non pertineant, ſed ad hæredes veſtri ſanguinis integre deveniant, & illis deficientibus inter familiares veſtros arbitrio perſonæ, ſeu perſonarum, quas ad id ſcripto nominaveritis, diſtribuantur, niſi de alia diſpoſitione, vel intentione veſtra ſcriptura etiam minus ſolemni ſecus appareret, quam tunc velut efficacem ipſæ perſonæ, vel alii Judices, ſeu Executores omnino exequi, & adimplere, illique ſe conformare in omnibus, & per omnia debeant. Et nihilominus quæcumque hujuſmodi teſtamenta, legata, donationes, diſpoſitiones, & alia forſan a vobis, etiam nulla, vel minus ſufficienti facultate ſuffultis, de hujuſmodi bonis, juribus, & actionibus, fructibus, pecuniis, jocalibus, aliiſque rebus ſupradictis, etiam in favorem conſangoineorum, & affinium prædictorum, & alias quomodolibet facta cum omnibus inde ſecutis, ac etiam ea, quæ per vos in futurum fient, ex nunc, prout ex tunc, & e contra pro dicta ſumma ſex millium ducatorum approbamus, & confirmamus, omneſque, & ſingulos juris, & facti, ac ſolemnitatum omiſſarum, & omittendarum, necnon ſubſtantiales, alioſque defectus quoſcumque, ſi qui intervenerint, aut intervenerunt in eiſdem, etiamſi tales ſint, vel fuerint, quod ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa de illis mentio præſentibus habenda eſſet, ſupplemus. Diſtrictius inhibentes quibuſvis Archiepiſcopis, Epiſcopis, aut aliis Eccleſiarum Prælatis, necnon Cameræ prædictæ Præſidentibus Clericis ac eorum, necnon Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Cruciatæ Sanctæ, & aliis Collectoribus, & Subcollectoribus, cæteriſque cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis exiſtenbus, etiam quavis auctoritate, & poteſtate fungentibus, ſub excommunicationis majoris, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, ne Univerſitates, collegia, ac loca, & legatarios, hæredes, & perſonas, necnon teſtamentorum, voluntatum, & ordinationum hujuſmodi executores prædictos directe, vel indirecte quovis quæſito colore, vel ingenio moleſtare audeant quoque modo, vel perturbare.

Clauſulæ pe- cuiates.

§.8. Decernentes prædicta omnia, & ſingula, præſenteſque literas, & teſtamenta, donationes, codicillos, fideicommiſſa, legata, ordinationes, derogationes, diſpoſitiones, & alia quæcumque, necnon quæ in præmiſſis facta ſunt, aut fieri contigerit tam vigore præſentis, quam etiam aliarum conceſſionum vobis factarum, & deinceps in genere, & in ſpecie faciendarum cum inde ſecutis, & ſecuturis, etiamſi vos intra curiam, aut in quacumque alia Mundi parte extra Eccleſias, & Beneficia perſonalem reſidentiam requirentia qualitercumque qualificata per vos nunc, & pro tempore obtenta, etiam pro veſtra ſola voluntate, & nulla ſubſiſtente cauſa non reſidendi, ab humanis decedere contigerit, ſub literis rec. memor. Pii Papæ IV. Prædeceſſoris pariter noſtri contra quoſcumque Epiſcopos, Archiepiſcopos, & alios Prælatos, necnon Parochialium Eccleſiarum Rectores, cæteroſque reſidentiæ perſonali prædictæ adſtrictos extra illam quomodocumque decedentes ſeptimo Kalen. Decembris Pontificatus ſui An. Quinto, aut alio veriori tempore emanatis, & ſub quibuſcumque aliis Conſtitutionibus, aut revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, declarationibus Apoſtolicis, Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis ex quibuſcumque cauſis quantumcumque maximis, urgentibus, & inexcogitabilibus, etiam in favorem fidei, & Divini cultus augmentum, ac conſiſtorialiter etiam a nobis, & Sede prædicta hactenus, vel nunc, & pro tempore factis, & editis minime comprehendi, ſed ſemper ab illis excepta, & quoties emanata fuerint, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum, & etiam ſub poſteriori data, etiam cum derogationibus, & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibuſque, & aliis Decretis per vos eligenda apponendis, & latiſſime ſpecificandis repoſita, reſtituta, & plenarie reintegrata, ac de novo conceſſa, validaque, & efficacia fore, necnon perpetua firmitate ſubſiſtere, ſuoſque plena-

narios, & omnes effectus, quos de jure, ſtylo, conſuetudine, aut alias quomodocumque ſortiri poterunt, ac vim veri, legitimi, jurati, ſtipulati, validi, & efficacis contractus inter vos ex una, ac nos, & Cameram prædictam ex altera partibus habere, nec etiam per promotionem ad Eccleſiam Cathedralem, etiam Metropolitanam, aut tranſlationem, vel aliam ſtatus, & perſonæ veſtræ mutationem ceſſare, nec per ſimiles, vel diſſimiles gratias vobis conceſſas, & concedendas confundi, ſed ipſis cumulative in omnibus, & per omnia uti, & ſi quid in una ex facultatibus hujuſmodi defecerit, per aliam ſuppleri debere, nec hæredes, legatarios, ac loca, ad quos, ſeu quæ bona, jura, & actiones hujuſmodi devenerint, vel quibus relinquentur, aut executores prædictos, ad tertiam, ſeu aliam eorum partem, quam etiam ex nunc vobis, ac locis, hæredibus, legatariis, ac donatariis prædictis liberaliter concedimus, & donamus, Cameræ, vel Fabricæ, aut Beneficiis prædictis, etiam pro expeditione contra Infideles, & quibuslibet aliis quantumlibet piis uſibus ſolvendum, ac cum iis deſuper componendum, vel vos ad aliam particularem licentiam, ſive indultum, aut confirmationem præſentium a nobis, vel Succeſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus petendum, aut impetrandum, vel etiam in alia ſimili gratia, ſeu confirmatione illius vobis quomodocumque concedenda, de præſenti mentionem aliquam faciendam ullatenus teneri, nec ad id ulla unquam neceſſitate cogi poſſe: Et ſic in præmiſſis omnibus, & ſingulis, per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, necnon pro tempore exiſtentes dictæ Cameræ Camerarium, Præſidentes, & Clericos in quavis cauſa, & inſtantia ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Deputantur Executores.

§. 9. Quocirca Venerab. Fratribus Noſtris Oſtien., & Portuen Cardinalibus Epiſcopis, & Dilecto filio Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, per Apoſtolica ſcripta mandamus motu ſimili, quatenus ipſi, vel duo aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte veſtra deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, vobiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes literas, & in eis contenta hujuſmodi firmiter obſervari, ac vos illis omnibus pacifice frui, & gaudere, non permittentes vos per quoſcumque quavis auctoritate fungentes contra earumdem præſentium tenorem quomodolibet indebite moleſtari, inquietari, vel perturbari: Contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis, ſuper his haben. ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis.

Derogatoriæ ſpeciales.

§. 10. Non obſtantibus præmiſſis, ac piæ mem. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris etiam noſtri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium in judicium non trahatur, necnon Lateranen. Concilii noviſſime celebrati de certo Notariorum numero, etiamſi ad illum nondum deventum fuerit, cui per hoc alias derogare non intendimus, ac de conſenſu præſtando in penſionibus, & quibuſvis aliis etiam per nos, & Sedem prædictam editis, & in poſterum edendis Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, ac ſtylo in ſimilibus hactenus obſervato, ac rec. mem. Alexandri Papæ VI. pariter Prædeceſſoris noſtri tertiam partem bonorum Eccleſiaſticorum Cameræ prædictæ deberi inter alia diſponente, necnon ejuſdem Bonifacii Papæ VIII., per quam conceſſiones fructus in abſentia percipiendi ſine præfinitione temporis fieri prohibentur, ac Pii Papæ IV. Prædeceſſoris etiam noſtri de gratiis qualecumque intereſſe Cameræ Apoſtolicæ concernentibus in d. Camera intra certum tunc expreſſum tempus præſentandis, & regiſtrandis, ita quod præſentes in eadem Camera nullo unquam tempore regiſtrari facere teneamini, ac ſimilis rec. memor. Urbani Papæ VIII. pariter Prædeceſſoris noſtri de penſionibus alias tranſlatis iterum non transferendis, ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, & quibuſvis aliis Apoſtolicis, ac Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon legibus, etiam Imperialibus, & municipalibus, tam Urbis, quam aliarum Civitatum, & locorum, in quibus Cives originarii creati exiſtitis, & quarumvis Eccleſiarum, Monaſteriorum, Ordinum, & Hoſpitalis prædictorum, necnon quorumvis Collegiorum, & Officiorum dictæ Curiæ, & Regnorum, Provinciarum, & Urbis, ac aliarum Civitatum, & Locorum, ac Cameræ prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, etiam de illis ſervandis, & non impetrandis literis Apoſtolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel ab aliis impetratis, aut alias quomodolibet conceſſis utendo vos per vos, vel Procuratores veſtros præſtiteritis forſan hactenus, vel vos in poſterum præſtare contigerit juramentum; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis dictis Eccleſiis, Monaſteriis, Ordinibus, & Hoſpitalibus, illorumque Præſulibus, ſeu Adminiſtratoribus, & Superioribus, ac Magiſtris, Præceptoribus, Prioribus, Militibus, etiam antianis, Capitulis, Conventibus, Civitatibus, & Locis, aliiſque prædictis, ac illorum Communitatibus, & Univerſitatibus, aliiſque perſonis, etiam particularibus, necnon Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Ordinariis, etiam eiſdem Cardinalibus, ac dictæ Curiæ Officialibus, illorumque Collegiis, ac etiam decimarum, pedagiorum, gabellarum, & onerum exactoribus, & appaltatoribus, & aliorum onerum Redemptoribus ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis Clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis per quoſcumque Romanos Pontifices Præ-

 deceſ-

deceſſores noſtros, ac etiam nos, & Sedem prædictam, etiam conſiſtorialiter, ac de eorumdem Cardinalium conſilio, etiam per modum ſtatuti, & Conſtitutionis perpetuorum, ac motu, & ſcientia ſimilibus, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, vel ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Marchionum, & aliorum Principum inſtantiam, ſeu illorum contemplatione in genere, vel in ſpecie, ac alias quomodolibet etiam iteratis vicibus conceſſis, etiamſi in eis, ac ſtatutis, & ſtabilimentis prædictis caveatur expreſſe, vel tacite, quod Urbis niſi originariis Civibus Romanis, ac Civium eorumdem filiis conferantur, quodque nonnullarum Eccleſiarum Beneficia, niſi per perſonas Illuſtres, vel nobiles, ac etiam originarios Cives, aut alias certo modo in illis expreſſo qualificatos obtineri non poſſint, & nulli in Cives Urbis, ac Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & Locorum hujuſmodi admitti, ſeu illorum privilegiis uti poſſint, niſi prius in dictis Civitatibus, Oppidis, Terris, & locis per certum tempus habitaverint, ſeu etiam in illis bona etiam ſtabilia forſan ad certum valorem aſcendentia poſſederint, quodque Præceptoriæ, & alia beneficia quæcumque dicti Hoſpitalis tam ex ejus inſtitutione, quam ex ſtabilimentorum prædictorum diſpoſitione penſionibus Clericis Sæcularibus, & aliis perſonis, etiam Apoſtolica auctoritate reſervandis gravari non poſſint, quodque ſtabilimentis, & privilegiis prædictis, etiam vigore implicitæ derogationis latiſſime extendendæ, etiam per quaſcumque literas Apoſtolicas, & quavis etiam derogatoriarum derogatorias, efficaciores, & inſolitas clauſulas derogari non poſſint, nec derogatum cenſeatur, niſi derogatio hujuſmodi de conſilio Cardinalium eorumdem fiat, & tum demum Magiſtri, & Conventus prædictorum ad id accedat aſſenſus, ſintque literæ derogationis hujuſmodi etiam per dictum Magiſtrum ſubſcriptæ, ac illi, & præfato Conventui per diverſas in forma Brevis aut alias literas diverſis temporibus cum certis intervallis præſentatas intimatæ, & non alias, nec alio modo, & ſemper in omnibus, quæ ſic fient etiam de ſimili conſilio derogationibus ſit appoſita clauſula, quod illum effectum ſortiantur de conſenſu Magiſtri, & Conventus prædictorum, & non alias, nec alio modo: quodque ipſi Exactores, & Appaltatores decimas, pedagia, & onera hujuſmodi, etiam ab exemptis exigere, & illos ad ſolutionem, ſeu contributionem cogere, & compellere poſſint, ſeu debeant. Quibus omnibus illorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum insererentur præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat in genere, & in ſpecie, ad effectum præſentium ſufficienter, & expreſſe derogamus, ac derogatum eſſe decernimus. Quodque vos primam non feceritis in Eccleſiis hujuſmodi perſonalem reſidentiam conſuetam, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Percipiuntur quidam ab eis exequutioni demandanda.

§. 11. Volumus autem, quod antequam gratia creationis in noſtros, & Sedis Apoſtolicæ Notarios vobis, ut ſupra, facta perfrui valeatis, in manibus alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ profeſſionem fidei, juxta articulos pridem a Sede prædicta propoſitos expreſſe emittere, & ſolitum fidelitatis juramentum præſtare omnino teneamini. Quodque præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur in Judicio, & extra, quæ adhiberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Cæterum volumus pariter, atque decernimus, ut illis ex vobis, quibus ſimiles teſtandi de bonis, ac penſiones transferendi facultates a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, quorum reſpective etiam familiares continui Commenſales erant conceſſæ fuerunt, præſentes literæ quoad facultates teſtandi de bonis, & transferendi penſiones hujuſmodi minime ſuffragentur.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcat. die XV. Decemb. MDCCXXIV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XLII.

Confirmatur Decretum Congregationis Epiſc. & Regul., quo ſtatuitur, ut Viſitator Provinciæ Aſſumptionis Tucumanenſis in Indiis Occidentalibus Ordinis Minorum de Obſervantia, quando Commiſſarius Indiarum ad eandem non vult accedere, ex eadem Provincia eligatur.

Dat. 20. Decembr. 1724. An. 1.

Clem. XI. Conſt. ed. 1717. Sept. 7. P. 17. Conceſſa fuit facultas eligendi Commiſſarios Viſitatores ex eadem Provincia pro Provincia Concept. B. M. Fulminis Min. de Obſervant. Januen. Et hujus Conſt. ed. 1726. Jan. 28. P. 2. Confirm. Decr. Epiſcoporum, & Regularium ſuper lite de erectione Conventus in Provincia Valentiæ eorumdem Fratrum.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exponuntur cauſæ, longinquitas nimirum Provinciæ, & intollerabiles ſumptus quæ Congregationem prædictam ad hoc decernendum impulerunt.

NUper pro parte dilecti filii Franciſci Idalgo Prominiſtri, ac Procuratoris Provinciæ Aſſumptionis Tucumanenſis in Indiis Occidentalibus Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ expoſito, quod facto recurſu anno 1708. nomine dictæ Provinciæ ad eamdem Congregationem, præter alia quamplurima, ſupplicatum fuerat, quod Commiſſarius Viſitator dictæ Provinciæ, a Superioribus, ad quos ſpectabat, ex Religioſis benemeritis ejuſdem Provinciæ eligeretur, & ad hunc effectum Provincialis, ac Diffinitorium pro tempore exiſtentes ad ipſos Superiores notulam omnium Religioſorum tali munere dignorum tranſmittere tenerentur, ut illi, quem mallent, pro ſui juſtitia, & æquitate eligere poſſent, cujus ſupplicationis ratio fundamentalis fuit, maxima paupertas, & diſtantia quoad longitudinem, & latitudinem ipſius Provinciæ, in qua tam Domorum, quam Eccleſiarum ædificia nullum altum habent, imo ſolum ex luto acerato conſtructa exiſtunt, adeoque intolerabiles

ſumptus

Digitized by Google

ſumptus acceſſus, & receſſus extranei Commiſſarij Viſitatoris ſufferre minime valebant, eaque de cauſa ab Exminiſtro Generali Bieſma mediis ſuis literis Patentalibus die 17. Februarii 1701. Matriti expeditis hoc idem obſervari mandatum fuerat, cum decreto quod præfatæ literæ patentales uſque ad Capitulum Generale obſervarentur; dicta vero Congregatio ſuper dictis precibus, auditis prius relatione, & voto tunc exiſtentis Procuratoris Generalis dicti Ordinis reſcripſerat, quod exquireretur Votum Capituli Generalis, quod ſuper hoc puncto Commiſſarij Viſitatoris favorabile fuit, ideoque eidem Congregationi ſupplicato, ut attento favorabili voto memorati Capituli Generalis, tam Commiſſarius Generalis Indiarum, quam Peruanus, quando per ſe ipſos eamdem Provinciam Tucumanenſem viſitare nolebant, vel nequibant unum ex Religioſis idoneis ejuſdem Provinciæ deputare, & nominare, & ad hunc effectum Provincialis, & Definitorium pro tempore notulam omnium Religioſorum ad id munus viſitandi dignorum, ad eoſdem Superiores mittere tenerentur, & reſpectiue deberent, ſicque in futurum inviolabiliter obſervari mandarent. Emanavit a præfata Congregatione Cardinalium Decretum tenoris qui ſequitur, videlicet = Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita viſa relaxatione Eminentiſſimi Corſini prædicti Ordinis apud Sanctam Sedem Protectoris, ac enuntiato voto Capituli Generalis, referente Eminentiſſimo Noſtro Spinula cenſuit, & decrevit idem Decretum Capituli Generalis eſſe approbandum, & confirmandum, ut infra, videlicet. = Quod ſtante ſumma egeſtate præfatæ Provinciæ Tucumanen, quæ intollerabiles ſumptus adducendi eſtraneum Commiſſarium Viſitatorem ſufferre non poteſt, quando Indiarum Commiſſarius per ſe ipſum non vult accedere ad eandem Provinciam ad Capitulum celebrandum, tunc ex eadem Provincia Commiſſarium Viſitatorem debeat aſſignare, & ad hunc effectum ſuo tempore Provincialis, & Diffinitorum notulam Religioſorum tali munere dignorum ipſimet Indiarum Commiſſario tranſmittere teneantur: Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Ordinis, ac aliis quibuſcumque in contrarium facientibus non obſtantibus. Romæ 22. Septembris 1724. = F. Card. Paulutius = V. Archiepiſcopus Damaſcenus Secretarius = Loco ✠ Sigilli.

Decretum præſcriptum.

Preces Procuratoris Propoſita.

§.1. Cum autem ſicut dictus Franciſcus Nobis ſubinde exponi fecit, ipſe Decretum hujuſmodi quo firmius ſubſiſtat Apoſtolicæ confirmationis Noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſideret: Nos ipſum Franciſcum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum, Auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Confirmatio relati Decreti.

§.2. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit Provinciæ, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Clauſulæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die XX. Dec. MDCCXXIV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XLIII.

Conceduntur Indulgentiæ omnes præſentis Anni Jubilæi Monialibus, Oblatis, Puellis, & Mulieribus Sæcularibus in Monaſteriis degentibus, ac Anachoretis, Eremitis, Infirmis, & in Carcere detentis.

Dat. 11. Januarii 1725. An. 1.

Pro omnibus aliis hic non exceptis ſuſpenſa fuerunt quæcumque Indulgentiæ vertente hoc Anno Jubilæi 1725. Conſt. hujus P. ed. 1724. Jul. 6. P. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futurum rei memoriam.

Pontificia ſolicitudo quamvis omnium Chriſtifidelium ſaluti proſpiciat, præcipue tamen ſpiritualibus Sanctimonialium profectibus paternæ charitatis affectu ſtudet providere, ipſæ enim ſunt filiæ, quæ oblitæ Populum ſuum, & Domum Patris ſui, animi ſplendore cæleſtem Regem oblectant: ipſæ ſunt Prudentes Virgines, quæ lampades ſuas charitatis flamma ſuccenſas provide aptantes, meliorem partem elegerunt, & dum vitam cælitus petitam ducunt, non modo ſibi ipſis ad Cælum viam ſternunt, ſed jejuniis, vigiliis, & orationibus, cæteris quoque Chriſtifidelibus eam aperire ſtudent. Quare ſummopere optandum eſt,

Proœmium.

eſt, ut vitæ rationem, quæ eas Angelis quodammodo æquat, conſtantiſſime retineant, ac dent operam, ut ſicuti præclaros hic agunt de carne in carne triumphos, ita poſt hujus vitæ certamina in Cæleſti Patria feliciter coronentur.

Cauſæ præſentis conceſſionis.

§. 1. Quoniam autem conſimile vitæ genus quamplurimi Anachoretæ, atque Eremitæ, ut ſupernarum rerum contemplationi ſecurius vacent laudabiliter elegerunt Spiritualibus quoque ipſorum incrementis paternis viſceribus, maxime ducimus conſulendum. Cum igitur tam ipſi, quam præfatæ Sanctimoniales perpetua vivant clauſura mancipati, & multæ Puellæ, & Mulieres ſeculares educationis, vel alia ex cauſa de licentia Sedis Apoſtolicæ in Monaſteriis degant, ibique clauſuræ leges obſervent, multæque etiam reperiantur Oblatæ, quarum inſtitutum a Sede Apoſtolica approbatum exiſtit, & quæ in Domibus, ſeu Conſervatoriis in communi vivunt, necnon multi (ut accepimus) utriuſque ſexus Chriſtifideles partim Carceribus detenti, partim vero diuturna infirmitate præpediti non ſolum in Alma Urbe Noſtra, & Italia, ſed aliis etiam Regionibus, Provinciis, & Locis reperiantur, qui, & quæ reſpective impedimentis hujuſmodi remotis pro percipiendis præſentis Anni Jubilæi fructibus ad Almam Urbem Noſtram omnino venirent, & Baſilicas, Eccleſiaſque ad id deputatas benedicente Domino indubitanter viſitarent; verum ob prædicta impedimenta ad Urbem hujuſmodi minime venire, neque reſpective Baſilicas, & Eccleſias ipſas viſitare valeant. Nos pro paſtoralis officii Noſtri debito, paternaque charitate illorum omnium Animarum ſaluti, quantum cum Domino poſſumus, proſpicere volentes, omnibus, & ſingulis Sanctimonialibus quorumcumque Monaſteriorum, etiam illorum, quæ ab ordinaria juriſdictione exempta, & Sedi Apoſtolicæ præfatæ immediate ſubjecta ſunt, vel eſſe aſſeruntur, necnon Oblatis præfatis, ac Puellis, & Mulieribus Secularibus Monaſteriis hujuſmodi de ejuſdem Sedis licentia degentibus, & Anachoretis, atque Eremitis hujuſmodi, ac utriuſque ſexus Chriſtifidelibus tam Carceratis, quam Infirmis prædictis tantum, & qui alias impedimentis longæ carcerationis, ac diuturnæ infirmitatis ceſſantibus ad hanc Almam Urbem pro Theſauris Spiritualibus hujuſmodi conſequendis venturi fuiſſent, vere pœnitentibus, & confeſſis, quod in Locis ubi eos eſſe contigerit, pia Chriſtianæ pietatis, & charitatis opera, juxta formam ab Ordinariis Locorum, ſeu Sanctimonialium, & Anachoretarum, Eremitarumque hujuſmodi Superioribus, vel de eorum mandato a prudente Confeſſario; In Alma vero Urbe a Dilecto Filio Noſtro Vicario, ſeu ejus Viceſgerente tantum præſcribendam pro cujuslibet ſtatu, & conditione, ac loci, & temporis ratione habita exercendo, & alia in noſtris Literis Indictionis Anni Jubilæi contenta adimplendo, omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones etiam pleniſſimas conſequantur, quas conſequerentur, & conſequi poſſent, ſi in hoc præſenti Anno Jubilæi diebus ad id ſtatutis quatuor ad id deputatas Baſilicas, & Eccleſias Almæ Urbis, & extra illius muros, pro quibus viſitandis Jubilæum, & Indulgentiæ prædictæ conceſſæ ſunt, perſonaliter viſitarent, & eorum quilibet viſitaret: Eiſdemque Sanctimonialibus, ac Oblatis, Puellis, & Mulieribus Secularibus, necnon Anachoretis, atque Eremitis, & Chriſtifidelibus impeditis hujuſmodi, ut ad effectum præſentium Confeſſarios Presbiteros Seculares, vel cujuſvis Ordinis Regulares ab iiſdem Ordinariis Locorum ad id probatos, qui confeſſionibus eorum diligenter auditis, eos, & eorum quemlibet a quibuſvis peccatis, criminibus, & delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis, injuncta eis pœnitentia ſalutari abſolvere poſſint, eligere valeant, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus.

Conceſſio prædicta Indulgentiarū pro omnibus præfatis, quibuſcumque in locis eos eſſe contigerit.

Clauſulæ.

§. 2. Non obſtan. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod præſentium Literarum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & Sigillo Perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus ubique fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XX. Jan. MDCCXXV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XLIV.

Abrogantur quæcumque Privilegia perſonalia Monachis Ordinis S. Benedicti Coogregationis Portugalliæ alias conceſſa.

Dat. 27. Januarii 1725. An. 1.

Hujus etiam Conſtit. ed. 1724. Octobris 3. P.1. Abrogata fuerant Privilegia omnia perſonalia, quæ Minoribus Ord. S. Franciſci in Regno Portugalliæ concedi conſueverant.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

IN ſuprema militantis Eccleſiæ ſpecula meritis licet imparibus, divina diſpoſitione collocati in eam præcipue curam ſolicitis ſtudiis intendimus, ut Religioſorum Virorum ſub ſuavi vitæ Monaſticæ jugo altiſſimi obſequiis mancipatorum Congregationes ſalubriter dirigantur, laudabilibuſque inſtitutis ſuis quocumque ſublato impedimento inhærentes, felicibus in dies benedicente Domino, proficiant incrementis. Cum itaque (ſicut accepimus) in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis, ac Inſulis in Indiis, & Ultramarinis conquiſtis ipſorum Regnorum Portugalliæ, & Algarbiorum dominio temporali ſubiectis Monachis Congregationis Portugalliæ Ordinis S. Benedicti diverſa Indulta, & Privilegia perſonalia, prærogativæ, immunitates, atque exemptiones conceſſa reperiantur, unde graviſſima in prædicta Congregatione ſcandala enaſci, magnumque Monaſticæ in ea diſciplinæ, & obſervantiæ relaxationi oſtium pandi experientia ipſa compertum eſt. Nos præmiſſis quantum

Cauſæ præſentis abrogationis.

cum

Digitized by Google

cum Domino poſſumus de opportuno remedio providere, ſalubrique, ac proſperæ ipſius Congregationis Monachorum directioni conſulere volentes, Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnia, & quæcumque privilegia, & Indulta perſonalia, prærogativas, immunitates, & exemptiones quibuſvis dictæ Congregationis Monachis, & perſonis cujuſcumque Dignitatis, qualitatis, & conditionis exiſtant quovis titulo, prætextu, cauſa, & occaſione, & ad cujuſcumque Inſtantiam, & ſupplicationem tam a Nobis, & Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris, & a quibuſvis S. R. E. Cardinalium Congregationibus, quam etiam a Sedis Apoſtolicæ in eiſdem Regnis Nuntiis, ac quibuslibet Congregationis Monachorum hujuſmodi Superioribus hactenus quoquo modo contra, & præter Regularia Congregationis, & Ordinis prædictorum inſtituta, & Apoſtolicas Conſtitutiones conceſſa harum ſerie perpetuo revocamus, annullamus, caſſamus, abrogamus, & abolemus, illaque perpetuo revocata, caſſata, abrogata, & abolita, viribuſque, & effectu vacua eſſe, & fore, neminique illatenus ſuffragari, neque de cætero a quoquam concedi poſſe: Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Mandantes propterea, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis, privationiſque ſuorum officiorum, vociſque activæ, & paſſivæ pœnis eo ipſo incurren., dilectis filiis Generali, aliiſque dictæ Congregationis Abbatibus, & Superioribus, ut quamprimum præſentes noſtræ literæ ad eorum notitiam pervenerint, omnes, & ſingulos Monachos Congregationis hujuſmodi ſimilia Indulta, privilegia, prærogativas, immunitates, & exemptiones habentes illos eo ipſo privatos, & ſpoliatos eſſe declarent, nec quemquam illis uti ſinant, vel permittant, inobedientes quoslibet, & rebelles opportunis juris, & facti remediis juxta Regularia Congregationis, & Ordinis prædictorum Statuta Apoſtolica Auctoritate confirmata omni, & quacumque appellatione, reclamatione, & recurſu remotis compeſcendo.

Abrogatio prædicta motu proprio facta.

Mandatur exequutio harum literarum.

§.1. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Literis Apoſtolicis ſuper conceſſione, ſeu confirmatione Indultorum, Privilegiorum, prærogativarum, immunitatum, & exemptionum hujuſmodi emanatis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Congregationis, & Ordinis prædictorum, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis irritantibus, & aliis Decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Clauſulæ cum derogatoriis.

§.2. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & Sigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXVII. Januarii MDCCXXV. Pontificatus Noſtri Anno Pimo.

XLV.

Declaratur irrita electio, & conſecratio Cornelii Steenoven in Archiepiſcopum Ultrajectinum.

Dat. 21. Februarii 1725. Ann. 1.

Alia Conſt. hujus ed. 1725. Aug. 13. P. 2. Declaratur nulla electio Cornelii Berchaman in Archiepiſcopum Ultrajectinum cum inditione Excommunicationis latæ Sententiæ audentibus illum conſecrare.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dilecti Filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

QUa ſolicitudine ad Animarum Veſtrarum ſalutem hæc S. Sedes advigilet, quove ſtudio curet, & nitatur, ut adverſus inſidias Diaboli nulla vobis deſint ſanæ doctrinæ, ſalutaris diſciplinæ, & vigilantiæ paſtoralis præſidia, jam aſſiduis hactenus argumentis exploratum Vobis eſſe non dubitamus. Hæc ipſa tamen doloris acerbitas, qua gemitus Noſtros ad Vos deferre, mœroriſque cauſas iteratis queſtubus replicare, & recentibus ſcandalis obviam ire compellimur, novum Vobis, nec obſcurum eſſe debet paternæ Noſtræ charitatis teſtimonium.

Literæ diriguntur ad Catholicos in Fœderato Belgio.

§.1. Noſtis autem dilecti Filii, quibus artibus pravæ doctrinæ ſemina ſpargere molientes diſſenſionis Filii, non ſolum catholico nomine, ſed paſtoralium etiam munerum inducta larva, & confictis Eccleſiaſtici Miniſterii titulis abutentes, ad Animarum curam, & Sacramenta adminiſtranda obrepere, aut irrumpere tentaverint. Sed ſuperbia eorum, quæ aſcendit ſemper, eo demum temeritatis evaſit, ut poſtquam a ſeptem Clericis, qui Canonicorum numen jactabant Ultrajectini Capituli, quod jam ante annos ab hinc plures ſupra centum intercedit, perperam, ac temere facta eſſet die 27 menſis Aprilis anno 1723. Electio Cornelii Steenoven turbolentæ factionis anteſignani,

Expoſitio facti.

ni, & Eccleſiaſticis cenſuris obſtricti in Archiepiſcopum Ultrajectinum, quanquam ab hac Sancta Sede rejectam ejuſmodi Electionem certo, & palam reſciviſſent; curarunt tamen, atque effecerunt, ut eidem Cornelio die 15. menſis Octobris anno 1724. Apoſtolica auctoritate, & Sacrorum Canonum contemptis regulis, per deteſtabilem, ac ſacrilegam manuum impoſitionem Epiſcopalis conſecrationis munus traderetur. Ne autem factioſorum conatus ulla pravitate vacarent, conſecratio peracta eſt a Dominico Maria Varlet Epiſcopo Babylonenſi jam ab exercitio Epiſcopalis Ordinis ſuſpenſo, ejus ſuſpenſione per literas Sacri Cardinalium Collegii apud vos typis impreſſas publice denunciata; ſed ad hæc inde etiam cumulus perverſitatis acceſſit, quod memoratus Epiſcopus Babylonenſis, minime aſſiſtentibus ex præſcripto Sacrorum Canonum duobus aliis Epiſcopis, nullaque Apoſtolica diſpenſatione ſuffultus, ſolus antedictum Cornelium conſecrare auſus fuerit.

Declaratio prædictæ irritæ electionis: cum inhibitione eidem Cornelio, ut abſtineat ab exercitio Ordinis Epiſcopalis.

§. 2. Ut igitur pro noſtræ ſervitutis officio opportuna remedia tantis ſcandalis adhibeamus, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus, & declaramus, tam electionem ejuſdem Cornelii in Archiepiſcopum Ultrajectinum fuiſſe irritam, ac prorſus nullam; quam ejus conſecrationem fuiſſe omnino illicitam, & execrandam, ac proinde ipſum temere, nulloque jure electum Cornelium omni Eccleſiaſtica, & Spirituali juriſdictione pro Animarum regimine carere; atque illicite conſecratum ab omni exercitio Epiſcopalis Ordinis eſſe ſuſpenſum. Mandamus propterea, diſtricteque interdicimus memorato Cornelio ſub pœna Excommunicationis ipſo facto ſine alia declaratione incurrendæ, ne audeat Paſtores, Miſſionarios, Miniſtros, aut alios quocumque nomine nuncupentur, ad Animarum curam, & Sacramentorum adminiſtrationem quovis etiam neceſſitatis prætextu conſtituere, ac deputare. Simul etiam palam edicimus, & declaramus, omnes, & ſingulas prædictorum officiorum deputationes pro Animarum regimine quocumque nomine factas, aut fortaſſe faciendas, cum omnibus inde ſecutis, prorſus irritas eſſe, ac nullius roboris, & momenti. Rurſus eidem Cornelio præcipimus, & inhibemus, ne ſub ſimili Excommunicationis pœna audeat illicite Sacramentum Confirmationis, aut Ordines conferre, ant quoquo pacto Ordinem Epiſcopalem a quo ſuſpenſus eſt, exercere.

Injungitur eiſdem Catholicis, ne prædictum Cornelium in Archiepiſcopum agnoſcant.

§. 3. Vobis autem, dilecti Filii graviter injungimus, ac vetamus, ne antedictum Cornelium pro vero Archiepiſcopo Ultrajectino habeatis, & agnoſcatis, neve cum eodem ullo pacto, præſertim in Divinis, communicetis; aut ab ipſo, vel ab aliis per ipſum perperam, & inaniter deputatis Sacramenta, aut Ordines accipiatis. Noverit enim, qui Ordinibus initiatus ab ipſis fuerit, ſuſpenſionis ſe vinculo conſtrictum, atque irregularitati præterea obnoxium, ſi ſuſceptos Ordines exercuerit. Reliquum eſt, ut paternis curis noſtris filialis obedientiæ, fideique veſtræ officia reſpondeant. Nullum enim jucundius dolori noſtro ſolatium afferri poteſt, quam ut intelligamus, Vos caute ambulantes, non vocem alienorum audire, ſed Paſtorem ſequi, & domum ædificare ſupra firmam petram. Ac Vobis, dilecti Filii Apoſtolicam benedictionem, quam cæleſtis præſidii pignus, atque adverſus poteſtates tenebrarum arma, & ſcutum eſſe optamus, peramanter impartimur.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXI. Februarii MDCCXXV. Pontificatus Noſtri Anno primo.

XLVI.

Dat. 2. Martii 1725. An. 1.

Declaratur, quaſdam Indulgentias in generali Indulgentiarum ſuſpenſione, Anno Jubilæi durante, indicta, minime comprehendi: & quædam alia Indulgentia conceditur.

Inter alias excipiuntur Indulgentiæ conceſſæ ab Inn. XI. Conſt. ed. 1678. Oct. 1. Comitantibus S.S. Viaticum, quæ confirmatæ, & ampliatæ fuerunt ab Inn. XII. Conſt. ed. 1695. Jan. 5. P. 4. Et alia hujus Conſt. ed. 1725. Apr. 28. P. 1. Fit facultas Chriſti Fidelibus conſequendi etiam ſuſpenſas Indulgentias, in ſuffragium tamen Animarum Purgatorii.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Univerſis Chriſti-Fidelibus præſentes Literas inſpecturis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium.

DEcet Romanum Pontificem quarumdam Indulgentiarum, & gratiarum Spiritualium conceſſiones, quæ ad Divini cultus incrementum, & ad augendam Fidelium devotionem, Animarumque ſalutem promovendam peculiariter impertiri dignoſcuntur, ab indicta Anno Jubilæi generali earumdem Indulgentiarum ſuſpenſione excipere, ne circa eas, aliquibus dubitandi occaſio præbeatur.

Enumeratio Indulgentiarum, quæ ſub prædicta ſuſpenſione minime comprehenduntur.

§. 1. Quum itaque Nos nuper ſub generali ſuſpenſione hujuſmodi, nec Indulgentias Altarium privilegiatorum pro Fidelibus Defunctis, nec alias quaſcumque eodem modo pro ſolis ipſis Defunctis conceſſas venire, ſed quas Vivi ſibi lucrari poſſunt cum facultate illas per modum ſuffragii Animabus eorumdem Fidelium Defunctorum in Purgatorio exiſtentibus applicandi ſuſpenſas eſſe, minuſque Indulgentias conceſſas in articulo Mortis in facultate illas aliis communicandi ceſſare, neque a Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium de Latere Legatis, & Apoſtolicæ Sedis Nunciis, ac Epiſcopis in uſu, ſeu exercitio Pontificalium, aut in impartienda Benedictione, aliave forma conſueta concedi ſolitas; ſicuti etiam perdurare facultates Tribunalis Officii Inquiſitionis adverſus hæreticam pravitatem, auctoritate Apoſtolica inſtituti, ejuſque Officialium, Miſſionariorum quoque, & Miniſtrorum, qui ab eodem Tribunali, ſeu a Congregatione Venerabilium Fratrum Noſtrorum ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpoſita, vel alias a Sede prædicta ad id deputati fuerint, & præſertim facultates abſolvendi ab hæreſi illos, qui abjuratis

tis eorum erroribus, capaces ejuſmodi abſolutionibus redduntur; Inſuper Indulgentias a fel.rec.Innocentio XI., & Innocentio XII. Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris per quaſdam ſuas deſuper in ſimili forma Brevis die prima Octobris 1678., & die prima Julij 1695. reſpective expeditas Literas Chriſti Fidelibus, qui Sanctiſſimum Eucbariſtiæ Saeramentum, dum ad Infirmos deferri contigerit, devote comitati fuiſſent, aut legittimo impedimento detenti perſonaliter comitari nequiviſſent, ſed tamen lumen, ſeu facem per alios ea occaſione deferendum, ſeu deferendam miſiſſent, prout etiam à Nobis per noſtras in pari forma Brevis Literas die 14. menſis Septembris proxime præteriti emanatas, mane, aut meridie, ſeu veſpere ad pulſum Campanæ flexis genibus Salutationem Angelicam recitantibus conceſſas, ſub præfata ſuſpenſione Indulgentiarum minime comprehendi auctoritate Apoſtolica declaraverimus.

Declaratio prædicta.

§.2. Nunc autem univerſos Chriſtifideles de noſtra in præmiſſis mente, & voluntate certiores reddere, & ad Indulgentias, & gratias Spirituales ejuſmodi lucrifaciendas, quacumque ſubmota dubietatis occaſione, alacrius excitare cupientes, Omnibus,& ſingulis Chriſti-Fidelibus prædictis declarationem a Nobis, ſicut præmittitur, editam, quod ſcilicet memoratæ Indulgentiæ, & gratiæ Spirituales, durante Anno Jubilæi lucrifieri poſſint in omnibus, & per omnia, perinde acſi generalis ſuſpenſio præfata non emanaſſet, tenore præſentium denuntiamus, ac edicimus, palamque, & notam facimus.

Conceduntur Indulgentiæ iis, qui fuerint Orationi 40. horarum ubicumque.

§.3. Præterea ad fovendam, ampliandamque eorumdem Fidelium erga Sanctiſſimum, Auguſtiſſimumque Corporis, & Sanguinis Domini Noſtri Jeſu Chriſti Sacramentum prædictum, pietatem, atque devotionem illis omnibus, & ſingulis Chriſti-Fidelibus ubicumque extra Urbem degentibus Confeſſis, ac Sacra Communione refectis, vel ſaltem vere contritis, & cum firmo propoſito confitendi, qui in Eccleſiis ubi Oratio quadraginta horarum, durante præſenti Anno Jubilæi, indicta fuerit, devote eo temporis ſpatio, quod illis commodum fuerit, oraverint, toties, quoties id egerint Septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, ſeu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Eccleſiæ conſueta, dicta auctoritate relaxamus, prout eidem Orationi quadraginta horarum in Eccleſiis Almæ Urbis Noſtræ inſtitutæ intereſſentibus noviſſime conceſſimus.

Clauſula.

§.4. Non obſtantibus ſuſpenſione hujuſmodi, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & Sigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis; eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die II. Martii MDCCXXV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XLVII.

Interdicitur Regularibus omnibus, ad quaſcumque dignitates Eccleſiaſticas promotis, ne ſecum extra Cœnobia ulla bona adſportare audeant.

Dat. 7. Martii 1725. An. 1.

Similis interdictio pro F. F. Minoribus Conventualibus facta eſt ab Alex. IV. Conſt. ed. 1255. Decemb. 5. P. 1. Et pro F. F. Prædicatoribus a Clem. IV. Conſt. ed. 1268. Jun. 9. P. 4. Quæ Conſtitutiones hic referuntur, & extenduntur ad omnes ordines Regulares.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

POſtulat humilitati Noſtræ Divina diſpenſatione commiſſum Sacroſancti Apoſtolatus officium, ut quæcumque reſpiciunt bonum, tranquillitatem, & commodum Ordinum Regularium, unde plurimum omni tempore non modo ſplendoris, ac ornamenti, verum etiam utilitatis, atque præſidii Catholicæ Eccleſiæ acceſſiſſe, ac in dies magis accedere satis omnibus notum eſt; & quorum in Cœtu, nempe in Ordine Fratrum Prædicatorum, Nos ipſos olim fuiſſe, pluriumque annorum ſpatio verſatos eſſe in Domino gloriamur, propenſis ſtudiis, paternaque charitate, & ſolicitudine promovere non omittamus; ac ea præsertim, quæ ad tollendos abuſus, arcendam proprietatis labem, & inviolatum cuſtodiendum in eiſdem Ordinibus paupertatis Votum, a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris provido, juſtoque conſilio ſancita fuiſſe noſcuntur, ut ſerventur exactius, Apoſtolicæ confirmationis Noſtræ munimine roboremus, & alias deſuper conceſſæ Nobis cælitus auctoritatis partes interponamus, prout rerum, ac temporum conditio exigit, & Nos omnibus maturæ conſiderationis trutina perpenſis, ad majorem Omnipotentis Dei gloriam, proſperum prædictorum Ordinum Regularium ſtatum, ac Animarum pretioſiſſimo Chriſti Sanguine redemptarum ſalutem, expedire in Domino arbitramur.

§.1. Dudum ſiquidem fel. rec. Alexandee Papa IV. Prædeceſſor Noſter, cum expoſitum illi fuiſſet aliquando contingere,ut Fratres Ordinis Minorum Conventualium Sancti Franciſci ad Epiſcopalem, & alias Superiores, ſeu inferiores Dignitates promoti ſecum adſportare, propriiſque uſibus applicare præſumerent Libros, & alia, quæ tempore ſuæ promotionis haberent, tametſi non ad eos, quibus nihil proprium habere licet, ſed ad Ordinem pertinerent; ad ejuſdem abuſum ſubmovendum, & conſulendum præfati Ordinis indemnitati, quaſdam ſuas deſuper promulgavit Literas Apoſtolicas tenoris ſequentis, videlicet = Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Generali, & Provincialibus Minoris Ordinis Fratrum Minorum. Ex parte veſtra Nobis fuit intimatum, quod, cum contingat interdum ad

Refertur quædam Conſtitutio Alexandri IV., qua idem injungitur ſingula-

Digitized by Google

tim Minoribus Conventualibus.

Epiſcopalem, & alios ſuperiores, ſeu inferiores Dignitates, aliquos de Fratribus veſtri Ordinis promoveri, ipſi libros, & alia, quæ tempore ſuæ promotionis habent, licet non ad eos, cum proprium eis habere non liceat, ſed ad Ordinem pertineant memoratum, propriis uſibus applicare præſumunt in ſuarum perniciem Animarum: Quare ſuppliciter poſtulaſtis a Nobis, ut providere ſuper hoc ſalubriter curaremus. Nos igitur eorundem Fratrum ſaluti, & indemnitati veſtri Ordinis paterna volentes ſolicitudine providere, ut libros, & alia quæ ipſos promotionis ſuæ tempore habuiſſe, ſeu habere conſtiterit, Tibi, Fili Generalis Miniſter, vel tuis Provincialibus Miniſtris, ſubmota qualibet dilatione, reſignent ipſis Fratribus jam præmotis in virtute obedientiæ, illis autem, quos promoveri contigerit, ne reſignare differant, auctoritate præſentium duximus injungendum, niſi forſan Vos ipſorum uſus eis ad tempus conceſſeritis de gratia ſpeciali. Datum Laterani Anno Incarnationis Dominicæ MCCLV. Nonis Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Alia Conſtitutio Clementis IV ad eundum abuſum ex Ordine Prædicatorum ſubmovendū.

§.2. Deinde, cum memoratus abuſus in Ordinem quoque Fratrum Prædicatorum irrepſiſſet, recol: mem: Clemens Papa IV. Prædeceſſor itidem Noſter pro ſuo Paſtorali zelo eum extirpandum curavit per ſuas conſimiles Literas Apoſtolicas, quarum tenor hic ſubjicietur: Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Magiſtro, & univerſis Prioribus, & Fratribus Ordinis Prædicatorum ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Providentia laudabilis, & ſalubris in cunctis veſtris haberi debet operibus, ut exinde claritatem nominis in conſpectu Dei, & hominum habeatis. Cum itaque (ſicut aſſeritis) contingat interdum, quod illi ex vobis, qui de Ordine veſtro ad Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus, & alias Prælaturas Eccleſiaſticas aſſumuntur, non conſiderantes, quod ex profeſſione in ipſo emiſſa Ordine nihil habent proprium, quod ſibi ſpecialiter valeant retinere, libros, & alia, quæ apud eos hujuſmodi tempore promotionis habent, uſibus propriis applicare, ſecumque portare præſumant in propriæ ſalutis diſpendium, & dicti Ordinis non modicum detrimentum: Nos præſumptioni hujuſmodi volentes ſalubriter refragari, univerſis Fratribus dicti Ordinis ad hujuſmodi Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, & Prælaturas de cætero aſſumendis, auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, ne conſecrationis munus quoquo modo recipiant, antequam libros, & bona contingentia Ordinem memoratum, quæ apud eos tempore ſuæ promotionis habere contigerit, Prioribus, & Conventibus, de quibus aſſumpti fuerunt, cum integritate reſignent, niſi forſan iidem Priores, de conſenſu ipſorum Conventuum, uſum illorum ad certum tempus eis duxerint concedendum: alioquin eo ipſo ab executione Pontificalis Miniſterii noverint ſe ſuſpenſos. Inter hujuſmodi autem libros non intelligimus comprehendi quaternulos, & alias cartulas, vel membranas, in quibus dicti Fratres ſibi certa notabilia cum aliquibus privatis ſermonibus collegerunt. Nulli ergo &c. Datum Viterbii Anno Incarnationis Dominicæ MCCLXVIII. quinto Idus Junii Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Confirmatio relatarum Conſtitutionum.

§.3. Quamvis autem præinſertarum Apoſtolicarum Literarum tenorem a memoratis Regularibus, pro quibus emanarunt, religioſe hactenus obſervatum fuiſſe, & adhuc obſervari minime vereamur. Nihilominus nonnullis juſtis, & gravibus adductis rationibus, ad obſtruendum fraudibus, quæ forſan in poſterum committi poſſent, quemcumque aditum, eaſdem Alexandri, & Clementis Prædeceſſorum Literas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis confirmandas, & innovandas eſſe duximus; prout Motu proprio, ex certa ſcientia, ac matura deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione illas, & in eis contenta quæcumque (iis tantum exceptis, quæ eidem Noſtræ Conſtitutioni adverſantur, ut infra) ampliſſime confirmamus, approbamus, ac innovamus, & quatenus opus ſit, adverſus quemcumque non uſum, ſeu contrarium uſum, qui quoquo modo prætendi poſſet, reſtituimus, priſtinum in ſtatum reponimus, ac plenarie integramus.

Extenſio earundem ad omnes alios Regularium Ordines.

§.4. Præterea, etſi ſatis conſtet ſaluberrimam prædictam Literarum diſpoſitionem non ad eos dumtaxat, de quibus loquitur, ſed ad univerſos etiam alios Regulares Ordines pertinere, cum ratio Voti ſolemnis paupertatis, cui illa unice innititur, vigeat, locumque habeat generatim abſque ulla prorſus differentia in omnibus Ordinibus, quorum Profeſſores eodem paupertatis Voto æqualiter obſtringuntur: adeoque ſicut iidem Profeſſores indiſcriminatim nihil proprium poſſident, nec poſſidere poſſunt, & quidquid acquirunt, Monaſterio, & Ordini acquirunt, ita ſane abſque ullo diſcrimine, quando ad Prælaturas Eccleſiaſticas aſſumuntur, bona, quæ ante earum aſſecutionem habebant, ſecum aſportare proprioſque in uſus convertere nequaquam poſſunt, ſed Monaſterio, & Ordini, cui acquiſita ſunt, ex integro relinquere, ac reſignare tenentur; Nihilominus ad quamcumque ambiguitatem ſubmovendam, ac penitus è medio tollendam, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, memoratas Alexandri, & Clementis Prædeceſſorum Literas tenore præſentium expreſſe extendimus, ac ampliamus ad omnes etiam, & ſingulos alios Catholicæ Eccleſiæ Ordines, Congregationes, ac Inſtituta Regularia, Monaſtica, & alia quocumque nomine, & titulo nuncupata, nullo prorſus excepto, a quibus, & ab eorum Profeſſoribus deinceps illas in omnibus, & ſingulis, quæ præſenti Conſtitutioni non adverſantur, exactiſſime obſervari volumus, præcipimus, & mandamus, perinde acſi ipſæmet Literæ a præfatis Prædeceſſoribus Noſtris pro ſingulis aliis Ordinibus, Congregationibus, ac Inſtitutis prædictis, eorumque Profeſſoribus quibuſcumque editæ, & promulgatæ fuiſſent, & non alias, nec alio modo.

Idem denuo omnibus adhibetur ab hoc Pontifice.

§.5. Cupientes inſuper, ut omnis, anſa, & occaſio quibuſcumque alienis, extraneis, aut ſubdolis prædictarum Literarum interpretationibus præcidatur, Ordinumque Regularium quorumcumque præfatorum indemnitati plenius etiam, atque uberius conſultum ſit: mo-

tu,

Digitized by Google

tu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, omnibus, & ſingulis Regularibus Perſonis cujuſcumque Ordinis, Congregationis, ac Inſtituti, ut præfertur, quæ a Nobis, & a Romano Pontifice pro tempore exiſtente ad Patriarchatus, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, vel quaſcumque alias Prælaturas, & Dignitates Eccleſiaſticas in poſterum aſſumeotur, tenore præſentium ſtrictiſſime interdicimus, ac inhibemus, ne ſecum adſportare, propriiſque uſibus applicare audeaot libros, pecunias, credita, depoſita, & bona mobilia, ſeu immobilia cujuſcumque generis, & ſpeciei, quæ eos tempore ſuæ promotionis penes ſe, vel alios habere contigerit, *exceptis dumtaxat Scriptis, propriis iud mentis, & Breviario*; ſed ea omnia, ſtatim ac ſuæ promotioni conſenſerint, & antequam Conſecrationis munus ſuſcipiant, Superiori Locali, & Capitulo Cœnobii, Conventus, aut Domus, ubi degunt, integra, & iotacta abſque ulla prorſus dimioutione, cum eorum Notula, ſeu Inventario bona fide confecto, reſignare teneantur, ut illi poſtmodum Cœnobio, Conventui, vel Domui applicari poſſint, ac debeant, cui juxta Conſtitutiones, & conſuetudines cujuſque Ordinis, Congregationis, ac Inſtituti applicanda eſſe conſtiterit. Quod ſi ſecus fecerint, & huic noſtræ Ordinationi non obtemperare præſumpſeriot, cootrafacientes, ultra peuam ſuſpenſionis ab exercitio Pontificalis Miniſterii in præfatis Clementis IV. Literis conſtitutam, ſuſpenſionis inſuper a Divinis pœnam ipſo facto incurrant, cujus relaxationem Nobis tantum, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti (ſublata ceteris omoibus, etiam Pœnitentiariæ Apoſtolicæ Officio, & Majori Pœnitentiario, eam, etiam ad tempus, relaxandi facultate) ſpecialiter, & expreſſe reſervamus, ac reſervatam eſſe volumus, & mandamus.

Adimitur Superioribus Ordinum facultas concedendi promotis eiſdem ad tempus vſum librorum, aliorumque.

§.6. Poſtremo, cum æquum, & ſalutare, imo etiam neceſſarium arbitremur, ut occurratur, ac opportuoum adhibeatur remedium præjudiciis, & detrimentis, quæ actenus illata fuiſſe novimus, ac etiam de cetero inferri poſſe animadvertimus Ordinibus Regularibus, Cœnobiis, Conventibus, ac Domibus prædictis ex facultate, quæ ab Alexandro Prædeceſſore Miniſtro Generali, & Provincialibus Ordiois Fratrum Minorum Conventualium S. Franciſci, & a Clemente itidem Prædeceſſore Miniſtro Generali, ac Prioribus Ordinum Fratrum Prædicatorum, ut præfertur, tributa fuit concedendi promotis ad Epiſcopalem, & alias Eccleſiaſticas Dignitates, uſum ad tempus Librorum, aliorumque bonorum, quæ tempore ſuæ promotionis habebant; Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, tenore præſentium nedum præfatis, ſed etiam omnibus, & ſingulis aliis Superioribus quorumcumque aliorum Ordinum, Congregationum, ac Inſtitutorum Regularium prædictorum, ad quæ præioſertas Alexandri, & Clementis Prædeceſſorum Literas, ut ſupra extendimus, & ampliamus, etiamſi Abbates, Magiſtri, Miniſtri, & Præpoſiti Provinciales, aut Generales fuerint, vel quacumque alia denominatione, ac titulo Ordinibus, Congregationibus, & inſtitutis antedictis præfuerint, necnon eorumdem Cœnobiorum, Conventuum, Domorumque Superioribus Localibus, & Capitulis quibuſcumque, prædictam facultatem concedeodi ad tempus uſum Librorum, aliorumque mobilium præfatorum prorſus adimimus auferimus, & abrogamus, ac pro adempta, ſublata, & prorſus abrogata ab omoibus io poſterum haberi volumus, ſtatuimus, & declaramus, itaut perpetuis futuris temporibus ejuſmodi facultate vti amplius non poſſint, uec debeant, perinde acſi ipſis a præfatis Prædeceſſoribus Noſtris nunquam tributa, & coocesſa fuiſſet, & non alias, aliter, nec alio modo: ſub pœna, ſi ſecus fecerint, ſuſpenſionis a Divinis eo ipſo incurrenda, cujus relaxationem Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, privative quoad omnes alios, reſervamus, & reſervatam eſſe ſtatuimus, præcipimus, ac mandamus.

§.7. Decernentes præſentes Literas ſemper validas, firmas, & efficaces exiſtere, ac fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari; Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apoſtolicæ Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quavis præeminentia, & poteſtate ſungentes, & fur cturos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ac authoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inaue, ſi quid ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoraoter contigerit attentari. Clauſulæ.

§.8. Non obſtantibus præinſertis Alexandri IV., & Clementis itidem IV. Prædeceſſorum Literis, & de jure quæſito non tollendo, ac certis Noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, aliiſque Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Syoodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, nec non quorumvis Ordinum prædictorum, etiam juramento confirmatione Apoſtolica, aut quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis eiſdem Ordinibus, illorumque Superioribus, & Profeſſoribus quibuſcumque ſub quibuſvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſcumque, etiam derogatoriarum derogatoriis, & aliis efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & decretis etiam irritaotibus, etiam motu ſimili, & cooſiſtorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & innovatis. Q ibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, oon autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio facienda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omoium, & ſingulorum tenores, formas, & occaſiones, ac alia etiam ſpeciali expreſſione digna præſentibus pro pleue, & ſufficienter expreſſix, inter- Derogatoriæ peculiares.

tis,

tis, ac ſervati reſpective habentes, hac vice dumtaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Item clauſula.

§. 9. Ut autem præſentes Literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, ſeu earum exempla ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque generali in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt, affigi, & publicari; ſicque publicatas, & affixas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent: utque ipſarum præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides, tam in Judicio, quam extra illud, ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§. 10 Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc noſtræ confirmationis, approbationis, innovationis, reintegrationis, decreti, declarationis, ſtatutorum, voluntatum, mandatorum, Conſtitutionis, aſſignationis, præcepti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXV. nonis Martii Pontificatus Noſtri Anno Primo.

P. M. Card. Prodatar.

LXVIII.

Dat. 1°. Martii 1725. An. I.

Conceduntur duabus Facultatibus utriuſque Juris, & Artium liberalium in Oppido Palen. Provinciæ Bearniæ nuper erectis Privilegia omnia Univerſitatibus Studiorum Generalium Regni Galliarum conceſſa; ac pariter Studentibus, & ad gradus Scholaſticos in eis promotis.

Inn. XIII. Conſt. ed. 1721. Maji 9. P. 1. Confirmatur, & innovatur conceſſio Privilegiorum Univerſit. Stud. gen., & Collegio Doctorum Civit. Urbini a Clem. XI. facta. Et hujus Conſt. ed. 1727., Jul. 1. P. 4. erigitur Univerſitas Studiorum in Civitate Camerinenſi.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Duas facultates prædictas nuper erectas fuiſſe exponitur.

NUper pro parte Chariſſimi in Chriſto filii Noſtri Ludovici Francorum Regis Chriſtianiſſimi Nobis expoſitum fuit, quod cum dilecti filii Clerus, & Populus Provinciæ ſuæ Bearniæ ei expoſuiſſent grave incommodum, & diſpendium quod Incolæ Provinciæ prædictæ in amandandis Juvenibus ad Studiorum Generalium Univerſitates utpote multum inde diſſitas ſentiebant, ipſeque Ludovicus Rex eorumdem Incolarum commoditatibus, ac utilitati proſpicere cupiens erectioni duarum facultatum in Oppido Civitate nuncupato Paleo., quod dictæ Provinciæ caput exiſtit, utriuſque nempe Juris Canonici, & Civilis, ac Artium liberalium aſſenſum ſuum præbuiſſet, quæ poſtmodum inibi erectæ, & inſtitutæ fuerunt; Nunc autem memoratus Ludovicus Rex duabus facultatibus ſic erectis prærogativas Univerſitatibus Studiorum generalium intra Regni ſui Galliarum fines conſiſtentibus conceſſas impertiri, eos vero, qui eiſdem facultatibus pro tempore ſtuduerint, ac exacto Studiorum curſu ad Doctoratum, alioſve gradus Scholaſticos in utroque, vel altero Jurium prædictorum, ſeu ad Magiſterium Artium prædictarum promoti fuerint, eiſdem Privilegiis quibus in ipſis Univerſitatibus Studiorum generalium dictis facultatibus vacantes, aut ad Doctoratum, gradus, & Magiſterium hujuſmodi in eis promoti ex conceſſionibus Apoſtolicis fruuntur, donari, ac ſimiliter frui poſſe plurimum deſideret. Nobis propterea idem Ludovicus Rex humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ipſius Ludovici Regis votis hac in re quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium fratrum Noſtrorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, qui narrata attenderunt, conſilio, petitum Indultum auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus, & impertimur, itaut qui ſupradictæ juris facultati ſtuduerint, quive Doctoratum, Baccalaureatum, alioſve gradus Scholaſticos ſervatis ſervandis in eodem jure receperint, omnibus, & ſingulis Privilegiis etiam habilitationis ad Beneficia Eccleſiaſtica aſſequenda, quibus alii, qui juri ſtudent, aut dictos gradus in præfati Regni Galliarum, & ſignanter Tholoſan Studiorum generalium Univerſitatibus recipiunt ex quibuſvis conceſſionibus Apoſtolicis quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti frui, & gaudere poſſunt, & poterunt in futurum, pari modo, & abſque ulla prorſus differentia uti, frui, potiri, & gaudere debeant, & valeant.

Preces Ludovici Regis Galliarum pro conceſſione prædictorum Privilegiorum eiſdem facultatibus.

Conceſſio privilegiorum prædictorum.

§. 1. Decernentes ipſas præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit plenissime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulę cum derogatoriis.

§. 2. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non quatenus opus ſit, quibuſvis etiam

Jura-

Digitized by Google

Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetndinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes illis alias io ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & espreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XII. Martii MDCCXXV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

XLIX.

Dat. 21. Martii 1725. An. I. Confirmatur Conſtitutio Sixti V., qua, juxta declaratiooem Pii V. hac ſuper re, decernitur, ut omnes obtinentes Commendas, & Beneficia Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani ad ſolutionem jurium communis Ærarii prædicti Hoſpitalis teneantur.

Dicta Sixti V. Conſtitutio hic inſerta edita fuit 1585. Maji 1. P. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. AD Paſtorale faſtigium meritis licet imparibus Divina diſpoſitione evecti, ea, quæ de Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum, & Apoſtolicæ Sedis benignitate in favorem Militiarum, & Hoſpitalium quorumcumque ad Omnipotentis Dei gloriam, ſuæque Eccleſiæ Sanctæ exaltationem, illius vero hoſtium profligatioue pie, provideque inſtitutorum proceſſerunt, quo majoris validitatis munimine ſubſiſtant Apoſtolicæ coofirmationis patrocinio, cum id a Nobis petitur conſtabilimus.

§. 1. Dudum ſiquidem fe: re: Sixtus PP. V. Prædeceſſor Noſter omnes, & ſingulos Prioratus, Bajulatus, Caſtellanias, Præceptorias, & alia Beneficia, & penſiones Militiæ S. Joannis Hieroſolymitani, etiam es Sedis Apoſtolicæ proviſione obtinentes ad ſolutionem jurium communis Ærarii Hoſpitalis dicti Sancti Joannis Hieroſolymitani omnino teneri, Receptoreſque ejuſdem Hoſpitalis, fructus, redditus, & provenrus ejuſmodi Præceptoriarum, & Beneficiorum propria auctoritate exigere, ac illorum poſſeſſiooem apprehendere, ac de illis diſponere poſſe decrevit, & declaravit per ſuas deſuper literas in ſimili ſorma Brevis in forma rationi congrua expeditas, tenoris qui ſequitur videlicet = Sixtus PP. V. Ad perpetuam Conſtitutio prædicta Sixti V. rei memoriam. Æquum arbitramur, & congruum, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet ejus ſuperveniente obitu literæ deſuper confectæ non fuerunt ſuum debitum conſequantur effectum. Dudum ſiquidem felicis re: Pius PP. V. Prædeceſſor Noſter ſolicita conſiderationis indagine perſcrutans quantis periculis, quantiſque bellorum turbinibus tunc agitata fuerat Inſula Melevitan., menteque reculens quam indefeſſe, & viriliter dilecti filii Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani Milites in illa a Chriſtianæ fidei hoſtibus defeudenda ſe præſtiteraut. Dignum quin potius debitum reputavit, ut ea, quæ a Romanis Ponrificibus illis liberaliter conceſſa fuerant, non ſolum confirmationis ſuæ munimine roborarentur, verum etiam illa, quæ ſuam utilitatem, & commodum concernerent, ſi minus generaliter facta viderentur, ita extenderet, ut propter illa omnis impoſterum dubitandi materia tolleretur. Accepto igitur per eumdem Prædeceſſorem, quod licet alias ſtabilimentis, uſibus, & naturis Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani hujuſmodi, ſeu Privilegiis, Indultis, & Literis Apoſtolicis eidem Hoſpitali, & dilectis filiis illius Magiſtro, & Conventui conceſſis espreſſe cautum fuerat, quod etiam Apoſtolica auctoritate etiam per reſignationem in manibus pro tempore existentis Romani Pontificis factam proviſi, ac proviſiones, Commendas, ſeu alias diſpoſitiones etiam Apoſtolicas de Præceptoriis, ſeu aliis Beneficiis dicti Hoſpiralis ſibi pro tempore factas proſequentes certa jura vacantia, ſeu mortuaria, aut alias nuncupata forſan duplicata communi Hoſpitalis prædicti Theſauro, ſeu alias perſolvere, ac quædam alia tunc expreſſa onera ſubire tenerentur. Quudque de redditibus, & proventibus hujuſmodi Præceptoriarum primo, & ſecundo, ac forſan aliis annis provenientes diſponere, ſeu illos percipere minime poſſent, ſed illi dicto Theſauro, ac alias in uſum, & utilitatem Hoſpitalis, ac illius Militum, ſeu Menſæ applicari, pro illius neceſſitatibus ſublevandis, ac tuitione fidei adverſus Turcas Chriſtiani nominis hoſtes diſtribui deberent, ac inſuper Prioratus Bajulatus, Caſtellanias, Empoſtas, Præceptorias, & alia illius Beneficia quæcumque pro tempore qualitercumque obtinentes, certas reſponſiones, ac ordinarias, & extraordinarias impoſitiones eidem communi Theſauro annis ſingulis ſolvere tenerentur, ipſiſque Prioratibus, Bajulatibus, Caſtellaniis, Præceptoriis, & Beneficiis per obitum, ſeu reſignationem etiam in manibus prædicti Romani Pontificis, aut alias quomodolibet pro tempore vacaotibus illorum fructus, redditus, & proventus, ſi per reſignationem, iusta vero novam reformationem uſque ad Feſtum Sanctorum Jacobi, & Philippi de menſe Maji, ex tunc immediate ſequentis pro mortuorio, & vacantibus ab eodem Feſto uſque ad aliud proximum ejuſdem Sancti Joannis Baptiſtæ, ſeu ut præfertur Sanctorum Jacobi, & Philippi de dicto menſe reſpective eidem Theſauro cederent. Cum tamen ſæpe coutingeret nonnullorum petentium ambitionem, ita ſe estendere, vt Sedis Apoſtolicæ liberalitate non contenti, etiam ea, quæ in magnum dictæ Religionis præjudicium tendere conſpiciebant a Sede prædicta extorquere, Romanumque Pontificem ob ejus innumeras occupationes ad aliquas gratias ſibi concedendas impellere non erubeſcereut, quas ſi plene cognoviſſet, eas profecto illis non conceſſiſſet. Attendens itaque dictus Prædeceſſor quanta,

Jampridem ſtabilimentis, ſeu Privilegiis Apoſtolicis cautum fuiſſe refertur; ut Commendas, aliaque Beneficia dicti Hoſpitalis obtinentes, ejuſdem Theſauro certa jura ſolvere teneantur.

Deinceps vero nonnullos, cum contraria Privilegia a Sede Apoſtolica extorſiſſent, prædicta jura eidem Theſauro ſolvere recuſaſſe.

quanta, & quam gravia diſcrimina dicta Inſula paſſa fuerat, & quam graves Magiſter, & Conventus prædicti tam in illa defendenda, quam in Civitate nova per eos conſtructa munienda, & reparanda ſubierant expenſas, & incommoda, quod ſi Ipſi, qui pro expenſis hujuſmodi ſupportandis certa jura, quæ ſuper quibuſcumque dicti Ordinis Prioratibus, Bajulatibus, Caſtellaniis, Præceptoriis, & aliis Beneficiis prædictis exigere conſueverant, ab illorum exactione deſiſterent, illorum vires non parum debilitarentur, conſideranſque quod poſtquam piæ me: Pius PP. IV. etiam Prædeceſſor Noſter, tunc ſuus, unam Sancti Jacobi in Platea Nurſiæ Spoletan., & alteram Sanctiſſimæ Trinitatis Tudertin. reſpective Diœceſis dicti Hoſpitalis Præceptorias tunc certo modo vacantes tunc dilecto filio Simoni Brombillæ Clerico Bergomen. ſub certis modo, & forma commendaverat, & ſeu de illis per ſuas literas providerat, dictuſque Simon ſub earumdem, ſeu aliarum literarum prætexu per quas ſtabilimentis, uſibus, naturis, Privilegiis, & Indultis prædictis per eumdem Pium IV. Prædeceſſorem derogatum eſſe prætendebat, fructus earumdem præceptoriarum, & jura illarum ratione dicto communi Theſauro, ut præfertur debita, ſolvere, & relaxare recuſaverat, & recuſabat; eumdem Pium IV. Prædeceſſorem Motu proprio, non ad Magni Magiſtri, aut Conventus, ſeu Hoſpitalis Fratrum prædictorum ſibi pro eis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex ſuis certa ſcientia, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine per ſuas in ſimili forma Brevis deſuper confectas literas declaraſſe per derogationem hujuſmodi aliquod, vel minimum Theſauro hujuſmodi præjudicium afferri noluiſſe, & alia feciſſe, prout in ipſius Pii IV. Prædeceſſoris literis plenius continetur. Idem Pius V. Prædeceſſor tam Pii IV. Prædeceſſoris hujuſmodi veſtigiis inhærens, quam præmiſſis de cauſis motus, omnia, & ſingula in ejuſdem Pii IV. Prædeceſſoris literis contenta approbans, & confirmans, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjiciens, omneſque, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui forſan interveniſſent in eiſdem ſupplens, nec non quarumcumque litium, etiam inter Venerabiles Fratres Noſtros tunc ſuos S.R.E. Cardinales, & Religionem præfatam pendentium ſtatus, & merita, & in qua pendebant inſtantiam pro expreſſis haberi volens, motu, & ſcientia ſimilibus, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſub datum videlicet 12. Kal. Aprilis Pontificatus ſui Anno Secundo decrevit, & declaravit omnes, & ſingulos Prioratus, Bajulatus, Caſtellanias, Præceptorias, & alia Beneficia hujuſmodi, ſeu illorum membra, & ab illis dependentia obtinentes, & ab illis regreſſus, acceſſus, coadjutorias, & alias gratias tam a Sede Apoſtolica, quam quavis auctoritate conceſſas habentes, necnon illorum fructus, & proventus, aut alia jura loco penſionis annuæ, ſeu penſiones ipſas ſuper eorumdem fructibus, redditibus, & proventibus quavis de cauſa impoſitas, & imponendas, percipientes pro rata fructuum, & penſionum eorumdem de omnibus, & ſingulis annatis vacan. Mortuariis, & aliis quibuſcumque juribus per eos dicto communi Theſauro quomodolibet debitis ſatisfacere, nec quaſcumque literas ſtatutorum, ſtabilimentorum, uſuum, & privilegiorum, Indultorum etiam quod Præceptoriarum fructus, redditus, & Proventus, & aliorum dicti Hoſpitalis Beneficiorum pro primo, & ſecundo annis, vel alias communi Theſauro dicti Hoſpitalis pro Mortuariis, ſeu aliis cauſis applicati eſſent, & eſſe cenſerentur, ſeu applicari deberent. Dictiqui Hoſpitalis Præceptores, ſeu Receptores, aut alii pro eis Agentes illos propria auctoritate exigere, & percipere, ac interim poſſeſſionem Præceptoriarum, & Beneficiorum prædictorum nomine dicti Hoſpitalis apprehendere, & retinere, ac hujuſmodi fructus de facto exigere, & alias de illis certis modo, & forma tunc expreſſis diſponere poſſent, vel aliis illorum totali inſertione, vel cum Decreto, quod penſiones ipſæ a quocumque onere, Mortuario, & paſſagio, vel alias quomodolibet nuncupato quavis etiam Apoſtolica, ſeu Magni Magiſtri dicti Hoſpitalis pro tempore exiſtentis auctoritate exempti eſſent, vel titulares Beneficiorum ratam partem ipſos Penſionarios tangentem pro ſolutione penſionis hujuſmodi ſibi retinere valerent, & ad ſolutionem penſionis hujuſmodi minime tenerentur, ac alias hujuſmodi titulares renunciaſſent, onuſque illam ſolvendi in ſe ſuſcepiſſent, in quibuſcumque gratiis, Commendis, proviſionibus regreſſibus, acceſſibus, ingreſſibus, coadjutoriis, cæteriſque diſpoſitionibus de Prioratibus, Bajulatibus, Caſtellaniis, Præceptoriis, ac aliis Beneficiis hujuſmodi quovis modo, etiam apud eamdem Sedem vacantibus, necnon fructuum, & penſionum hujuſmodi reſervationibus per eum etiam motu ſimili, & quorumvis etiam Imperatoris, vel Regum intuitu, ac etiam quibuſvis eatenus factis, ac in poſterum faciendis quibuſvis perſonis cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, nobilitatis, & præeminentiæ exiſtentibus, etiam forſan Cardinalatus honore, & officio fulgentibus per eum quomodolibet eatenus conceſſis, & impoſterum concedendis derogatorias, ac deſuper confectas, & pro tempore conficiendas literas Apoſtolicas etiam quaſcumque generales, vel ſpeciales etiam derogatoriarum derogatorias, & efficaciores, & inſolitas clauſulas, necnon irritantia Decreta ſuper quacumque verborum expreſſione in ſe continentia, perſonas quibus Prioratus, Bajulatus, Caſtellaniæ, Præceptoriæ, ſeu ab illis dependentia Beneficia prædicta, aut illorum membra collata, ſeu ad vitam commendata fuerant, ſeu fructus, redditus, & proventus, aut penſiones annuæ reſervatæ, & aſſignatæ fuerant, aut in quorum favorem de illis diſpoſitum extiterat, vel illæ commendarentur, ſeu conferrentur, aut fructus, vel penſiones reſervarentur, & aſſignarentur, vel alias diſponerentur a ſolutione, & præſtatione fructuum, Cenſuum, paſſagiorum, annatarum, vacantium, & Murtuariorum, aut aliorum quorumcumque jurium, ſeu reſponſionum, aut ordinariarum, vel extraordinariarum impoſitionum vigore dictorum ſtabilimentorum, & privilegiorum debitorum in toto, vel in parte eximere, vel libe-

Quibus de cauſis primum a Pio IV. prædictis omnibus derogatis, nullum eidem Theſauro præjudicium aſſerti velle declaratum fuit.

Tum a Pio V. omnia in prædicti Pii IV. literis contenta approbata fuere.

Necnon Motu proprio ab eodem decretum, ac declaratum, ut omnes obtinentes ſæpedictas Commendas, & Beneficia quæcumque dicti Hoſpitalis, juribus ejuſdem communi Theſauro debitis ſatisfacere deberent.

Atque ab eodem Pio V. ordinationes quædam emanatæ pro his omnibus executioni mandandis, cum clauſulis ampliſſimis, derogatoriis, & irritantibus.

Digitized by Google

liberare; aut alias communi Theſauro Hoſpitalis hujuſmodi, ſeu illius Juribus in aliquo præjudicaſſe, nec per illas præjudicatum, ſeu præjudicium aliquod generatum fuiſſe, vel eſſe, vel impoſterum fore, ſed derogatorias ipſas ad effectum validitatis collationum commendarum, & aliarum diſpoſitionum hujuſmodi dumtaxat proceſſiſſe, & ſuffragari debuiſſe, illaſque inquantum communi Theſauro, & illius Juribus in aliquo præjudicaſſent, aut præjudicarent, a ſe, & Sede Apoſtolica per occupationem, & circumventionem præter, & contra voluntatem ſuam extortas, ac nullius roboris, vel momenti fuiſſe, & eſſe, & impoſterum fore. Illiſque nonobſtantibus omnes, & ſingulas hujuſmodi derogationes tunc, & pro tempore habentes, & proſequentes etiamſi a Juriſdictione Magni Magiſtri, & Conventus prædictarum, & aliorum quorumcumque Judicum Apoſtolica auctoritate prædicta exempti, ac ei, & Apoſtolicæ Sedi immediate ſubjecti eſſent ad exhibitionem & relaxationem fructuum, ac penſionum hujuſmodi, ut præfertur eidem communi Theſauro faciendam teneri, & adſtrictos fore in omnibus, & per omnia perinde ac ſi proviſiones Commendarum, regreſſus, acceſſus, coadjutoriæ, & aliæ diſpoſitiones, necnon fructuum, & penſionum reſervationes non a Sede Apoſtolica, ſed a Magiſtro, & Conventu prædictis emanaſſent, & ad id etiam per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia cogi, & compelli poſſe, literaſque tunc deſuper conficiendas, & in eis contentaque cum quo nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis ſuæ, defectu notari, vel impugnari minus ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, & limitationibus ſimilium, vel diſſimilium gratiarum comprehendi ullatenus poſſe, ſed quoties illæ emanarent, toties in priſtinum, & validiſſimum, ac eum, in quo antequam illas emanarent ſtatum reſtitutas, & plenarie reintegratas, ac de novo, etiam ſub quacumque data per Magiſtrum, & Conventum benevisa, toties, quoties opus eſſet conceſſas eſſe cenſerentur: ſicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices Commiſſarios, etiam S. R. E. Cardinales, ac Cauſarum Sacri Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, diffiniri, & interpretari debere, & quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contingeret, irritum, & inane decrevit. Et nihilominus pro potiori cautela ſupradictas, & alias derogatorias clauſulas in quibuſcumque literis appoſitas in quantum communi Theſauro hujuſmodi, quo ad præmiſſa præjudicare videbantur, revocavit, caſſavit, irritavit, & annullavit, ac toties quoties conceſſa eſſent quoad Jura vacantia & Mortuaria ratione gratiarum per eum, & quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores Noſtros, tunc ſuos conceſſa, quod ea, quæ ſuum tempus nondum effluxerant tantum toties pro nullis, & infectis habere, nullamque prorſus in Judicio, vel extra fidem facere, vel effectum ſortiri debere, & Conſtitutionem ſuam de non tollendo Jure quæſito adverſus tunc conficiendas literas prædictas, locum ſibi vindicare non poſſe, ac illis minime ſuffragari voluit. Non obſtantibus præmiſſis ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ipſorum Prioratuum, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & Decretis in contrarium forſan quomodolibet conceſſis: Quibus omnibus, etiamſi de illis ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda foret, illis alias in ſuo robore permanſuris ea vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogavit, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Ne autem de cætero, declaratione, revocatione, caſſatione, irritatione, annullatione, voluntate, & derogatione dicti Pii Prædeceſſoris pro eo, quod ſuper illis, ipſius Prædeceſſoris ejus ſuperveniente obitu, literæ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæſitari, ac Magnus Magiſter, Conventus, & Fratres, ſeu milites Hoſpitalis prædicti illarum fruſtrentur effectu; Volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod Decretum, declaratio, revocatio, caſſatio, irritatio, annullatio, voluntas, & derogatio dicti Pii V. Prædeceſſoris a dicta die 12. Kal. Aprilis ſuum ſortiantur effectum, perinde ac ſi ſuper illis ipſius Prædeceſſoris literæ ſub ejuſdem diei data confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur. Quodque præſentes literæ ad probandum plene Decretum, declarationem, revocationem, caſſationem, irritationem, annullationem, & derogationem dicti Pii V. Prædeceſſoris ubique ſufficiant, nec ad id probationes alterius adminiculum requiratur.

Decernitur a ſuprad. Sixto V. ut Decretum, & declaratio ejuſdem Pii V hac ſuper re ſuum in omnibus ſortiatur effectum.

Quo circa venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Toletan., & Epiſcopo Pariſien., ſive eorum Officialibus, ac dilecto Filio Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæ valere decernentes, ac protempore exiſtenti Magno Magiſtro, Conventui, & Fratribus prædictis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate Noſtra, præmiſſa omnia ab omnibus, quos illa concernunt integre, & inviolabiliter obſervari, illoſque eis pacifice, & quiete uti, frui, & gaudere. Non permittentes eos, aut eorum aliquem contra earumdem præſentium tenorem quomodolibet indebite moleſtari; Contradictores quoslibet, & Rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato, etiam ad hoc ſi opus fuerit Brachii Secularis auxilio. Non obſtantibus omnibus ſupradictis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die prima Maji 1585. Pontificatus Noſtri Anno Primo. A. Peregrinus. = Cum autem, ſicut pro parte dilectorum Filiorum Magni Magiſtri, & Fratrum Militum Hoſpitalis prædicti Nobis nuper expoſitum fuit, ipſi præmiſſa, quo firmius ſubſiſtant, & ſerventur exactius Apoſtolicæ Confirmationis Noſtræ patrocinio roborari plurium deſiderent: Nos eorumdem Exponentium votis hac in re quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere, eoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque

Committitur quibuſdam executio prædictorum.

Preces Magni Magiſtri Hoſpitalis prædicti pro horum confirmatione.

Ec-

Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis, occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper boc humiliter porrectis, inclinati, de Venerabilium Fratrum Noſtrorom S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum conſilio, præinſertas Sixti Prædeceſſoris literas, omoiaque, & ſingula in eis contenta auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illique perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimos.

Confirmatio relatæ Sixti Quinti Conſtitutionis.

Clauſulæ.

§.1. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & iotegros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Canſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictæ que Sedis Nuncios ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.2. Noo obſtantibus Cooſtitutionibos, & & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus, & ſingulis illis, quæ in præinſertis Sixti Prædeceſſoris literis conceſſa ſunt non obſtare cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annolo Piſcatoris die XXI. Martii MDCCXXV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

L.

Dat.14.Mart. 1725. ann. 1.

Confirmatur Conſtitutio quædam Pii II. quoad primos medios fructus Beneficiorum Eccleſiæ Beneventanæ; & latius declaratur.

Laudata Conſtit. edita eſt anno 1459. Septemb. 5. P.2. Hujus vero Conſt. ed. 1725. Apr.28. P.1. demandatur ſolutio mediæ annatæ beneficiorum providendorum per totam Italiam, & Inſulas adjacentes in favorem fabricæ Eccleſiarum Matricum.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Sarvus Sarvorum DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ROmanus Pontifex æqui bonique ſupremus Aſſertor inter graviſſimas, multipliceſque Apoſtolicæ ſervitutis curas in eam peculiari ſtudio jugiter incumbit, ot Eccleſiarum omnium, præſertim Archiepiſcopali nomine inſignitarum reparationes fabricæ, & augmentationes aſſiduis favoribos, & gratiis promoveantur; & quæ propterea a Prædeceſſoribos ſuis iiſdem de cauſis facta, & decreta dignoſcuntur, ut ab omnibus perpetuo inviolabiliter obſerventur, Apoſtolicæ confirmationis patrocinio corroborat; aliaque ſtatuit, & declarat, prout earundem Eccleſiarum indigentiis, commodis, & utilitatibus conſpicit in Domino ſalobriter expedire.

A Pio II. declaratum fuit omnes primos medios fructus beneficiorum Eccleſiæ Beneventanæ, in reparationem d. Eccleſiæ convertendos eſſe.

§.1. Alias ſiquidem fel. recor. Pius Papa Secundus Prædeceſſor Noſter per quamdam ejus Conſtitutionem ab eo editam favore Eccleſiæ, & Civitatis Beneventanæ, ſub Datum Mantuæ anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſſimo quinquageſimo nono Nonis Septembris Pontificatus ſui Anno Secundo, inter cætera ſtatuit, diſpoſuit, & decrevit, quod omnes primi medii fructus beneficiorum Eccleſiaſticorum pro tempore vacantium Eccleſiæ Beneventanæ (cujus adhuc Archiepiſcopus exiſtimus) qui a pro tempore exiſtente Archiepiſcopo Beneventano percipiebantur, in reparationem, fabricam, & augmentationem dictæ Eccleſiæ Beneventanæ juxta ejuſdem pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi, ac unius ejuſdem Eccleſiæ Beneventanæ Canonici arbitrium converti debeant.

Confirmatio præd. Conſtitutionis; cum ejuſdem latiori declaratione.

§.2. Nos conſiderantes præfatam Pii Prædeceſſoris Conſtitutionem, commodum, utilitatem, & incrementum præfatæ Eccleſiæ Beneventanæ ſummopere concernere, ac cupientes illam perpetuis futuris temporibus ſemper, & inviolabiliter obſervari, ac Pii Prædeceſſoris præfati Conſtitutioois deſuper editæ hujuſmodi tenores, etiam veriores præſeotibus pro expreſſis habentes motu proprio, non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, diſpoſitionem, & decretum hujuſmodi Apoſtolica auctoritate tenore præſentiun perpetuo confirmamus, & approbamus, illique perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus; ac diſpoſitionem, & decretum hujuſmodi comprehendere omnia beneficia Eccleſiaſtica, tam collationis Archiepiſcopi, quam Capituli, & Canonicorum dictæ Eccleſiæ Beneventanæ, vel Abbatis de Paduli nuncopati, aut alterius cujuſcumque inferioris Collatoris pro tempore exiſtentium, ad eis conferenda ceſſantibus reſervationibus, & affectionibus Apoſtolicis; non tamen beneficia Eccleſiaſtica diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervata, vel affecta, dicta Apoſtolica auctoritate declaramus.

Clauſulæ peculiares.

§.3. Præſentes quoque nullo unquam tempore de ſubreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, ſeu intentionis Noſtræ, aut quovis alio defectu, quamtumvis magno, inexcogitato, & ſubſtantiali, aut ex quocumque alio capite a jure, vel facto, aut ſtatuto, vel conſuetudine aliqua reſultante, aut quocumque alio colore, prætextu, ratione, vel cauſa, etiam in corpore juris clauſa, quamtumvis juſta, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmiſſorum neceſſario exprimenda foret, aot quod de voluntate Noſtra hojuſmodi, aut aliis ſuperius expreſſis relatis in literis alibi apareret, ſeu alias probari poſſet, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adverſus illas reſtitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad vim, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel juſtitiæ remedium impetrari, ſeu quomodolibet conceſſo, aut impetrato, uti, ſeu ſe juvare in judicio, vel extra

poſſe,

poſſe, neque ipſas præſentes ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, & limitationibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendi, ſed ſemper ab illis acceptas, ac perpetuo validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac per omnes, & ſingulos ad quos ſpectat, & quomodolibet ſpectabit in futurum inviolabiliter obſervari; ſicque, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de latere Legatos, & Sedis Apoſtolicæ Nuncios, & alios quavis auctoritate, & poteſtate fungentes in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet in quocumque judicio, & in quavis inſtantia aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, & inane decernimus.

Derogitoria. §.4. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de jure quæſito non tollendo, necnon etiam in Synodalibus, univerſalibus, & provincialibus Conciliis editis, vel edendis ſpecialibus, vel generalibus, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, Dictæque Eccleſiæ Beneventanæ Statutis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis etiam Motu, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibus, ac aliis decretis conceſſis, ac etiam pluries approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ confirmationis, approbationis, declarationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſſimo vigeſſimo quinto Nono Kalendas Aprilis Pontificatus Noſtri Anno Primo.

LI.

Dat.29.Mart. 1725. Ann.I. Publicantur literæ Proceſſus die Cœnæ Domini.

Similes literæ publicatæ fuerant ab Inn: XIII: Conſtit: ed:1722, April:9 P.1. Et a Clem:XI Conſt: ed:1701 Mart:24 P.1.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium a conſuetudine prædeceſſorū Pontificum. PAſtoralis Romani Pontificis vigilantia, & ſolicitudo, cum in omni Chriſtianæ Reipublicæ pace, & tranquillitate procuranda pro ſui muneris officio aſſidue verſatur, tum potiſſimom in Catholicæ Fidei, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, unitate, atque integritate retinenda, & conſervanda, maxime elucet. Nimirum, ut fideles Chriſti non ſint parvuli fluctuantes, neque circumferantur omni vento doctrinæ in nequitia hominum ad circumventionem erroris, ſed omnes occurrant in unitatem Fidei, & agnitionis Filii Dei in Virum perfectum, neque ſe in hujus vitæ Societate, & communione lædant, aut inter ſe alter alteri offenſionē præbeant, ſed potius in vinculo charitatis conjuncti, tanquam unius corporis membra ſub CHRISTO capite, ejuſque in Terris Vicario Romano Pontifice Beatiſſimi Petri Succeſſore, a quo totius Eccleſiæ unitas dimanat, augeantur in ædificationem, atque ita divina gratia adjutrice, ſic præſentis vitæ quiete gaudeant, ut futura quoque beatitudine perfruantur. Ob quas ſane cauſas Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri hodierna die, quæ Anniverſaria Dominicæ Cœnæ commemoratione ſolemnis eſt, ſpiritualem Eccleſiaſticæ diſciplinæ gladium, & ſalutaria Juſtitiæ arma per miniſterium Summi Apoſtolatus ad Dei gloriam, & animarum ſalutem ſolemniter exercere conſueverunt. Nos igitur; cui nihil optabilius eſt, quam fidei inviolatam integritatem, publicam pacem, & Juſtitiam, Deo auctore tueri, vetuſtum, & ſolemnem hunc morem ſequentes:

Excommunicantur Hæretici omnes, eis credentes, eorum defenſores; & libros ipſorum legentes. §.1. Excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apoſtolorom Petri, & Pauli, ac noſtra, quoſcumque Huſſitas, Wicleſiſtas, Lutheranos, Zuinglianos, Calviniſtas, Ugonottos, Anabatiſtas, Trinitarios, & a Chriſtiana fide Apoſtatas, ac omnes, & ſingulos alios Hæreticos quocumque nomine cenſeantur, & cujuſcumque Sectæ exiſtant, ac eis credentes, eorumque receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defenſores, ac eorumdem libros hæreſim continentes, vel de Religione tractantes, ſine auctoritate noſtra, & Sedis Apoſtolicæ ſcienter legentes, aut retinentes, imprimentes, ſeu quomodolibet defendentes ex quavis cauſa, publice, vel occulte, quovis ingenio, vel colore, necnon Schiſmaticos, & eos qui ſe a noſtra, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis obedientia pertinaciter ſubtrahunt, vel recedunt.

Necnon appellantes ad futurū Concilium. §.2. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos cujuſcumque ſtatus, gradus, ſeu conditionis fuerint; Univerſitates verò, Collegia, & Capitula quocumque nomine nuncupentur, interdicimus, ab ordinationibus, ſeu Mandatis noſtris, ac Romanorum Pontificum pro tempore exiſtentium ad univerſale futurum Concilium appellantes: nec non eos, quorum auxilio, conſilio, vel favore appellatum fuerit.

Pariter Piratæ diſcurrentes Mare dictionis Eccleſiæ Romanæ.

§.3. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Curſarios, ac Latrunculos maritimos, diſcurrentes Mare noſtrum, præcipue a Monte Argentario uſque ad Terracinam, ac omnes eorum Fautores, Receptatores, & Defenſores.

Item ſurripientes bona Chriſtianorū, quorum Naves tempeſtate jactatæ fuerint.

§.4. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos, qui Chriſtianorum quorumcumque Navibus, tempeſtate, ſeu in tranſverſum (ut dici ſolet) jactatis, vel quoquo modo naufragium paſſis, ſive in ipſis Navibus, ſive ex eiſdem ejecta in Mari, vel in littore inventa, cujuſcumque generis bona, tam in noſtris Tyrrheni, & Adriatici, quam in cæteris cujuſcumque Maris Regionibus, & Littoribus ſurripuerint, itaut nec ob quodcumque privilegium, conſuetudinem, aut longiſſimi, & immemorabilis temporis poſſeſſionem, ſeu alium quemcumque prætextum excuſari poſſint.

Deinceps novas Gabellas imponentes.

§.5. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in Terris ſuis nova Pedagia, ſeu Gabellas, præterquam in caſibus ſibi a Jure, ſeu ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia permiſſis, imponunt, vel augent, ſeu imponi, vel augeri prohibita exigunt.

Falſarii pariter literarum Apoſtolicarum.

§.6. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falſarios Literarum Apoſtolicarum, etiam in forma Brevis, ac ſupplicationum, gratiam, vel juſtitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S.R.E. Vice Cancellarios, ſeu gerentes vices eorum, aut de mandato ejuſdem Romani Pontificis ſignaturam, necnon falſo publicantes Literas Apoſtolicas, etiam in forma Brevis, & etiam falſo ſignantes ſupplicationes hujuſmodi ſub nomine Romani Pontificis, ſeu Vice-Cancellarii, aut gerentium vices prædictorum.

Deferentes etiam bellica inſtrumenta ad Chriſtiani nominis hoſtes.

§.7. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Saracenos, Turcas, & alios Chriſtiani nominis hoſtes, & inimicos, vel Hæreticos per noſtras, ſive hujus Sanctæ Sedis ſententias expreſſe, & nominatim declaratos deferunt, ſeu tranſmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, ſtannum, chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica Inſtrumenta, lignamina, canapem, funes, tam ex ipſo canape, quam alia quacumque materia, & ipſam materiam, aliaque hujuſmodi, quibus Chriſtianos, & Catholicos impugnant, necnon illos, qui per ſe, vel alios de rebus ſtatum Romanæ Reipublicæ concernentibus in Chriſtianorum perniciem, & damnum, ipſos Turcas, & Chriſtianæ Religionis inimicos, necnon Hæreticos in damnum Catholicæ Religionis, certiores faciunt, illiſque ad id auxilium, conſilium, vel favorem quomodolibet præſtant, non obſtantibus quibuſcumque privilegiis, quibuſvis perſonis, Principibus, Rebuſpublicis per nos, & Sedem prædictam hactenus conceſſis de hujuſmodi prohibitione expreſſam mentionem non facientibus.

Necnon impedientes, ne victualia ad Rom. Curiam adducantur.

§.8. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes, ſeu invadentes eos, qui victualia, ſeu alia ad uſum Romanæ Curiæ neceſſaria adducunt, ac etiam eos qui, ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, ſeu perturbant, ſeu hæc facientes defendunt per ſe, vel alios cujuſcumque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis, & ſtatus, etiamſi Pontificali, vel Regali, aut alia quavis Eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate.

Item aliquid perpetrantes adverſus venientes ad Sedem Apoſtol.

§.9. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apoſtolicam venientes, & recedentes ab eadem ſua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt, detinent, necnon illos omnes, qui Juriſdictionem ordinariam, vel delegatam a nobis, vel noſtris Judicibus non habentes illam ſibi temere vindicantes, ſimilia contra morantes in eadem Curia audent perpetrare.

Sive adverſus Cardinales, alioſque Eccleſiaſtica dignitate fulgentes.

§.10. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel oſtiliter inſequentes S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Sediſque Apoſtolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos a ſuis Diœceſibus, Territoriis, Terris, ſeu Dominiis ejicientes; necnon ea mandantes, vel rata habentes, ſeu præſtantes in eis auxilium, conſilium, vel favorem.

Vel adverſus recurrentes ad Rom. Curiam ſuper eorum cauſis.

§.11. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per ſe, vel alios, perſonas Eccleſiaſticas quaſcumque, vel Sæculares ad Romanam Curiam ſuper eorum cauſis, & negotiis recurrentes, ac illa in eadem Curia proſequentes, aut procurantes, negociorumque Geſtores, Advocatos, Procuratores, & Agentes, ſeu etiam Auditores, vel Judices ſuper dictis cauſis, vel negotiis deputatos, occaſione Cauſarum, vel negotiorum hujuſmodi, occidunt, ſeu quoquomodo percutiunt, bonis ſpoliant, ſeu qui per ſe, vel per alios directe, vel indirecte, delicta hujuſmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel favorem præſtare non verentur cujuſcumque præeminentiæ, & dignitatis fuerint.

Nemon omnes a Sedis Apoſtol. Decretis ad Laicalem poteſtatem recurrentes, ſive literar. Apoſtolicar. exequutionem impedientes.

§.12. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes tam Eccleſiaſticos, quam Sæculares cujuſcumque dignitatis, qui prætexentes frivolam quandam appellationem a gravamine, vel futura executione Literarum Apoſtolicarum, etiam in forma Brevis, tam gratiam, quam juſtitiam concernentium, necnon citationum, inhibitionum, ſequeſtrorum, monitoriorum, proceſſuum, executorialium, & aliorum Decretorum a nobis, & a Sede prædicta, ſeu Legatis, Nunciis, Præſidentibus, Palatii noſtri, & Cameræ Apoſtolicæ Auditoribus, Commiſſariis, aliiſque Judicibus, & Delegatis Apoſtolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanaverint, aut alias ad Curias Sæculares, & Laicalem poteſtatem recurrunt, & ab ea, inſtante etiam Fiſci Procuratore, vel Advocato, appellationes hujuſmodi admitti, ac literas, citationes, inhibitiones, ſequeſtra, monitoria, & alia prædicta capi, & retineri faciunt, quive alia ſimpliciter, vel ſine eorum beneplacito, & conſenſu, vel examine exequutioni demandari, aut ne Tabelliones, & Notarii, ſuper hujuſmodi Literarum, & Proceſſuum executione, Inſtrumenta, vel acta conficere, aut confecta Parti, cujus intereſt, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam Partes, ſeu eorum Agentes, Conſanguineos, Affines, Familiares, Notarios, Exequutores, & Subexecutores literarum, citationum Monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ea Civitatibus,

Digitized by Google

bus, locis, & Regnis ejiciunt, bonis ſpoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur per ſe, vel alium, ſeu alios publice, vel occulte, quive alias quibuſcumque perſonis in genere, vel in ſpecie, ne pro quibuſvis eorum negotiis proſequendis, ſeu gratiis, vel literis impetrandis ad Romanam Curiam accedant, aut recurſum habeant, ſeu gratias ipſas, vel literas a dicta Sede impetrent, ſeu impetratis utantur, directe, vel indirecte prohibere, ſtatuere, ſeu mandare, vel alias apud ſe, aut Notarios, ſeu Tabelliones, vel alias quomodolibet retinere præſumunt.

Omnes pariter cauſas ſpirituales a Judicibus Eccleſiaſticis ad ſe avocantes.

§.13. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes[1], & quoſcumque qui per ſe, vel alios auctoritate propria ac de facto, quarumcumque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & literarum Apoſtolicarum prætextu beneficiales, & Decimarum, ac alias cauſas ſpirituales, & ſpiritualibus annexas ab Auditoribus, & Commiſſariis noſtris, aliiſque Judicibus Eccleſiaſticis avocant, illorumque curſum, & audientiam, ac perſonas, Capitula, Conventus, Collegia, cauſas ipſas proſequi volentes impediunt, ac ſe de illarum cognitione tamquam Judices interponunt; quive Partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt ad revocandum, & revocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, ad faciendum, vel conſentiendum eis contra quos tales inhibitiones emanarunt, a cenſuris, & pœnis in illis contentis abſolvi, per ſtatutum, vel alias compellunt, vel exequutionem Literarum Apoſtolicarum, ſeu Exequutorialium, Proceſſuum, ac Decretorum prædictorum, quomodolibet impediunt, vel ſuum ad id favorem, conſilium, aut aſſenſum præſtant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætenſionum, ſeu etiam donec ipſi ad nos informandos, ut dicunt ſupplicaverint, aut ſupplicari fecerint, niſi ſupplicationea hujuſmodi coram nobis, & Sede Apoſtolica legitime proſequantur, etiamſi talia committentes fuerint Præſidentes Cancellariarum, Conſiliorum, Parlamentorum, Cancellarii, Vice-Cancellarii, Conſiliarii Ordinarii, vel Extraordinarii quorumcumque Principum Sæcularium, etiam Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque præfulgeant dignitate, aut Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates Commendatarii, ſeu Vicarii fuerint.

Quique Eccleſiaſt. perſonas ad ſuum Tribunal trahunt; & quoquo pacto Eccleſiarum juribus præjudicant.

§.14. Quive eorum prætenſio officio, vel ad Inſtantiam Partis, aut aliorum quorumcumque perſonas Eccleſiaſticas, Capitula, Conventus, Collegia Eccleſiarum quorumcumque coram ſe ad ſuum Tribunal, Audientiam, Cancellariam, Conſilium, vel Parlamentum, præter Juris Canonici diſpoſitionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directe, vel indirecte quovis quæſito colore, necnon qui Statuta, Ordinationes, Conſtitutiones, Pragmaticas, ſeu quævis alia Decreta in genere, vel in ſpecie ex quavis cauſa, ex quovis quæſito colore, ac etiam prætextu cujuſvis conſuetudinis, aut privilegii, vel alias quomodolibet fecerint, ordinaverint, & publicaverint, vel factis; & ordinatis uſi fuerint, unde libertas Eccleſiaſtica tollitur, ſeu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quovis modo reſtringitur, ſed noſtris, & dictæ Sedis, ac quarumcumque Eccleſiarum Juribus quomodolibet directe, vel indirecte tacite, & expreſſe præjudicatur.

Omneſque impedientes quominus Eccleſiaſt. Prælati ſua juriſdictione utantur.

§.15. Necnon, qui Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſque Superiores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoſcumque Judices Eccleſiaſticos Ordinarios quomodolibet hac de cauſa, directe, vel indirecte carcerando, vel moleſtando eorum Agentes, Procuratores, Familiares, necnon Conſanguineos, & Affines, aut alias impediunt quominus ſua Jurisdictione Eccleſiaſtica contra quoſcumque utantur, ſecundum quod Canones, & Sac. Conſtitutiones Eccleſiaſticæ, & Decreta Conciliorum Generalium, & præſertim Tridentini, ſtatuunt, ac etiam eos, qui poſt ipſorum Ordinariorum, vel etiam ab eis Delegatorum quorumcumque ſententias, & Decreta, aut alias fori Eccleſiaſtici Judicium eludentes, ad Cancellarias, & alias Curias Sæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata, etiam pœnalia, Ordinariis, & Delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant, eos quoque, qui hæc decernunt, & exequuntur, ſeu dant auxilium, conſilium, patrocinium, & favorem in eiſdem.

Uſurpantes etiam redditus Eccleſiaſticorum.

§.16. Quive Jurisdictiones, ſeu fructus, redditus, & proventus ad Nos, & Sedem Apoſtolicam, & quaſcumque Eccleſiaſticas perſonas ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinentes uſurpant, vel etiam quavis occaſione, vel cauſa, ſine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expreſſa licentia ſequeſtrant.

Necnon onera perſonis Eccleſiaſticis, eorumque bonis imponentes.

§.17. Quive Collectas, Decimas, Talleas, præſtantias, & alia Onera Clericis, Prælatis, & aliis Perſonis Eccleſiaſticis, ac eorum, & Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & proventibus hujuſmodi abſque ſimili Romani Pontificis ſpeciali, & expreſſa licentia imponunt, & diverſis etiam exquiſitis modis exigunt, aut ſic impoſita, etiam a ſponte dantibus, & concedentibus recipiunt. Necnon qui per ſe, vel alios, directe, vel indirecte prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel favorem præſtare non verentur, cujuſcumque ſint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiamſi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, ſeu Principes, Duces, Comites, Barones, & alii Potentatus quicumque, etiam Regnis, Provinciis, Civitatibus, & Terris quoquo modo præſidentes, Conſiliarii, & Senatores, aut quavis etiam Pontificali dignitate inſigniti. Innovantes Decreta ſuper his per Sacros Canones, tam in Lateranenſi noviſſime celebrato, quam aliis Conciliis Generalibus edita, cum cenſuris, & pœnis in eis contentis.

Item omnes contra perſonas Eccleſiaſticas ſententias proferentes, vel exequentes.

§.18. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoſcumque Magiſtratus, & Judices, Notarios, Scribas, Executores, Subexecutores quomodolibet ſe interponentes in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus contra Perſonas Eccleſiaſticas, illas proceſſando, banniendo, capiendo, ſeu ſententias contra illas proferendo vel exequendo, ſine ſpeciali, ſpecifica, & expreſſa hujus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ licentia, quique hujuſmodi licentiam ad perſonas, & caſus non expreſſos extendunt, vel

Digitized by Google

alias illa perperam abutuntur, etiamſi talia committentes fuerint conſiliarii, Senatores, Præſidentes, Cancellarii, Vice-Cancellarii, aut quovis alio nomine nuncupati.

Denique invadentes, aut perturbantes loca quæcunque ad Rom. Eccleſ. pertinentia.

§.19. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per ſe, vel alios, directe, vel indirecte ſub quocumque titulo, vel colore invadere, deſtruere, occupare, & detinere præſumpſerint, in totum, vel in partem, Almam Urbem, Regnum Siciliæ, Inſulas Sardiniæ, & Corſicæ, Terras citra Pharum, Patrimonium B.Petri in Thuſcia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venaiſynum, Sabinen., Marchiæ Anconitanæ, Maſſæ Træbariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & Maritimas Provincias, illarumque Terras, & Loca, & Terras ſpecialis commiſſionis Arnulforum, Civitateſque noſtras Bononiam, Cæſenam, Ariminum, Beneventum, Peruſium, Avenionem, Civitatem Caſtelli, Tudertum, Ferrariam, Comaclum, & & alias Civitates, Terras, & Loca, vel Jura ad ipſam Romanam Eccleſiam pertinentia, dictæque Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubjecta, necnon Supremam Jurisdictionem in illis nobis, & eidem Romanæ Eccleſiæ competentem de facto uſurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præſumunt, necnon adhærentes, fautores, & defenſores eorum, ſeu illis auxilium, conſilium, vel favorem quomodolibet præſtantes.

Præcipitur exequutio prædictorum.

§.20. Volentes præſentes noſtros Proceſſus, ac omnia, & quæcumque his literis contenta, quouſque illi hujuſmodi Proceſſus a nobis, aut Romano Pontifice pro tempore exiſtente fiant, aut publicentur durare, ſuumque effectus omnino ſortiri.

Utque a prædictis ſententiis nemo a quoquam niſi a Rom. Pontifice abſolvi poſſit.

§.21. Cæterum a prædictis ſententiis nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, niſi in mortis articulo conſtitutus, nec etiam tunc, niſi de ſtando Eccleſiæ mandatis, & ſatisfaciendo, cautione præſtita, abſolvi poſſit, etiam prætextu quarumvis facultatum, & Indultorum quibuſcumqe Perſonis Eccleſiaſticis, Sæcularibus, & quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum Regularibus, etiam Epiſcopali, vel alias majori dignitate præditis, ipſiſque Ordinibus, & eorum Monaſteriis, Conventibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hoſpitalibus, & Locis Piis, necnon laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excelleotia fulgentibus, per nos, & dictam Sedem, ac cujuſvis Concilii Decreta, verbo, literis, aut alia quacumque Scriptura in genere, vel in ſpecie conceſſorum, & innovatorum, aut concedendorum, & innovandorum.

Excommunicatur, qui id præſumſerit.

§.22. Quod ſi forte aliqui contra tenorem prædictum talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel alicui abſolutionis beneficium impendere de facto præſumpſerint, eos excommunicationis ſententia innodamus, gravius contra eos ſpiritualiter, & temporaliter, prout expediri noverimus, proceſſuri.

Statuitur, quid abſolvendi perficere prius debeant.

§.23. Declarantes, ac proteſtantes quamcumque abſolutionem, etiam ſolemniter per nos faciendam, prædictos excommunicatos ſub præſentibus comprehenſos, niſi prius a præmiſſis cum vero propoſito ulterius ſimilia non committendi deſtiterint, ac quoad eos, qui contra Eccleſiaſticam libertatem, ut præfertur, ſtatuta fecerint, niſi prius ſtatuta, ordinationes, Conſtitutiones, pragmaticas, & Decreta hujuſmodi publice revocaverint, & ex Archiviis, ſeu Capitularibus Locis, aut Libris, in quibus annotata reperiuntur deleri, & caſſari, ac nos de revocatione hujuſmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter ſuffragari, quin etiam per hujuſmodi abſolutionem, aut quoſcumque alios actus contrarios tacitos, vel expreſſos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam noſtram, vel Succeſſorum noſtrorum quantocunque tempore continuatam, in præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac quibuſcumque juribus Sedis Apoſtolicæ, ac S.R.E. undecunque, & quandocunque quæſitis, vel quærendis, nullatenus præjudicari poſſe, aut debere.

Clauſulæ cum derogatoriis peculiaribus.

§.24. Non obſtantibus privilegiis, Indulgentiis, Indultis, & Literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, ſupradictis, vel eorum alicui, ſeu aliquibus aliis cujuſcumque ordinis, ſtatus, vel conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, etiamſi ut præfertur, Pontificali, Imperiali, Regali, ſeu quavis Eccleſiaſtica, & mundana præfulgeant dignitate, vel eorum Regnis, Provinciis, Civitatibus, ſeu Locis a prædicta Sede, ex quavis cauſa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & ſub quavis alia forma, & tenore, ac cum quibuſvis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis conceſſis, etiam continentibus, quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de privilegiis, Indulgentiis, & Indultis hujuſmodi, ac de Ordinibus locis, nominibus propriis, cognomibus, & dignitatibus eorum mentionem, necnon conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac præſcriptionibus quantumcumque longiſſimis, & aliis quibuſlibet obſervantiis, ſcriptis, vel non ſcriptis, per quæ contra hos noſtros Proceſſus, ac ſententias, quo minus includantur in eis, ſe juvare valeant, vel tueri, quæ omnia, quoad hoc, eorum omnium tenores, ac ſi ad verbum, nihil penitus omiſſo inſererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, penitus tollimus, & omnino revocamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Decernitur publicatio prædicti Proceſſus.

§.25. Ut vero præſentes noſtri Proceſſus ad publicam omnium notitiam facilius deducantur, chartas, ſeu membranas Proceſſus ipſos continentes, Valvis Baſilicæ S. Joannis Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe appendi facient, ut ii, quos Proceſſus hujuſmodi concernunt, quod ad ipſos non pervenerint, aut quod ipſos ignoraverint, nullam poſſint excuſationem prætendere, aut ignorantiam allegare, cum non ſit veriſimile, id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur. Inſuper, ut Proceſſus ipſi, & præſentes literæ, ac omnia, & ſingula in eis contenta, eo fiant notoria, quo in pleriſque Civitatibus, & locis fuerint publicata, univerſis, & ſingulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Locorum Ordinariis, & Prælatis ubilibet conſtitutis, per hæc ſcripta committimus, & in virtute Sanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, ut per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, poſtquam eas receperint, ſeu earum habuerint notitiam ſemel in anno, aut ſi expedire viderint, etiam plu-

Digitized by Google

pluries in Eccleſiis ſuis, dum in eis major Populi multitudo ad divina convenerit, ſolemniter publicent, & ad Chriſtifidelium mentes reducant, nuncient, & declarent. Cæterum Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi aliique locorum Ordinarii, & Eccleſiarum Prælati, necnon Rectores, cæterique curam animarum exercentes, ac Presbyteri Seculares, & quorumvis Ordinum Regulares ad audiendas Peccatorum Confeſſiones, quavis auctoritate deputati, tranſumptum præſentium literarum penes ſe habeant, eaſque diligenter legere, & percipere ſtudeant.

§.26. Volentes earumdem præſentium tranſomptis, etiam impreſsis, Notarii publici manu ſubſcriptis, & ſigillo Judicis Ordinarii Romanæ Curiæ, vel alterius perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud ubique locorum adhibendam fore, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§.27. Nulli ergo omnino hominom liceat hanc paginam noſtræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innovationis, innodationis, declarationis, proteſtationis, ſublationis, revocationis, commiſsionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quinto, IV. Kal. Aprilis Pontificatus noſtri Anno Primo.

LII.

Dat. 4. April. 1725. an. 1. Statuitur, ut Regulares Apoſtatæ ad ſuos Ordines impuoc reverti poſſint.

Pro Regularibus quorumdam Regnorum a Clem. XI. Conſt: ed. 1719. Sep. 7. P. 19. revocata fuerunt privilegia a Nuncio conceſſa. Et hujus Conſt ed. 1725. Maji 6. P. 1. præcipimus omnibus Abbatibus Regularibus perpetuis, ut infra annum ab electione Epiſcopalem benedictionem recipiant.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium. PAſtoris æterni vices licet immeriti gerentes in terris, paternæ charitatis Noſtræ partes eſſe reputamus, ut Oves quas Sathanæ verſutia a caulis Domini abduxit, ad eaſdem opportunis rationibus reducere, & ne in perpetuum pereant, quantum Nobis ex alto conceditur, providere ſtudeamus.

Cauſæ præſentis Conſtitutionis. §.1. Itaque in præſenti anno Jubilæi, anno ſcilicet remiſſionis, & gratiæ, quem ad totius Catholicæ Eccleſiæ conſolationem, atque ædificationem, apertis, atque largiter prolatis ſpiritualium gratiarum diſpenſationi Noſtræ divinitus creditarum theſauris, indiximus, & benedicente Domino, maximo cum animi Noſtri gaudio celebramus, pietatis Noſtræ viſcera erga Regulares profeſſionis ſuæ deſertores aperire, eoſque ad Chriſti Ovile, ſuos videlicet cujuſque Ordines, extra quos Luporum rapacium inſidiis, atque periculis expoſiti mirabiliter vagantur, quantum divina benignitas largiri dignabitur, ut ad ſalutarem vitæ normam, quam amplexi fuerant, velut poſtliminio reverſi vota ſua Domino reddere ſtudeant, revocare cupientes, ac fel. rec. Urbani VIII., Clementis X., & Innocentii XII. Romanotum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum, qui annis Jubilæi tunc inſtantibus, ſeu currentibus ejuſmodi Regularium deſertorum reductioni provide conſuluerunt, veſtigiis inhærentes, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium miſericorditer indulgemus, ac ſtatuimus, & decernimus, ut Regulares Apoſtatæ, & fugitivi, cujuſcumque ſint Ordinis, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregationis, Societatis, & Inſtituti etiam neceſſario exprimendi, qui citra Montes intra quatuor, ultra Montes vero intra octo menſes a publicatione earundem præſentium literarum inchoandos, ſua ſponte ad ſuam quiſque Religionem redierint, tunc pœnarum omnium ipſis propter Apoſtaſiam hujuſmodi inflictarum, vel infligendarum remiſſionem, atque impunitatem aſſequantur: Ita tamen, ut debeant a ſuo quiſque reſpective ſuperiore humiliter petere abſolutionem, & coram eo culpam fateri, atque emendationem polliceri, & viceverſa Superior benigne illos teneatur ab hujuſmodi pœnis abſolvere, & paterna charitate complecti, cui propterea, ad effectum præmiſſum duntaxat, quatenus opus ſit, omnem facultatem neceſſariam dicta auctoritate harum ſerie impertimur.

Statutum prædictum.

Quid redeuntes efficere debeant.

Clauſulæ cum derogatoriis.

§.2. Non obſtantibus præmiſſis, necnon Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac quorumvis Ordinum, Congregationum, Societatum, & Inſtitutorum, aliiſve quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetudinibus, ſtylis, & uſibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis etiam Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Inſtitutis hujuſmodi, illorumque Generalibus, & aliis Superioribus, ac perſonis quibuslibet, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis etiam motu proprio, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac Conſiſtorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum in genere, vel in ſpecie conceſſis, & quantiſcumque vicibus iteratis, approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

§.3. Ut

Digitized by Google

Mandatur publicatio harum literarum. §.3. Ut autem eædem præſentes literæ omnibus facilius innoteſcant, volumus illarum eſempla ad dilectos filios noſtros, & Apoſtolicæ Sedis Nuncios, ac Venerabiles Fratres Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſque Eccleſiarum Prælatos, & Locorum Ordinarios tranſmitti, qui illas quantocitius publicare ſtudeant. Ipſarum vero præſentium literarum tranſumptis, ſeu eſemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eamdem omnino fidem in judicio, & extra illud ubicumque locorum haberi, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S.Petrum ſub Annulo Piſcatoris die IV. Aprilis MDCCXXV. Pontificatus noſtri Anno Primo.

LIII.

Dat. 10. Apr. 1725. An. I.

Conceditur Fratribus Prædicatoribus nonnullarum Provinciarum, ut Proceſſionibus Sanctiſſimi Roſarii, ſine Parochi interventu, & licentia Ordinarii, peragere poſſint.

Clem. XII. Conſt. ed. 1733. Apr. 10. P. 3. Confirmatur facultates celebrandi Poceſſiones Sanctiſſimi Corporis Chriſti, & Roſarii cum confirmatione & declaratione Brevis Ben. XIII.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Prœmium. IN ſupra militantis Eccleſiæ Solio meritis licet imparibus per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam conſtituti exortas inter catholicos Antiſtites, aliasque perſonas Eccleſiaſticas & religioſos viros controverſias opportunis rationibus dirimere ſtudemus, ſicut in Domino conſpicimus ſalubriter eſpedire.

Facti expoſitio. §.1. Eſpoſuit ſiquidem Nobis nuper dilectus Filius Noſter Auguſtinus S. R. E. Cardinalis Pipia nuncupat. Ordinis Fratrum Prædicatorum Adminiſtrator Generalis, quod cum in variis dicti Ordinis Provinciis nonnullæ lites cum modico ſecularium eſemplo, circa Proceſſionem Sanctiſſimi Roſarii qualibet prima Dominica Menſis Octobris fieri conſuetam exortæ fuerint prætendentibus Ordinariis locorum, & Parochis perturbare antiquam (in qua Fratres earumdem Provinciarum reperiuntur) poſſeſſionem faciendi dictam Proceſſionem ſine Parochi aſſiſtentia, Ordinarii licentia, etiam ingrediendi limites Parochiæ, & allegantibus Jus commune id prohibens, necnon quamdam reſolutionem Congregationis tunc exiſtentium S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum anno 1658. emanatam, ac a fel. recor. Urbano PP. VIII. Prædeceſſore Noſtro confirmatam, per quam immemorabilis conſuetudo ſublata fuit, ipſe Auguſti- Preces Magiſtri Generalis. nus Cardinalis, & Adminiſtrator Generalis attento, quod in diverſimode, & omnino inſubſiſtens declaratum fuit, ut inpoſterum ejuſmodi inordinationibus, & perturbationibus, quæ ex pia Proceſſione hujuſmodi generantur, finis imponatur opportune in præmiſſis a Nobis provideri, & ut infra indulgeri ſummopere deſiderat,

Conceſſio prædicta. §.2. Nos ipſius Auguſtini Cardinalis, & Adminiſtratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, ejus ſupplicationibus Nobis ſuper humiliter porrectis benigne inclinati, Fratribus Provinciarum, & Ordinis Prædictorum ut ipſi decætero memoratam Proceſſionem Sanctiſſimi Roſarii qualibet prima Dominica Menſis Octobris ingrediendo limites cujuſcumque Parochiæ, Ordinarii licentia minime requiſita, & abſque aſſiſtentia Parochi, ac cum omni pompa peragere libere, & licite poſſint, & valeant, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium facultatem concedimus, & impertimur.

Clauſulæ. §.3. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die X. Aprilis MDCCXXV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

LIV.

Statuitur motu proprio, ut decem ex Clero Cæſenaten. in Collegio Juriſtarum ejuſdem Civitatis admitti debeant. Dat. 11. Apr. 1725. Ann. 1.

De erectione, & Privilegiis dicti Collegii videantur ſequentes Conſtitutiones, Julii II. Conſt. ed. 1504 Jun. 24. P. 2. Clem. VII. Conſt. ed. 1524. Fabr. 10 P. 1. Pauli V. Conſt. ed. 16 0. Sept. 3. P. 6. Alex. VIII. Conſt. ed. 1657. Decemb. 3. P. 4., & Clem. X. Conſt. ed. 1675. Sept. 28. P. 6. Et hujus Conſt. ſequenti erigitur Collegium Theologorum in eadem Civitate Cæſenaten.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. ECcleſiæ Catholicæ per univerſum Terrarum Orbem longe, lateque diffuſæ, regimini, ineffabili Divinæ Sapientiæ abundantia præpoſiti, in his, per quæ perſonarum Eccleſiaſticarum honori, & commodis, ac uberiori in bonarum literarum ſcientia, laudabilibuſque diſciplinis progreſſui opportune conſulitur, Paſtoralis curæ noſtræ partes libenter interponimus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter eſpedire.

§.1. Cum itaque ſicut accepimus in Univerſitate

Digitized by Google

Refertur erectio d. Collegii, ac facultates eidem conceſſæ.

ſitate ſtudii Generalis Cæſenaten., quæ in tota Provincia noſtra Rnmandiolæ unica exiſtit, Collegium Juriſtarum, viginti Doctoribus conſtans, dudum erectum reperiatur, ac eidem Collegio fel. rec. Julius Papa II. Prædeceſſor Noſter, per ſuas lileras die 24. Junii 1504. expeditas, Notarios creandi, & rec. mem. Clemens Papa VII. ſimiliter Prædeceſſor Noſter per ſuas Literas 10. Februarii 1524. emanatas, duos ad id idoneos quotannis ad gradum Doctoratus in utroque Jure, ſervatis ſervandis promovendi facultatem reſpective conceſſerint: hæcque facultas a Clemente Prædeceſſore conceſſa, ad alios duos annis ſingulis Doctoratus Laurea decorandns, a pia mem. Paulo Papa V. Prædeceſſore pariter Noſtro, per ſuas die 3. Septembris 1610. deſuper editas literas ampliata; & omnes gratiæ ſupradictæ a ſimil. rec. Alexandro VII., & Clemente X. Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus quoque Noſtris per eorum Literas die 3. Decembris 1657., & die 28. Septembris 1675. expeditas, cum conceſſione Indulti, non ſolum prædictos quatuor, ſed etiam quoſcumque alios idoneos ſimiliter promovendi, per eundem Clementem X. Prædeceſſorem tacta confirmatæ fuerint. Necnon piæ mem. Paulus Papa III Prædeceſſor etiam Noſter per ſuas die 30. Decembris 1535. conditas Literas, omnia Statuta, Privilegia, Ordinationes. & Decreta dicto Collegio Juriſtarum eatenus conceſſa, confirmaverit.

Necnon lites inter Clerum, & Collegium prædictum.

§.2. Verum cum Clerus Cæſenaten. gravius ſemper tuliſſet, ac pluries conqueſtus fuiſſet, quod ipſe a collegio ejuſmodi excluderetur, nec unquam obtinere valuerit, ut in eo admitteretur: quinimo anno 1713. lite adverſus Juriſtas Laicos in Congregatione Venerabilium Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Immunitati Eccleſiaſticæ, & Controverſiis iuriſdictionalibus præpoſita, ad Jurium ſuorum tuitionem deſuper mota, contrariam reſolutionem paſſus fuerit, binis potiſſimum innixam fundamentis; primo nimirum, quod per ſtatuta dicti Collegii, a memorato Paulo III. Prædeceſſore confirmata, perſonarum Eccleſiaſticarum admiſſio in eodem Collegio prohibeatur; & altero, quod idem Collegium inſtitutum fuerat, ut exinde haberi poſſent Juriſperiti ad diverſa officia ſæcularia, cum ſtatu Eccleſiaſtico incompatibilia exercenda.

Cauſæ præſentis Conſtitutionis.

§.3. Sed ſicut poſtmodum per eumdem Clerum animadverſum fuit, ſtatuta prædicta nonniſi in forma communi, ut vocant, & cum clauſula, *quatenus licita, & honeſta, ſacriſque Canonibus non contraria, neque contra libertatem Eccleſiaſticam exiſterent*, confirmata fuerint; prout ex ipſius Pauli Prædeceſſoris Literarum tenore apparet. Officium autem Prætoris, quem Poteſtatem ibi appellant, cujus vices, dum eumdem Prætorem abeſſe, vel aliquo impedimento detineri contingit, Prior ejuſdem Collegii pro tempore exiſtens gerere ſolet, quicquid olim fuerit, hodie non amplius præferat poteſtatem judicandi in cauſis Criminalibus, in quibus agitur de pœna Sanguinis infligenda, quæ perſonis Eccleſiaſticis nuſquam congrueret, quemadmodum pro earum excluſione in enarrata lite adductum fuerat; Sed Cauſarum Criminalium hujuſmodi cognitio ad Civitatis Cæſenaten. Gubernatorem, vel Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem in Provincia Romandiolæ, & Exarchatu Ravennaten. Apoſtolicæ Sedis de Latere Legatum pro tempore exiſtentes privative nunc ſpectare dignoſcitur.

Prædictus Motus proprius favore Cleri Cæſenaten.

§.4. Hinc eſt, quod Nos, qui ab eo jam tempore, quo in Minoribus conſtituti, Eccleſiæ Cæſenaten. præeramus ipſius Cleri querimonias Nobis interdum latas deſuper audivimus, ipſumque a Collegio prædicto arceri, necnon perſonas Eccleſiaſticas, quas non minore Literarum ſcientia, ac doctrina, quam Laicos pollere decebat, in Univerſitatibus ſtudiorum Generalium Ditionis Eccleſiaſticæ deterioris eſſe conditionis; quam in ſimilibus Univerſitatibus in Principum Sæcularium Dominiis conſiſten., ubi libenter, paſſimque admittuntur, indigne ferebamus; ejuſdem Cleri Cæſenaten., quem peculiari paternæ Charitatis ſemper complexi fuimus, & adhuc complectimur affectu, Votis hac in re, quantum cum Domino poſſumus, annuere, illiuſque utilitati, ac decori in præmiſſis proſpicere volentes, *Motu proprio*, & ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, harum ſeriem ſtatuimus, & ordinamus, ut deinceps perpetuis futuris temporibus, prædictum Collegium Juriſtarum viginti Doctoribus Collegialibus de numero participantibus conſtare debeat; quorum decem ex Clero, ſeu Cœtu Eccleſiaſtico Cæſenaten. Civitatis, vel Diœceſis, ſive inde originem ducentes, ſive exteri, qui tamen ibidem domicilium contraxerint, vel Dignitatem, Canonicatum, aliudve Beneficium Eccleſiaſticum, vel Officium reſidentiæ inibi obtinuerint, & totidem laici qualitatibus, quæ hactenus requiri conſueverunt, præditi exiſtant; ita tamen quod omnes Doctores Laici, qui de præſenti in eodem Collegio reperiuntur, in eo remaneant, donec per obitum, ceſſionem, vel abſentiam ad denarium numerum redacti fuerint: omneſque viginti Doctores prædicti, tam Eccleſiaſtici, quam Laici Collegium Juriſtarum inter ſe conſtituant, & emolumenta ipſi Collegio obvenientia inter ſe æquis portionibus partiantur.

Deputatur Epiſcop. Cæſenaten. in Priorem, ſeu Præſidem ejuſdem Collegii; cum quibuſd. Ordinationibus.

§.5. Præterea Venerabilem Fratrem Modernum, ac pro tempore exiſtentem Epiſcopum Cæſenaten. in Priorem, ſeu Præſidem ejuſdem Collegii, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus tenore præſentium perpetuo ſimiliter facimus, conſtituimus, & deputamus; Volentes, ac mandantes, ut Collegium prædictum in poſterum in Epiſcopio convocetur, & celebretur, Eccleſiaſticis ſcilicet a dextris, juxta cujuſque Dignitatis Ordinem, & laicis Doctoribus a Siniſtris ipſius Epiſcopi ſedentibus: idem vero Epiſcopus omnes illas functiones perſgat, quæ a Priore laico dicti Collegii huc uſque expleri conſueverunt: aſſignando nempe ad Doctoratum promovendis puncta examinis, ac poſtquam examen vitæ, & collegialiter expletum, & promovendi per pluritatem ſuffragiorum Doctorum ibi præſentium, tam Eccleſiaſticorum, quam Laicorum, approbati fuerint, Epiſcopus prædictus, tanquam Caput, ac nomine Collegii prædicti profeſſionem fidei Catholicæ per ipſos promovendos emittendæ, recipiat, deinde illos laurea doctorali inſigniat, & ad Doctoratus gradum in utroque Jure promoveat, eiſque conſuetas patentes literas, a ſe ſubſcriptas, ſuoque, & ejuſdem Collegii ſigillo munitas, deſuper expediat, & relaxet, ſervato in reliquis, nihilque immutato more, ac ritu in motionibus ad Doctora-

ctoratum hujuſmodi, per idem Collegium hactenus ſervari conſuetis, Sede autem Epiſcopali Cæſenaten. vacante, Vicarius Capitularis ipſius Eccleſiæ Cæſenaten. tunc legitime deputatus, ejusdem Epiſcopi vices in omnibus præmiſſis gerat, & ſuſtineat. Porro cum Prior Laicus ſupradicti Prætoris abſentis, vel impediti, partes ſupplere antehac conſueverit, ut præfertur; quod de cætero Doctor Laicus antiquior ejuſmodi officio fungatur: Sicuti etiam ſecundus in Anſianitate, Iudicis appellationum munus exerceat, quatenus uſus appellandi ad Doctorem dicti Collegii vigeat: ac tertius Doctor in negotiis aquarum, viarum, & aliarum rerum ſimilium jus dicendi facultatem habeat, ſi, & dummodo alicui Doctori ejusdem Collegii competat; Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus earumdem tenore præſentium ſtatuimus itidem, & ordinamus.

Clauſulæ. §.6. Decernentes easdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod prædicti Doctores Laici, ſeu alii quilibet in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque cauſæ propter quas præſentes emanarunt, ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ fuerint, aut ex alia quacumque cauſa, colore, prætextu, & Capite etiam in corpore juris clauſo, nullo unquam tempore de ſurreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſu, aliove quolibet, etiam formali, & ſubſtantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, limitari, aut ad terminos Juris reduci, ſeu in controverſiam vocari, aut adverſus illa aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, ſeu impetrato etiam Motu, ſcientia, & Poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam in Judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare poſſe: ſed ipſas præſentes literas ſemper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces exiſtere, fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere: ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit quandocumque, in omnibus, & per omnia inviolabiliter obſervari, & illis reſpective pleniſſime ſuffragari. Sicque, & non aliter, in præmiſſis per quoſcumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac dictæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apoſtolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet, quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Cum deputatione Executoris. §.7. Quocirca Venerabili Fratri Hieronymo moderno, ac pro tempore pariter exiſtenti Archiepiſcopo Revennaten., per præſentes Motu pari committimus, & mandamus, quatenus ipſe per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte intereſſe in præmiſſis habentium, ſeu alicujus eorum fuerit requiſitus, ſolemniter publicans, illiſque in eiſdem præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtens, faciat auctoritate noſtra illos, & eorum quemlibet præſentium Literarum, & in eis contentorum hujuſmodi commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere: non permittens illos deſuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, vel inquietari, Contradictores quoslibet, & rebelles, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: legitimiſque ſuper his haben. ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

§.8. Non obſtantibus Lite, & Cardinalium reſolutione ſupradictis, ac fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris etiam Noſtri de una, & Concilii Generalis, de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium in Judicium non trahatur, necnon Pauli III. Literis prædictis, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de jure quæſito non tollendo, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, acquatenus opus ſit, Collegii prædicti, aliiſque quibuslibet etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis, eidem Collegio, ejuſque perſonis, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, etiam Moto, Scientia, & Poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac conſiſtorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſsis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro eorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſsio habenda, aut quævis alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Et derogatoriis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XI. Aprilis MDCCXXV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

LV.

Erigitur Collegium Theologorum in Civitate Cæſenaten. cum quibusdam facultatibus. Dat. 20. Apr. 1725. Ann. 1.

Inn. XIII. Conſt. ed. 1722. Aug. 19. P. 2. Erecta fuit Univerſitas ſtudii generalis in Civ. S. Jacobi de Rem de Caracas in Ind. Occid. Et hujus Conſt. ed. 1727. Jul. 1. P. 4. erigitur in Civit. Camerinenſi.

BE.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX injuncto Nobis divinitus Paſtoralis ſolicitudinis munere, ſacrarum literarum, & præſertim Theologicæ facultatis ſtudia inter Chriſtifideles potiſsimum in ſortem Domini vocatos, ac Nobis, & huic Sanctæ Sedi in temporalibus Subditos opportunis rationibus excitare, & promovere ſatagimus, ac ut debitus virtuti honor rependatur libenter providemus, ſicut ad Omnipotentis Dei gloriam, Religionis decus, & incrementum, ac Catholicæ fidei præſidium cognoſcimus in Domino expedire.

Cauſæ præſentis Erectionis.

§.1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Capitulum, & Canonici Cathedralis Eccleſiæ, ac Univerſus Clerus Civitatis, & Diœceſis Cæſenaten., quod cum in Civitate Cæſenaten. ultra Univerſitatem ſtudii Generalis dudum inibi vigentem, in qua Sacra Theologia, Jus Canicum, & Leges Civiles, Philoſophia, Logica & Medicina publice docentur, prælegunturduo Collegia unum nempe Juriſtarum, & alterum Phyſicorum, & Medicorum, quæ ex antiqua Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum conceſsione privilegio conferendi lauream doctoralem in ſuis reſpective facultatibus fruuntur, erecta reperiantur, ſolumque Collegium Theologorum deſit; Ipſi Eſponentes Sacræ Theologiæ ſtudia Eccleſiæ Dei, ac perſonis Eccleſiaſticis in primis neceſſaria eſſe animadvertentes, ejuſmodi Collegium Theologorum, quorum ſufficiens copia in dicta Civitate nunc habetur, duodecim Doctoribus, ſeu Magiſtris conſtans inſtitui, ipſique Collegio pro majori etiam eorum, & præcipue pauperum, qui dictæ Sacræ Theologiæ ſedulam operam navaverint, commoditate, perſonas idoneas ad Doctoratus, ſeu Magiſterii, alioſqoe gradus in eadem Sacra Theologia promovendi facultatem tribui plurimum deſiderent. Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſsis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Preces Capituli Cæſenaten.

§.2. Nos igitur, qui in minoribus conſtituti Eccleſiæ Cæſenaten. Regimini ſex annos præfuimus, & ex eo tempore illam, ac Clerum, Civitatem, & Diœceſim Cæſenaten. propenſiori ſemper reſpeximus, & etiamnum reſpicimus paterni amoris affectu, & ad ea, quæ publicæ illorum utilitati, ac decori conducibilia fore proſpicimus favorabiliter intendentes, ipſorumque Exponentium votis in præmiſsis peculiari charitate annuere volentes, ac illorum ſingulares perſonas a quibuſvis Excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati; unum in prædicta Civitate Cæſenaten. Collegium Theologorum, qood duodecim perſonis Eccleſiaſticis in Sacra Theologia Magiſtris, octo nimirum ſecularibus, & quatuor cujuſvis Ordinis, Societatis, Inſtituti Regularibus, de quorum numero Canonicus Præbendam Theologalem in Eccleſia Cæſenaten. obtinens, ac Sacræ Theologiæ in dicta Univerſitate Lector publicus nunc, & pro tempore exiſtentes ſemper eſſe debeant, conſtituatur, atque jugiter conſtet, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſine alicujus præjudicio perpetuo erigimus, & inſtituimus.

Erectio prædicta.

§.3. Præterea præfato Theologorum Collegio, ut quoſcumque, qui peracto ſtudiorum Sacræ Theologiæ curriculo, ac prævio rigoroſo examine habiles, & idonei ad id reperti fuerint, ac ſervatis ſervandis ad Doctoratus, ſeu Magiſterii, alioſque gradus ſcholaſticos in eadem Sacra Theologia promovere, eiſque ſolita graduum hujuſmodi inſignia conferre libere, & licite poſſit, & valeat, itaut ſic promoti, & graduati omnibus, & ſingulis gratiis, prærogativis, ac privilegiis fruantur, & gaudeant, quibus gaudent, & fruuntur, qui in publicis Univerſitatibus ad eoſdem gradus promoti ſunt, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus.

Conceſsio quorundam facultatum.

§.4. Porro Venerabilem Fratrem modernum & pro tempore exiſtentem Epiſcopum Cæſenaten. in ejuſdem Collegii Theologorum Caput, & Præſidentem cum omnibus facultatibus neceſſariis, & opportunis, etiam profeſſionem fidei a promovendis, ſeu graduandis hujuſmodi juxta articulos a Sede Apoſtolica propoſitos emittendam per ſe, ſeu ſuum in Spiritualibus Vicarium Generalem recipiendi dicta auctoritate harum ſerie facimus, conſtituimus, & deputamus, ſtatuentes, ut Sede Epiſcopali Cæſenaten. vacante Vicarius Capitularis præfatæ Eccleſiæ Cæſenaten. pro tempore legitime deputatus ejuſdem Epiſcopi vices in præmiſsis ſuppleat.

Deputatur Epiſc. Cæſenaten. Præſes ejuſd. Collegii

§.5. Ac decernentes ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab illis reſpective inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ.

§.6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, Civitatis, & Univerſitatis prædictarum, aliiſve quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes illis, alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Cum derogatoriis.

§.7. Volumus autem, ut earumdem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XX. Aprilis MDCCXXV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Digitized by Google

LVI.

Dat. 21. Apr. 1725. An. 1.

Confirmatur Decretum quoddam Conſultæ Generalis Clericorum Regularium Miniſtrantium infirmis, pro Hiſpaniæ Provincia.

Inn. XII. Conſt. ed. 1693. Maji 13. P. 2. Confirmatur erectio novæ Provinciæ Hiſpan. eorumdem Clericorum cum redintegratione Provinciæ Benon.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Expoſitio facti.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Franciſcus Pecrez Moreno Congregationis Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis pro Pruvincia Hiſpaniæ Conſultor Generalis, quod Religioſi dictæ Provinciæ fere ab initio ejus fundationis uſque ad hæc tempora conſueverunt, & quaſi pro lege incumbere fideliter doctrinæ Sancti Thomæ Aquinatis, & ob id Provinciæ hujuſmodi ſtudioſi multorum annorum ſpatio ſcholas publicas Ordinis Fratrum Prædicatorum in Univerſitate ſtudii generalis complecten. frequentarunt, & quia in his noviſſimis temporibus aliqui ex dictis Religioſis Scholam Thomiſticam ad effectum amplectendi contrariam deſerere moliebantur, dictus Franciſcus ab ejus ſuperiore Generali una cum conſulta Decretum, per quod cum præcepto formali injungitur omnibus prædictæ Provinciæ Religioſis ut eorum laudabilem morem addiſcendi religioſe eamdem Doctrinam S. Thomæ retineant, formari obtinuit, teooris, qui ſequitur, videlicet.

Decretum prædictum.

§. 2. *Reperitur in actis Conſultæ Generalis Clericorum Regularium miniſtrantium Infirmis Decretum ſequens. Nobis exploratum ſit aliquem ex noſtris in Hiſpania a Scholis ex Doctrina Angelici Præceptoris diſceſſum moliri; Nos quibus cordi eſt ea, quæ ad ſtudiorum incrementum, & felicitatem pertinent pro viribus adimplere, illamque doctrinam illic addiſci, & doceri, quam noſtri tum Collegiales, tum Lectores e ſolis D. Thomæ fontibus hactenus ebiberunt; His aliiſque graviſſimis cauſis permoti, & ne quis ſub quovis prætextu audeat, contra laudabilem Priſcorum conſuetudinem, ibi adhuc vigentem, alio divertere: omnibus, & ſingulis ex Noſtris Philoſophiæ, & Theologiæ ſtudiis operam navantibus præſentibus, & futuris diſtricte mandamus, etiam ſub formali præcepto Sanctæ obedientiæ, cujus violationis abſolutionem ſoli Reverendiſſimo P. Noſtro Generali pro tempore reſervamus, ut inpoſterum ad prædictam dumtaxat Doctrinam incumbant, & ſive in noſtris, ſive in cujuſque Univerſitatis Scholis illam unice doceant, addiſcant, & defendant. Mandantes inſuper Provinciali aliiſque quibuſcumque pro tempore Hiſpaniarum Superioribus quacumque dignitate fulgentibus, ut executioni præſentis hujus Noſtri Decreti omnino ſtudeant, neque illi quoquemodo contraveniri permittant ſub pœna ſuſpenſionis a ſuis reſpective officiis ipſo facto incurrendæ, aliiſque Nobis arbitrariis; Illudque de more in omnibus illius Provinciæ Domibus publicari, affigi, & regiſtrari curent. Datum Romæ in ædibus Noſtris Sanctæ Mariæ Magdalenæ die 3. Aprilis 1723. = Ita eſt Philippus Ruffi Secretarius Generalis.*

Preces Conſultoris Generalis pro d. Provincia.

§. 3. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat dictus Franciſcus præmiſſa, quo firmius ſubſiſtant, Apoſtolicæ Confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſideret: Nos ipſum Franciſcum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac ipſum Decretum obſervari mandamus. Confirmatio relati Decreti.

Clauſulæ.

§. 4. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Cum derogatoriis.

§. 5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit Congregationis, & Provinciæ prædictarum, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXI. Aprilis MDCCXXV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

LVII.

Dat. 28. Apr. 1725. An. 1.

Statuitur, ut in Italia, eique adjacentibus Inſulis, Parochis Defunctorum, qui in Eccleſiis Regularium Sepulturam elegerint, quarta funeralis perſolvi debeat.

Hac de re vide Innoc. XIII. Conſt. ed. 1722. Aug. 26. P. 2.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

ROmanus Pontifex æqui, bonique ſupremus Aſſertor, auctoritatem a Chriſto per Beatum Petrum Apoſtolum culmen ſibi traditam intelligens, ut ex Agro Dominico pro temporum neceſſitate noxia evellat, & deſtruat, utiliaque plantet, ac ædificet, ea interdum, quæ a Prædeceſſoribus ſuis ob rationabiles, & juſtas cauſas olim

Digitized by Google

olim ſancita fuerunt, obi in grave aliorum præjudicium, & detrimentum reduudare cognoſcit, atque diſſidiis, & contentionibus fomentum præbere animadvertit, maxime inter Dei, & Eccleſiæ Miniſtros, quorum eſt euangelizare pacem, & quibus a Domino non aliud frequentius, neque enixius commendatur, quam ut pacem, ac unitatem diligant, moderari, & immutare, aliaſque Paſtoralis Officii ſui partes deſuper interponere ſolet, prout rerum, locorum, temporumque circumſtantiis mature penſatis, diſcordiarum extinctioni, Eccleſiaſticorum Miniſtrorum quieti, fidelium Animarum ſaluti, divinoque cultui conſpicit ſalubriter expedire.

Aliàs Regularibus conceſſum ne hujuſmodi quartam funeralium partem Parochis perſolvere tenerentur,

§. 1. Sane quamplures Romani Pontifices Prædeceſſores Noſtri multiplicia, ac plane inſignia conſiderantes merita Ordinum Regularium, qui militantem in terris Eccleſiam fortiſſimis omni tempore auxerunt præſidiis. Viris nempe vitæ ſanctitate, doctrinæ laude, ac Orthodoxæ Religionis zelo præſtantibus, eidemque in Cœlis triumphanti eximii fulgoris lumina addiderunt, ipſos Ordines, eorumque Profeſſores, plurimis ſatis amplis iudultis, & privilegiis benigne decorarunt, ac inter alia iis illud conceſſerunt, ut canonicam portionem, ſeu quartam funeralium emolumentorum partem pro perſonis, quæ in eorum Eccleſiis Sepulturam ſibi eligerent, Parochis perſolvere minime tenerentur; ac ad majorem ejuſmodi Privilegii firmitatem, ſanctioni etiam a fel.rec. Clemente V. Prædeceſſore Noſtro editæ in Concilio Viennenſi, & relatæ in Clementina = *Dudum de Sepultur.*, = necnon Concilii Tridentini decreto relato in *Cap.13. Seſſ.25. de Refor.*, prædictam Quartam Funeralium Parocho aperte reſervantibus, non ſemel ampliſſime derogarunt; Unde non acerbæ modo Parochorum querelæ, ſed innumeræ etiam conteotiones, atque lites inter eos, & Regulares ſuper ſolutione ejuſdem Quartæ diverſis temporibus excitatæ fuerunt, quæ coram Ordinariis Locorum, & deinde in variis quoque almæ Urbis noſtræ Tribunalibus, præſertim vero in Auditorio Palatii Noſtri Apoſtolici, & in Congregatione Venerabilium Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium præfati Concilii Tridentini Interpretum magno Partium ſtudio, nec minori ſumptuum incommodo diſcuſſæ, ſicut accepimus, aliquando ad favorem Parochorum, aliqnando autem ad favorem Regularium, pro diverſis cauſarum circumſtantiis, atque vario Judicantium ſenſu, deciſæ, ac definitæ fuerunt. Hæc porro Judicatorum, ſententiarumque diverſitas, cum nullam certam, ac determinatam conſtituerit regulam in evenientibus caſibus obſervandam, magnum plane fomentum, & anſam relinquit, imo & latam ſternit viam ulterioribus inter prædictos Regulares, & Parochos litibus, & controverſiis, ex quibus ipſi, qui in domo Dei ambolare debent cum conſenſu, novis de cetero perturbari diſſidiis, noviſque prægavari diſpendiis poſſunt, cum Divini Cultus detrimento, & ſcandalo plurimorum.

Hinc ortæ lites, variæ definitæ.

Cauſæ præſentis Conſtitutionis.

§. 2. Quocirca Nos maxime expedire cenſentes, ot ejuſmodi controverſiæ, & Lites ab Eccleſia Dei penitus arceantur, ac inſuper, licet univerſos Ordines Regulares, in quibus, nempe in Ordine Fratrum Prædicatorum, Nos ipſi plurimum annorum ſpatio verſati ſumus, ſpeciali paternæ charitatis affectu proſequamur, eoſque, uti de Eccleſia, Catholica Fide, & Sede Apoſtolica optime meritos, præcipuo ſemper in honore, ac pretio, habuerimus, & habeamus; nihilominus conſiderantes exemptionem a ſolutione Quartæ Funeralis præfatis Ordinibus a dicta Apoſtolica Sede conceſſam modo vergere in maximum Parochorum præjudicium, tum propter multiplicationem Conventuum, & Monaſteriorum Regularium, tum etiam propter auctam devotionem, & conſuetudinem Fidelium Sepulturam eligendi in Eccleſiis prædictorum Regularium, ac proinde non modo conſentaneum, ſed etiam neceſſarium arbitrantes, ut eorumdem Parochorum, quibus ceteroquin Sacri Canones, & priſca Eccleſiæ diſciplina aperte ſuffragantur, indemnitati opportune conſulatur, & antedicta Apoſtolica Privilegia ad æquitatis limites reducantur.

§. 3. Hinc igitur eſt, quod Nos omnia, & ſingula memorata Privilegia exemptiva a ſolutione Quartæ Fuoeralis quibuſvis Ordinibus, Congregationibus, ac Inſtitutis Regularibus ab Apoſtolica Sede, ut præfertur, quandocumque, & quomodocumque conceſſa præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habeotes, ac de eorum tenore, & ſubſtantia ſatis ſuperque inſtructi, de nonnullorum Venerabilium Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & aliquot etiam Romanæ Curiæ Prælatorum a Nobis, ad id ſpecialiter deputatorum conſilio, ſuadentibus etiam Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis in præſenti Sacro Concilio congregatis, ac inſuper Motu proprio, ex certa ſcientia, ac matura deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis pleoitudine, hac Noſtra perpetuo valitura Conſtitutioue, præmiſſa omnia privilegia quoad Quartam Funeralem tantum pro locis infra exprimendis moderamur, reformamus, ad vitam juris reducimus, & quatenus opus ſit, etiam revocamus, & abrogamus, neque cuiquam deinceps ſuffragari poſſe, vel debere decernimus.

Privilegium præd. Regularium exemptionis nempe a ſolutione quartæ funeralis abrogatur.

§. 4. Præterea motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus ſancimus, ſtatuimus, & mandamus, ut in Italia, eique adjacentibus Inſulis, a die poblicationis præſentis Conſtitutionis in futurum Parochis Defunctorum, qui in Eccleſiis quorumcumque Regularium prædictorum tumulabuntur, perſolvatur, & cum effectu tradatur Quarta pars omnium Intorticiorum, & Candelarum, quibus Defuncti Cadaver in itinere ad Eccleſiam tumulantem aſſociabitur, necnon omnium Intorticiorum, & Candelarum, quæ in eadem Eccleſia circa Cadaver, vel etiam in Altaribus in die funeris accendentur. A prædicta tamen Quarta Funerali exceptæ intelligantur, & ſint Candelæ, quas Sacerdotes, etiam Regnlares, vel piarum Sodalitatum Confratres funus aſſociantes, mannaliter per viam accenſas deferent. Quod ſi funus non fieret in die tumulationis, ſed ad diverſam diem, vel ad aliud longius tempus differetur, Parocho nihilominus aſſignetur Quarta Pars omnium Intorticiorum, & Candelarum, quæ ipſamet peracti funeris die in Eccleſia, ubi Defunctus humatus fuit, circa Cenotaphium, ſeu Tumulum honorarium, atque etiam in Altaribus ejuſdem Eccleſiæ, accenſa fuerint. Hæc porro omnia lo-

Statuitur, ut ſupra, Parochorum favore; cum quibuſdam exceptionibus.

Digitized by Google

cum habcant, & caacte in poſterum obſerventur, quotieſcumque Defunctus extra ſuam Parochialem Eccleſiam tumuletur, vel exponatur ſivc quia in Eccleſia tumulante, vel exponente Beneficium obtinuerit, ſive quia ibidem Sepulcrum habuerit gentilitium, ſivc tandem quia in ea Sepulcrum elegerit. Ceterum ſub prædicta Quarta Funerali comprehendi non intendimus, imo eapreſſe ab ea excipimus, legata Miſſarum, & Anniverſariorum, hiſque ſimilia pia relicta ad favorem Eccleſiæ Tumulantis, vel exponentis a Defuncto diſpoſita; Circa quæ, ac omnia, & ſingula alia, de quibus in præſenti Conſtitutione mentio facta non fuerit, Privilegia prædictis Regularibus Ordinibus ab Apoſtolica Sede conceſſa, ſalva prorſus, illæſa, ac inviolata perpetuo permanere, & ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inconcuſſe, ac irrefragabiliter obſervari debere volumus, decernimus, & mandamus. Ubi vero conſuetudines legitimæ probatæ, conventiones, concordiæ, vel ſtatuta vigerent, quæ præfatis Parochis magis faverent, illiſque pinguiorem prædicta Quarta emolumentorum funeralium portionem aſſignarent, ea in iis, in quibus vigent, locis inconcuſſe ab omnibus obſervari, motu ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, ſancimus, præcipimus, & jubemus.

Clauſulæ.

§.5. Decernentes pariter præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ea eo, quod prædictorum Ordinum Regularium Superiores, vel quicumque alii in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, & auditi, ſeu cauſæ, propter quas præſentes emanarint, adductæ, verificatæ, ſeu alias juſtificatæ non fuerint, vel etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, aut alio quovis prætextu, & ex quocumque capite, colore, & cauſa, etiam neceſſario exprimenda, de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis Noſtræ, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, in toto, vel in parte reſcindi, retractari, invalidari, in jus, vel controverſiam revocari, ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas reſtitutionis in integrum, aperitionis oris, aut quodcumque aliud juris, vel facti, gratiæ, vel juſtitiæ remedium impetrari, ſeu eo impetrato quemquam uti, ſeu ſe juvare in judicio, vel extra nullatenus poſſe: ſed eas ſemper validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, ac obtinere, & ab omnibus ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari debere: Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam cauſarum dicti Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apoſtolicæ Sedis Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatoriæ.

§.6. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, Noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo, aliiſque Apoſtolicis, ac in univerſalibus, provincialibuſque, & Sinodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, necnon quorumvis Ordinum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetudinibus, etiam immemorabilibus: Privilegiis quoque Indultis, & literis Apoſtolicis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores Noſtros eiſdem Ordinibus, ut præfertur, illorumque Superioribus, & Profeſſoribus quibuſcumque ſub quibuſvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſcumque etiam derogatoriarum derogatoriis, & aliis efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & Decretis irritantibus, etiam motu ſimili, & conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet, & in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio facienda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, & occaſiones, ac alia etiam ſpeciali expreſſione digna præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, inſertis, ac ſervatis reſpective habentes, hac vice dumtaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Mandatur publicatio præſentium Literarum.

§.7. Ut autem præſentes Literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, ſeu earum exempla ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt, affigi, & publicari; ſicque publicatas, & affixas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent: utque ipſarum præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud, ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§.8. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Noſtrarum voluntatis, declarationis, reformationis, moderationis, conceſſionis, aſſignationis, præcepti, ſanctionis, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quinto, quarto Kalendas Maji Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Con-

LVIII.

Dat. 28.Apr. 1725. An.1.

Conceditur Chriſtifidelibus facultas applicandi Indulgentias, Anno Jubilæi durante ſuſpenſas, per modum ſuffragii animabus defunctorum.

Dicta ſuſpenſio facta fuit Conſt. ed.1724. Jul.6. P.1. Et Conſt. ed.1725. Mart.2. P.1. declaratur quaſdam Indulgentias in dicta ſuſpenſione non comprehendi.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Univerſis Chriſtifidelibus ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium.

SAlvatoris, & Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui de ſinu Patris ad infima Mundi deſcendens, & formamServi accipiens in ara Crucis pro humani generis redemptione pretioſiſſimum Sanguinem ſuum effundere dignatus eſt, vices quamquam immeriti gerentes in terris, ad ea libenter intendimus, per quæ fidelium Defunctorum animæ, hoc potiſſimum tempore, expiationis ſcilicet, & veniæ, remiſſionis, & gratiæ, ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ejuſque Sanctorum ſuffragia meritorum uberius conſequi, & illis adjutæ ex Purgatorii pœnis ad æternam ſalutem per Dei miſericordiam perduei valeant.

Aliàs ab eodemmet Pontifice Indulgentiæ omnes, Anno Jubilæi durante, ſuſpenſæ fuere.

§.1. Cum itaque nos occaſione præſentis Anni Jubilæi omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones quomodolibet conceſſas dicto Anno durante, ſub certis modo, & forma tunc expreſſis per noſtras ſub plumbo expeditas literas ſuſpenderimus; ac poſtmodum ſub generali ſuſpenſione hujuſmodi, neque Indulgentias Altarium Privilegiatorum pro fidelibus Defunctis, nec alias quaſcumque eodem modo pro ſolis Defunctis conceſſas venire, ſed quas vivi ſibi lucrari poſſent cum facultate illas per modum ſuffragii Animabus ipſorum Defunctorum in Purgatorio exiſtentibus applicandi comprehenſas eſſe, inter alia declaraverimus, prout in noſtris deſuper in ſimili forma Brevis die 2.Menſis Martii proxime præteriti confectis literis, quarum tenorem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, ac de verbo ad verbum inſerto haberi volumus, plenius continetur.

Conceſſio prædicta.

§.2. Nunc vero fidelium devotioni, Animarumque eorumdem Defunctorum refrigerio peramplius conſulere cupientes, ac declarationem a nobis, ſicut præmittitur, editam ampliantes, & extendentes, omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus, quod quaſcumque Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, ut præfertur, ſuſpenſas (injuncta tamen in illarum conceſſionibus pietatis opera peragendo, ac firma remanente pro vivis earum ſuſpenſione) ad effectum illas Animabus fidelium Defunctorum, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint per modum ſuffragii hoc anno Jubilæi durante directe applicandi, etiamſi eas ſic applicandi facultas in conceſſionibus prædictis conceſſa non fuerit, conſequi libere, & licite poſſint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde,ac ſi ſuſpenſio præfata a nobis non emanaſſet, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus.

Clauſulæ.

§.3. Non obſtan. ſuſpenſione hujuſmodi, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.4 Volumus autem, ut præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & Sigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus, ſi forent eshibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcat. die XXVIII. April. MDCCXXV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

LIX.

Dat. 29.Apr. 1725. An.1.

Statuitur, ut per Italiam, & Inſulas adjacentes, proviſi de Beneficiis mediam annatam ſolvere teneantur Fabricæ ſuarum reſpective Eccleſiarum.

Inn.XI. Conſt. ed.1683. Septem.27. P.8. indicantur quædam decimæ ſuper fructibus, & Beneficiis Eccleſiaſticis in Italia, & Inſulis adjacentibus.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

PIus, & miſericors Dominus, qui dum pro peccatis noſtris iraſcitur, miſericordiæ recordatur, Templa Dominica conſtrui, & divinis precibus conſecrari voluit, & præcepit, in quibus cum hominibus habitat, ut plebs fidelis per oblationes, & pacificas hoſtias devotæ orationis, iram Judicis mitiget, ipſius clementiam humiliter poſtulando. Ne igitur Domos Dei, quas decet ſanctitudo, & quarum decorem ſummopere diligendum ſacra eloquia teſtantur, propter temporum injuriam collabi, in pejus ruere, minuſque decenter retineri contingat, Sac.Canones modis omnibus providere non omiſerunt.

Cauſæ præſentis Conſtitutionis.

§.1. Verumtamen experientia oſtendit, quod dolenter dicimus, hactenus conſtituta haud ſufficienter præſidio fore, ut ſacrarum legum vota adimpleantur. quamobrem cum ad univerſalis Eccleſiæ Paſtorem pertineat vigili cura in re tam ſancta, in qua nulla ſolicitudo nimia videri poteſt, nova ſubminiſtrare ſubſidia, præſertim ubi de reparandis, iiſve debito modo conſervandis Eccleſiis Cathedralibus agitur, & Collegiatis, in quibus fidelis Populus frequentius ad orandum convenire ſolet, de nonnullorum Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & aliquot inſuper dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum, quos ad id ſpecialiter deputavimus conſilio, ac etiam Motu proprio, ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, decernimus, præcipimus, & mandamus per totam Italiam, & Inſulas adjacentes, ut in poſterum proviſi de Canonicatibus, & Beneficiis, tam reſidentialibus non curatis, computatis etiam incertis, non excedentibus valorem annuum ſcutorum centum monetæ Romanæ, quam non reſidentialibus, & ſimplicibus ſitis extra Eccleſias Collegiatas, teneantur ſolvere, & reſpective deponere mediam annatam pro Fabrica Ec-

Conſtitutio præd. favore Eccleſiarum.

Digitized by Google

Eccleſiæ Cathedralis; Proviſi vero de Canonicatibus, & Beneficiis tam reſidentiaiibus non curatis, computatis etiam incertis, non excedentibus valorem annuum ſcutorum centum monetæ præfatæ, quam non reſientialibus, & ſimplicibus ſitis in Eccleſiis Collegiatis, vel ad illas translatis, itidem teneantur ſolvere, & reſpective deponere mediam annatam pro Fabrica Eccleſiæ Collegiatæ, ſive Beneficia prædicta libere collationis, ſive Juriſpatronatus mixti, ac etiam laicalis fuerint, & ad quemcumqoe electio, collatio, inſtitutio, & proviſio pertineat, ſive nimirum ad Metropolitanum, vel Ordinarium, ſive ad Capitulum, ſive ad alium quemcumque inferiorem, dommodo collationis, inſtitutionis, & proviſionis Sanctæ Sedis minime exiſtant, aut etiam legitima non vigeret conſuetudo ſolvendi, dimittendi fructus ſes menſium, aut ſimilem non tamen minorem ratam favore Fabricæ, vel Sacriſtiæ, utroque enim in caſu pro Fabrica prædicta nihil ſolvendum, ut deponendum erit.

Eximuntur proviſi de Beneficiis affectis, ſeu reſervatis San. Sedi.

Præcipitur ut d. mediæ annatæ penes aliquem deponantur; e quo inveſtitus debeant pro dote ejuſd. Fabricæ.

§.2. Ut autem præmiſſa, quæ ad conſulendum debito Metropolitanarum; & Cathedralium, ac Collegiatarum Eccleſiarum decori diſpoſita dignoſcuotur, ſuum ſortiantur effectum, præcipimus, & mandamus, quod mediæ annatæ hujuſmodi deponantur penes perſonam idoneam ab Epiſcopis cum ſcientia, & conſenſu Capitulorum deputandam, & ſucceſſive ab eiſdem deficiente neceſſitate occurrendi reparationi Eccleſiæ inveſtiantur, & collocentur in ſtabilibus, & fundis, ſeo Capitalibus tutis, ſecuris, atque fructiferis, acubi fieri poterit in locis Montium Cameralibus non vacabilibus, pro dote Fabricæ ſingularum Eccleſiarum prædictarum, ac ejuſmodi dotium annuus proventus non in alium uſum, quam reparationis, conſervationis, & manutentionis Fabricæ earumdem Eccleſiarum ab uniuſcujuſque Præſulibus, cum ſcientia pariter, & conſenſu ſuorum Capitulorum in occurrentibus caſibus erogetur, & quotieſcumque dictas Eccleſias reparatione non indigere conſtiterit annui etiam fructus, & fructuum fructus dotium prædictarum in aliis ſtabilibus fundis, & Capitalibus tutis, atque fructiferis, ac reſpective in aliis locis Montium eodem prorſus modo inveſtiantur, & collocentur, ad hoc, ut ipſæmet dotes majora in dies, benedicente Domino, ſuſcipiant incrementa, adeoque earum redditus ſupportando reparationis Fabricæ ipſarum Eccleſiarom oneri ſatis eſſe poſſint.

Statuuntur nonnulla pro recta, & fideli earumd: dotium adminiſtratione.

§.3. Cæterum ſuper præmiſſis omnibus, & præſertim ſuper iis, quæ rectam, & fidelem præfatarum dotium adminiſtrationem reſpicient eorumdem Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Prælatorum inferiorum, atque etiam Capitulorum conſcientiam peculiariter, & diſtricte oneramus; Ac ioſuper qooties Archiepiſcopi, Epiſcopi, vel Ordinarii inferiores, ac reſpective Capitula in aliquo ex his defecerint, itaut vel ratione minus fidelis, idoneique depoſitarii aut ex cauſa non facti, vel minus tuti, & exinde deperditi inveſtimenti, aut demum propter erogata Capitalia, vel fructus in alios oſus, aliquod præjudicium emerſerit Patrimonio Fabricæ, ipſi Archiepiſcopi, Epiſcopi, vel Ordioarii inferiores, & reſpective Capitula, & ſinguli Canonici qui defecerint, eorumque hæredes, & ſucceſſores teneantur ad omnia damna, & intereſſe favore prædictæ Fabricæ, eorumdemque bona omnia pro potiori cautela affecta ſint, & ſpecialiter hypothecata favore ejuſdem Fabricæ.

Declaratur per hanc Conſtitutionem minime tolli Epiſcop. onus reparandi Eccleſias Cathedrales.

§.4. Quoniam vero noſtræ mentis non eſt per hanc noſtram Conſtitutionem, ut præmiſimus, Sacrorum Canonum ſtatuta, & præſidia minuere, ſed quantum in Domino poſſumus augere favore Eccleſiarum, declaramus, & espreſſe volumus firmiſſimum nihilominus manere onus reparandi, reſtaurandi, & manutenendi Eccleſias Cathedrales Epiſcopis a Jure injunctum, itaut in reſtaurandis, reparandis, & conſervandis Eccleſiis Cathedralibus, antequam tangantur fructus, ſeu capitalia favore Fabricæ, vigore hujos Conſtitutionis conficienda, teneantur Epiſcopi, & ad normam Sacrorum Canonum esqniratur de eorum obligatione.

Pariter decernitur hanc eandem editam eſſe pro Eccleſiis Italiæ, & Inſularum adjacentium.

§.4. Prætereaqne decernimus habere favore omniom Eccleſiarum, & Collegiatarum totius Italiæ, & Inſularum adjacentium, tametſi pro nonnullis Eccleſiis editæ fuerint aliquæ proviſiones, ſicuti per fel. recor. Innocentium Papam XIII. Prædeceſſorem noſtrum pro tribus Eccleſiis, nempe Auximana, Viterbien., & Tuſcanen., & per nos hactenus pro quatuor ſcilicet Nuſcan, Vigilien., Caſtellanaten., & Sypontina mediante unione ratæ penſionis ſuper fructibus earumdem Eccleſiarum, actum fuiſſe conſtet, & in univerſum pro Eccleſiis Regni Neapolitani emanavit Conſtitutio ſan. memor. Innocentii XII. etiam Prædedeſſoris noſtri incipien. = *Inſcrutabili*, & ſupervenerit alia noſtra ampliativa incipiens = *Sacroſancti Apoſtolatus*.

Excipitur ab hac Conſtitutione Diœceſis Beneventana.

§.6. Excipimus tamen ab hac Conſtitutione Beneficia noſtræ Archidiœcæſis Beneventanæ; Dudum enim eorum reſpectu per aliam noſtram Conſtitutionem incipientem = *Romanus Pontifex* = confirmando, declarando, & ampliando antiquam Conſtitutionem fel. recordat. Pii Papæ II. pariter Prædeceſſoris noſtri ſimile injunximus Beneficiis in univerſa Archidiœcæſi exiſtentibus.

Excipiuntur pariter quædam aliæ Diœceſes.

§. 7. Volumus autem, quod huic noſtræ Conſtitutioni, ſeu ſolutioni mediæ annatæ prædictæ minime ſubjecta exiſtant Beneficia illarum Diœceſum, & reſpective Collegiatarum, in quibus reperitur opus, ſeu peculiare patrimonium Fabricæ ſufficienter inſtructum, aut onus, ſeu obligatio reparandi, reſtaurandi, & conſervandi Eccleſias reſidet penes Communitates Locorum, vel adſunt dictarum Eccleſiarum Patroni, qui niſi reparare, & manutenere velint eaſdem Eccleſias, earum Patronatum amittere debent: Cum enim in his ſatis conſultum ſit reparationi, & conſervationi Eccleſiarum, volumus aliud ſuperaddere Beneficiatis impendium, quod urgeret in ſublevamen eorum, qui de jure tenentur.

Clauſulæ.

§. 8. Decernentes eaſdem præſentes, ac præinſertas literas ſemper validas, firmas, & efficaces exiſtere, ac fore, ſuuſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit; quomodolibet in futurum inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari: Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici

lici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſ. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apoſtolicæ Sedis Nuncios, alioſve quoſlibet quavis præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatoriæ peculiares.

§. 9. Non obſtantibus quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de Jure quæſito non tollendo: necnon Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, uſibus, ſtylis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis quibuſcumque ſub quibuſvis tenoribus, & formis, & cum quibuſcumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis Decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, & conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, & occaſiones, ac alia etiam ſpeciali expreſſione digna præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis, ac reſervatis reſpective habentes, hac vice dumtaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Mandatur publicatio hanum Literar.

§. 10. Ad hoc autem, ut præſentes literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, & nemo illorum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, ſeu earum exempla ad valvas Eccleſiæ Lateranen., ac Baſilicæ Principis Apoſtolorum, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt, affigi, & publicari, ſicque publicatas, & affixas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent. Utque ipſarum præſentium tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem proſus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc noſtræ confirmationis, approbationis, innovationis, ampliationis, reſtitutionis, reintegrationis, Decreti, declarationis, Statuti, voluntatis, Mandati, Conſtitutionis, aſſignationis, præcepti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolor. ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S.Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quinto, IV. Kalen. Maji Pontificatus Noſtri Anno Primo.

LX.

Confirmatur quædam Gregorii XV. Conſtitutio de non recipiendis Fratribus Congregationis Galliæ Tertii Ordinis S. Franciſci Provinciæ S. Joannis; cum ejus ampla extenſione.

Dat. 2. Maji 1725. An. 1.

Hac de re legatur dicta Conſtitutio Gregorii XV. quæ hic citatur, Clem. XI. Conſt. ed. 1708. Auguſt. 9. P. 8. agitur de Electione Vic. Generalis eorumdem Fratrum Provinciæ Lugdunen.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Alias a Gregorio XV. ſtatutum, ne Superiores aliorum Ordinum recipiant quemcumque Profeſſum dictæ Congreg.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Procurator Generalis Provinciæ Sancti Joannis Tertii Ordinis Sancti Franciſci de Pœnitentia nuncupat. Congregationis Galliæ, quod dudum fel. rec. Gregorius Papa XV. Prædeceſſor Noſter per quaſdam ſuas in ſimili forma Brevis expeditas Literas, ne quis Prælatorum, aut Superiorum, ſeu Fratrum aliorum Ordinum mendicantium quemquam dicti Tertii Ordinis profeſſum ſub quovis prætextu, & colore abſque ejuſdem Congregationis Miniſtrorum Provincialium licentia in ſcriptis recipere auderet ſub pœna Excommunicationis, aliiſque Cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis arbitrio ſuo infligendis interdixit, & prohibuit, & nihilominus cum anno 1656 die 11. Decembris tunc exiſtens Vicarius Generalis totius Ordinis ejuſdem Sancti Franciſci Spiritui a Sancto Antonio Presbytero expreſſe profeſſo dictæ Provinciæ tranſitum ad Ordinem Fratrum Minorum de obſervantia Provinciæ Pariſienſis permiſiſſet, Congregatio tunc exiſtentium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, eumdem tranſitum nullum, & invalidum tanquam prædictis Gregorii Prædeceſſoris Literis contrarium per ſuum Decretum die 3. Auguſti 16:7. emanatum declaravit; noviſſime vero fratres Minores de obſervantia ſupradictæ Provinciæ Pariſienſis ſub prætextu cujuſdam Decreti ſubreptitii Miniſtri Generalis Ordinis hujuſmodi Joſephum Seigneur Laicum, ſeu Converſum expreſſe profeſſum memoratæ Provinciæ Sancti Joannis receperunt, ſed idem Miniſter generalis attendens, & reflectens ad eaſdem Gregorii Prædeceſſoris Literas, & ad Cap. 2. num. 4. Conſtitutionum decretum ſupradictum revocavit, nullumque, irritum, & invalidum die 16. Maji anni proxime præteriti per ſuas literas Miniſtro Provinciali dictæ Provinciæ Sancti Joannis directas declaravit.

Verum aliquando contra illam aliquid perpetratum.

Cauſæ præſentis confirmationis, & extenſionis.

§. 2. Cum autem, ſicut eadem Expoſitio ſubjungebat his tamen non obſtantibus certi quidem fratres dy ſcoli hujus Religionis auſteræ, quæ ſemper in viridi obſervantia viget, jugum ægre ferentes, literas ipſius Gregorii Prædeceſſoris nullum nunc habere locum, ex eo quod a Nobis confirmatæ non fuerint, temerarie aſſeverare

rare non dubitent; itaut nonnulli ejuſdem Provinciæ Religioſi cum Decretis ſubreptitie, aut obreptitie ab hac Sancta Sede obtentis ad alias Religiones tam mendicantes, quam non mendicantes a parvo tempore tranſiverint, ſuoque peſſimo exemplo maximum aliis dyſcolis ſimilis translationis Literas Apoſtolicas obtinendi pruritum, aviditatemque cauſaverint; ac proinde

Preces Prioris Generalis d. Provinciæ.

dictus Procurator hæc omnia cum maximo ſuo dolore perpendens ſupradictas Gregorii Prædeceſſoris Literas Apoſtolicæ Confirmationis noſtræ patrocinio communiri, & ut infra indulgeri plurimum deſideret, Nos ſpecialem ipſi Procuratori gratiam facere volentes, eumque a quibuſvis Excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, Cenſuris, & pœnis a Iure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, &

Confirmatio prædictarum Gregorii Literarum.

abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, præfatas Gregorii Prædeceſſoris literas auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, illas etiam extendimus, prohibendo, ne Fratres memora-

Extenſio ejuſdem.

tæ Provinciæ Sancti Ioannis in poſterum ad quaſcumque alias Religiones, ſive mendicantes, ſive non mendicantes abſque licentia in ſcriptis pro tempore exiſtentis Miniſtri Provincialis, vel inconſulto illius Provinciæ Procuratore transire poſſint.

Clauſulæ.

§.3. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari: ſicque, in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus, & ſingulis illis, quæ in præinſertis Gregorii Prædeceſſoris literis conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die II. Maji MDCCXXV. Pontificatus noſtri Anno Primo.

LXI.

Dat. 2. Maji 1725. An. I.

Statuuntur nonnulla circa Clericos Beneficiatos in habitu laicali incedentes.

Hujus Conſt. ed. 1724. Sept. 23. P. 1. Confirmata, & innovata fuit Conſt. Inn. XIII. ſuper Eccleſiaſtico diſciplina in Regnis Hiſpaniarum.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prœmium; quo demonſtratur Clericis decentem habitum deferre debere.

APoſtolicæ Eccleſiæ Regimini per ineffabilem Divinæ Bonitatis abundantiam nullo licet meritorum noſtrorum ſuffragio, præſidentes, eo potiſſimum Apoſtolicæ vigilantiæ ſtudia dirigenda eſſe arbitramur, ut qui in ſortem Domini vocati ſunt, Eccleſiaſticæque Militiæ nomen dederunt, ubique irreprehenſibiles inveniantur. Maxime ſiquidem ipſos decet vitam, moreſque ſuos omnes ita componere, ut habitu, geſtu, inceſſu, aliiſque omnibus rebus nil, niſi grave moderatum, ac religione plenum præſeferant. Quocirca Clericos quoſcumque, præſertim vero Beneficia Eccleſiaſtica obtinenntes, teneri veſtes honeſtas, & proprio congruentes Ordini ſemper deferre, ut per decentiam habitus extrinſeci, morum honeſtatem intrinſecam oſtendant, & ſi ſecus fecerint, etiam pœna privationis Beneficiorum plectendos eſſe, Sacræ Tridentinæ Synodi Decretis, pluribuſque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum Sanctionibus, provide, atque ſalubriter cautum ſit.

Cauſæ præſentis Conſtitutionis.

§.1. Cum itaque, ſicut non ſine maximo animi noſtri mœrore, imo etiam horrore percepimus quorumdam Clericorum Beneficia Eccleſiaſtica obtinentium audacia, & temeritas hodie eo uſque proceſſerit, ut in dedecus Ordinis Clericalis; Sacrorum Canonum contemptum, magnamque Animarum ſuarum perniciem incedere in habitu laicali minime vereantur; Nos graviſſimo huic abuſui, & Chriſtifidelium offenſioni pro Paſtoralis Officii debito, quantum Nobis ex alto conceditur, opportune conſulere cupientes, de nonnullorum Venerabilium Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & aliquot inſuper dilectorum Filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum, quos ad id ſpecialiter deputavimus conſilio, ac etiam Motu proprio, ex certa ſcientia ac matura deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac Noſtra perpetuo valitura Conſtitutione decernimus, ſtatuimus, & mandamus, quod Ordinarii Locorum, ubi

Statuitur, ut Ordinarii Clericos Beneficiatos in habitu Laicali incedentes coerceant.

ſita ſunt Beneficia ejuſmodi Clericorum veſtes laicales deferentium impudentiam canonicis remediis omnino coerceant, & hunc in finem non modo poſſint, ſed etiam debeant contra ipſos procedere per citationes Domi dimiſſa copia, quatenus domicilium habeant in eorum reſpective Diœceſibus: ſin minus per citationes ad Valvas: Juriſque ordine ſervato ſententiam declaratoriam privationis obtentorum Beneficiorum in ipſos ferre, & pronunciare, ita tamen ut eadem Beneficia juxta Conſtitutionem felic. record. Sixti V. Prædeceſſoris Noſtri incipientem = *Cum Sacroſanctam*. Noſtræ, ac Romani Pontificis pro tempore exiſtentis collationi, proviſioni, ac omnimodæ diſpoſitioni reſerventur, & reſervata cenſeantur.

Decernitur eoſdem Clericos teneri ſub pœna lethalis culpæ ad reſtitutionem fructuum, & Beneficiis perceptorum.

§.2. Præterea volumus, ſtatuimus, & declaramus prædictis Clericis Beneficiatis in habitu laicali incedentibus minime licere percipere, nec facere ſuos fructus, & proventus quoſcumque ſuorum Beneficiorum cujuſcumque generis, ſpeciei, qualitatis, & valoris exiſtant: quin etiam expreſſe decernimus, ac ſancimus ejuſmodi Beneficiatus ex mero facto inceſſus in habitu clericali, quamvis nulla præceſſerit Ordinariorum ſententia declaratoria privationis Beneficiorum, quæ obtinent, imo etiamſi nulla citatio, monitio, vel alius Judicialis actus in eos fuerit inſtitutus, ipſo jure amiſſionis, & privationis fructuum prædictorum pœnam incurrere, itaut illos ullo modo percipere, nec perceptos retine-

re,

Digitized by Google

re; vel facere ſuos poſſint: ſed ipſos abſque ulla prorſus diminutione ad commodum Fabricæ Eccleſiarum, in quibus erecta ſunt Beneficia, illico ſub pœna lethalis culpæ reſtituere teneantur; a qua quidem reſtitutionis obligatione a nemine præterquam a Nobis, & Romano Pontifice pro tempore exiſtente (ſublata cæteris omnibus, etiam Pœnitentiariæ Apoſtolicæ Officio, & Maiori Pœnitentiario condonandi facultate) eos abſolvi, & liberari poſſe volumus, præcipimus, & mandamus.

Clauſulæ. §.3. Decernentes eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ſemper firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari; Sicque, & non aliter in præmiſsis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apoſtolicæ Sedis Nuntios, alioſve quoslibet quavis præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi quid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obſtantibus quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de jure quæſito non tollendo, necnon Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, Statutis, uſibus, ſtylis, & conſuetudinibus immemorabilibus etiam Juramento, Confirmatione Apoſtolica, aut quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque Indultis, & literis Apoſtolicis quibuſcumque ſub quibusvis tenoribus, & formis, ac cum quibuſcumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis Clauſulis, ac irritantibus, & aliis Decretis, etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſsis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio facienda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, & occaſiones, ac alia etiam ſpeciali expreſſione digna præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, inſertis, ac ſervatis reſpective habentes, hac vice dumtaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.5. Ut autem præſentes Literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, ſeu eorum exempla ad valvas Eccleſiæ Lateranen., & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt affigi, & publicari; ſicque publicatas, & affixas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, acſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent. Utque ipſarum præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§.6. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc noſtræ voluntatis, ſanctionis, præcepti, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quinto, Sexto nonas Maji, Pontificatus noſtri Anno Primo.

LXII.

Conceditur Congregationi Benedictinæ Auguſtanæ communicatio privilegiorum Congregationis Caſſinenſis quoad gratias ſpirituales tantum. Dat. 4. Maji 1725. An. I.

Clem. XI. Conſt. ed. 1714. Oct. 6. P. 14. Conceſſa fuerunt Privilegia omnia Congregationum Benedictinorum Congregationi Monachorum Bohemiæ illiuſque membris in Moravia & Sileſia, & hujus Conſt. ed. 1727. Apr. 2. P. 4. Confirmantur Conſtitutiones dictæ Congregationis Auguſtanæ.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Paſtoralis Officii, quod Authore Deo gerimus debitum exigit, ut paternam Chriſtifidelium divinis obſequiis ſub ſuavi Monaſticæ vitæ jugo mancipatorum curam gerentes felicibus eorum in vinea Domini progreſſibus quantum Nobis ex Alto conceditur, conſulere jugiter ſtudemus.

Preces Ruperti Abbatis, & Viſitatoris Congregationis prædictæ. §.1. Cum itaque, ſicut dilectus Filius Rupertus Abbas Monaſterii Ottobruani, & Viſitator principalis Congregationis Benedictinæ Auguſtanæ ſub Regula Sancti Benedicti, etiam nomine dilectorum Filiorum Amandi Abbatis Monaſterii Heresheimenſis Præſidis, & cæterorum Abbatum dictæ Congregationis Nobis nuper exponi fecit, dicta Congregatio octo Monaſteriis unitis conſtet; Ipſe vero Rupertus Abbas ipſi Congregationi, ejuſque Monachis eaſdem gratias, exemptiones, Indulta, indulgentias, favores, privilegia, ſaltem ad res ſpirituales, & ſalutem animarum ſpectantia, quibus Congregatio Caſſinenſis Monachorum Ordinis prædicti gaudet, per Nos concedi plurimum deſideret.

Conceſſio prædicta cum quibuſd. Ordinationibus. §.2. Nos ipſius Ruperti Abbatis votis hac in re, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes, dictoſque Rupertum Abbatem alioſque Abbates ſpecialibus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine

quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, qui relationem dilecti pariter Filii moderni Procuratoris Generalis memoratæ Congregationis Caſſinen. ſuper præmiſſis eiſdem Cardinalibus factam attenderunt, conſilio, prædictæ Congregationi Benedectinæ Auguſtanæ Monachorum Ordinis Sancti Benedicti, illiuſque Monaſteriis, Monachis, & perſonis nunc, & pro tempore exiſten. petitam communicationem privilegiorum quoad gratias ſpirituales tantum, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus, ita tamen, ut hujus conceſſionis prætextu jus aliquod in temporalibus ipſi Congregationi Benedectinæ Auguſtanæ collatum minime intelligatur, nec ejus Monachi in Italiam venientes idem communicationis privilegium prætendant, ut in Monaſteriis Congregationis Caſſinen. recipiantur, & in eis habitare velint, ſed iis tantum hoſpitalitatis officiis ſint contenti, quæ ſecundum eamdem regulam Sancti Benedicti cæteris Monachis dicti Ordinis, non tamen hujus Congregationis Caſſinen., exhiberi ſolent, ac ſalva ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Clauſulæ:

§.3. Non obſtantibus Noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de non concedendis Indulgentiis adinſtar, aliiſque Conſtitutionibus Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die IV. Maji MDCCXXV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

LXIII.

Dat. 4. Maji 1725. An.I.

Confirmantur quædam Reſolutiones Capituli Generalis Congregationis Betblemitarum in Indiis Occidentalibus.

Hæc Congregatio, quæ primi erat Confraternitas, erecta fuit ab Inn. XI., & ejus Conſtitutiones novæ confirmatæ Conſt. ed. 1687. Mar. 26. P.11.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Bartbolomeus a Cruce Præfectus Generalis, aliique vocales nuperi Capituli Generalis Congregationis Fratrum Bethelemitarum nuncupat. in Indiis Occidentalibus, quod licet in Conſtitutionibus dictæ Congregationis a felic: record: Innocentio Papa XI. Anno 1687. confirmatis præſcriberetur, ut Officium Præfecti Generalis ejuſdem Congregationis ad ſexennium tantum duraret; nihilominus in illius Capitulo Generali anno 1704. celebrato ſtabilitum fuerat Officium prædictum perpetuum, ſeu ad vitam Electi eſſe debere, ac diverſa alia Decreta prædictis Conſtitutionibus plane contraria edita fuerant, adverſus quæ plurium Hoſpitalium, ſeu Domorum dictæ Congregationis nomine habito ad hanc Sanctam Sedem recurſu, & negotii cognitione per rec: mem: Clementem Papam XI. Prædeceſſorem Noſtrum Congregationi tunc exiſtentium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ demandata, & ab ea tribus ejuſdem Congregationis Cardinalibus ad id ſpecialiter deputatis remiſſa, re mature diſcuſſa die 12. Aprilis 1709. prodiit ab ejuſmodi Congregatione Particulari trium Cardinalium Decretum tenoris ſequentis, nimirum = *Revocatis Decretis aſſerti Capituli Generalis in ea parte, in qua ſunt contraria Conſtitutionibus Apoſtolica auctoritate confirmatis, ſerventur omnino eædem Conſtitutiones, & Archiepiſcopo Limano pro executione, & convocatione Capituli, cui præſideat per ſe, ſive per alium cum omnibus facultatibus Sacræ Congregationis; & quatenus tunc temporis Archiepiſcopus obierit, exequatur, & præſideat Vicarius Capitularis* = quod quidem Decretum ipſe Clemens Prædeceſſor per ſuas in ſimili forma Brevis die 25. Maji 1710. expeditas Literas approbavit.

In Capitulo Generali 1704. diverſa Decreta plane Conſtitutionibus Congregationis contraria, edita fuere.

Poſtea vero per ſequens Decretum Congregationis Particularis revocata fuere ea in parte, in qua Conſtitutionibus prædictis contraria reperiebantur.

§.2. Subinde vero coram eadem Congregatione Particulari Cardinalium variæ inſtantiæ pro parte Procuratorum dictæ Congregationis fratrum, qui tunc in Alma Urbe degebant, promotæ fuerunt, primo nempe quia Conſtitutionibus præfatis expreſſe cavebatur neminem in ejuſmodi Congregatione, qui in aliquo ex Sacris Ordinibus conſtitutus foret, admitti, nullumque fratrem ex admiſſis, vel deinceps admittendis ad illos promoveri poſſe, quod tribueretur facultas Sacerdotes admittendi, vel fratres ad eoſdem Sacros Ordines promovendi, quodque Superioribus, ac ipſimet Præfecto generali dictæ Congregationis interdiceretur, ne qui eidem Congregationi inſerviiſſent, ſeu donati, ut vulgo appellant, fuiſſent, in illa admitterent; & inſuper cum in eiſdem Conſtitutionibus diſponeretur, convocationem vocalium ad electionem futuri Præfecti Generalis ad Vicarium Generalem ſpectare, & contingere poſſet, dictum Vicarium Generalem, vel decedere, vel legitimo impedimento quo minus ad ejuſmodi convocationem procedere valeret, detineri, petitum fuerat decerni, quod tunc, & eo caſu pertineret ad Aſſiſtentem antiquiorem Capitulum Generale convocare, & illi præſidere, ac demum eveniente obitu Vice-Præfectorum Generalium Provinciarum Liman., aut Mexican., ſeu Præfecti cujuſcumque alterius Provinciæ, Præfectus noviter electus munus Vice-Præfecti Generalis ad formam earumdem Conſtitutionum, etiamſi confirmationem ſuæ electionis a memorato Præfecto Generali nondum obtinuiſſet, exercere poſſet. Verum præfata Congregatio Particularis Cardinalium hujuſmodi inſtantias, ac petitiones die 31. Januarii 1710. admittere noluit, ſed votum proximi Capituli Generalis deſuper exquiri mandavit. Cumque interim ſub obtentu quod dilectus filius Frater Rodericus a Croce tunc aſſertus Præfectus Generalis dictæ Congregationis Fratrum non fuerat au-

Deinde ab eiſdem fratribus dictæ Congregationi Particulari variæ inſtantiæ promotæ fuere: quæ ab eadem rejectæ ſunt; & mandatum, ut votum proximi Capituli Generalis exquireretur.

Digitized by Google

auditus in propoſitione habita die 12. Aprilis 1709. coram eadem Congregatione Particulari Cardinalium, Chariſſimus in Chriſto filius Noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, retentis ſupradictis Clementis Prædeceſſoris literis partes ad eumdem Clementem Prædeceſſorem, ut ab eo voluntatem ſuam ſuper præmiſſis certius explorarent, remiſiſſet, porrectoque ipſi Clementi Prædeceſſori pro parte dilecti etiam filii Fratris Michaelis a Conceptione dicti Fratris Roderici Procuratoris ſupplici libello, & iterum commiſſa rei cognitione eidem Congregationi Particulari Cardinalium die 5. Februarii 1714. emanavit ab ea Decretum per alias ipſius Clementis Prædeceſſoris in pari forma Brevis die 22. Decembris ſubſequentis confectas literas itidem confirmatum, quo perſiſtendo in deciſis quoad revocationem Decretorum in Capitulo Generali anni 1704., ut præfertur, editorum, & convocationem dicti Capituli Generalis, mandavit per vota ſecreta in eodem proximo Capitulo Generali exquiri, num expediret dictæ Congregationi Fratrum officium Præfecti Generalis in poſterum fore ad ſexennium, ſeu potius novennium, excluſa omnino illius perpetuitate?

Reſolutiones prædictæ Capituli Generalis 1721., ad cujus votum omnia remiſſa fuerant.

§.3. Quamobrem Capitulo Generali hujuſmodi Anno 1721. in Civitate Liman. celebrato, illique præſidente Venerabili Fratre Archiepiſcopo Liman. poſt peractam electionem dicti Præfecti Generalis, diſcuſſa in eo, ac reſoluta fuerunt enarrata puncta in hunc modum, videlicet: *Fuit primo loco exquiſitum votum, an expediret Generalis Ordinis durare debere ad novennium, vel ad ſexennium, & reſolutum fuit unanimiter, quod deberet eſſe novennale, & quod omnia pariter Officia illorum, qui in Capitulo Generali eliguntur, prout ſunt Aſſiſtentes Generales, & Aſſiſtentes Particulares utriuſque Regni debebunt etiam eſſe ad novennium, ſervatis tamen quoad electionem Superiorum localium Conſtitutionibus Ordinis præcipientibus, quod iſtæ fiant de triennio in triennium.*

Reſolutio prima circa tempus Generalatus, aliorumque Officiorum Ordinis.

§.4. *Poſtmodum fuit proceſſum ad exquiſitionem votorum ejuſdem Capituli Generalis ſuper aliis punctis ad illum remiſſis a Congregatione Particulari die 31. Januarii 1710., & fuit ſecundo loco exquiſitum, an expediret habere in Religione Religioſos, qui promoverentur ad Sacerdotium, ac communibus ſuffragiis reſolutum fuit expedire ſub ſequentibus tamen conditionibus. Prima, quod nemo poſſit promoveri ad Sacerdotium niſi poſt elapſum decennium a die ingreſſus in Religionem. Secunda, quod ad effectum ſe promovendi ad Sacerdotium nulla directe, vel indirecte uti poſſit mediatione alterius Perſonæ pro obtinenda licentia a Patre Generali, & Aſſiſtentibus Generalibus, ſed proponi debeat a Patre Vice-Præfecto Generali, & Aſſiſtentibus, qui debeant Patri Generali, ejuſque Definitorio illas Perſonas ſignificare, quas hujuſmodi Dignitatem promoveri poſſe crediderint. Tertia, quod ſi aliter quiſpiam ad Sacerdotium fuerit promotus, ipſo facto incurrat in ſuſpenſionem a Divinis, a qua nonniſi per Summum Pontificem abſolvi poſſit, & habilitatio peti nequeat, niſi præcedente Beneplacito Definitoris Generalis. Quarta, quod teneantur quotidie celebrare, & applicare Sacrificium juxta intentionem Præfecti localis, & juxta obligationes Communitatis illius Domus; & quod ſi pro celebratione aliquam eleemoſynam receperint, teneantur illam tradere in manibus ipſius Præfecti localis ubi Miſſa celebrantur, vel cujus ſubditus fuerit ille, qui extra Conventum celebraverit, ſub pœnis contra Proprietarios inflictis. Quinta: Quod in quolibet Conventu non adſint, niſi duo Sacerdotes, & in Domibus, quæ ſunt Matrices, tres, ad effectum ſupplendi in caſum obitus in aliis Conventibus. Sexta. Et caſu quo de licentia etiam Patris Generalis, & Aſſiſtentium major numerus promoveretur, ſic promoti non poſſint celebrare, niſi ſuperveniente vacatione alicujus loci per obitum alterius Sacerdotis. Septima. Quod Sacerdotes, ut ſupra, promoti debeant in omnibus ſequi vitam regularem, ac deferre Coronam Clericalem ad inſtar Sacerdotum Ordinis Sancti Joannis Dei; quodque nunquam nec per breve temporis ſpatium poſſint eſſe Præfecti Generales, nec ullam Prælaturam habere ſupremam, ſeu ordinariam, nec ex diſpenſatione Patris Generalis, nec Definitorii Generalis, nec cujuſcumque alterius Superioris, ſed quod ſolummodo poſſint eſſe Diſcreti Conventuum, Magiſtri Novitiorum, & Aſſiſtentes Provinciæ. Octava. Denique, quod ſi aliquis Sacerdos Sæcularis ægrotus in Hoſpitalibus degens peteret pro ſua devotione admitti ad habitum Religionis antequam obiret, poſſint Pater Generalis, & Definitorium concedere licentiam alicui de Præfectis localibus pro hujuſmodi admiſſione, accedente tamen conſenſu illius Communitatis, non obſtante, quod in eodem Conventu adſint alii duo Sacerdotes, ut ſupra.*

Reſolutio ſecunda circa novos Præfectos, qui Religioſos ad Sacerdotium promovendos.

§.5. *Tertio loco. Exquiſitum fuit votum ejuſdem Capituli Generalis, an Pater Præfectus Generalis, vel quicumque alius Superior poſſint in Religione recipere illos, qui inſerviernnt eidem Religioni, ſeu fuerint, ut vulgo dicitur:* Donados, *& reſolutum extitit per communia ſuffragia non poſſe.*

Reſolutio tertia circa Donatos.

§.6. *Quarto loco. Propoſitum fuit, an in caſu obitus Præfecti Generalis, quando ad eum pertineret convocare Capitulum, ſeu concurrente quocumque alio legitimo impedimento in aliquo ex iſtis caſibus convocatio Capituli pertinere debeat ad Aſſiſtentem antiquiorem, & pariter reſolutum fuit, quod in caſu obitus Patris Generalis, ſeu Vicaris Generalis, vel in caſum gravis infirmitatis eos legitime impedientis, ſeu quacumque alia legitima cauſa concurrente jus convocandi Capitulum Generale, & in eo præſidendi pertineat ad Patrem Aſſiſtentem generalem antiquiorem, ſeu eo impedito ad alios Aſſiſtentes, juxta eorum Antianitatem, vel ad alios Vocales, qui ſequuntur, attenta ſemper eorum Antianitate.*

Reſolutio IV. cui convocatio Capituli pertineat.

§.7. *Quinto, atque ultimo loco propoſitum fuit, an in caſum obitus Vice-Præfectorum Generalium Limæ, aut Mexici, ſeu Præfectus cujuſcumque alterius Provinciæ, Præfectus noviter electus, etiamſi confirmationem ſuæ electionis a Patre Præfecto Generali adhuc non obtinuerit, poſſit exercere munus Vice-Generalis: Et ſimiliter per ſecreta ſuffragia reſolutum fuit, quod in caſum mortis naturalis uniuſcujuſque ex Vice-Præfectis Generalibus, Præfectus noviter electus, una cum Aſſiſtentibus Generalibus illius Regni, gerere ea omnia poſſit, quæ a Conſtitutionibus Vice-Præfectis Generalibus conceduntur, donec adveniat*

Reſolutio V. nondum confirmationem obtinuerint.

venint ejus confirmatio, quæ ſi juſtis de cauſis denegata fuerit, adhuc omnia per ipſum geſta, valida ſint, & plenarium ſuum effectum conſequi debeant.

Preces Fratrum prædictorum pro confirmatione.

§.8. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, præfatæ reſolutiones pro ſalubriori ejuſdem Congregatioois Fratrum directione, ac regularis in ea diſciplinæ progreſſu in dicto Capitulo Generali communi Vocalium ſuffragio factæ fuerint, ac Exponentes prædicti eaſdem reſolutiones, tametſi aliquæ earum ſupradictibus Conſtitutionibus adverſentur, Apoſtolicæ confirmationis patrocinio communiri plurimum deſiderent; Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eorumdem Exponentium votis hac in re quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere cupientes, eorumque ſingulares perſonas a quibuſvis Excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, Cenſuris, & pænis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus, quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati de Veoerabilium Fratrum Noſtrorum ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis, & conſultatinoibus Epiſcoporum, & Regularium propoſitorum, qui relationem dilecti filii Noſtri Ludovici ipſius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardioalis Pici nuncupat. &c. prædictæ Congregationis Fratrum apud Nos. & Sedem Apoſtolicam Protectoris, jura diſtributa, & votum dilecti filii Caroli Auguſtini dictæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ pariter Cardinalis Fabroni nuncupat. Ponentis ſibi deſuper exhibitæ viderunt, cooſilio, præinſertas Capituli Generalis reſolutioues auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium iuxta modum tamen infra diceudum approbamus, & confirmamus, illiſque ioviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omues, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui in eia quomodolibet intervenerint ſupplemus.

Confirmatio relatarum reſolutionum.

Clarius declarantur prædictæ reſolutiones, eiſque quædam ordinationes adduntur.

§.9. Ita ſcilicet, ut quoad ſecundam conditionem ſecundi capitis dictarum reſolntionum imponatur iſta lex, nempe quod promoveodus pioponatur a Vice-Præfecto, & Aſſiſtentibus, ſi ſit de Regno, ubi reſidet idem Vice-Præfectus; ſi vero ſit de Regno, ubi reſidet Præfectus Generalis, proponetur a Superiore, & Capitulo Conventuali Domus, quæ ſit de Sacerdote provideuda; Ex tertia conditione ejuſdem ſecundi capitis demantur verba illa: quod peti nequeat habilitatio, niſi præcedente beneplacito Diffinitorii Generalis: ex quarta conditione omittatur particula quotidie; Sextæ autem conditioni addatur pæna privationis vocis activæ, & paſſivæ reſpectu Superiorum poſt expletum eorum novennium, & ex illa demaiur ſuſpenſio reſpectu promotorum, dummodo ſine eorum culpa fuerint ſupra numerum promoti; quo vero ad tertium caput earumdem reſolutionum, firma remanente prohibitione reſpectu cujuſcumque Superioris, & addita pæna nullitatis profeſſionis, ſi ſecus factum fuerit, detur facultas Capitulo Generali admittendi ad habitum Donatos, quatenus expedire cenſuerit, ac demum quoad quintum caput addantur verba: dummodo Sacris Canonibus, ac Conſtitutionibus dictæ Congregationis Fratrum non ſint contraria; Salva tameo ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Clauſulæ.

§.10. Decernentes eaſdem præſentes literas firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit iu omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab illis reſpective inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis, per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac dictæ Sedis Nuncios judicari, & definiri debere, ac irritum, & ioane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Cum derogatoriis.

§.11. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quoad ea, quæ præſentibus adverſantur, dictæ Congregationis Fratrum, illiuſque Provinciarum, Domorum, ſeu Hoſpitalium, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum qunmodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die IV. Maij MDCCXXV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

LXIV.

Declaratur qui Fratres à Congregatione Sanctæ Sabinæ dimitti poſſint, qui in Provincia Lombardiæ Ordiuis Prædicatorum recipi debeant.

Dat. 5. Maji 1725. An. 1.

Hæc Congregatio erecta fuit ab Innoc. XII. Conſt. ed. 1695. Iun. 14. P. 4. quæ hic recenſetur, & hujus Conſt. ed. 1726. Iun. 5. P. 3. Subijciuntur omnes Conventus hujus Congregationis Provinciali utriuſque Lombardiæ.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Prædictam Congregationem ab Innoc. XII. erectam eſſe refertur.

§.1. Alias, ſicut accepimus, fel: rec. Innocentius Papa XII. Prædeceſſor Noſter per quaſdam ſuas in ſimili forma Brevis die 14. Junii 1695. expeditas literas diverſos in eiſdem literis expreſſos Conventus Provinciæ Lombardiæ Ordinis Fratrum Prædicatorum, eorumque Fratres, & perſonas quaſcumque cum omnibus, & ſingulis illorum membris,

Digitized by Google

bris, juribus, & pertinentiis uoiverſis ab omni, & quacumque Juriſdictione, Superioritate, correctione, viſitatione, regimine, cura, & guberoio pro tempore exiſtentis Prioris Provincialis ejuſdem Provinciæ tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus perpetuo exemit; ipſoſque Conventus in unvam Congregationem ſub titulo Sanctæ Sabinæ Provinciæ utriuſque Lombardiæ ejuſdem Ordinis nuncupandam, quæ pro tempore pariter exiſtenti Magiſtro Generali, ſive ejus loco in Romaua Curia reſidenti Vicario Generali Ordinis hujuſmodi immediate ſubjacere deberet, itaut io illam nulli alii ipſius Ordinis Superiores, præterquam dictæ Congregationis Vicarius, cæterique illius Prælati iuxta morem deputari ſoliti poteſtatem aliquam valerent exercere, pariter perpetuo erexit; In quibus quidem Couventibus ad prædictam Congregationem ſic erectam, & inſtitutam ſpectantibus Fratres omnes ad Regulæ, quam profeſſi fuerant, præſcriptum exacte vitam inſtituere, & eomponere, atque illa, quæ communem vitam, victum, & veſtitum concernebant iuxta Cnncilii Tridentini, & recol. mem: Clementis Papæ VIII. Prædeceſſoris itidem Noſtri decretorum tenorem fideliter, & inviolabiliter obſervare deberent; Voluitque idem Innocentius Prædeceſſor, ut ipſi Congregationi de idoneo Vicario generali ex Fratribus alicujus ex Conventibus ipſius Congregationis a Magiſtro Generali præfato de biennio in biennium provideretur, qui eamdem prorſus Juriſdictionem, & auctoritatem haberet in Conventus, & Fratres prædictæ Congregationis, quam iuxta Apoſtolicas, & dicti Ordinis Conſtitutiones Priores Provinciales habent in ſuis Provinciis; poſſet quoque idem Vicarius quoſcumque Fratres Ordinis præfati undecumque venientes ſuſcipere, & eis de Conventibus Congregationis prædictæ per deputationem, vel aſſignationem providere, quod tamen criminoſis iuxta dicti Clementis Prædeceſſoris decreta uullatenus prodeſſe valeret, non autem intelligerentur iidem Fratres Congregationi hujuſmodi incorporati, niſi poſt quadriennium, eoque durante, ſi ad ſuos Conventus, vel Provincias redire voluiſſent licentia eis abeundi libere concederetur.

Ab eoque inter alia cautum, ut Fratres d. Congregat. diſcedere ab ea volentes, difficiliter quidem, dimittantur.

§. 2. Præterea uulli ex Fratribus dictæ Congregationis, ſive intra eam habitum ſuſcepiſſet, ſive aliunde, ſi per quadriennium, ut præfertur, incorporatus fuiſſet, permitteretur tranſire ad Conventus extra ſuam Congregationem, niſi de licentia Vicarii, una cum conſilio ſex graviorum Patrum ejuſdem Congregationis, quæ tamen licentia non facile daretur, ſed omnimoda diligentia, & charitatis officia adhibereotur, ut abire volentes in ſuſcepto vitæ inſtituto confirmarentur, quod ſi adhuc in diſcedendi voluntate permanſiſſent, tandem dimitterentur, ne aliis impedimento forent, & alias prout in ipſius Innocentii Prædeceſſoris literis prædictis, quarum tenorem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, ac de verbo ad verbum inſerto haberi volumus, uberius continetur.

Narrantur querelæ exortæ inter Vicarium Congregationis prædictæ, & Priorem ejuſdem Provinciæ Lombardiæ ſuper dd. Fratribus dimiſſis.

§. 3. Subinde vero, ſicut Nobis etiam innotuit, delatis pro parte Vicarii Generalis Congregationis præfatæ ad Congregationem tuoc exiſtentium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & eiuſdem Romanæ Curiæ Prælatorum ſuper diſciplina Regulari ſpecialiter auctoritate Apoſtolica deputatam querelis, quod Prior Provincialis dictæ Provinciæ Lombardiæ Fratres è dicta Congregatione ad ſe demiſſos recipere renueret, die 12. Martii 1709. emanavit ab ipſa Congregatione Cardinalium, & Prælatorum Decretum, vt liceret Vicario Generali præfato dimittere Fratres è dicta Congregatione, prævia tamen uotificatione dimiſſionis facienda dicto Priori Provinciali, qui dimiſſos in alio Conventu ſtatim collocare, & locum deſtinationis factæ eidem Vicario notificare teneretur; Quamobrem præfatus Prior Provincialis omnes Fratres e dicta Congregatione dimiſſos, nedum qui in Conventibus ipſius Provinciæ Lombardiæ antea profeſſi ad Congregationem ſupradictam tranſlati, & illi incorporati fuerant, ſed etiam, qui in eadem Congregatione habitum ſuſceperant, & ulterius aliquos, qui durante incorporatione hujuſmodi, vel habituales corporis, ac etiam mentis paſſi erant infirmitates, vel criminibus obnoxii carceribus mancipati fuerant, exinde recipere coactus fuit non ſine ingenti dictæ Provinciæ diſpendio, gravique illius Fratrum perturbatione, de quibus incommodis Nos, utpote qui olim in minoribus conſtituti inclyto Sancti Dominici Inſtituto in eadem Provincia Lombardiæ nomeo dedimus, apprime inſtructi fuimus.

Cauſa præſentis declarationis.

§. 4. Cum autem in memoratis Innocentii Prædeceſſoris Literis Vicario Generali dictæ Congregationis Fratres quidem, qui in Congregatione præfata habitum ſuſcepiſſent, ſive illi incorporati fuiſſent, aliquando tametſi non facile dimittendi tribuatur facultas, verum quo iſti; qui habitum in eadem Congregatione ſuſceperunt, abire debeant, minimè diſponatur, prout quoque in enarrato Decreto Congregationis Cardinalium, & Prælatorum ſuper diſciplina Regulari, decernatur licere eidem Vicario Generali Fratres e dicta Congregatione dimittere, ſed nulla fiat diſtinctio inter Fratres, qui e Provincia prædicta ejuſque Conventibus in dictam Congregationem advenerint, illique incorporati fuerint, ab eis, qui in eadem Congregatione habitum hujuſmodi ſuſceperint, & nihilominus Priori Provinciali præfato dimiſſos iu diſcriminatim recipiendi onus imponatur.

Declaratio prædicta motu proprio edita.

§. 5. Nus attendentes, quod quemadmodum æquum, & juſtitiæ conſonum eſt, ut Fratres ex Conventibus dictæ Provinciæ Lombardiæ ad Congregationem præfatam accedentes, ſi ab ea dimittantur, ad illos revertantur, ita rationi minime conſentaneum ſit, Provinciam prædictam ad eos Fratres, qui in eadem Congregatione habitum ſuſceperunt, & dimiſſi fuerunt, recipiendos, & alendos adſtringi; Ac propterea quamcumque dubitandi occaſionem hac in re ſubmovere, ac dictæ Provinciæ Lombardiæ, quam in paternæ charitatis viſceribus gerimus levamini, & indemnitati conſulere, illiuſque, necnon præfatæ Congregationis Sanctæ Sabinæ religioſæ tranquillitati opportune proſpicere volentes, Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione Noſtris, deque

que Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, harum ſerie ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi deinceps per Vicarium Generalem Congregarionis Sanctæ Sabinæ dimittatur aliquis Frater, qui e Provincia Lombardiæ, ejuſve Conventibus in eadem Congregatione venerit, ac ſuſceptus in illa fuerit, tunc Prior Provincialis ipſius Provinciæ Lombardiæ illum recipere, & in primævo ſuæ adſiliationis, aliove dictæ Provinciæ Conventu collocare, necnon de tali collocatione Vicarium Generalem præfatum certiorare teneatur, niſi tamen agatur de dimiſſione Fratris in prædicta Congregatione recepti, qui ob crimina durante ſua permanentia in ejuſmodi Congregatione commiſſa carceribus mancipatus, vel de eis inquiſitus, aut habituali, gravique mentis, aut corporis infirmitate in eadem Congregatione contracta correptus reperiatur, quo caſu iſtiuſmodi Fratrem, niſi poſt finitam cauſam adverſus eum inſtructam per ejus abſolutionem ex capite innocentiæ, vel pænæ illi injunctæ implementum, aut ſanitatem receptam reſpective dimitti non poſſe decernimus; quo vero ad Fratres, qui habitum in dicta Congregatione ſuſceperint, Vicarius Generalis eis ab ipſa Congregatione abeundi licentiam concedere, illoſve dimittere nequeat, niſi prius de invento benevolo receptore in aliquo Conventu cujuſvis Provinciæ, præfati Ordinis Prædicatorum legitime docuerit, ac hoc modo, & cum ejuſmodi diſcrimine de cætero in præmiſſis procedendum eſſe, nec non tam Innocentii Prædeceſſoris Literas, quam Decretum præfatæ Congregationis Cardinalium, & Prælatorum ſuper diſciplina Regulari intelligenda fore, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus tenore præſentium declaramus, ac præcipimus, & mandamus.

Clauſulæ peculiares.

§.6. Decernentes eaſdem præſentes Literas, & in eis contenta, etiam ex eo, quod Vicarius Generalis præfatæ Congregatioois Sanctæ Sabinæ, aliique quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, etiam ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque cauſæ propter quas ipſæ præſentes emanarint ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis legitima, juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis Noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, individuamque expreſſionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controverſiam vocari, ad viam, ſeu terminos juris, vel Conſtitutionum dicti Ordinis reduci, aut adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus conceſſo, vel emanato, quempiam in Judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe; ſed eaſdem præſentes Literas ſemper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari; Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatoriæ.

§.7. Non obſtantibus ejuſdem Innocentii Prædeceſſoris Literis, ac Decreto Congregationis Cardinalium, & Prælatorum ſuper diſciplina Regulari ſupradictis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinis, Congregationis Sanctæ Sabinæ, & Provinciæ, ac Conventuum hujuſmodi, aliiſve quibuſvis, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis eiſdem Ordini, Congregationi Sanctæ Sabinæ, & Provinciæ, ac Conventibus, illorumque reſpective Magiſtro, & Vicario Generali, & Provincialibus, aliiſque Superioribus, Fratribus, & perſonis quibuslibet ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, ac aliis quomodolibet, in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, confirmatis, & approbatis, ac pluries, & quantiſcumque vicibus innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret tenores hujuſmodi, acſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, ac forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, & inſerentur, iiſdem præſentibus, pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe pleniſſime, & ampliſſime derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die V. Maji MDCCXXV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

LXV.

Digitized by Google

LXV.

Dat. 6. Maji 1725. An. 1.

Præcipitur Abbatibus Regularibus perpetuis, ut infra annum a die eorum electionis ab Epiſcopis benedictionem ſuſcipiant, vel ſaltem poſtulent.

Hujus Conſt. ed: 1726. Mar. 7. P.2. decernuntur Epiſcoporum Regularium habitus, & tonſura, determinaturque, ut abdicato Epiſcopatu ad Clauſtra revertantur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

COmmiſſi Nobis cælitus Apoſtolici Miniſterij ſolicitudo Nos admonet, ut omnium quidem Chriſtifidelium paternam geramus curam, ſed eorum præſertim, qui contemptis illecebris ſeculi ſub ſuavi Religionis jugo divinis ſeſe obſequiis manciparunt, proſpero ſtatui, ſalubrique directioni, quantum Nobis ab Alto conceditur, proſpicere ſtudeamus, & ſi quid in regulari diſciplina inordinatum, & abſonum, vel a Sacrarum Legum ſenſu alienum inter eos irrepſiſſe conſtiterit, Pontificiæ providentiæ, & authoritatis ope ſubmovere, ac e medio tollere ſatagamus, quatenus ipſi vota ſua Domino reddere in Sanctitate, & juſtitia, ac in ea, quam elegerunt, tutioris vitæ ratione amplioribus in dies proficere valeant incrementis.

Cauſæ præſentis Conſtitutionis.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, Abbates Regulares perpetui, non quidem ratione tituli, quia ad triennium, vel ſexennium, aut aliud limitatum tempus eliguntur, ſed ratione adminiſtrationis, quia ab unius Monaſterii regimine expleto limitato tempore, transferuntur ad aliud, ab Epiſcopis, in quorum Diœceſibus ſita ſunt Monaſteria, benedictionem obtinere, imo & petere negligant; Hinc eſt, quod Nos gravi ejuſmodi abuſui pro paſtoralis officii debito opportune conſulere, ac providere cupientes, de nonnullorum Venerabilium Fratrum Noſtrorum, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & aliquot inſuper Romanæ Curiæ Prælatorum ſuper hoc a Nobis ſpecialiter deputatorum conſilio, ſuadentibus etiam Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis in præſenti Sacro Concilio congregatis: necnon Motu proprio, ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione injungimus, præcipimus, & diſtricte mandamus omnibus, & ſingulis Abbatibus Regularibus, licet perpetuis ſulummodo ratione adminiſtrationis, ut præfertur, qui Monaſteriis cujuſcumque Ordinis, Congregationis, ac Inſtituti de cætero præficientur, ut infra annum a die eorum electionis computandum ſolemnem benedictionem ab Epiſcopis, in quorum Diœceſibus Monaſteria conſiſtunt, juxta Ritum in Pontificali Romano præſcriptum, omnino ſuſcipiant, vel ſaltem eam ter ab ipſis humiliter poſtulent, ſervata forma ſancita in *Cap. Statuimus de ſupplen. neglig. Prælator.* Quod ſi ſecus fecerint, ab officio per annum ſint ipſo jure ſuſpenſi. Volumus tamen, & expreſſe declaramus, quod ipſimet Abbates electi, durante præfato termino, ac interim omnia Munia Abbatialia libere, ac licite exercere poſſint, & valeant; Quodque Abbas ſemel benedictus iterum benedictionem petere, vel obtinere, non teneatur, tametſi ad gubernium diverſorum Monaſteriorum, aliarum etiam Diœceſum translatus extiterit.

Injungitur Abatibus prædictis præceptum ſupradictum.

Decernitur quomodo ſe gerere debeſt Abbates, quibus conceſſa fuerit Apoſtolica facultas ſuſcipiendi benedictionem a quocumque Antiſtite.

§.2. Quoniam vero nonnulli ex prædictis Abbatibus Regularibus, Apoſtolicis, ut aſſeritur, muniti ſunt privilegiis, quibus ampla ipſis tribuitur facultas, ſuſcipiendi benedictionem a quocumque, quem maluerint, Catholico Antiſtite gratiam, & Communionem Sanctæ Sedis Apoſtolicæ habente; Nos juſtis, & rationabilibus adducti rationibus, Motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine paribus, ſtatuimus, atque decernimus, ut ejuſmodi Abbates in poſterum, non a quocumque Antiſtite, ſed a Diœceſano tantum Epiſcopo, vel a Metropolitano, infra prædictum terminum, benedictionem omnino ſuſcipere teneantur; Et quatenus ille, quem Abbas elegerit, tertio humiliter requiſitus ipſi petitam benedictionem impertiri detrectet, aut negligat, tunc, & eo dumtaxat caſu, eamdem benedictionem a quocumque Catholico Antiſtite Abbas libere ſuſcipere poſſit, & valeat, ac ita perpetuis futuris temporibus ubique ſervari volumus, & mandamus.

Et cui illa ſuffragare poſſint.

§.3. Ceterum ejuſmodi Indulta exemptiva ab obligatione ſuſcipiendi benedictionem a proprio Epiſcopo illis dumtaxat Abbatibus, quibus ab Apoſtolica Sede directe conceſſa fuerunt, juxta modum ſupra expreſſum, ſuffragentur: Reliquis autem Abbatibus, qui ea ex generali tantum Privilegiorum aliis Ordinibus, Congregationibus, vel Inſtitutis conceſſorum communicatione ſibi competere prætendunt, minime ſuffragari poſſe, nec debere decernimus, & declaramus.

Quoad alios aliis indultis munitos.

§.4. Quo vero ad Abbates, quibus a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris indultum fuit, ut a ſuis Superioribus Regularibus, vel ab eorum Prælatis delegatis, benedictionem ſumere poſſint: vel etiam per ſpeciale Indultum Apoſtolicum conceſſum fuit, ut electi habeantur pro benedictis ab ipſo Summo Pontifice, nihil omnino innovandum eſſe ſancimus, & Apoſtolica, quibus gaudent, Privilegia ubique inconcuſſe obſervari præcipimus, & mandamus.

Inhibetur Epiſcopis, ne intuitu hujuſmodi benedictionum munera quæcumque accipere audeant.

§.5. Univerſos demum Epiſcopos, atque etiam Archiepiſcopos, a quibus benedictio tribuenda erit, eorumque Officiales Aſſiſtentes, & Miniſtros quoſcumque in Domino hortamur, ac admonemus, ut occaſione ſimilium benedictionum excutiant, ac prorſus emundent manus ſuas ab omni munere: quin etiam prædictis Præſulibus ſub pœna Interdicti ab uſu Pontificalium per annum vetamus, ac inhibemus, ne tam ante, quam poſt eaſdem benedictiones, earumque intuitu, cujuſcumque generis, aut ſpeciei: etiam bellariorum, & comeſtibilium, munera, vel xenia, a quoquam recipere audeant, illiſque præterea diſtricte injungimus, ut ab omni abſtineant ſolemni pompa, quæ ſumptus, quantumvis modicos etiam prandii, ſecum ferat: Cum ejuſmodi Sacræ functiones ab interna, ſolidaque potius Benedicentium, ac Benedicendorum religione, & pietate, quam ab externa, & vana apparatus magnificentia debeant commendari.

Clauſulæ.

§.6. Decernentes præſentes literas, & in eis con-

Digitized by Google

contenta quæcumque, etiam es eo, quod prædicti, & alii quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, vel habere quomodolibet prætendentes, cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, Congregationis, ac Inſtituti exiſtant, ſeu alias ſpeciali nota digni, illis non conſenſerint, & ad ea vocati, citati, & auditi, cauſæque, propter quas præſentes emanarint, adductæ, & ſufficienter juſtificatæ non fuerint, ſive ex alia quacumque quantomvis juſta, legitima, & privilegiata cauſa, colore, prætexiu, vel capite etiam in corpore Juris clauſo, etiam enormis, ac enormiſſimæ læſionis, nullo unquam temporeimpugnari, redargui, infringi, in controverſiam revocari, aut ad terminos Juris reduci poſſe; Sed ſemper firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari: ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & dictæ Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quacumque præeminentia, dignitate, & poteſtate fungentes, & functuros ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Cum derogatoriis.

§.7. Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſit Noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo, aliiſque Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis Generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, Collegiorum, Ordinum, Congregationum, & Inſtitutorum quorumlibet, aliiſve quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, uſibus, ſtylis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis quibuſcumque Ordinibus, Congregationibus, ac Inſtitutis prædictis, eorumque Monaſteriis, & Abbatibus ſub quibuſvis tenoribus, & formis, & cum quibuſcumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque tenoribus ſpecialis, ſpecifica, espreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia espreſſio facienda, aut aliqua alia esquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, & occaſiones, ac alia etiam ſpeciali espreſſione digna præſentibus pro plene, & ſufficienter espreſſis, inſertis, ac ſervatis reſpective habentes, hac vice dumtaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & espreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Mandatur publicatio præſentium literarum.

§.8. Ut autem præſentes Literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, ſeu earum esempla, ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt, affigi, & publicari: ſicque publicatas, & affixas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent: utque ipſarum præſentium literarum tranſumptis, ſeu esemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutę munitis eadem prorſus fides tam in Judicio, quam extra illud, ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent eshibitæ, vel oſtenſæ.

Infliguntur pœnæ in earumdem contradictores.

§.9. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc noſtræ voluntatis, ſanctionis, præcepti, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quinto Pridie nonas Maji Pontificatus Noſtri Anno primo.

LXVI.

Conceditur Capitulo Metropolitanæ Eccleſiæ Capuanæ uſus Mitræ aliorumque inſignium, inſtar Capituli Eccleſiæ Beneventanæ.

Dat. 8. Maii 1725. Ann. 1.

Clem. XI. Conſt. ed. 1717. Mart. 4. P. 17. ampliata fuerunt indulta Capituli Patriarchalis Eccleſiæ Vlyxibonen. Et hujus Conſt. ed. 1727. Apr. 26. P. 3. fit facultas Canonicis S. Petri de Vrbe concedendi dimiſſorias ſubditis ſuarum Abbatiarum etiam ad ſacros Ordines.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN Apoſtolicæ Dignitatis ſpecula meritis licet imparibus per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam conſtituti, ad ſtatum Eccleſiarum omnium, quarum Nobis a Domino commiſſa eſt ſolicitudo, perſonarumque in eis Altiſſimo famulantium propenſis ſtudiis animum jugiter intendimus, earumque decori, & dignitati paterna benignitate libenter proſpicimus, ſicut, omnibus maturæ conſiderationis trutina perpenſis, rationi conſentaneum eſſe in Domino arbitramur.

Cauſæ præſentis conceſſionis.

§.1. Cum itaque, ſicut Dilecti Filii Capitulum, & Canonici Metropolitanæ Eccleſiæ Capuanæ Nobis nuper esponi fecerunt, eadem Metropolitana Eccleſia, in qua tres Dignitates, Decanatus nempe, Archidiaconatus, & Primiceriatus, ac triginta ſes Canonicatus exiſtunt, antiquitatis laude, patrimonii amplitudine, Cleri, Populique pietate, & frequentia eximie floreat, Templumque habeat magnificum, ac apprime inſtructum, cura, & ſtudio Dilecti Filii No-

Noſtri Nicolai Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Preſbyteri Cardinalis Caraccioli nuncupati dictæ Metropolitanæ Eccleſiæ ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica Præſulis, non ſine gravi impenſa noviſſime inſtauratum, & innovatum, in quo multa Corpora Sanctorum, ut pie creditur, aſſervantur, & in primis diverſa in Metropolitana Eccleſia præfata Concilia a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris olim celebrata fuiſſe, plurimuſque vitæ ſanctitate, ac virtute, & meritis præclaros, necnon ampliſſima Cardinalatus Dignitate inſignes Viros es ipſius Capituli gremio prodiiſſe jure glorietur, necnon multiplicibus a Sede Apoſtolica privilegiis ornata reperiatur; unum vero exponentibus prædictis Mitrarum decus deſit, quarum uſu Metropolitana Eccleſia noſtra Beneventana arcto fraternæ charitatis vinculo cum dicta Metropolitana Eccleſia Capuana dudum conjuncta, ac aliæ Regni Neapolis etiam Cathedrales Eccleſiæ ex conceſſione Apoſtolica gaudere dignoſcuntur, & ſi Exponentes præfati hac quoque prærogativa donarentur, non modica exinde eis, Eccleſiæque præfatæ ſplendoris, ac dignitatis fieret acceſſio, divinuſque in ea cultus, ac Populi devotio majora in dies ſuſciperet incrementa; Nobis propterea

Preces Capituli.

dicti Exponentes humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere, &, ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§.2. Nos igitur qui dictam Metropolitanam Eccleſiam Capuanam peculiari ſemper proſecuti ſumus, & adhuc proſequimur devotionis affectu, ac vetere cum Memorato Nicolao Cardinale Præſule etiam jungimur neceſſitudine, ipſorum exponentium votis hac in re, quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere cupientes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati; Dignitates, ac Canonicatus in dicta Me-

Conceſſio prædicta,

tropolitana Eccleſia Capuana obtinentibus præſentibus, & futuris, ut deinceps perpetuis, futuris temporibus tam in Civitate, quam in Diœceſi Capuana etiam abſente eodem Nicolao Cardinale Præſule, ſeu pro tempore exiſtente Archiepiſcopo Capuano in Miſſis, Veſperis, ac laudibus ſolemniter decantandis, ac etiam in Proceſſionibus, ſeu ſupplicationibus, benedictionibus Candelarum, Cinerum, Palmarum, & Fontis Baptiſmalis, ac reliquis Eccleſiaſticis functionibus, in quibus ſacra adhibentur paramenta, Mitra aliiſque indumentis, & paramentis in omnibus, & per omnia ad inſtar Dilectorum filiorum Capituli, & Canonicorum ſupradictæ Eccleſiæ Beneventanæ, uti libere, & licite poſſint, & valeant Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus, eiſque in ſuis Armis, ſeu Inſigniis gentilitiis Mitram apponi faciendi, & addendi licentiam, & facultatem etiam perpetuo tribuimus, & impartimur.

Clauſulæ.

§.3. Ipſos vero ſuper præmiſſis a quoquam quovis prætextu, cauſa, & occaſione moleſtari, perturbari, aut impediri nullatenus unquam poſſe: ſicque, & non aliter per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & dictæ Sedis Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

§.4. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon, quatenus opus ſit, præfatæ Metropolitanæ Eccleſiæ Capuanæ, aliiſve quibuiſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis quibuſvis in genere, vel in ſpecie ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, & alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & pluries innovatis, quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi pro eorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſolas generales, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma tenore hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plene & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Et derogatoriæ.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die VIII. Maji MDCCXXV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

LXVII.

Præſcribitur Ordinariis Italiæ Inſularumque adjacentium ut Seminariorum erectionem promoveant, deque congruis redditibus provideant, cum nonnullis Ordinationibus, & erectione Congregationis ſuper hac re.

Dat. 9. Maii 1725. An. I.

De erectione, & Statutis Seminariorum Miſſionum pro Fratr. Minor. de Obſervantia vid. Inn. XI. Conſt. ed. 1686. Jun. 28. P. 10. Et hujus Conſt. ed. 1727. Apr. 3. P. 2.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Creditæ nobis cælitus diſpenſationis officium ſalubriter exequi, adjuvante Domino, ſatagentes, ad ea mentem, curaſque noſtras convertimus, per quæ ſedulæ Clericorum inſtitutioni opportune proſpicitur. Ubi enim illi a teneris annis, ceu plantæ novellæ, benigniori cura educentur, Literarumque ſcientiam in Semi-

Proœmium.

nariis accurate informentur, cum poſtea ad laborioſa Eccleſiaſtica miniſteria in viam Dominicam tranſplantantur, Eccleſiarum regimioi populorumque ſaluti maxime fructuoſos, ac utiles eſſe diuturna plurimorum annorum experientia ſatis compertum habemus.

Cauſæ præſentis Conſtitutionis.

§.1. Cum itaque Seminarii Eccleſiaſtici erectio a Sacra Tridentina Synodo *cap.*18. *ſeſſ.*23. de reformatione Epiſcopis omnibus tantopere commendata, & ad Eccleſiaſticam Diſciplinam conſervandam adeo neceſſaria in pluribus Cathedralibus Eccleſiis, quemadmodum non ſine gravi animi noſtri mœrore accepimus, hucuſque neglecta fuerit; Nos pro Paſtorali vigilantiæ noſtræ debito pium hoc, & ſanctum opus ſtrenue promovere cupientes, Motu proprio ex certa ſcientia, ac matura deliberatione, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, univerſis, & ſingulis Locorum Ordinariis Italiæ, Inſularumqoe adjacentium, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione diſtricte injungimus, præcipimus, & mandamus, ut in Cathedralibus, in quibus Seminarium hactenus erectum non fuit illud quamprimom erigi; ac omnino inſtitui curent; Ubi vero jam reperitur erectum, ſed congruis redditibus ad Alumnorum, Magiſtrorumque ſubſtentationem neceſſariis inſtructum non eſt, de iis, ut infra, opportune provideant.

Conſtitutio prædicta motu proprio edita.

Pro d. Seminariorum erectione, eorumque ſubſtentatione, taxa conficienda præſcribitur, ad cujus ſolutionem Beneficia omnia teneri decernitur.

§.2. Utroque igitur caſu, nimirum tam pro erectione oovi Seminarii, quam pro ſupplemento redditnum Semiuarii jam erecti, Taxam cum conſilio duorum de Capitulo, & totidem de Clero conficiant a memorato Tridentino *cap.*18. *ſeſſ.*23. *de reformat.* præſcriptam, incipiendo ab integris fructibus Menſæ Epiſcopalis, & abſq; ullo diſcrimine proſequendo juxta normam ibidem expreſſam, & provide conſtitutam eidem vero Taxæ omnia, & ſingula Beneficia ſecularia, & Regularia per quoſcumque etiam Venerabiles Fratres noſtros Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, necnon noſtros, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis familiares, & Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Clericos, Miniſtros, ac Officiales quoſcumque præſentes, & futuros obtenta, & in poſterum obtinenda, ac omnia inſuper Beneficia ſecularia Prioratibus, Commendis, vel Bajulatibus Ordinis Fratrum Sancti Joannis Hieroſolymitani quomodocumque unita, aut de cætero onienda, necnon fructus, ac redditus Confraternitatum Laicorum, ex certis fundis, & capitalibus provenientes (non autem ſummas pecuniarias, quæ a Confratribus quolibet menſe, vel anno, vel per modum eleemoſynæ, vel in vim Statutorum contribuuntur) ſubjici, & ad illius ſolutionem perpetuo teneri decernimus, ſtatuimus, & mandamus; Declarantes, & ab ea exemptos eſſe debere Regulares pro iis tantum Beneficiis, vel fructibus, quorum ratione ipſis Apoſtolica Sedes diſerte, ac expreſſe, & ex cauſa vere, ac proprie oneroſa indulſit, ut ab onere Taxæ pro Seminario exempti ſint.

Quidam ab ea eximuntur.

Deſignatur prędicta taxa; utque ejus exactor conſtituatur, præcipitur.

§.3. Porro ejuſmodi Taxa juxta Locorum qualitatem reſpondere debeat ſummæ ſcutorum trium pro quolibet centenario proventuum Beneficii, & ſi neceſſitas urgeat augeatur, etiam uſque ad ſummam quinque pro centenario, ita nunquam minor ſcutis tribus, neque major ſit ſcutis quinque pro quolibet centenario, & anno; ac in illius confectione regula a Tridentino Concilio io prædicto *Capitulo* 18. ſancita accurate, & adamuſsim obſervetur. Donec autem nova hæc Taxa confecta, & a Congregatione a Nobis deputata, ut infra dicetur, approbata fuerit, alia Taxa, quam Seminarium antea exigere conſueverat, omnino perſolvatur. Ceterum novæ Taxæ exactio ſemper committatur perſonæ fide, & facultatibus idoneæ ab Epiſcopo, & Cathedralis Eccleſiæ Capitulo ſpecialiter approbandæ, ac deputandæ, ita quidem ut quoties Exactor hujuſmodi negligens, aut minus idoneus repertus fuerit, illius culpam, idem Epiſcopus, & Capitulum præſtare debeant, & pro non exactis, atque deperditis reſpective de proprio teneantur, liceatque Seminario tam contra Exactorem, quam contra Deputantes, eorumque hæredes, quocumque tempore agere nedum pro deperditis, ſed etiam pro non exactis ad præciſam Taxæ faciendæ normam, & quantitatem.

§.4. Præterea Epiſcopi, & Capitula portiones, ſeu quotas ſibi obtingentes juxta præfatam Taxam quolibet anno realiter, & cum effectu deponere teneantur pœnes Exactorem deputatum, qui eas ſolvat, ſeu eroget in ſumptus pro Seminarii manutentione neceſſarios, & tam hujus depoſiti, quam ſucceſsivæ ſolutionis, ſeu erogationis, ſimulque cujuſque alterius non factæ, & qua de cauſa, documentum per eoſdem Epiſcopos, & Capitula ad antedictæ Congregationis Secretarium quotannis tranſmittatur.

Penes quem omnes illam deponere teneantur.

§.5. Quod ſi in aliqua Diœceſi computatis propriis ſeminarii redditibus, ſi qui ſint, necnon Beneficiorum antea cum effectu illi unitorum ac fructibus parvorum Conventuum ſuppreſſorum præcedenter applicatis (quas quidem tum Beneficiorum uniones, tum applicationes fructuum parvorum Conventuum firmas eſſe volumus) per hujuſmodi etiam Taxam erectioni, & ſubſtentationi Seminarii ad neceſsitatem nimirum uniuſcujuſque Diœceſis, & Alumnorum, non autem ad promptum, & voluntatem, ſufficienter provideri nequiverit, tunc, & eo caſu, ac in ſubſidium tantum Ordinarii Locorum eidem Seminario unire, & applicare poſsint, ac debeant Beneficia ſimplicia cujuſcumque qualitatis, & dignitatis fuerint, etiam Juriſpatronatus Eccleſiaſtici, vel quomodocumque affecta, & diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ reſervata, ſine tamen ullo divini cultus, ac illa obtinentium præjudicio. Hæc porro unio fiat ſtatim, & ante eorumdem Beneficiorum vacationem; nempe uniantur Beneficia primo loco vacatura uſque ad certam annui redditus quantitatem in ipſa unione ſpecificandam, quæ computata Taxa inſufficienti, ſatis eſſe poſsit ſubſtentationi certi numeri Alumnorum pro unoquoque Seminario deſignatorum, ipſaque unio, ſtatim ac Beneficia prædicta quomodocumque vacaverint, debitum, atque integrum ſortiatur effectum, felic. record. Clementis VIII., ac Urbani pariter VIII. necnon aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum Conſtitutionibus, vel Decretis in contrarium facientibus non obſtantibus.

Statuitur, ut præter taxam prædictam, ſi non ſufficiat, poſſint etiam Seminariis utiri Beneficia quæcumque ſimplicia.

§.6. Cæterum conſiderantes Monaſteria, Prioratus, & Beneficia Conſiſtorialia, necnon aliqua alia indiſpenſabiliter neceſſaria eſſe, ac fore pro congrua ſubſtentatione Sanctæ Romanæ Ec-

Declarantur beneficia quædam ab hac unione exempta.

Digitized by Google

Eccleſiæ Cardinalium, & Miniſtrorum Romano Pontifici, & Sedi Apoſtolicæ actualiter inſervientium, volumus, & declaramus, quod Abbatiæ, Prioratus, & Monaſteria Conſiſtorialia, ſeu Beneficia quovis modo Apoſtolica auctoritate commendata, & ad præſens obtenta, & in futurum obtinenda antedictos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſeu veros, & proprios Papæ Familiares, Nuncios Apoſtolicos, & Prælatos Congregationum, quibus iidem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales interſunt, ſecretarios dumtaxat, memoratis Seminariis uniri, & applicari nunquam poſsint, & uniones, quas forſan fieri contigerit, nullæ, ac irritæ prorſus ſint, firma in reliquis remanente libertate, & facultate uniendi (ſervata tamen forma ſuperius expreſſa, & non aliter) cætera omnia Beneficia, etiam, ut præfertur, affecta, & reſervata, vel alias ad proviſionem, ac diſpoſitionem Sedis Apoſtolicæ quomodolibet pertinentia.

Qua ut omnia perficiantur Congreg. ex S.R. Eccl. Card Seminariorum nuncupanda, erigitur, cum amplis facultatibus.

§.7. Cum autem, ſicut accepimus, Seminaria plerisque in Locis ideo erecta minime reperiantur, vel quia Epiſcopi Taxam conficere detrectant, ne illam a ſemetipſis inchoare cogantur, vel quia Beneficia ſimplicia, quorum diſpoſitio ad eos libere ſpectat, occurrente illorum vacatione ſuis Familiaribus, aliiſve perſonis ſibi gratis, & benevíſis conferre volunt; Hinc eſt, quod nos omnem ſcrupulum, & obicem impeditivum boni ſpiritusls ab hujuſmodi Seminariorum erectione provenientis e medio prorſus tollere, ac removere intendentes, motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine paribus Congregationem Seminariorum nuncupandam, in qua Venerabiles Fratres Noſtri Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Congregationi ſuper negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium, necnon Congregationi interpretum Concilii Tridentini præfati, utriuſque Congregationis Secretarii Datarius, ſeu Proſatarius, ac Subdatarius nunc, & pro tempore eaiſtentes eſſe debeant tenore præſentium perpetuo erigimus, ac inſtituimus, ejuſdemque Congregationis Secretarium illum ipſum, qui Congregationis Concilii prædicti Secretarius pro tempore fuerit, conſtituimus, ac deputamus, prædictæque Congregationi, ac illius Secretario omnium, & ſingulorum Seminariorum in locis, ubi adhuc erecta non ſunt, erigendorum, & ubi erecta quidem ſunt, ſed ſufficientes non habent redditus, iis pro modo indigentiæ, ut præfertur augendorum omnimodam curam committimus, ac demandamus, necnon, ejuſdem Congregationis Deputatis prædictis ſemel ſingulis menſibus, & quoties opus fuerit, ſe congregandi, dictorum Seminariorum erectionem promovendi, jam erectorum, & proventus recognoſcendi, eorum neceſſitatibus opportune conſulendi, Taxas approbandi, reformandi, & augendi numerum Alumnorum in ſingulis Seminariis taxandi, & præfigendi, eumque pro modo redituum augendi, & minuendi, ſtatuta pro recta, feliciquc eorumdem Seminariorum regimine, & adminiſtratione condendi, eaque mutandi, variandi, corrigendi, ac toties quoties illis expedire videbitur, de novo faciendi, emergentes controverſias, ſummarie, ſolaque facti veritate inſpecta, cognoſcendi, & definiendi Viſitatores etiam, qui ejuſmodi Seminaria diligenter perluſtrent, & an recte, atque fideliter adminiſtrentur, ac in iis potiſſimum regulæ a Tridentino Concilio præſcriptæ ſedulo adimpleantur, inſpiciant, & recognoſcant, ubi, & quando, & quoties opus eſſe judicaverint, facto tamen prius verbo cum Romano Pontifice pro tempore exiſtente, delegandi, ac deputandi, aliaque in præmiſſis neceſſaria, & opportuna pro data ipſis a Domino prudentia, decernendi, & gerendi, & exequendi, plenariam, atque omnimodam facultatem, poteſtatem, & auctoritatem tribuimus, concedimus, ac impartimur.

Injungitur Epiſcop. univerſis, ut prædictam taxam conficiant, eamque ad præfatam Congregationem tranſmittant approbandam.

§.8. Univerſis itaque Epiſcopis quorum in Diœceſibus non adſunt, vel congruis redditibus inſtructa non ſunt, Seminaria, per præſentes injungimus, & mandamus, ut quam primum præfatam Taxam ſedulo conficiant, eamque ad antedictæ Congregationis Secretarium infra ſex menſes a die publicationis præſentis Conſtitutionis computandos omnino tranſmittant una cum diſtincta, & accurata relatione omnium Beneficiorum ſuarum Diœceſum, eorumque annui valoris, necnon locorum, animarumque, & Eccleſiarum in illis exiſtentium cum ſuis qualitatibus, ad hoc, ut eadem Congregatio omnibus mature perpenſis, ſtatuere poſſit an prædicta Taxa approbari, nec ne debeat, ſimulque numerum in unoquoque Seminario retinendorum, & ſummam pro ſingulorum ſubſtentatione neceſſariam præſcribere, & reliqua tandem omnia, quæ pro recta, eorumdem Seminariorum adminiſtratione, ſedulaque Alumnorum inſtitutione utilia, & opportuna judicaverit, ſalubriter decernere valeat.

Inhibetur prædictis Epiſcopis uti Officialibus Seminariorum.

§.9. Omnibus inſuper Epiſcopis præfatis, ne de cetero pro ſe, vel ſuis Vicariis, aut familiaribus quibuſcumque, ſub quovis colore, & prætextu, habitatione, coquina, Famulis, Miniſtris, aut Officialibus Seminarii, vel Lectoribus, Magiſtris, Sacerdotibus, Clericis quoquomodo inſervientibus eidem Seminario, & Alumnis, vel a Seminario ſalariatis, ac quomodocumque retentis, uti audeant, diſtricte ſub pœna Interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ vetamus, ac inhibemus: non tamen per hoc prohibere intendimus Epiſcopo Pontificalia exercenti, ne cæremoniarum Magiſtro, vel Sacerdotibus a Seminario retentis, uti poſſit: imo ut eorum opera, ac aſſiſtentia in hujuſmodi ſacris functionibus uti valeat, plenam ipſi Epiſcopo tribuimus facultatem.

Sancitur quibus diſciplinis Alumni Seminariorum erudiri debeant.

§.10. Poſtremo ſaluberrimæ præfati Concilii diſpoſitioni inhærentes, volumus, præcipimus, & ſancimus, ut in omnibus Seminariis tam hactenus erectis, quam in poſterum erigendis, Alumni, Grammatices, Cantus Gregoriani, Computi Eccleſiaſtici, aliarumque bonarum artium tantum diſciplina erudiantur, & Sacræ Scripturæ, Catechiſmi, aliorumque Eccleſiaſticorum Librorum, præſertim vero de Sacramentis, ſacriſque Ritibus, & Cæremoniis tractantium, lectioni diligenter incumbant, ut cum ad vineam Domini excolendam vocati fuerint, dignos, peritos, utileſque Operarios ſeſe probare valeant, fructumque ei reddant uberrimum temporibus ſuis.

Clauſulæ:

§.11. Decernentes præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, obtinere, necnon præmiſſa omnia, & ſingula in illis contenta per eos, ad quos ſpectat, & in

futurum quomodolibet ſpectabit, exacte, & inviolabiliter obſervari. Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quoslibet quacumque poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatoriæ peculiares.

§.12. Non obſtantibus quatenus opus ſit noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ regulis quibuſcumque, & præfatis Clementis VIII., & Urbani pariter VIII. Prædeceſſorum noſtrorum, aliiſque Apoſtolicis, etiam in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis ad favorem quarumcumque perſonarum editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon quorumcumque Ordinum Congregationum, Societatum, ac Inſtitutorum, aliiſve quibuſvis, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Inſtitutis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibus, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, vel alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi ac ſi de verbo ad verbum insererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Mandatur publicatio harum Literarum.

§.13. Ut autem præſentes literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, ſeu earum exempla ad Valvas Eccleſiæ Lateranen., & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, ac in acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt affigi, & publicari, ſicque publicatas, & affixas omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent; Utque earumdem præſentium literarum traſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem ubique fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Infliguntur pœnæ contra has literas infringentes.

§.14. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum voluntatis, ſanctionis, prohibitionis, Inſtitutionis, deputationis, præfectionis, commiſſionis, Mandati, Decreti, & derogationis infringere. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolor. ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quinto, ſeptimo Idus Maii Pontificat. noſtri Anno Primo.

LXVIII.

Erigitur Conventus Carmeli Majoris Ordinis Carmelitarum, cum aliis quibuſdam Conventibus, a Provincia Terræ Laboris diſmembratis, in novam Provinciam Neapolitanam nuncupatam.

Dat. 18. Maji 1725. Ann. I.

Clem. XII. Conſt. ed. 1731. Jan. 27. P. 1. Confirmatur hæc Conſt. Et hujus Conſt. ed. 1725. Maii 30. P. 1. idem Conventus Carmeli majoris erigitur in Collegium ſtudii generalis pro Provinciis Regni Neapolitani.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

INter graviſſimas Apoſtolicæ ſervitutis curas, quæ animum Noſtrum aſſidue pulſant, in eam præcipue ſolicitis ſtudiis incumbimus, ut proſpero, felicique Chriſtifidelium in ſortem Domini aſſumptorum, & divinis obſequiis ſub ſuavi Religionis jugo mancipatorum ſtatui, regimini, & progreſſui, quantum Nobis ex alto conceditur, providere jugiter ſatagamus, ac proinde novas ejuſmodi Religioſorum virorum provincias interdum inſtituimus, ſicut rerum, locorum, perſonarum, & temporum qualitatibus maturæ conſiderationis trutina perpenſis, ad Omnipotentis Dei gloriam, & Religionis incrementum ſalubriter in Domino expedire arbitramur.

Narrantur diſſidia inter Provinciam Terræ Laboris, & Conventum prædictum, quæ fuere cauſæ hujus diſmembrationis.

§.1. Innotuit ſiquidem Nobis, quod cum alias fratres Provinciæ Terræ Laboris in Regno Neapolis Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo abſolutum dominium, quod Fratres Conventus Carmeli Majoris Nuncupat. Civitatis Neapolitan. Provinciæ, & Ordinis prædictorum in univerſam Provinciam hujuſmodi, illiuſque Conventus, & Fratres exercebant, ferre non valentes, ad Congregationem tunc exiſtentium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitam, ut multiplicibus gravaminibus, quæ ſibi per Fratres memorati Conventus inferri prætendebant, opportuno aliquo remedio occurreret, recurſum habuiſſent, & ab eadem Congregatione Cardinalium die 18. Decembris 1724. decerni obtinuiſſent, quatenus Fratribus dictæ Provinciæ aliquæ in præfato Conventu Cameræ, necnon Conventus Capodichino nuncupatus aſſignarentur, & e contra Fratribus ipſius Conventus Carmeli Majoris per eamdem Provinciam alius Conventus æquivalens a dilecto Filio Priore Generali dicti Ordinis deſignandus cederetur; Fratres ejuſdem Conventus Carmeli Majoris non ſolum ejuſmodi Decreto a memorata Congregatione Cardinalium emanato ſub variis prætextibus hactenus minime paruerunt, verum

præ-

præfatæ Provinciæ Fratres gravius quam antea vexare perrexerunt, unde nova inter eos animarum diſſidia non ſine fraternæ charitatis, & regularis diſciplinæ detrimento enata fuerunt, quæ niſi opportuna, validaque ratione radentur, maximas io eamdem Proviuciam turbas, ac ingentia mala, & ſcandala facile invehere poſſunt.

Separatio dicti Conventus cum quibuſd. aliis a præd. Provincia, motu proprio

§.2. Hinc eſt, quod Nos ejuſmodi conteotioonum cauſam, & occaſionum peoitus ſubmovere, dictorumque Conveotuum, ac Fratrum in eis degentium paci, & traoquillitati, felicique directioni, & incremento, quantum eum Domino poſſumus, providere cupientes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, & matura deliberatione, Noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, eumdem Conventum Carmeli Majoris Civitatis Neapolitan. cum decem ejus Grangiis, nempe de Capodichiuo, Chiaja, Somma, Nolaum, Puſidipo, Iſdan, Puteolao, Ottajano, Gragnano, & Arienzo, necnon quinque alios Conventus de Pomigliano d' Aoro, Caſtri Maris, Nucerin. Paganorum, Sancti Eliæ, & Sueſtan. Provinciæ, & Ordinis præfatorum ab eadem Provincia Terræ Laboris teoore præſentium perpetuo ſeparamus, & diſmembramus, ipſoſque Conventus cum grangiis hujuſmodi, eorumque reſpective Fratres, & perſonas quoſcumque, cum omnibus, & ſingulis illorum membris, juribus, & pertinentiis univerſis ab omni, & quacumque juriſdictione, ſuperioritate, correctione, viſitatione, regimine, cura, & gubernio dilecti Filii moderni, & pro tempore exiſtentis Prioris Provincialis dictæ Provinciæ tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus itidem perpetuo eximinus, & plenarie liberamus; ac eoſdem Conventus cum Graogiis prædictis ſic ſeparatos, & diſmembratos in novam Provinciam dicti Ordiuis, quæ Provincia Neapolitan. nuncupari debeat, & Capitula Provincialia pro Prioris Provincialis, Definitorum, aliorumque Officialium ipſius Provinciæ electione, ac Congregationes, alioſque Congreſſus ad inſtar aliarum Provinciarum Ordinis hujuſmodi celebrare, ac omoibus, & ſingulis prærogativis, præeminentiis, Juribus, honoribus, privilegiis, gratiis, & Indultis, quibus aliæ ejuſdeio Ordinis Provinciæ tam de jure, uſu, & conſueudine, quam alias qnomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere poſſunt, & poteruut in futurum, pariformiter, & abſque ulla prorſus differentia uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite poſſint, & valeant motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus ſine cujuſquam præjudicio pariter in perpetuum erigimus, & ioſtitoimus.

Erectio eorumdem in novam Provinciam Neapolitan. nuncupandam.

Statuuntur quædam circa Conventum Montis Sancti Acephalum.

§.3. Quoniam vero Conventus Montis Sancti ouncupat. Neapolitan. Ordinis præfati multis ab hinc annis Acephalus, & independens reperitur, nullaque ſpes illum Provinciæ Montis Sancti Ditioois Noſtræ Eccleſiaſticæ dicti Ordiois uniendi ſubeſt, dilecto Filio Moderno Priori Generali ejuſdem Ordinis præfatum Conventum Montis Sancti dictæ Proviociæ Neapolitao. ſic erectæ, & inſtitutæ uniendi, & incorporandi, ac eum ipſius Conventus Fratribus, qui in eo remanere voluerint ſuper eorum Conſtitutionum reformatarum obſervantia diſpenſandi opportunam facultatem Motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitodine ſimilibus tribuimus, & impartimur, ſtatuentes, ut electio Prioris Proviocialis, Defioitorum, aliorumque Superiorum, & Officialium novæ Provinciæ ſic erectæ ad præſcriptum Conſtitutionum, ac juxta morem ejuſdem Ordinis ab illis, ad quos ſpectat rite, ac ordine quam primum celebretur,

Clauſulæ amplisſimæ.

§.4. Decernentes ipſas præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet in præmiſſis jus, vel iotereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, etiam ſpecifica, & individua menſione, & expreſſione digni illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque cauſæ, propter quas præſentes emanarint, ſufficienter adductæ, aut verificatæ, & juſtificatæ fuerint, aut ex quavis alia quantumlibet juridica, pia, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis oullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis Noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet etiam quantumvis formali, & ſubſtantiali, individuamque expreſſionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controverſiam notari, aut ad terminos juris reduci, aut adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remediuio intentari, vel impetrari, aut etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam in Judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe; ſed ipſas præſentes Literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & ſuos, ſuoſque plenarios, & iotegros effectus ſortiri, & obtiuere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit io omnibus, & per omnia pleuiſſime ſuffragari, & ab eis reſpective iovIolabiliter obſervari; ſicque, & oon aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ præfatæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apoſtolicæ Sedis Nuncios, alioſve quoſlibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari,

Cum derogatoriis.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutiooibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenus opus ſit Ordinis, Proviuciæ, & Conventuum hujuſmodi, aliiſque quibuſvis, etiam Juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis, etiam dicto Ordini, ejuſque Superioribus, & quibuſvis aliis perſonis, & locis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac eum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, in contrariom præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda,

Digitized by Google

da, aut aliqua alia exquiſita forma adhoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, ac forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & inſererentur, iiſdem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſsis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, harum ſerie ſpecialiter, & ampliſſime derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XVIII. Maij MDCCXXV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

LXIX.

Dat. 19. Maii 1725. Ann. 1.

Decernitur, ut in Eccleſiis Cathedralibus Italiæ, Inſularumque adjacentium Præbenda Theologalis, & Canonicus Pœnitentiarius inſtituatur; cum quibuſdam Ordinationibus.

Hujus Conſt. ed. 1725. Maji 9. P. 1. præſcriptum fuit Ordinariis Italiæ Inſularumque adjacentium, ut Seminariorum erectionem promoveant deque congruis redditibus provideant.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

PAſtoralis Officii noſtri eſſe ducimus aſſiduo, enixoque ſtudio curare, ut univerſa Sacræ Tridentinæ Synodi Decreta ubique inviolabiliter obſerventur; Sed eorum præ cæteris executionem ſtrenue promovendam, urgendamque nobis eſſe arbitramur, ex quibus majorem in Eccleſia Dei utilitatem proventuram fore conſpicimus, ac eos potiſsimum, quorum opus in prædicatione, & doctrina conſiſtere debet, ut cunctos ædificent tam fidei ſcientia, quam actionum diſciplina, excitari maxime poſſe confidimus ad impenſius frequentandam tantopere neceſſariam Sanctarum Scripturarum lectionem, quas qui neſcit, ut Beatus Hieronymus admonet, neſcit Dei virtutem, ejuſque Sapientiam; nam ignorantiam Scripturarum, ignoratio Chriſti eſt.

A Concilio Trident. iam pridem præfatæ Præbendæ Theologalis inſtitutioni conſultum.

§. 1. Cum itaque ſaluberrimo prædicti Concilii Tridentini Decreto relato in *Cap. 1. Seſſ. 5. de Reformat.* Cautum ſit, ut nedum in Eccleſiis Cathedralibus, ſed in Collegiatis etiam Oppidorum inſignium, in quibus Præbenda, aut præſtimonium, ſeu ſtipendium pro Sacræ Scripturæ Lectoribus conſtitutum non reperitur, Præbenda quomodocumque, præterquam ex cauſa reſignationis, primo vacatura ipſo facto ad eum uſum perpetuo conſtituta, ac deputata intelligatur: Et quatenus nulla, vel non ſufficiens Præbenda foret, Locorum Ordinarii per aſsignationem fructuum alicujus ſimplicis Beficii, debitis tamen ejus ſupportatis oneribus, vel per contributionem Beneficiatorum ſuarum Diœceſum, vel alias prout commodius fieri poterit, ita provideant, ut ipſa Sacræ Scripturæ lectio omnino habeatur.

Cauſæ præſentis Conſtitutionis.

Verum ejuſmodi provida præfati Concilii diſpoſitio in aliquibus Cathedralibus, ſicut non abſque gravi animi noſtri dolore percepimus, hucuſque neglecta, debitæque executioni demandata non fuerit; Hinc igitur eſt, quod Nos illius executionem pro Pontificiæ vigilantiæ debito urgere intendentes, Motu proprio, ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſancimus, decernimus, & mandamus, ut in Cathedralibus quibuſcumque Italiæ, Inſularumque adjacentium, in quibus Præbenda Theologalis hactenus inſtituta non fuerit, Præbenda primo vacatura poſt ejuſdem præſentis Conſtitutionis publicationem ſive ad nos, Sedemque Apoſtolicam, ſive ad Ordinarium illius collatio, atque proviſio pertineat, ipſo jure, & abſque ulla alia declaratione, ſit, ac eſſe cenſeatur Præbenda Theologalis conſtituta.

Conſtitutio prædicta pro Præbenda Theologali, motu proprio edita.

Nonnullæ hac ſuper re ordinationes.

§. 2. Volumus inſuper, ut tam illa, quam reliquæ omnes aliæ Præbendæ Theologales hactenus conſtitutæ, & deputatæ conferri ſemper debeant Doctori in Sacra Theologia, vel qui infra annum Doctoralem Lauream in eadem facultate ſuſcipiat, & cæteroquin magis idoneo in formali concurſu ab Examinatoribus renunciato, eo plane modo, quo Parochiales Eccleſiæ conferuntur. Hunc porro in finem, quotieſcumque ejuſmodi Præbenda Theologalis conferenda erit, per Edictum publicum vocentur quicumque concurrere, & examini ſeſe ſubjicere voluerint, coram Epiſcopo, & quatuor Examinatoribus, etiamſi Synodales non ſint, ab eodem Epiſcopo actu eligendis, ac deputandis, in Theologali tamen facultate licentiatis, & valde peritis, ſive Secularibus, ſive Regularibus, & illi, qui in ejuſmodi concurſu probatus, magiſque idoneus renunciatus fuerit, Præbenda conferatur. Quoties autem Præbendæ collatio ad Sanctam Sedem ſpectabit, Epiſcopus ad Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem acta concurſus tranſmittere teneatur, ut ipſe vacantem Præbendam illi aſſignare, atque conferre poſsit, quem cæteris digniorem, & magis idoneum in Domino judicaverit. Quod ſi Epiſcopus primo vacaturam Præbendam contra formam in præſenti Conſtitutione præſcriptam conferre præſumpſerit, vel etiam in aliis occurrentibus caſibus eamdem formam obſervare neglexerit: illius collatio, atque proviſio ipſo jure nulla, & irrita, nulliuſque prorſus roboris, vel momenti ſit, ac eſſe debeat, ejuſdemque Præbendæ diſpoſitio ſtatim devolvatur, & pertineat ad Sanctam Sedem, & Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, a quo Doctori in Sacra Theologia conferetur.

Conſulitur executioni officii Præbendæ Theologalis.

§. 3. Cæterum, ut fructus, quem Tridentina Synodus ea Præbendæ Theologalis inſtitutione perceptum iri ſperavit, omnino re ipſa, & cum effectu percipiatur, volumus, ſtatuimus, & mandamus tertiam partem proventuum dictæ Præbendæ Theologalis ab Epiſcopo diſtribui, & proportionabiliter applicari ſingulis Lectionibus Sacræ Scripturæ, quæ a Præbendato præſcriptis diebus, & horis totius anni habendæ erunt, itaut ſi Præbendatus univerſas Lectiones habuerit, aſsignatas diſtributiones integras abſque ulla prorſus diminutione conſequatur; Si vero in aliqua, vel pluribus Lectionibus defecerit, diſtributiones neglectus lectionibus

oibus reſpondentes amittat, quæ in Sacriſtiæ Eccleſiæ beneficium cedant, ac erogentur. In caſu autem gravioris contumaciæ Præbendati liceat Epiſcopo deputare alium Theologum Sacerdotem Secularem, vel Regularem, qui jugiter ſupplendo ejuſdem Præbendati vices, præfatis diſtributionibus potiatur.

Statuuntur quædam pro conficiendo congruo annuo redditu hujus Præbendæ.

§.4. Quoniam vero nonoolli Epiſcopi, ſicut accepimus, ut propriæ incuriæ aliquod velamen obtendaot, dilatæ erectionis ejuſmodi Præbendæ Theologalis cauſam iu tenuitatem, ac inſufficientiam Præbendarum ſuarum Eccleſiarum rejicere ſolent: Nos omnem de cætero prætestum, ſive excuſationem e medio tollere, ac penitus eliminare volentes, moto, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus decernimus, ſtatuimus, atque præcipimus, quod ubi Præbenda Theologalis, computatis etiam diſtributionibus quotidianis, ad annuom ſaltem redditum ſcutorum ſesaginta monetæ Romanæ non aſcendat, pro ſomma ad hanc Taxam conficiendam deficiente iidem Epiſcopi unire poſſint, & debeant eidem Præbendæ aliquod ſimplex Beneficium, cujus ſupplemento prædicta ſumma conficiatur, primo vacaturum io quocumque menſe, & qualitercumque, ac quomodocumque Sedi Apoſtolicæ affectum, & reſervatom, ita tamen ot a tali unione illa omnia Beneficia, quæ pro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, Papæ Familiaribus, Nunciis Apoſtolicis, atque Prælatis Congregationum, quibus iidem Sanctæ Rumanæ Eccleſiæ Cardinales interſunt, Secretariis iu alia Conſtitutione ad promovendam Seminariorum erectionem noviſſime per Nos condita peculiariter reſervavimus, perpetuo reſervata, & escepta ſint, ac eſſe intelligantur, & quidquid ſecus fieri contingeret, es nunc prorſus irritum, ac inane, nulliuſque roboris, vel momenti eſſe, ac fore decernimus, & declaramus.

Idem quod ſupra ſancitur pro inſtitutione Canonici Pœnitentiarii

§. 5. Poſtremo qoæcumque hactenus de Præbenda Theologali, & Sacræ Scripturæ Lectione ſancivimus, esteodimus etiam, ac adamuſſim obſervari vulumus, & mandamus (congrua tamen congruis referendo) quoad inſtitutionem Canonici Pœnitentiarii in illis Cathedralibus, in quibus non dum fuerit inſtitutus, ejuſque honeſtam ſubſtentationem, concurſum, depotationem, omniaque alia ad illius officium pertinentia; ac præter illa, quæ a nobis ſuperius diſpoſita ſuut, ea ioſuper, quæ Tridentina Synodus *Cap.8. Seſſ.24. de Reformat.* de hujus Miniſtri qualitate, ætate, ac esemptione a ſervitio Chori conſtituit, exacte obſervari decernimus, præcipimus, & mandamus.

Clauſulæ.

§. 6. Decernentes etiam præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque pleoarios, & integros effectos ſortiri, & obtinere, necnon præmiſſa omoia, & ſingula in illis contenta per eos, ad quos ſpectat, & in futurum quomodolibet ſpectabit, perpetuo inviolabiliter obſervari: ſicque, & non aliter per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quacumque poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatoriæ peculiares.

§.7. Noo obſtantibus quateuus opus ſit, noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis quibuſcumque, aliiſque Apoſtolicis, etiam iu Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis ad favorem quarumcumque perſonarum editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon quorumvis Ordinum, Congregationum, Societatum, ac Inſtitutorum, aliiſve quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apoſtolicis eiſdem Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Inſtitutis, & quibuſvis aliis ſub quibuſcumque verborom tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, vel alias quomodolibet in contrarium præmiſſorom conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importautes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aot aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſervanda foret, tenores hujſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ioſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtasat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Mandatur publicatio præſentium literarum.

§. 8. Ut autem præſentes literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, ſeu earum esempla ad Valvas Eccleſiæ Lateraueuſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ot moris eſt affigi, & publicari, ſicque publicatas, & affixas omoes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent: Utque earumdem præſentiom literarum tranſumptis, ſeu esemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſctiptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ muoitis, eadem ubique fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Infliguntur pœnæ in contraventores.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum ſanctionis, inſtitutionis, præcepti, voluotatis, mandati, decreti, & derogationis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Paoli Apoſtolorom ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apod S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quinto, XIV. Kal. Iunii Pontificatus noſtri Anno Primo.

Eri-

Digitized by Google

LXX.

Dat. 11. Maii 1725. an. 1.

Erigitur Conventus Carmeli Majoris Ordinis Carmelitarum Provinciæ Neapolitanæ in Collegium Studii generalis pro Provinciis Regni Neapolitani ejuſdem Ordinis; cum quibuſdam legibus.

Hujus Conſt. ed. 1725. Maji 18. P.I. idem Conventus cum aliis quibuſdam erectus fuit in Provinciam Neapolitanam dictam.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX commiſſo Nobis divinitus Paſtoralis ſollicitudinis munere, ſacrarum literarum, ac laudabilium diſciplinarum ſtudia, præſertim inter Chriſtifideles Divinis obſequiis ſub ſuavi Religionis jugo addictos opportunis rationibus excitamus, & promovemus, ſicut matura deliberatione adhibita, ad Omnipotentis Dei gloriam, Religionis decus, & incrementum, ac Catholicæ fidei præſidium, & propagationem ſalubriter expedire in Domino arbitramur.

Alias nuper Conventus prædictus cum quibuſd. aliis a Provincia terræ Laboris d. Ordinis diſmembrati, in novam Provinciam ab hoc Pontifice erecti fuere.

§.1. Nuper ſiquidem ad ſedanda animorum diſſidia, quæ inter Fratres Provinciæ Terræ Laboris in Regno Neapolitano Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo intercedebant, Conventum Carmeli majoris nuncupat. Civitatis Neapolitan. cum decem ejus grangiis, necnon quinque alios Conventus, ſcilicet de Pomiſiliano, d'Arco, Caſtri Maris, Sancti Eliæ, & Sueſſan. Provinciæ, & Ordinis prædictorum ab eadem Provincia Terræ Laboris perpetuo ſeparavimus, & diſmembravimus, ipſoſque Conventus cum Grangiis prædictis ſic ſeparatos, & diſmembratos in novam Provinciam dicti Ordinis, quæ Provincia Neapolitan. nuncupari deberet, cum omnibus privilegiis, & prærogativis ad inſtar aliarum ejuſdem Ordinis Provinciarum in perpetuum ereximus, & inſtituimus, & alias prout in Noſtris deſuper in ſimili forma Brevis die 19. currentis menſis expeditis Literis, quarum tenorem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, ac de verbo ad verbum inſerto haberi volumus, uberius continetur.

Erectio ejuſd. Conventus in Collegiū Studii Generalis.

§.2. Nunc autem, ut ſacrarum, eiſque ancillantium bonarum literarum ſtudia non minus in prædictis duabus, quam in reliquis quatuor fratrum ejuſdem Ordinis Provinciis in Regno Neapolitano conſiſten., Apuliæ nempe, Calabriæ, Viti, & Aprutii in futurum vigeant, quantum cum Domino poſſumus providere cupientes, memoratum Conventum Carmeli Majoris Civitatis Neapolitan. in Collegium Studii generalis pro omnibus ſex Provinciis præfatis, illorumque fratribus auctoritate Apoſtolica tenore præſentium itidem perpetuo erigimus, & inſtituimus cum infraſcriptis pro recta, & felici ipſius Collegii ſtudii Generalis conſtitutione, & directione legibus, nimirum.

I.

Leges præd. pro directione ejuſdem Collegii.

§.3. *Primo. Che d'ogni Provincia ſiano affigliati al Collegio tre Maeſtri, e tre Padri ſemplici dei meglieri, che ſiano nelle ſudette Provincie, e di tutti queſti, cioè diciotto Maeſtri, e dieciſette Padri ſemplici, ſi deve componere il conſeglio del Convento dovranno aver voce in tutte l'elezioni, e Concluſioni Capitolari del medemo.*

II.

Secondo. Che d'ogni Provincia ſiano affigliati al Collegio ſei Laici de più capaci a ſervire.

III.

§.4. *Terzo. Che l'affigliazioni de Maeſtri, Padri ſemplici, e Laici, ſi devono fare in queſta forma. Per ogn'uno d'affigliarſi il Difinitorio della Provincia congregato deve proponere alli Padri del Conſeglio parimente* per vota ſecreta*, delli tre nominati ne devono eleggere uno per figlio del Collegio. E queſto ſi deve fare ogni volta, che o per morte, o per altra cauſa, mancarà qualcheduno dell'affigliati.*

IV.

§.5. *Quarto. Che per la prima volta abbia da eleggere l'Affigliati il Generale colla facoltà di eleggerne alcuni di quelli, che attualmente ſono figli del Carmine Maggiore a nome delle Provincie, che giudicarà più convenienti: e ciò per uſare equità colli ſudetti figli, ed in ſpecie colli vecchi.*

V.

Quinto. Che ogn'una delle ſei Provincie vi debba mandare allo ſtudio ſei Studenti dei più capaci, da nominarſi dal loro Difinitorio Provinciale congregato, a quali Studenti le ſteſſe Provincie dovranno ſomminiſtrare un veſtiario competente, a fine di poterſi mantenere ſenza interrompere lo ſtudio con andare a predicare la Quareſima.

VI.

Seſto. Che terminato tutto il corſo de ſtudj, li ſudetti Studenti dovranno ritornarſene alle loro Provincie, ed eſſere preferiti agl'altri nella proviſione delle Catedre.

VII.

§.6. *Settimo. Che nel Collegio vi debbano eſſere, un Prefetto di ſtudj con obbliga di ſpiegare la Sagra Scrittura, un Reggente per la Teologia Scolaſtica, uno per la Polemica, un Lettore per la Morale, ed uno per la Filoſofia, e tutti ſaranno tenuti a leggere di continuo, e oltre le ſolite vacanze dell'Eſtate, il Prefetto, ed il Letter Morale due volte la ſettimana, gl'altri ogni giorno levate le Feſte, e Giovedì.*

VIII.

Ottavo. Che il Prefetto, Reggenti, e Lettori ſiano proviſti di Veſtiario ſufficiente dallo ſteſſo Collegio, a fine di poterſi mantenere, ſenza interrompere le lezioni con andare a predicare la Quareſima.

IX.

§.7. *Nono. Che l'elezioni del Priore, Sottopriore, Sagreſtano, Procuratore, Depoſitario, ed altri Officiali del Collegio, ſi doveranno fare da due anni in due anni dalli trentaſei Padri del Conſeglio* per

Digitized by Google

pèr vota ſecreta; *con queſto, che vi ſia il Turno per l'affigliati da tutte ſei le Provincie; in modo però, che uno Officiale ſia dell'affigliati da una Provincia, un'altro dall'altra, nè mai due delli ſopradetti Officii ſi dovranno trovare in due affigliati dalla ſteſſa Provincia. Tolto nella prima provviſione da farſi dal Padre Generale ſin tanta, che il Collegio ſia proviſto di ſogetti Capaci a tali Cariche.*

X.

Decimo. Che li ſei Clavarii, ſei Diſcreti, ſi dovranno parimente eleggere da due anni in due anni nel tempo ſteſſo, che ſi eleggono gl'altri Officiali, e dovranno eſſere uno per Provincia delli ſteſſi affigliati.

XI.

§.8. *Undecimo. Che il Generale deve preſiedere*, ſive per ſe, ſive per alium *in tutte le accennate elezioni, quali terminate, o il Generale, o il Preſidente da lui deſtinato, deve immediatamente viſitare il Collegio, e fare rinovare l'Inventario di tutto, e ciò deve eſſere fra lo ſpazio di ſoli quindeci giorni.*

XII.

Duodecimo. Che il Priore colli ſuoi Officiali devono da tre meſi in tre meſi bilanciare lo ſtato del Collegio in preſenza degli altri Affigliati, che hanno voce, e mandarlo al Generale ſottoſcritto da tutti li Padri del Conſeglio.

XIII.

Terzodecimo. Che li Maeſtri affigliati al Collegio poſſino intervenire colla voce attiva, e paſſiva alli Capitoli Provinciali, che ſi celebraranno nelle loro reſpettive Provincie, e che non andando, anche aſſenti poſſino eſſere eletti Provinciali.

XIV.

Quartodecimo. Oltre anche i Maeſtri, e Studenti, ſiano obligati intervenire agli atti communi, & in ſpecie andare al Coro, non oſtante qualſivoglia conſuetudine in contrario; eccetto quelli, che attualmente, o leggono, o predicano.

Clauſulæ.

§.9. Decernentes præſentes literas, & in eis contenta ſemper firma, valida, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab illis reſpective inviolabiliter, & exacte obſervari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Cum derogatoriis.

§.10. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit Ordinis, Provinciarum, & Conventuum prędictorum, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXII. Maji MDCCXXV. Pontificatus noſtri Anno Primo.

LXXI.

Confirmatur Conſtitutio Pii IV. ſuper erectione Eccleſiæ Urbinatenſis in Metropolitanam, & ſubjectione eidem Eccleſiæ Eugubinæ; quæ iterum prædictæ Urbinatenſi Eccleſiæ perpetuo ſubjecta declaratur.

Dat. 23. Maii 1725. Ann. 1.

Dicta Pii Conſtitutio hic inſerta edita fuit 1563. Junii 4. P. 4. & hujus Conſt. ed: 1726. Sept. 12. P. 3. erigitur in Sedem Archiepiſcopalem Cathedralis Lucen.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum DEI.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

Circumſpecta Romani Pontificis providentia iis, quæ rationabilibus ſuadentibus cauſis pro Chriſtifidelium utilitate, ſalubrique, & proſpera Eccleſiarum, præſertim Cathedralium, ac Metropolitanarum directione a Prædeceſſoribus ſuis laudabiliter diſpoſita, & conſtituta fuiſſe dignoſcuntur, ut eo firmius illibata permaneant, quo ſæpius fuerint Apoſtolicæ Sedis communita præſidio, libenter ſuæ approbationis, atque confirmationis robur adjicit, & ſi quando ob rerum, ac temporum varietatem, vel exorta diſſidia, debitæ executioni ex integro demandata non fuerint, & inſtaurat, ac de novo decernit, excitatas controverſias dirimit, interjecta impedimenta e medio tollit, & alias Apoſtolicæ auctoritatis partes deſuper interponit, prout omnibus circumſtantiis mature perpenſis, eorumdem fidelium ſaluti, & commodis, Eccleſiarumque prædictarum, ac illis præpoſitorum Sacrarum Antiſtitum pacifico, & tranquillo ſtatui conſpicit in Domino ſalubriter expedire.

Alias a præfato Pio IV. Eccleſia Urbinatenſis in Metropolitanam erecta fuit; eique Eugubina Eccleſia inter alias ſubjecta.

§.1. Sane olim fel. recor. Pius Papa IV. Prædeceſſor noſter ſecum reputans Eccleſiam Urbinatenſem Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjectam inter alias illarum partium Cathedrales Eccleſias inſignem, ac nobilem, necnon Urbini Civitatem Ducatus titulo, egregiarumque perſonarum multitudine, & Cleri, Populique frequentia decoratam, Metropolitica prælatione merito dignam exiſtere, habita prius deſuper cum Venerabilibus Fratribus noſtris, tunc ſuis S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, ac de eorum conſilio, eamdem Urbinatenſem Eccleſiam in Metropolitanam cum omnimoda Juriſdictione, & ſuperioritate, necnon Pallii, & Crucis delatione, aliiſque Metropoliticis Inſigniis, perpetuo erexit, ac inſtituit, illique Callienſem, Senogallienſem, Piſaurenſem, Foroſempronienſem, Feretranam, & Eugubinam

Sedi præfatæ ſimiliter immediate ſubjectas, & in Ducatu Urbinatenſi conſiſtentes Eccleſias, com earum Civitatibus, & Diœceſibus pro ſua Provincis, illarumque Præſules pro tempore exiſtentes pro ſuis ſuffragsneis Epiſcopis, necnon Capitola, Clerum, & Populum earumdem pro ſuis Provincialibus, videlicet Callien., Senogallien., Piſauren., Foroſempronien., & Feretrau. Eccleſias, ipſorum Epiſcoporum ad hoc espreſſo accedeute conſenſu: Eugubinam vero, poſtquam tunc esiſtentis Epiſcopi Eugubini, & Cardinalis Jacobi de Sabellis nuncupati, cui regreſſus, ſeu acceſſus, & ingreſſus ad ipſam Eugubinsm Eccleſiam in certos tunc espreſſos eventus Apoſtolica auctoritate reſervatus fuerat, acceſſiſſet aſſenſus, alias ejuſdem Eccleſiæ Eugubinæ vacatione pro tempore occurreute perpetuo conceſſit, & aſſignavit, necnon univerſos prædictos Præſules quo ad omnia Metropolitica Jura esiſtenti pro tempore Archiepiſcopo Urbinatenſi ſubjectos eſſe, & tanquam membra capiti, obſequi, ac de Archiepiſcopalibus Juribus per eos reſponderi debere voluit, & mandavit, quemadmodum uberius continetur in literis Apoſtolicis a prædicto Pio Prædeceſſore deſuper editis, quarum tenor eſt, qui ſequitur, videlicet.

Conſtitutio præd. Pii IV.

§ 2. Pius Epiſcopus Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Super univerſas Orbis Eccleſias, eo diſponente, qui cunctis imperat, & cui omnia obediunt, meritis licet inſufficientibus a Domino conſtituti levamus in circuitu Agri Dominici oculos noſtræ mentis more pervigilis Paſtoris inſpecturi quid Eccleſiarum ipſarum, præſertim Cathedralium inſignium, ſtatui, & decori congruat, quidve operis circa illas, earumque ſtatum proſperum, & felicem impendi debeat, & divino fulti præſidio, quo cuncta ex ſui benignitate pro Populorum ſuorum fidelium ſalute diſponuntur, ad ea quæ ſtatui Eccleſiarum hujuſmodi congruunt, noſtrique officii partes ſalubriter, & utiliter impendere curamus, proot etiam Fratrum noſtrorum S. R. Eccleſiæ Cardinalium expoſcit devotio, Noſque in Domino conſpicimus espedire.

Cauſæ, quæ præd. Pont. impulerunt.

§. 3. Sane conſiderantes Eccleſiam Urbinatenſem Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjectam, cui Venerab. Frater noſter Felix Epiſcopus Urbinsten. præeſſe dignoſcitur, & ad quam alias regreſſus, ſeu acceſſus, & ingreſſus per ceſſum, vel deceſſum dicti Felicis Epiſcopi, ac forſan in certos alios tunc espreſſos eventus, Dilecto filio noſtro Julio S. Petri ad Vincula Diacono Cardinali de Urbino nuncupato Apoſtolica auctoritate conceſſus extitit, inter alias illarum partium Cathedrales Eccleſias inſignem, ac nobilem, necnon Civitatem Ducatus titulo, egregiarumqoe Perſonarum multitudine celebrem, ac Cleri, & Populi numeroſitate decoratam, Metropolitica prælatione merito dignam exiſtere; Quodqoe ſi Eccleſia ipſa Urbinaten. in Metropolitanam, & in ea una Archipresbyteratus nuncupandæ Dignitates erigerentur, necnon Callien., Senogallien., Piſauren., Foroſempronien., Feretran., & Eugubin., etiam Sedi præfatæ immediate ſubjectæ, & in Ducatu Urbinatenſi conſiſtentes Eccleſiæ illi Metropolitico jore ſubjicerentur, non ſolum Eccleſiæ, ac Civitatis, & Ducatus Urbinaten. decori, ac venuſtati; ſed etiam Callien., Senogallien., Piſauren., Foroſempronien., Feretrau., & Eugubinæ Eccleſiarum prædictarum, ac illis pro tempore præſidentium Prælatorum, necnon dilectorum filiorum Cleri, & Populi Civitatum, & Ducatus earumdem comoditatibus, & utilitatibus plurimum conſuleretur.

Erectio præfatæ Eccleſiæ Urbinatenſis in Metropolitanam cum ſubjectione eidem nonnullarum Eccleſiar. inter alias Eugubinæ.

§. 4. Ex his, & nonnullis aliis rationabilibus cauſis, præfato Julio Cardinali, qui Menſæ Epiſcopali dictæ Eccleſiæ Urbinaten. oltra illius fructus snnuos 500., & Archipresbyteratui 100. & Decanatui præfatis alia 100. ſcuta es bonis ſuis patrimonialibus pro illorum dote, annuatim donavit, & aſſignavit, hoc ſummopere deſiderante, ac nobis deſuper ſupplicante; habita ſuper his cum Venerabilib. Fratrib. noſtris deliberatione matura, ad Omnipotentis Dei laudem, & honorem, necnon totius Militantis Eccleſiæ Gloriam, prædictam Eccleſiam Urbinatenſem in Metropolitanam cum Archiepiſcopali dignitate, ac omnimoda Juriſdictione, & ſuperioritate, necnon Pallii, & Crucis delatione, ac aliis Metropoliticis Inſigniis, necnon in ea unum Archipresbyteratum pro uno Archipresbytero, ac unum Decanatum, quæ inferiores inibi dignitates exiſtant pro uno Decano, qui poſt Præpoſitum, & Archidiaconum, ac ante omnes Canonicos ejuſdem Eccleſiæ Urbinsten. Stallum in Choro, locumque, ac vocem in Capitulo ipſius Eccleſiæ habeant, de ipſorum fratrum conſilio, & auctoritate Apoſtolics, tenore præſentium perpetuo erigimus, & inſtituimus, ac eidem Eccleſiæ Urbinaten., Callienſem, Senogallien., Piſauren., Foroſempronien., Feretran., & Eugubin. Civitates, & Diœceſes cum illarum diſtrictu, ac Territorio pro ejus Provincia, ac Præſules pro tempore exiſtentes pro ſuis ſuffraganeis Epiſcopis, necnon dilectos filios Capitula ipſarum Callien., Senogallien, Piſauren., Foroſempronien., Feretran., & Eugubin. Eccleſiarum, ac Clerum, & Populum Callien., Senogsllien., Piſauren., Foroſempronien., Feretran, & Eugubin., Civitatum, & Diœceſum pro ſuis Provincialibus Callien., videlicet, & Senogallien., Piſauren., Foroſempronien., & Feretran. ex nunc Venerabilium Fratrum noſtrorum Callien., Senogallien., Piſauren., Foroſempronien., & Feretran. Epiſcoporpm ad hoc expreſſo accedente conſenſu: Eugubinam vero Eccleſias præfatas ex nunc, prout ex tunc, & e contra, cum Venerabilis Fratris noſtri Mariani Epiſcopi Eugubin., & (cui alias regreſſus, ſeu acceſſus, & ingreſſus ad ipſam Eccleſiam Eugubin. in certos tunc espreſſos eventus dicta auctoritate conceſſus fuit) dilecti filii noſtri Jacobi S. Mariæ in Coſmedin. de Sabellis nuncupati acceſſerit aſſenſus, alias ipſius Eccleſiæ Eugubin. vacatione pro tempore occurrente, perpetuo concedimus, & aſſignamus, necnon Menſæ Epiſcopali Eccleſiæ Urbinaten. hujuſmodi 500., & Archipresbyteratui 100., ac Decanatui præfatis alia 100. ſcuta per dictum Juliom Cardinalem, ut præfertur, donata, & aſſignata, etiam perpetuo applicamus, & appropriamus. Necnon eoſdem Præſules, Clerum, & Populum, quo ad omnem Metropolitanam, Archiepiſcopalem Superioritatem, Juriſdictionem, & Jura pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Urbinsten. ſubjectos eſſe, & tanquam membra capiti obſe-

quea-

quentes; ac per eos de Archiepiſcopalibus Juribus reſponderi debere volumus.

Clauſulę.

§.5. Decernentes ex nunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtram erectionis, inſtitutionis, conceſſionis, aſſignationis, applicationis, appropriationis, voluntatis, & Decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDLXIII. Pridie nonas Junii Pontificat. noſtri Anno IV.

Narrantur ordine controverſię omnes hinc ortę Urbinatenſem inter, & Eugubinam Eccleſiam.

§.6. Expeditis itaque, editiſque a Pio Prædeceſſore præinſertis literis Apoſtolicis, ac Urbinatenſis Eccleſia ad Metropolitanam dignitatem, & præeminentiam evecta, omnes, & ſinguli in eiſdem literis deſignati Epiſcopi, & ſuffraganei conſtituti, præterquam Epiſcopus Eugubinus, & Cardinalis de Sabellis Eugubinæ Eccleſiæ Reſervatarius hujuſmodi Erectioni Eccleſiæ Urbinaten. in Metropolitanam per ſe, vel Procuratores ad id ipſis ſpecialiter deputatos expreſſe, ſicut aſſeritur, conſenſerunt, & ſubinde Archiepiſcopum Urbinatenſem, ut verum, proprium, atque legitimum Metropolitanum agnoverunt, debitamque ſubjectionem illi, tamquam membra capiti præſtiterunt, & adhuc quiete, ac pacifice, abſque ulla prorſus querela, aut contradictione præſtant memoratus autem Eugubinæ Eccleſiæ Epiſcopus, tunc Marianus de Sabellis, non modo antedictæ erectioni aſſenſum, ut defertur, non præbuit, ſed ſuæ inſuper Eccleſiæ libertatem, & antiquam immediatam Sedi Apoſtolicæ ſubjectionem tueri ſatagens, cum anno 1568. juxta Sacr. Tridentini Concilii diſpoſitionem pro Synodo Provinciali Urbinatenſem Metropolim elegiſſet, ejuſmodi electionem facere declaravit, ac ſolemniter proteſtatus fuit, ſalva in omnibus priſca Eccleſiæ Eugubinæ exemptione, ac immediata ſummo Pontifici ſubjectione, itaut per hunc actum eidem Eccleſiæ nullum unquam præjudicium irrogetur, & non alias, aliter, nec alio modo.

Principio a Mariano Epiſcopo, & Cardinale de Sabellis nunquã erectioni aſſenſus præſtitus.

§.7. Verumtamen poſtquam præfati Marianus Epiſcopus, & Cardinalis de Sabellis Reſervatarius ex hac mortali vita migrarunt, Urbinatenſes Archiepiſcopi exiſtimantes ex præſcripto memoratæ Pianæ Conſtitutionis non amplius requiri conſenſum Præſulis Eugubini, illico jus Metropoliticum in Eugubina Civitate, ejuſque Diœceſi exercere cœperunt, atque multiplices tam voluntariæ, quam contentioſæ Juriſdictionis actus, ut expoſitum Nobis fuit, utrobique pacifice exercuerunt, & cauſas præſertim appellationum a Curia Epiſcopali Eugubina pluries cognoverunt, & judicarunt; Quin etiam ipſimet Eugubini Præſules per ea tempora ſeſe Archiepiſcopi Urbinatis ſuffraganeos aperte facti fuerunt, nam pluries occaſione proviſionis ejuſdem Eugubinæ Eccleſiæ a Summo Romano Pontifice ſibi expediri curarunt literas commendatitias nuncupatas, quibus præfato Archiepiſcopo mandabatur, ut eoſdem Præſules, Eccleſiamque illis commiſſam ſuffraganeam ſuam benigne reſpiceret, eoſque pro Sedis Apoſtolicæ reverentia propenſius commendatos haberet; ac inſuper unus ex eiſdem Epiſcopis in binis relationibus Status Eccleſiæ Eugubinæ juxta Conſtitutionem piæ itidem me. Sixti Papæ V. Prædeceſſoris noſtri Congregationi Venerabil. Fratrum noſtrorum S. R. Eccleſiæ Cardinalium Concilii Tridentini interpretum oblatis, eamdem Eccleſiam memorato Archiepiſcopo Urbinatenſi ſubjectam tam eſſe diſerte affirmavit.

Poſt hujus obitum Urbinatenſes Archiepiſc. jus Metropoliticum in Eugubina Diœceſi pacifice exercuerunt.

§.8. Hæc autem omnia, ſicut accepimus, contigerunt ab obitu prædicti Mariani Epiſcopi uſque ad annum circiter 1660. Quo ſane anno Alexander Sperellus tunc Epiſcopus Eugubinus ſtudiis indulgens illorum Civium, qui Urbinatenſi Metropolitano ſubeſſe ægro animo patiebantur, debitam, & uſque ad illud tempus præſtitam eidem Metropolitano ſubjectionem detrectare conſtituit. Quocirca Archiepiſcopus Urbinas, tunc Jacobus de Angelis, poſtea S. R. E. Cardinalis, ut ſuum jus Metropoliticum tueretur, adito Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Generalis Auditoris Tribunali, productiſque in eo præinſertis literis Apoſtolicis Pii Prædeceſſoris, Monitorium conſuetum ſuper earum obſervatione ſibi concedi, & Eugubino Epiſcopo deinde præſentari curavit. Cumque idem Epiſcopus circa initium ſequentis anni 1661. prædicto Monitorio ſe oppoſuiſſet, Archiepiſcopus intermiſſa intentati judicii proſecutione, recurſum habuit ad rec. me. Alex. PP. VIII. Prædeceſſorem pariter noſtrum, a quo reſcribi obtinuit præfatæ Congregationi S.R.E. Cardinalium Tridentini Concilii Interpretum, ut hujuſmodi cauſam ſummarie, & ſine figura judicii, prout de jure cognoſceret, ac terminaret. Propoſita igitur paulo poſt in eadem Congregatione, ac mature diſcuſſa præfata controverſia, cum plures, & graves hinc inde fuiſſent excitatæ difficultates, definita non fuit, & adhuc ibidem pendet indeciſa.

Denuo anno 1660. ſub Aleſand. Sperello Epiſc. Eugubino orta controverſia, quę Cong. Concilii remiſſa, definita non eſt.

§.9. Interea vero etſi Archiepiſcopi Urbinatenſes, ne ſuis juribus ceſſiſſe viderentur, Metropolitica omnia in Eugubinos exercere ſtuduerint, hi tamen parere ſemper detrectarunt. Quamobrem in noviſſima Eccleſiæ Eugubinæ propoſitione habita in Conſiſtorio die 11. Aprilis 1707. piæ me. Clemens PP. XI. Prædeceſſor etiam noſter, cui cæteroquin Archiepiſcopi Urbinatis jura ſatis nota, atque conſpecta erant, ne in Patriam indulgentior videretur, pro eximia animi ſui moderatione enunciari permiſit prædictam Eccleſiam eſſe Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjectam; Simul tamen præfati Urbinatenſis Archiepiſcopi rationibus conſultum volens aperte declaravit, & in literis Apoſtolicis exprimi voluit ſe per hoc non intendere juribus Eccleſiæ Metropolitanæ Urbinatenſis circa prætenſum Jus Metropoliticum quomodolibet competentibus in aliquo præjudicare, & Nos ipſi huic inhærentes exemplo, ac eadem plane mente, Venerabilem Fratrem Fabium hodiernum Epiſcopum Eugubinum ad Concilium Romanum, quod nunc maxime, benedicente Domino, celebramus, tamquam Eccleſiæ in Romana Provincia conſtitutæ Præſulem evocari, ejuſque Seſſionibus, atque etiam præſynodalibus Congregationibus coram Nobis pluries habitis intereſſe voluimus, & mandavimus,

Deinceps ſemper indeciſa manſit.

tametſi ex iis, quæ hac eadem occaſione tam pro parte Archiepiſcopi Urbinatis, quam pro parte Epiſcopi Eugubini, etiam ſcripto, prolixe Nobis expoſita fuerunt Archiepiſcopi Jura potiora, ſolidioribuſque fundamentis innixa viderentur.

Cauſa præſentis Conſtitutionis.

§.10. Nunc autem pro ea, quam gerimus omnium Eccleſiarum ſollicitudine attente conſiderantes incommoda, perturbationes, atque diſpendia, tum etiam offenſiones, & ſcandala, animarumque pretioſiſſimo Chriſti Sanguine redemptarum detrimenta, quæ ab hujuſmodi inter Sacros Antiſtites excitatis diſſidiis promanare ſolent, inter quos cæteroquin pacis tranquillitatem, charitatis fervorem, & concordiæ ſtudium vigere maxime decet, necnon animo reputantes non modo congruere, verum etiam ſummopere æquum, juſtumque eſſe, ut ea, quæ ab Apoſtolicæ Sedis auctoritate, ac providentia maturo, ſedulοque præmiſſo examine, ſemel ſancita, & conſtituta fuerunt, integrum, omnimodumque conſequantur effectum, ac inſuper amplitudinem, & præſtantiam reſpicientes antedictæ Civitatis noſtræ Urbinatenſis, quæ præter Archiepiſcopalem, qua inſignita refulget dignitatem omni tempore totius Urbinatenſis Ducatus Princeps, & Caput extitit, illuſtriumque Virorum copia perpetuo floruit, quæque noſtris præſertim diebus antiqua ſua decora, & laudes majorem in modum auxit, immo ad ſummum extulit culmen, cum felicem, fauſtumque dederit ortum natalibus nedum memorati Clementis Prædeceſſoris, qui Catholicam Eccleſiam diu perſancte gubernavit, ſed duorum etiam illius ex Germano Fratre Nepotum, videlicet Dilecti filii noſtri Annibalis Tit. S.Clementis Presbyteri S.R.E. Cardinalis Albani S. Clementis nuncupati, ejuſdemque S. R. E. Camerarii, & Dilecti pariter Filii noſtri Alexandri S. Mariæ in Coſmedin. Diaconi S. R. E. itidem Cardinalis Albani nuncupati, qui fidelem, ſedulamque operam in regimine univerſalis Eccleſiæ Nobis jugiter impendere non deſiſtunt, ſuiſque præclaris virtutibus communi eorum Patriæ non modicum ſplendorem, ac ornamentum adjiciunt: Quibus plane conſpicuis ejuſdem Civitatis noſtræ Urbinatenſis prærogativis adducti, non ita pridem illius Metropolitanæ Eccleſiæ quatuor Dignitatibus, & quindecim Canonicis præſentibus, & futuris, ut tam in Civitate, quam in Diœceſi Urbinatenſi, abſente, vel præſenti Archiepiſcopo, ſive interveniente Ditionis Urbinaten. S. R. E. prædictæ de Latere Legato in Miſſis, Veſperis, & Laudibus ſolemniter decantandis, ac etiam in proceſſionibus, cæteriſque omnibus Eccleſiaſticis functionibus, in quibus Sacra adhibentur paramenta, Mitra, aliiſque Indumentis, & paramentis tantum ad inſtar Abbatum uſum Mitræ habentium, uti libere, ac licite poſſint perpetuo conceſſimus, & indulſimus; Eiſque præterea, ut in eorum armis, atque inſigniis Mitram apponi facere, & addere valeant, licentiam pariter, & facultatem benigne impertiti ſumus, quemadmodum in literis Apoſtolicis anno Incarnationis Dominicæ 1724. tertio Idus Auguſti a Nobis deſuper expeditis plenius, ac uberius continetur.

Prædicta controverſia penitus abolетur.

§.11. Hinc igitur eſt, quod Nos prædictam inter Venerabiles Fratres Archiepiſcopum Urbinaten., & Epiſcopum Eugubinum vigentem controverſiam pro paternæ noſtræ vigilantiæ debito prorſus evellere, & ſubmovere, ac ut nullis unquam futuris temporibus ſuſcitari poſſit, opportune providere cupientes, illiuſque circumſtantias, ſtatum, & merita, necnon dictorum Præſulum, & quorumcumque aliorum intereſſe habentium Jura, actiones, rationes, & prætenſiones, earumdemque Eccleſiarum qualitates, ſituationes, & confinia, cæteraque omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſario exprimenda, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, eamdem controverſiam in ſtatu, & terminis, in quibus modo reperitur, a memorata Congregatione S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, necnon ab Auditoris Generalis Cauſarum Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, & quibuſcumque aliis Tribunalibus, in quibus eam forſan agitari contingeret, cum omnibus, & ſingulis ejus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoque negocio principali, Apoſtolica Auctoritate tenore præſentium ad Nos avocamus, illamque penitus, ac omnino ſupprimimus, extinguimus, & abolemus, præfatiſque Archiepiſcopo Urbinatenſi, & Epiſcopo Eugubino, necnon Capitulis, & Canonicis earumdem Eccleſiarum, omnibuſque aliis, & ſingulis perſonis in lite, & Cauſa prædictis intereſſe habentibus, ſeu quomodolibet habere prætendentibus, perpetuum, ac inviolabile ſilentium imponimus.

Confirmatur relata Pii IV. Conſtitutio.

§.12. Præterea motu proprio, ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione præinſertas Pii Prædeceſſoris literas, ac omnia, & ſingula in eis contenta, atque diſpoſita ampliſſime confirmamus, approbamus, ac innovamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis noſtræ vim, robur, atque munimen adjicimus, ac quatenus opus ſit, eaſdem literas adverſus quemcumque non uſum, ſeu contrarium uſum, qui quoquo modo prætendi poſſet, reſtituimus, priſtinumque in ſtatum reponimus, ac plenarie reintegramus, eaſque ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum, ac præſertim a moderno, & pro tempore exiſtente Epiſcopo Eugubino, in poſterum inconcuſſe, ac irrefragabiliter obſervari volumus, præcipimus, & mandamus.

Denuo Eugubina Eccleſia Archiepiſcopo Urbinati ſubjecta declaratur cũ quibuſd. ordinationibus.

§.13. Ad hæc, ut omnis anſa, & fomentum quibuſcumque ulterioribus litibus, & contentionibus de cætero præcidatur, ac prorſus e medio tollatur, præfatos Epiſcopum Eugubinum, ejuſque Clerum, & Populum (etiamſi Præſulis Eugubini conſenſus erectioni præfatæ Metropolitanæ Urbinaten. numquam acceſſerit, & propter hunc, vel alios quantumvis ſubſtantiales defectus, Piana Conſtitutio prædicta in Civitate, & Diœceſi Eugubina nunquam uſu recepta, nec obſervata fuerit) Archiepiſcopo Urbinati pro tempore exiſtenti ſubjectos eſſe, & tanquam membra Capiti, morem gerere, ac per eos de Archiepiſcopalibus Juribus reſponderi debere motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus volumus, decernimus, ſtatuimus, & declaramus; Quin etiam ad majorem, & abundantiorem cautelam prædicti conſenſus defectum quatenus de Jure neceſſario requireretur, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium ſupplemus,

& præ-

Digitized by Google

& præfatum Epiſcopum, ejuſque Clerum, & Populum Urbinati Archiepiſcopo quoad omnia Jura Metropolitica ſupra enunciata motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus de novo ſubjicimus, & ſubiectos eſſe volumus, & quatenus opus ſit, Civitatem, & Diœceſim prædictas a Provincia noſtra Romana perpetuo ſeparamus, avellimus, & diſmembramus, illaſque præfatæ Metropolitanæ Urbinaten. in perpetuum attribuimus, concedimus, & aſſignamus, ac pro ſeparatis, avulſis, & diſmembratis, ac reſpective attributis, conceſſis, & aſſignatis, ut ſupra, haberi volumus, & mandamus, itaut modernus, ac pro tempore exiſtens Archiepiſcopus Urbinas de cætero in Civitate, & Diœceſi Eugubina prædictis omnia, & ſingula Jura metropolitica pacifice exercere, ac Epiſcopum Eugubinum, ut ſuæ Eccleſiæ ſuffraganeum conſecrare, ad Synodum Provincialem evocare, cæteraque omnia ad Archiepiſcopi munus, & officium de jure, vel conſuetudine, aut alias quomodolibet ſpectantia, & pertinentia, facere, gerere, procurare, adminiſtrare, & exequi libere, ac licite valeat, & viciſſim modernus, ac pro tempore exiſtens Epiſcopus Eugubinus prædicto Archiepiſcopo, tanquam membrum Capiti obſequentes ad omnia, & ſingula teneatur, & obligatus ſit, ad quæ alii ſuffraganei ſuis Eccleſiis Metropoliticis, & Archiepiſcopis Metropolitanis de Jure, vel conſuetudine, aut alias quomodolibet tenentur, & obligati exiſtunt, quæque cæteri omnes Suffraganei, quos Pius Prædeceſſor in antedictis literis Urbinatenſi Metropolitano conceſſit, & aſſignavit, hactenus pacifice præſtiterunt, & præſtant, prædictamque Eugubinam Eccleſiam deinceps, & perpetuis futuris temporibus inter alias ſuffraganeas memoratæ Metropolitanæ Urbinaten. annumerandam, & cenſendam, & ſub ipſa Provincia Urbinaten. comprehenſam, & nullatenus ab ea exemptam, nec Sedi Apoſtolicæ immediate, ſed Archiepiſcopo præfato quoad Archiepiſcopalia, Metropolitica, & Provincialia Iura, & Juriſdictiones ſubjectam eſſe, & fore ſancimus, præcipimus, & mandamus.

Clauſulæ peculiares.

§.14. Decernentes pariter eaſdem præſentes literas ſemper, & perpetuo validas, firmas, ac efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectos ſortiri, & obtinere debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet cauſa, quantumvis legitima, & Juridica, etiam ex eo, quod aliqua ex præmiſſis, narratis, ac expoſitis non ſubſiſterent, & Epiſcopus, Capitulum, & Canonici dictæ Eccleſiæ, Eugubinæ, & quicumque alii cujuſcumque gradus, dignitatis, & conditionis exiſtant in præmiſſis omnibus, & ſingulis, & circa ea quomodolibet, & ex quavis cauſa, ratione, titulo, & occaſione Jus, vel intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes, illis non conſenſerint, aut ad ea vocati, & auditi, & cauſæ, propter quas eædem præſentes emanarint in Conſiſtorio noſtro, vel alibi, vocatis vocandis, & præviis debitis tractatibus, ac ſervatis, & adhibitis ſolemnitatibus, & aliis de Jure, vel conſuetudine, vel juxta Conſtitutiones, & Ordinationes Apoſtolicas, aut Eccleſiæ prædictæ Statuta, privilegia, & Indulta, etiam Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roborata, aut alias quomodolibet requiſitis, & in ſimilibus neceſſariis examinatæ, verificatæ, ac juſtificatæ non fuerint, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, ſeu invaliditatis vitio, vel intentionis noſtræ, aut Jus, vel Intereſſe habentium conſenſus, aut quolibet alio quantumvis magno, ſubſtantiali, inexcogitato, & inexcogitabili, ac ſpecificam, & individuam mentionem, ac expreſſionem requirente defectu, ſive etiam ex eo, quod in præmiſſis, eorumque aliquo ſolemnitates, & quævis alia de Jure ſervanda, & adimplenda, ſervata, & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite a Jure, Statuto, vel conſuetudine aliqua reſultante, ſeu etiam enormis, enormiſſimæ, totaliſque læſionis, aut quocumque colore, prætextu, ratione, vel cauſa, etiam in corpore Juris clauſa, & quantumvis juſta, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, & tali, quæ ad effectum validitatis præmiſſorum neceſſario exprimenda foret, aut quod de voluntate noſtra, & aliis ſuperius expreſſis nullibi appareat, nec alias probari poſſint, notari impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos Iuris reduci, vel adverſus illas reſtitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos Juris, aut aliud quodcumque Juris, vel facti, aut gratiæ, vel Juſtitiæ remedium impetrari, ſeu quomodolibet etiam motu ſimili conceſſo, vel impetrato, aut emanato uti, ſeu ſe juvare in Judicio, vel extra poſſe, neque ipſas præſentes ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum, & diſpoſitionum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliiſque contrariis diſpoſitionibus, etiam per Nos, & Succeſſores Noſtros, Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, & Sedem Apoſtolicam prædictam, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, & ex quibuſlibet cauſis, & ſub quibuſvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſlibet clauſulis, & Decretis, etiamſi in eis de eiſdem præſentibus, earumque toto tenore, ac data ſpecialis mentio fieret, pro tempore factis, & conceſſis, ac faciendis, & concedendis comprehendi, ſed tanquam ad majus bonum, & Eccleſiaſticarum Perſonarum prædictarum quietem, ac pacem tendentes, ſemper, & omnino ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum, ac eum in quo antea quomodolibet erant, ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam ſub quacumque poſteriori data quandocumque eligenda conceſſas eſſe, & fore: Sicque & non aliter, in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac dictæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, aut Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, aut alios quoſcumque quavis auctoritate, poteſtate, prærogativa, & privilegio fungentes, ac honore, & præeminentia fulgentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate in quocumque Judicio, & quacumque Inſtantia judicari, & definiri debere, & ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, ac inane decernimus, & declaramus.

§.15. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, no-

ſtra,

ſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de jure quæſito non tollendo, aliiſque in contrarium præmiſſorum quomodolibet editis, vel edendis, etiam in Synodalibus, provincialibus, univerſalibusque Conciliis ſpecialibus, vel generalibus, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac prædictarum Eccleſiarum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, ſtylis, uſibus, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, eorumque Superioribus, & Perſonis, ac locis quibuſcumque, etiam ſpecifica, & expreſſa, ac individua mentione dignis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, etiam Motu pari, ac conſiſtorialiter, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus, in contrarium præmiſſorum conceſſis, approbatis, confirmatis, & innovatis, etiamſi in eis caveatur expreſſe, quod illis per quaſcumque literas Apoſtolicas, etiam motu ſimili pro tempore conceſſas, & quaſcumque etiam derogatoriarum derogatorias in ſe continentes clauſulas derogari non poſſit, neque cenſeatur eis derogatum; Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut quæcumque alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, & clauſulas, etiam quantumvis prægnantes, pias, privilegiatas præſentibus pro plene, & ſufficienter ac de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, inſertis, expreſſis, & ſpecificatis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum omnium, & ſingulorum validiſſimum effectum hac vice dumtaxat latiſſime, & pleniſſime, & ſufficienter, necnon ſpecialiter, & expreſſe, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, harum ſerie derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Infliguntur pœnæ in contraventores.

§.16. Nulli ergo omnino hominum liceat Noſtram hanc paginam avocationis, extinctionis, confirmationis, declarationis, voluntatis, ſubjectionis, Mandati, decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſſimo quinto Decimo Kalendas Junii Pontificatus Noſtri Anno Primo.

LXXII.

Dat. 30. Maii 1725. Ann.

Statuuntur nonnulla pro augendis Redditibus Seminarii Eccleſiaſtici Cæſenaten.

Clem. XI. Conſt. ed. 1708. Jul. 21. P. 8. conceſſa fuit vinea quædam Collegio de Propaganda fide, & hujus Conſt. ed. 1725. Maji 9. P. 1. mandatur ordinariis Italiæ & Inſularum adjacentium, ut Seminariorum erectionem promoveant.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

AD Apoſtolicæ Dignitatis apicem, nullo licet Noſtrorum ſuffragio meritorum per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam evecti, in his, per quæ Seminaria, ad rectam adoleſcentium in bonis moribus, Eccleſiaſtica diſciplina, literarumque ſtudiis inſtructionem provide inſtituta non dum conſerventur, ac jugiter perſiſtant, verum uberiora quoque in dies ſuſcipiant incrementa, paſtoralis muneris Noſtri partes libenter interponimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Cauſæ præſentis Conſtitutionis exigui nempe redditus Seminarii prædicti.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, Seminarium Eccleſiaſticum in Civitate Noſtra Cæſenaten. centum, & ultra ob hinc annis fundatum, & erectum reperiatur cum modica dote, ſeu aſſignatione annuorum dumtaxat centum quinquaginta trium ſcutorum monetæ, quæ ex fructibus menſæ Epiſcopalis, & Capitularis, ac Beneficiorum Civitatis, & Diœceſis Cæſenaten. ad Sacri Concilii Tridentini decretorum præſcriptum detrahuntur, & ob Cleri inopiam, atque exiguas, ac multiplices portiones, quæ hanc pecuniæ ſummam conſtituunt, duræ, & difficilis, ut plurimum, exactionis redduntur, neque alia eidem Seminario integri, & amplius ab ejus fundatione ævi decurſu bona, quam parvi Conventus ſuppreſſi, ac cujuſdem hæreditatis cum onere alendi duos Juvenes ad quorumdam Patronorum nominationem inibi admittendos ei alias relictæ, ex quibus centum circiter ſcuta partis monetæ annuatim retrahuntur, huc uſque obvenerint, aut quæſita fuerint, itaut Seminarium prædictum, utpote congruis, ac neceſſariis redditibus deſtitutum in incerto ſemper ſtatu, ac periculo, ne ſenſim dilabatur, verſetur, quandoquidem annui ejus proventus vix mercedi Præceptoribus, Miniſtris, ac inſervientibus ſolvendæ, aliiſque communibus ſumptibus hujuſmodi faciendis ſatis eſſe dignoſcuntur.

Ordinationes quædam pro augendis redditibus ejuſdem Seminarii.

§.2. Nos hoc Sanctum, & pium opus a memorato Concilio Tridentino tantopere commendatum, ac pro recta Puerorum Civitatis, & Diœceſis prædictarum educatione, vel maxime neceſſarium, quod nullum ibi adſit Collegium Clericorum Societatis Jeſu, nullaque Domus Clericorum Regularium Congregationis Pauperum Matris Dei, Scholarum Piarum nuncupatorum, qui eos erudiant, ac inſtruant, quantum Nobis ex alto conceditur, providere cupientes, non abſimili ratione, quo olim Seminarii Eccleſiaſtici Civitatis Sypontin., cum Metropolitanæ iſti Eccleſiæ præeramus, egeſtati, approbante Congregatione tunc exiſtentium S.R.E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, opportune proſpeximus, ipſi Seminario Cæſenaten. ſubveniendum duximus. Idcirco Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine harum ſerie ſtatuimus, decernimus, & mandamus, ut deinceps perpetuis futuris temporibus Confraternitas, ſeu Hoſpitale Sancti Tobiæ, necnon Confraternitates Beatæ Mariæ de Suffragio, ac ejuſdem

Nempe, quibuſdam Confraternitatibus injungitur, ut ſummam quamdam ei contribuant.

dem Beatæ Mariæ de Populo reſpective nuncupatæ dictæ Civitatis Cæſenaten., eidem Seminario Cæſenaten. annua quinquaginta ſcuta paria pro earum qualibet contribuere, ac realiter, & cum effectu præſtare teneantur, & obligatæ exiſtant; ita tamen, quod unicuique ex tribus Confraternitatibus ejuſmodi nominare liceat ſingulis annis Puerum Civitatis prædictæ in eodem Seminario gratis alendum, & educandum, cujus nominatio hoc pacto fiat, nimirum pro parte cujuslibet dictarum Confraternitatum, earumve Confratrum tres Pueri de dicta Civitate Venerabili Fratri moderno, ac pro tempore exiſtenti Epiſcopo Cæſenaten. præſentetur, ex quibus unus ab eodem Epiſcopo, quem magis idoneum, ac melioris indolis in Domino judicaverit, deligatur.

Parvus quidam Conventus Ord. Eremitarum Sancti Auguſtini ſupprimitur, ipſique Seminario unitur.

§.3. Præterea parvum Conventum de Caſacarella Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini in Diœceſi Cæſenaten. ruri poſitum, in quo duo ſoli Fratres ejuſdem Ordinis de præſenti degunt, una cum illius Conventualitate, titulo, eſſentia, & denominatione, motu, ſcientia, deliberatione, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus tenore præſentium perpetuo extinguimus, ſupprimimus, & abolemus, ipſique Seminario in perpetuum unimus, & incorporamus, ac tam dicti parvi Conventus, bona mobilia, & immobilia ſacra, & profana, Domos, Vineas, prædia, Canones, reſponſiones, fructus, ac jura quæcumque, quam alterius Confraternitatis ſub Titulo Sanctiſſimi Roſarii ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis juxta Eccleſiam Fratrum Ordinis Prædicatorum præfatæ Civitatis Cæſenaten. erectæ, cujus bona, dum Eccleſiam Cæſenaten. regebamus, inanibus litibus, & controverſiis plerumque injunctis adverſus Fratres Ordinis prædicti, necnon temere contra Juriſdictionem Epiſcopalem per tunc exiſtentes ejuſdem Confraternitatis Confratres agitandis abſumi dolenter videbamus, omnes annuos fructus, redditus, & proventus cujuſcumque quantitati, ſpeciei, & valori exiſtant, eidem Seminario itidem perpetuo applicamus, & aſſignamus.

Clauſulæ peculiares.

§.4. Decernentes pariter eaſdem præſentes Literas, etiam ex eo, quod prædictarum Confraternitatum Officiales, & Confratres, ac dicti parvi Conventus, illiuſque Ordinis Fratres, & cæteri quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, & auditi, neque cauſæ propter quas præſentes emanarunt, adductæ, verificatæ, aut juſtificatæ, ullatenus fuerint, ullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, ſeu intentionis Noſtræ, aut alio quovis defectu etiam quantumvis magno, inexcogitato, & ſubſtantiali; ſive etiam ex eo quod in eiſdem præmiſſis ſolemnitates, & quævis alia ſervanda, & adimplenda, ſervata, & adimpleta non fuerint, vel ex quocumque alio Capite, a Jure, vel facto, aut ſtatuto, vel conſuetudine aliqua reſultante, etiam in corpore Juris clauſo, ſive etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, & quovis alio prætextu, occaſione, vel cauſa, etiam quantumvis juſta, rationabilis, & privilegiata, etiam talis, quæ ad effectum validitatis præmiſſorum neceſſario exprimenda foret, notari, & impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adverſus illas reſtitutionis in integrum, aperitionis oris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, ſeu quomodolibet conceſſo, aut impetrato quemquam in judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare poſſe, ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & quomodolibet ſpectabit in futurum pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari; ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & Apoſtolicæ Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Committitur Epiſc. Cæſenaten. executio harum Literarum.

§.5. Quocirca eidem moderno, ac pro tempore exiſtenti Epiſcopo Cæſenaten. per præſentes Motu pari committimus, & mandamus, quatenus ipſe per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ſolemniter publicans, dictoque Seminario in eiſdem præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtens, faciat auctoritate Noſtra Seminarium præfatum præſentium Literarum, & in eis contentorum hujuſmodi commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere · non permittens illud deſuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, vel inquietari, Contradictores quoslibet, & rebelles, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; legitimiſque ſuper his haben. ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Ipſi moderno Epiſcopo ſerio inſuper injungentes, ut poſtquam Eccleſiarum, & locorum piorum Civitatis, & Diœceſis prædictarum viſitationum peregerit, reliquorum locorum piorum earundem Civitatis, & Diœceſis ſtatum in compendium redactum ad Nos quamprimum diligenter tranſmittat, ut ſingulorum redditibus perpenſis, ratam portionem a quolibet eorum dicto Seminario annuatim conferendam, & ſolvendam, matura conſultatione adhibita definire, & taxare valeamus, quemadmodum de ſupradictæ Congregationis Cardinalium aſſenſu pro prædicto Seminario Sypontin. Nos olim feciſſe meminimus.

Derogatoria.

§.6. Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſit, de jure quæſito non tollendo, ac de exprimendo vero valore in ſuppreſſionibus, unionibus, ſeu applicationibus, illiſque committendis ad partes, vocati quorum intereſt, & aliis Noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, necnon Lateranen. Concilii noviſſime celebrati uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohiben., aliiſque Apoſtolicis, ac in univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Collegiis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Confraternitatum, & Conventus hujuſmodi, illiuſque

que ordinis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoqoe, iodultis, & Literis Apoſtolicis, eiſdem Confraternitatibus, Conventui, & Ordini, eorumque Fratribus, & perſonis ſub quibuſcumqne verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſsis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſsio habenda, aut aliqua alia eaquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro plene, & ſufficienter eapreſſis, & ioſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Aonulo Piſcatoris die XXX. Maji MDCCXXV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Finis Tomi Undecimi.

INDEX

Digitized by Google

INDEX

RERUM NOTABILIUM,

Quæ in hoc Tomo continentur Alphabetico ordine digeſtus.

A

ABBATES REGULARES.

ABbatibus Regularibus perpetuis, ut infra annum a die eorum electionis, ab Epiſcopis benedictionem ſuſcipiant, vel ſaltem poſtulent; præcepit Benedict. XIII. Conſt. 65. §. 1. Pag. 407

Quomodo Abbates ſe gerere debeant, quibus conceſſa fuerit Apoſtolica facultas ſuſcipiendi benedictionem a quocumque Antiſtite, decrevit id. § 2. ibid.

ACADEMIA SCIENTIARUM BONONIEN.

Academiæ ſub tit. *Inſtituti Scientiarum* in Urbe Bononien. erectionem, ejuſque deſcriptionem, ac de ea benemeritos recenſet Clem. XI. Conſtitut. 220. §. 1. p. 57.

Academiæ ejuſdem Conſtitutiones an. 1711. editas, & poſtea reformatas, & approbatas enumerat id. ib. §. 2. p. 58. ad 65.

Nempe,

Cap. 1. Del culto ſagro: art. 2. p. 58.

Cap. 2. Dell' elezione del Preſidente, Segretario, e Profeſſori: art. 4. p. 59.

Cap. 3. Del Preſidente: art. 4. ibid.

Cap. 4. Del Segretario: art. 5. Ibid.

Cap. 5. De' Profeſſori: art. 11. p. 59. & ſeq.

Cap. 6. De giorni, ed ore degl'Eſercizij art. 5. pagina 60. & ſeq.

Cap. 7. Delle Vacanze: art. 3. p. 61.

Cap. 8. De' ſtipendij: art. 2. Ibid.

Cap. 9. De' negligenti: art. 1. Ibid.

Cap. 10. De' Cuſtodi: art. 2. ibid

Cap. 11. Dell' Academia delle Scienze dell' Iſtituto Bologneſe: art. 4. p. 61. & ſeq.

Academiæ Scientiarum Bononienſis Inſtituti Leges XXXIX. pag. 62. ad 64.

Cap. 12. Della ſopraintendenza all'iſtituto, ed amminiſtrazione delle ſue Entrate: art. 5. p. 64.

Cap. 13. De Capitali, e delle Suppellettili, art. 7. p. 65.

Cap. 14. Del Cuſtodo dell'Officine, e del Palazzo dell' Iſtituto: art. 9. Ibid.

Cap. 15. Dell'oſſervanza delle preſenti Coſtituzioni: art. 3. ibid.

Academiæ prædictæ relatas Conſtitutiones confirmavit id. ibid. §. 4. p. 66

Academiæ ejuſdem Præſidem in Clericali ſtatu conſtitutum in S. Sedis Notarium elexit id. §. 5. ibid.

Academiæ præfatæ Præſidem Laicum in Equitem auratæ Militiæ elexit id. § 6. Ibid.

Pro Academia prædicta nonnullas ordinationes confecit id. § 7. & 10. p. 66. & ſeq.

ACADEMIA THEOLOGICA IN ARCHIGYMNASIO SAPIENTIÆ.

Academiæ Theologicæ in Archigymnaſio Sapientiæ Romano inſtitutionem, locum, & laudes enarrat Clem. XI Conſt. 253. §. 1. p. 125.

Academiæ ejuſdem Conſtitutiones quaſdam recenſet id. ibid. §. 2. p. 126.

Academiæ prædictæ inſtitutionem, conceſſionem loci, & relatas Conſtitutiones, cum nova inſtitutione, & conceſſione confirmat id. §. 3. Ibid.

Academiæ ejuſdem Cenſores, qui Academicorum diſputationibus præſint; necnon quinque Cardinales Protectores deputat, cum privilegiorum nonnullorum conceſſione; id. ibid. § 4. d. p. 126. & ſeq.

AGRIGENTUM.

In Agrigent., & Catanien. Diœceſibus omnimodam Interdicti obſervantiam, cum reprobatione quarumdam falſarum doctrinarum, & pœnis in contravenientes, decrevit Clem XI. Conſt. 209. p. 26.

Vid. *Cenſura Eccleſiaſtica*.

Vid. *Monarchia Siciliæ*.

ALTARE PRIVILEGIATUM.

Altare privilegiatum pro Animabus Defunctorum Eccleſiis Patriarchalibus; Metropolitanis, & Cathedralibus totius Orbis Catolici, conceſſit Bened. XIII. Conſt. 22. p. 333.

B. ANDREA DE COMITIBUS.

De B. Andreæ de Comitibus cultu immemorabili Decretum Congregationis Rituum confirmavit Innoc. XIII. Conſt. 47. §. 1. p. 278.

S. ANDREA CORSINI.

S. Andreæ Corſini facta, vitam, & obitum, necnon miracula refert Benedictus XIII. Conſtitut. 2. §. 1. ad 4. p. 283. & ſeq.

S. Andreæ Corſini prædicti in Sanctorum numerum ab Urbano VIII. relati Canonizationem promulgavit id. ib. §. 4. p. 284.

ANGELUS DOMINI.

Angelus Domini antiphonam flexis genibus ad ſignum Campanæ, quod vulgò dicitur l'*Ave Maria*, recitantibus, Indulgentias quaſdam perpetuas conceſſit Benedictus XIII. Conſt. 32. p. 256.

ANNUS SANCTUS.

Anni Sancti tempore Decretum Camerale, ejuſque ampliationem pro Inquilinis refert, & confirmat Innoc. XIII. Conſt. 33, §. 1. & ſeq. p. 256. ad 258.

Anni Sancti præſtantiam extollit Bened. XIII. in Conſtitutione indictionis ejuſdem Anni Sancti ord. 13. §. 1. p. 320.

Annum Sanctum prædictum cum forma lucrandi Indulgentias indixit id. § 2. Ibid.

Ad Annum Sanctum fideles omnes invitat, & ad pia opera hortatur id. ibid. §. 3. p. 321.

Ut Annum Sanctum prædictum annuncient, Ordinariis præcipit id. §. 5. Ibid.

Principes denique Chriſtiani admonentur, ut opem ſuam conferant: ibid. §. 6. p. 322.

Vid. *Indulgentia*, & *Jubilæum*.

APOSTATA.

Ut Apoſtatæ Regulares ad ſuos Ordines impune reverti poſſent, ſtatuit Bened. XIII. Conſt. 72. §. 1. p. 389

ARCHIEPISCOPATUS ULYSSIPONENSIS.

Archiepiſcopatum Ulyſſiponen. Occidentalem, in Capella Regis Portugalliæ, S. Thomæ dicata, ſub Invocatione Aſſumptionis B.V., ab antiquo Orientali diſtinctum, S. Sedi immediate ſubiectum, cum plurimis privilegiis, erexit Clem. XI. Conſtit. 234. §. 3. p 88

Archiepiſcopi Ulyſſiponen. Orientalis juriſdictionem, & facultatem præſcripſit id. §. 4. p. 89.

Archiepiſcopi pariter Ulyſſiponen. Occidentalis; qui eſſe debet Sacellanus major Regiæ Capellæ, ſimiliter præſcripſit id. ibid. §. 5. p. 90.

Archiepiſcopatus utriuſque redditus, & Capituli pariter; necnon taxam pro expeditione literarum Apoſtolicarum, deſignat id. §. 6. ibid.

 Pro

Pro pace inter Archiepiſcopum utrumque conſervanda Statuta nonnulla edidit id. ibid. § 7. p. 91. & ſeq.

Archiepiſcopatum Occidental. prædictum in Patriarchatum, ad inſtar illius Venetiarum, cum pluribus prærogativis, erexit id. ibid. §. 8. p. 92.

Archiepiſcopatus ejuſdem Capitulo Privilegia quædam conceſſit id. ibid. §. 9. p. 93.

Archiepiſcopum Occidentalem nominandi, & præſentandi jus Regi Portugalliæ reſervavit id. §. 10. ibid.

Archiepiſcopatus, & Patriarchatus in dicta Regia Capella firmitatem decrevit id. ibid. § 11. p. 94.

Ut prædicta omnia exequutioni mandentur delegatum Apoſt. deſignavit id. §. 12. ibid.

Acta omnia a Delegato Apoſtolico pro exequutione literarum Apoſtolicarum; de erectione ſcilicet Patriarchalis Eccleſiæ Ulyſſiponen. Occidentalis confirmavit id. Conſt. 240. §. 2. p. 107.

Archiepiſcopalis Eccleſiæ ejuſdem Capitulo Indulta ampliavit id. Conſt. 242. §. 1. p. 109.

Decretum Delegati Apoſtolici de diſtributione Orationis 40. horarum inter Eccleſias Patriarchalem, & Metropolitanam, aliaſque Ulyſſiponen. confirmavit id. Conſt. 246. §. 3. p. 115.

ARCHIGYMNASIUM SAPIENTIÆ.

Vid. *Academia Theologica*.

ASSOCIATIO CADAVERUM.

Super Aſſociatione Cadaverum varia Decreta Congregationis Epiſc., & Regul., quibus interdicitur Parochis, & Clero ſæculari ingredi Eccleſias quorumdam Regularium in dicta aſſociatione; ſuper Cadavera functiones facere; & pro iis majorem eleemoſynam accipere, refert Clemens XI. Conſtitut. 228. p. 76.

Super Aſſociatione Cadaverum relata Decreta extenſa fuiſſe ad Eccleſias Societatis Jeſu, in Hiſpaniis, & Indiis; necnon a Clemente X. confirmata, docet id. ibid.

Super Aſſociatione pariter Cadaverum aliud a dicta Congregatione editum fuit Decretum, quo extenduntur relata Decreta etiam ad Provinciam S. Joannis Bapt. Ordinis Prædicatorum, & confirmatum Clem. XI. prædicto §. 1. ibid. p. 77.

Vid. *Parochus*.

S. AUGUSTINUS.

S. Auguſtini Doctrina a calumniis vindicatur; atque miris laudibus effertur a Bened. XIII. Conſt. 38. §. 2. & ſeq. p. 361.

AUGUSTINIANI.

Vid. *Eremitæ S. Auguſtini*.

B

BEATIFICATIO SERVORUM DEI.

Beatorum Catalogo Servum Dei Franciſcum Regis Societatis Jeſu cum officio, & Miſſa, adſcripſit Clemens XI. Conſt. 227. §. 2. p. 75.

BENEVENTANUS ARCHIEPISCOPUS.

Beneventano Archiepiſcopo, ut omnes appellationum cauſas, tam civiles, quam criminales, in quibus delinquentes puniendi non eſſent pœna corporis afflictiva, coram ipſo decidi deberent, conceſſum fuiſſe ab Innoc. VIII., refert Bened. XIII. Conſtit. 27. §. 1. p. 339

Beneventani Archiepiſcopi facultates reſtrictas eſſe a Paulo III.; ſed poſtea ab eodem in priſtinum ſtatum illum reſtitutum fuiſſe, narrat id. §. 2. & ſeq. ib.

Beneventano Archiepiſcopo idem a Pio IV. circa cognitionem cauſarum in ſecunda inſtantia, conceſſum fuiſſe, docet id. §. 4. ibid.

Beneventano Archiepiſcopo prædictas Pontificum literas confirmavit id. ibid. § 5. p. 340.

Circa Beneventanæ Eccleſiæ primos medios fructus Beneficiorum, Conſtitutionem quandam Pii II. confirmavit, & latius declaravit id. Conſt. 50. §. 1. p. 384.

BETHLEMITÆ.

Bethlemitarum Congregationi in Indiis Occidentalibus Decreta quædam Congregat. particularis, ac Epiſc. & Regular. de revocatione Decretorum Capituli Gen. 1705., ejus erectione in Religionem, aliiſque nonnullis ad regimen pertinentibus; confirmavit Clemens XI. Conſt. 112. §. 1. p. 35.

Bethlemitarum earumdem Reſolutiones quaſdam editas in Capitulo Generali 1721. refert, & confirmat Bened XIII. Conſt. 63. §. 1. ad 8. p. 403. & ſeq.

BIBLIOTHECA URBINATEN.

Bibliothecam publicam Urbinatenſem Clem. XI. Pontificia charitate erga Patriam ſuam inſtituit; ut id. Clemens XI. narrat Conſt. 175. p. 166.

Ex Bibliotheca prædicta ne libri extrahecentur ſub certis pœnis prohibuit id. §. 1. ibid.

Bibliothecæ præfatæ facultatem retinendi libros damnatos indulſit id. §. 2. ibid.

S. BIRGITTA.

In S. Birgittæ die feſto Indulgentiam plen. perpet. pro Eccleſiis Ordinis ejuſdem Sanctæ, conceſſit Innoc. XIII. Conſt. 39. §. 1. p. 268.

Vid. *Corona S. Birgittæ*.

C

CÆNA DOMINI.

Cænæ Domini die Proceſſus literas publicavit Innocentius XIII. Conſt. 21. §. 1. ad 20. p. 236. ad 239.

Nempe:

Damnantur Hæretici cujuſcumque Sectæ; & eorum fautores, libros legentes, imprimentes &c. §. 1. ad 5. p. 236. & ſeq.

Falſarii Literarum Apoſtolicarum: §. 6. ad 10. p. 237.

Offendentes S. R. E. Cardinales: §. 11. p. 237.

Appellantes ad Curiam Sæcularem: §. 13. & ſequent. d. p. 237. & ſeq.

Judices ſæculares trahentes perſonas Eccleſiaſticas ad ſua Tribunalia: §. 15. & ſeq. p. 238.

Uſurpantes Eccleſiæ juriſdictionem: §. 17. & 18. ibid.

Officiales ſæculares ſe interponentes in cauſis Eccleſiaſticis: §. 19. p. 239.

Cænæ Domini die eaſdem Proceſſus literas publicavit Bened. XIII. Conſt. 51. §. 1. ad 23. p. 385. ad 388.

CÆSENATENSIS EPISCOPUS, ET CLERUS.

Vid. *Colleg. Juriſtar., & Theolog. Cæſen.*

CANONICI REGULARES.

Canonicis Regularibus Congregationis Wildeſinen. Ordinis S. Auguſtini, Decretum quoddam Congregationis Indulgentiarum, de communicatione Indulgentiarum Congregationis Lateranenſis prædictæ Congregationi Wildeſinen. in utraque Germania, confirmavit Clem. XI. Conſt. 257. §. 1. p. 137.

Canonicos Regulares S. Auguſtini Superioris Germaniæ gaudere Indulgentiis plenariis, Canonicis Lateraneo conceſſis, declaravit Innoc. XIII. Conſtitut. 25. §. 1. p. 242

Pro Canonicis Regularibus Præmonſtratenſ. Congregationis Hiſpaniæ Decretum Congregationis Rituum ſuper recitatione Officiorum SS. propriorum juxta Ritum Breviarii Romani; confirmavit id. Conſt. 45. §. 1. p. 276.

CANONICUS POENITENTIARIUS.

Ut Canonicus Pœnitentiarius in Eccleſiis Cathedralibus Italiæ, Inſularumque adjacentium inſtituatur, decrevit, Bened. XIII. Conſt. 69. § 5. p. 415.

CANONIZATIO SANCTORUM.

Canonizationem B. Iſidori Agricolæ a Gregor. XV. in Sanctorum tabulas relati, promulgavit Bened. XIII. Conſt. 1. § 7. p. 281.

Canonizationem B. Andreæ Corſini Ordinis Carmelitarum, in Sanctorum numerum ab Urbano VIII. relati, promulgavit id. Conſt. 2. §. 4. p. 284.

Canonizationem B. Philippi Benitii Ordinis Servorum B. M. V., a Clem. X. Sanctorum albo adſcripti, promulgavit id. Conſt. 3. §. 4. p. 287.

Canonizationem B. Franciſci Borgia Societatis Jeſu, jam.

jamdiu a Clem. X. peractam promulgavit idem; Conſt 4. §.4. p.291.
Canonizationem B. Laurentii Juſtiniani Venetiarum Patriarchæ, jampridem ab Alexandro VIII. in Sanctorum album relati, promulgavit id. Conſt.5. §.12. p.296.
Canonizationem B. Joannis a Capiſtrano Ordinis Minorum de Obſerv., ab Alex. VIII. jampridem peractam promulgavit id.Conſt.6.§.8. p.299
Canonizationem B Catherinæ a Bononia Clariſſæ, jam antea a Clem.XI. Sanctarum Virginum albo adſcript.r, promulgavit id.Conſt.7. §.9. p.302.
Canonizationem B Felicis a Cantaliceo Ordinis Capuccinorum, olim a Clem. XI. in Sanctorum numerum adſcripti, promulgavit id.Conſt.8.§.6. p 304.

CAPELLANI PONTIFICII.

Capellanis Sanctitatis Suæ nonnulla privilegia conceſſa fuere ab Innocent. XIII. Conſtitut.8. §. 2. ad 8. p.218. ad 220
Nempe:
Creantur Notarii, Comites, Nobiles, ac Cives; horumque Privilegiis donantur: §.2. p.218.
Eximuntur a decimis, & aliis impoſitionibus §.3. ib.
Diſpenſantur ſuper pluralitate Beneficiorum:§.4. ib
Indulgetur facultas docendi leges: §.5. p 219.
Licentia eligendi Confeſſarium: §.6. ibid.
Indultum transferendi penſiones: §.7. ibid.
Facultas teſtandi: §.8 d.p.219., & ſeq.

CAPUANA ECCLESIA.

Capuanæ Eccleſiæ Metropolitanæ Capitulo uſum Mitræ, aliorumque Inſignium, inſtar Capituli Eccleſiæ Beneventanæ, conceſſit Bened.XIII. Conſtit.66. § 2. p.409.

CARDINALIS.

Vid. *Decanatus Collegii Cardinalium*.
Vid. *Decreta Congregationum S.R.æ.Eccl. Cardinalium*.

CARMELITÆ.

Ne Carmelitarum antiquæ obſervantiæ Superiores Provinciæ Portugalliæ permittant fratres Muſicos canere in alienis Eccleſiis, prohibuit Clem. XI. Conſt.241. §.1. p.108.
Carmelitis Provinciæ Portugalliæ alternativa quædam officiorum, auctoritate Apoſtolica, inſtituta fuit a Nuncio, & a Capitulo Provinciali approbata; uti narrat id. Conſt.267. p.156
Carmelitarum in d.Provincia alternativam eandem abolevit id. §.1. Ibid
Carmelitarum eorumdem antiquæ Obſervantiæ binas Vicarias Bahiæ, ac Fluvii Januarii in Braſilia, in Provincias erexit id.Conſt.270. §.2. p 159
Carmelitis prædictis Provinciæ Portugalliæ Magiſtris facultatem ſuſcipiendi Lauream Doctoratus in Coimbricen. Collegio, conceſſit Innocent. XIII Conſt.7. §.1. p.267
Carmelitis eiſdem Provinciæ Bahiæ in Braſilia; ac Provinciæ Fluminis Januarii, Magiſtris facultatem ſuſcipiendi Lauream Doctoratus a Provinciali conceſſit id.Conſt 42., & ſeq.§§.2. p.271., & ſeq
Carmelitis Provinciæ S.Alberti in Regno Siciliæ Decretum Congregationis ſuper diſciplina Regulari ſuper reformatione in duobus Conventibus dictæ Provinciæ, confirmavit Benedict.XIII. Conſt.23. §.1. p.334
Carmelitarum Conventus quoſdam, a Provincia Terræ Laboris diſmembratos in novam Provinciam Neapolitanam nuncupandam, erexit id. Conſt.68. §.2. p.413.
De Carmelitarum Conventu Montis S. acephalo quædam ſtatuit id. §.3. Ibid.
Carmelitarum eorundem Conventum Carmeli Majoris nuncupatum, Provinciæ Neapolitanæ, nuper erectæ, in Collegium Studii Generalis pro Provinciis Regni Neapolitani ejuſdem Ord. erexit id. Conſt.70. §.2. p.416
Pro d Carmelitarum Collegio Leges quaſdam edidit id. § 3. ad 9. d.p.416., & ſeq.

CARMELITÆ REFORMATI.

Carmelitis Reformatis Provinciæ Pedemontanæ Conſtitutionem Innoc. XI. approbans Statuta Card. Protectoris, pro reformatione d.Provinciæ, confirmavit Clem.XI. Conſt.224.§.2. p.73.
Statuta autem ſunt ſequentia:
I. Statutum, quo deſignantur quædam Cœnobia pro reformatione; p.71.
II. Quo præeminentia, & honorum gradus adimuntur; ibid.
III. Quo inſtituitur Vicarius Provincialis, & Cœnobia pro Juventute determinantur; p.72.
IV. V. VI. In quibus de electione prædicti Vicarii, ejus muneris tempore, ſuffragio, & facultate; ibid.
VII. In quo de electione definitorum, & ſocio Provincialis; ibid.
VIII. IX. In quibus de habitatione fratrum; ib.
X. In quo de Viſitatione; ib.
XI. In quo de obſervantia Conſtitutionum, & vitæ communis. ibid.

CAROLUS VI. IMPERATOR.

Carolo VI. Imperatori, ejuſque deſcendentibus etiam fœminis, Regnum Siciliæ, & Hieruſalem cum terra citra Pharum, in feudum conceſſit Innocent.XIII. Conſt.26. §.9. p.245.
Ab eodem Carolo infra annum tradendam eſſe Bullam auream recognitionis Supremi Dominii S.Sedis, voluit id. ibid. §.10. p.246.
Carolus idem liberatur a ſolutione cenſuum decurſorum; §.11. ibid.
Vid. *Rex Romanorum*.

S.CATHARINA A BONONIA.

S.Catharinæ a Bononia Clariſſæ facta, & viſam, virtutes, & ſigna, & ejus Sanctorum albo adſcriptionem refert Benedict.XIII. Conſtitut. 7. §.1. ad 8. p.300., & ſeq.
S.Catharinæ ejuſdam, jam antea a Clem.XI. Sanctarum Virginum albo adſcriptæ, canonizationem promulgavit id ibid. §.9. p.302.

CENSURÆ ECCLESIASTICÆ.

Cenſuras ab Epiſcopo Agrigentino in ſui Expulſores declaratas confirmavit, & innovavit Clemen XI. Conſt.197. §.7. T.2. p.5.
Cenſuras a Vicario Lipareo. in ſui expulſores declaratas confirmavit, & S.Sedi reſervavit id.Conſt.205. §.4., & ſeq. p.21, & ſeq.
Cenſuras, in quas auctores, & participes cujuſdam appellationis, & proteſtationis Procuratoris Fiſcalis in Regno Siciliæ adverſus binas Conſtitutiones Apoſtolicas incurrerunt, Romano Pontifici reſervavit id. Conſt.219. § 2. p 55.
Vid. *Nuncius Apoſtol.*
Cenſuras a Vicario Eccleſiæ Nicien. latas in Miniſtros Senatus, immunitatis Eccleſiaſticæ Violatores, validas agnovit; ac acta Officialis Archiep.Ebreduneo. ſuper illarum invaliditate nulla declaravit id. Conſt.266. p.254., & ſeq.

CISTERCIENSES.

Vid. *Monachi Ciſtercienſes*.

CLERICI BENEFICIATI.

Circa Clericos Beneficiatos in habitu laicali incedentes nonnulla ſtatuit Benedict.XIII. Conſt.61. §.1. & ſeq. p.400.

CLERICI REGULARES.

Vid. *Congr. Clericorum Regularium*.

COLLEGIUM DOCTORUM URBINATEN.

Collegio Doctorum Urbinaten. Privilegia omnia a Pontificibus conceſſa, eorumdem Conſtitutionibus inſertis, refert Clem.XI. Conſtitut.280. §.6. ad 17. p.172. ad 180.
Nempe:
Conſtitutio Julii II., qua confirmatur erectio Collegii 13. Doctorum, quibus præſcribitur Regula in decidendis cauſis (meris Eccleſiaſticis exceptis) in ſecunda, & tertia inſtantiis; §.8. d.p.172.

Digitized by Google

Item Ducatus, & Status Urbinat., ac Senogallien. eximuntur a Rectore Marchiæ; eujus privilegia, aliaque Collegio tribuuntur; ib. p.173.
Conſtitutio Pii IV., in qua refertur ſupra relata Julii II. Conſtitutio: item erectio Eccleſiæ Urbinaten. in Metropolitanam a S.Sua facta. Necnon lis inde orta inter Archiepiſcopum, & Collegium quoad cognitionem cauſarum. Et concordia inter eos ſtabilita, Quæ a Pontifice confirmatur; §.10. p.173. ad 175.
Conſtitutio altera Pii IV; qua Collegio tribuitur facultas decorandi duos quotannis poetica laurea, & idoneos promovendi ad gradus Doctoratus, Baccalaureatus, & Licentiaturæ. Item creandi Notarios, & legitimandi ſpurios. Necnon Nobiles, & Equites deauratos conſtituendi; §.12. d. p. 175., & ſeq.
Conſtitutio Urbani VIII., qua non obſtante devolutione ſtatus Urbini ad S.Sedem, denuo conceditur Collegio facultas decidendi cauſas; ſed beneficialibus exceptis, & juxta novam Regulam, quoad numerum votantium, eorum qualitatem, & modum referendi votum, necnon cum aliqua ſubjectione Legato Apoſtolico: item fruendi privilegiis; dummodo ſint in uſu; §.14 p.177., & ſeq.
Conſtitutio Clementis X., in qua refertur erectio ſtudii publici in Palatio Pontificio a Card. Cybo Legato facta, & cauſa unionis inter illud, & Collegium Doctorum. Hinc ex utroque a Pontifice erigitur Univerſitas generalis, cui conceduntur privilegia Univerſitatis Ferrarien §.16. p.178., ad 180.
Collegio Doctorum Urbinaten. prædicto privilegia omnia, & indulta a Romanis Pontificibus relatis Conſtitutionibus eidem conceſſa, confirmavit id. Clem XI. d.Conſt.280.§ 17. p.180.
Cum nonnullis tamen eorundem declarationibus.
Scilicet;
Declarat.1. In cauſis ad Collegium ſpectantibus appellari non poſſe *omiſſo medio*; §.18. d.p.180.
Declar.2. Loca, quæ Ducatui Urbini ſubjecta erant, dum a Siſto V. Rota Maceraten erecta fuit, ſub ejuſdem diſpoſitione non comprehendi; § 19. p.181.
Declarat.3. Omnes ſubditos non alibi, quam in Univerſitate Urbinaten. poſſe Lauream Doctoralem accipere; §.29. ibid.
A Card. Annibale Albano, & R.P.D.Alex.Albano, Clementis XI. Nepotibus ad exeplum cæterorum in dicta Univerſitate Doctoralis gradus ſuſceptus fuit; ibid
De Collegii ejuſdem Doctorum Civitatis Urbini Privilegiis Conſtitutionem prædictam Clem XI.refert a §.1. ad 26. p.181.ad 195. Necnon confirmat cum nova eorundem conceſſione Innoc.XIII .Conſt.1. §.28., & ſeq. d. p.195.
Vid.*Univerſitas Studii Generalis Urbinaten.*

COLLEGIUM JURISTARUM CÆSENATEN.

Collegii Juriſtarum erectionem, ac facultates eidem conceſſas, necnon lites inter Clerum, & Collegium prædictum refert Bened.XIII. Conſtit.54. §.1., & ſeq. p.391.
Ut in Collegio præd. decem ex Clero Cæſenat. admitti deberent, motu proprio ſtatuit id.§.4. ibid.
In Collegii ejuſdem Præſidem Epiſcopum Cæſenaten deputavit id. §.5. ibid.

COLLEGIUM THEOLOGORUM CÆSENATEN.

Collegium Theologorum in Civitate Cæſenat. erexit id Bened.XIII. Conſt.55 §.2. p.393.
Collegio eidem quaſdam facultates conceſſit idem; §.3. ibid.
Collegii prædicti Præſidem Epiſcopum Cæſenat. deputavit id. §.4. ibid.

CONFESSARIUS.

Ad Confeſſarios Hoſpitalium omnium de Urbe Conſtitutionem Pauli I.I., ſuper facultate Confeſſario rum Hoſpitalis S.Mariæ de Conſolatione, extendit Clem.XI. Conſt 198. §.2. p 7.

CONCLAVISTÆ.

Conclaviſtis poſtremi Conclavis privilegia, & gratias quaſdam conceſſit Innocent XIII. Conſtit.2. §.1. ad 12. p.196. ad 199.
Nempe:
Recipiuntur in familiares; Notarii, Comites, Cives, ac Nobiles creantur; § 1. p. 96.
Eximuntur à gabellis, decimis, & oneribus; §.2. ib.
Abſolvuntur a cenſuris; §.3. p.197.
Remittuntur eis fructus male percepti; §.4. ibid.
Legitimantur ſi qui ſunt illegitimi; §.5. ibid.
Conceditur expeditio Literarum Apoſtolicarum gratis; §.6. ibid.
Conceditur item prædictis Conclaviſtis Equitibus Hieroſolymitanis, ſeu alterius Militiæ, antianitas; §.7., & 8. p 138.
Eximuntur a ſpoliis; & conceditur facultas teſtandi; §.9. ibid.
Item eximuntur ab inſinuatione in Camera; § 10.p.199.
Comprehenditur Procurator Conclaviſtarum in privilegiis; §.11. ibid.
Conceditur expeditio gratioſa harum literarum, & per viam ſecretam: §.12. ibid.
Conclaviſtarum ipſorum nomina adducuntur in fine; §.1. p.200. & ſeq.
Conclaviſtis poſtremi Conclavis privilegia eadem pariter conceſſit Benedict. XIII. Conſtitut.9. §. 1. ad 12. p.205 ad 209.
Conclaviſtarum eorundem nomina apponuntur in fine; p.210. ad 312.

CONFRATERNITAS CORDIGERORUM.

Confraternitates Cordigerorum erigendi facultatem in iis etiam locis, in quibus Eccleſiæ Minorum non exiſtunt, Magiſtro Generali Minorum Conventualium conceſſit Benedict.XIII. Conſtit. 35. §.2. p.359.

CONGREGATIO ARTIS AGRARIÆ.

Congregationis Artis Agrariæ erectionem, cum facultatibus ei conceſſis per cedulam Pauli V. confirmavit Clemen.XI. Conſt 202. § 3. p.16.
Congregationi prædictæ novas facultates elargitus eſt id. ibid.

CONGREGATIO BETHLEMITARUM.
Vid. *Bethlemitæ*.

CONGREGATIO CHARITATIS.

Congregationis Charitatis ſub titulo S.Hippolyti in Indiis Occidentalibus ſtatuta quædam recenſet Innoc XIII.Conſt.29. p.250. ad 251.
Nempe:
Generalis, & Commiſſarii ſint ſexennales, & reliqui Officiales triennales: p.250.
Augetur numerus ſuffragiorum pro electione Generalis; p.251.
Quomodo, & qui ſeligendi ad reliqua officia; ib.
Sacerdotes privantur voce paſſiva: ibid.
Generalis ſibi eligat dominum; ibid.
Generalis confirmet electiones Provincialium, & Provincias viſitet: ibid.
Qui, & a quibus eligendus Præſidens capituli: ib.
Quid ſi Generalis gubernare non poſſit, vel Generalatus vacet; ibid.
Qui eligendus in Secretarium: ibid.
Congr. præd. ſtatuta relata confirmavit cum nonnullis declarationibus id ibid, p.252.

CONGREGATIO DOCTRINÆ CHRISTIANÆ.

Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ Diffinitori adjuncto ſuffragium deliberativum conceſſit Clem XI. Conſt.203. §.2. p.18.
Pro Congregatione prædicta diſpenſationem a Voto perſeverantiæ Summo Pontifici reſervavit id. Conſtit.231. §.1. p.85.
Item ſtatuit, ſed tantum pro ingreſſuris, Ben XIII. Conſt.40. p.265.

Digitized by Google

CONGR. CLERIC. REGULAR. MINISTRAN. INFIRMIS.

Congregationi Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis Decretum quoddam conſultæ Generalis pro Hiſpaniæ Provincia confirmavit Bened. XIII. Conſt. 56. §. 3. p. 394.

CONGREGAT. JUNCTÆ IN REGNO SICILIÆ.

Congregationis *Junctæ* in Regno Siciliæ edictum quoddam contra exequutionem reſcriptorum exterorum ſine *Regio Exequatur*, nullum declaravit, & damnavit Clem. XI. Conſt. 213. §. 3. p. 37.

CONGR. MUSICORUM.

Congregationis Muſicorum Romanæ Urbis ſtatuta nova referuntur a Clemen. XI. Conſtitut. 230. §. 1. p. 81. ad 84.

Scilicet:

I. Ab omnibus, exceptis Muſicis Pontificiis, ſervari debent hæc, & alia ſtatuta, ſub pœnis infra deſignandis. p. 81.
II. De iis, qui Congr. ſunt adſcribendi; ib.
III. De numero Sodalium pro firmitate Congregationum; ib.
IV. De quatuor Guardianis eligendis: ib.
V. Profeſſores in tabella deſcribendi: Ibid.
VI. De renuentibus ſuſcipere officia: p. 82.
VII. Qui intereſſe debeant Congregationibus generalibus: Ibid.
VIII. De tempore Congregationum: Ibid.
IX. De annua, & menſtrua eleemoſyna: ibid.
X. De Profeſſoribus pauperibus: ibid
XI. De libris Decretorum; ibid
XII. De ſervando Congr. ſecreto. ibid.
XIII. De officialibus munus expientibus: ibid.
XIV. De munere, & debito Camerarii: ibid.
XV. XVI. In quæ erogandi Congregationis proventus. ibid.
XVII. Quando officiales mutandi. ibid.
XVIII. De feſtis ſolemnibus: ibid.
XIX. De ſervitio præſtando Capellæ S. Cæciliæ, & Eccleſiæ S. Caroli ad Catenarios: p. 83.
XX. Pro dicto ſervitio profeſſorum numerus ſtabiliendus; ibid.
XXI. Nemo Muſicam in Urbis Eccleſiis exerceat, niſi a quatuor Magiſtris approbatus: ibid
XXII. De nondum approbatis a Congr. ibid.
XXIII. De iis, qui alicui Capellæ addicentur: ib
XXIV. De eleemoſyna, ſidenter, a ſodalibus perſolvenda, pœnaſque exigendi ratione: ibid.
XXV. Approbatio recenſitorum Statutorum: p. 84

Congregationi prædictæ relata ſtatuta confirmavit id. Clem. XI. d. Conſt. 230. §. 2. p. 84

CONGREGATIO PIORUM OPERARIORUM.

Congregationi Presbyterorum Piorum Operariorum binas reſolutiones capituli generalis de celebratione ejuſdem capituli, confirmavit Clem. XI. Conſtit. 243. p. 111.

CONGREGATIONES SAN. ROM. ECCL. CARDINALIUM.

Vid. *Decreta Congregationum*.

CONGREG. SEMINARIORUM.

Vid. *Seminarium*.

CONSTITUTIONES APOST. ABROGATÆ, SEU MODERATÆ.

Conſtitutionem Clem. XI. dat. die 24. Novembr. 1702. de voto Fratrum conſanguineorum in primo, vel ſecundo gradu in Capitulis, moderavit Inn. XIII. Conſt. 40. §. 2. p. 270.

Conſtitutioni Pauli IV. incip. -- *Cum Ven.* dat. 11. Kal. Sept. 1555. qua ſancitur Decanatum Collegii Cardinalium ad Epiſcopum Cardinalem antiquiorem in Curia præſentem; aut ex cauſa tantum publica abſentem, pertinere; derogavit Ben. XIII. Conſt. 28. §. 6. p. 345.

CONSTITUTIONES APOSTOLICÆ CONFIRMATÆ, AUT EXTENSÆ.

Conſtitutionem Pauli III. ſuper facultate Confeſſariorum Hoſpitalis S. Mariæ de Conſolatione, reformavit; eamque ad Confeſſarios aliorum Hoſpitalium de urbe extendit Clem XI. Conſt. 198. §. 2. p. 7.

Conſtitutionem Gregorii XIV. ad favorem Congregationis S. Bernardi Hiſpaniarum Ordinis Ciſtercien. emanatam refert, & Provinciæ Bohemiæ, Moraviæ, & Luſatiæ ejuſdem Ordinis communicavit id. Conſt. 216 §. 1. & 3. p. 47. ad 49.

Conſtitutionem Inn. XI. approbantem ſtatuta Card. Protectoris pro reformatione Provinciæ Pedemontanæ Carmelitarum Reformatorum, refert & confirmat id. Conſt. 224 §. 1. & 2. p. 71. ad 73.

Conſtitutionem Clem. X., qua revocata fuere, & in poſterum prohibita privilegia perſonalia, pro Provincia Minorum Diſc. in Braſilia, refert, confirmat, & innovat id. Conſt. 258 §. 2. & ſeq. p. 138. & ſeq.

Conſtitutionem Gregorii XIII, qua prohibetur Patribus Societatis Jeſu tranſitus poſt emiſſionem votorum ad alios Religioſos Ordines; dat. Kal. Nov. 1579. refert, & confirmat idem Conſtitut. 264. §. 1. p. 149 ad 152.

Conſtitutiones Julii III. incipien. *Ad Sacra Beati Petri &c.* dat. duodecimo Kal. Maii 1550. Pii IV. cujus initium *Ex ſolita*; dat. 13. Kal. Martii 1563. ejuſdem Pii IV. incip. *Sedes Apoſtolica*; dat. 9. Kal. Martii 1564. Urbani VIII cujus initium *Quum ſicut*; dat. die 8. Julii 1635. Clem X. incip. *Æternæ ſapientiæ*; dat. die 6. Aprilis 1671. concedentes quædam Privilegia Collegio Doctorum Urbinaten. refert, & confirmat id. Conſtitut. 280. §. 6. ad 17. p. 172. ad 180.

Conſtitutiones Urbani VIII. Incip. *Quum ſicut alias*; dat. die 9. Julii 1638. Alexandri VII. cujus initium *Proviſioni noſtræ*; dat. die 9. Novembris 1658. Et aliam ejuſdem incip. *Exponi nobis*; dat. die 5. Novembris 1659. ſuper exemtione Hoſpitalium Fratrum Ordinis S. Joannis Dei ab Ordinariorum juriſdictione pro Congregatione Hiſpaniæ, refert & confirmat Innocent. XIII. Conſtitut. 10. §. 3. ad 7. p. 223. ad 225.

Conſtitutiones Gregorii XV., Urbani VIII., Clementis IX., & X., ac Innocentii XI., quibus conceſſa, & confirmata fuere Hoſpitali B. M. Theutonicorum Privilegia Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani; confirmat id. Conſt. 11. §. 2. p. 226.

Conſtitutionem Pii V., cujus initium, *Promeretur fides*; dat. 13. Martii 1568. de exemtione ab oneribus ad inſtar Militum Hieroſolymitanorum, pro Militantibus Theutonicis, refert & confirmat id. Conſt. 14. §. 1 & ſeq. p. 229.

Conſtitutionem Urbani VIII. pro neceſſitatibus Locorum Terræ Sanctæ pluries confirmatam, denuo confirmavit id. Conſt. 16. §. 1. p. 231.

Conſtitutionem Innocentii XI. de Cœnobio Thorunenſi aggregando Provinciæ Poloniæ Majoris Minorum de Obſerv. confirmavit idem Conſtitut. 36 §. 2. p. 266.

Conſtitutionem Clementis VIII. prohibentem judei novarum rerum mercaturam confirmavit, & innovavit id. Conſt. 44. §. 7. p. 275.

Conſtitutionem Innoc. XII., quæ incipit *Inſcrutabili*, tert. Kal. Febr. Pont. an. III. de exemtione Præſulum Regni Neapolis a ſpoliis Cameræ Apoſtolicæ debitis, declaravit, & ampliavit Bened. XIII. Conſt. 16. §. 3. p. 325

Literas quaſdam Innoc. VIII., Pauli III., & Pii IV ſuper Cauſarum cognitione Archiepiſcopo Beneventano ſpectan., aliiſque Eccleſiæ Beneventanæ conſuetudinibus, confirmavit idem Conſtitut. 27. §. 5. p. 340.

Conſtitutionem Urbani VIII. cujus initium *Sacroſancti* dat. die 20. Junii 1624. qua Privilegia nonnulla Ordinis S. Joannis Dei, conceſſa fuere, confirmavit id. Conſt. 29. §. 2. p. 218.

Con-

Conſtitutionem Innoc. XIII. ſuper Eccleſiaſtica diſciplina in Regnis Hiſpaniarum; quæ incipit *Apoſtolici Miniſterii* dat. die 13. Maii 1723. refert a §.1. ad 27. pag. 350. ad 355. & confirmat idem Conſt. 31. §.28. p.356.

Conſtitutiones Alex. IV., & Clem. IV. quarum prima incip. *Ex parte* dat. Nonis Decembris 1255. injungitur ſingillatim Minoribus Conventualibus, ad quaſcumque dignitates Eccleſiaſticas promotis, ne ſecum ex ipſa Cœnobia ulla bona adſportent: altera incip. *Providentia laudabilis* dat. 5. Idus Junii 1265., idem interdicitur Ordini Prædicatorum: confirmat, & extendit idem Conſtitut. 47. §.1. ad 4. p. 377. & ſeq.

Conſtitutionem Sixti V., qua, juxta declarationem S. Pii V. hac ſuper re, decernitur, ut omnibus obtinentes Commendas, & Beneficia Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, ad ſolutionem jurium communis Ærarii prædicti Hoſpitalis teneantur, confirmavit id. Conſt. 49 p.381. ad 384

Conſtitutionem quandam Pii II. quoad primos medios fructus Beneficiorum Eccleſiæ Beneventanæ, confirmavit, & latius declaravit idem Conſtitut. 50. § 2. p.384.

Conſtitutionem Gregor. XV. de non recipiendis Fratribus Congregationis Galliæ Tertii Ordinis Sancti Franciſci Provinciæ S. Joannis, confirmavit id. Conſt. 60. §.2. p.399.

Conſtitutionem Pii IV. ſuper erectione Eccleſiæ Urbinatenſis in Metropolitanam, & ſubjectione eidem Eccleſiæ Eugubinæ: quæ incipit *Super univerſas* dat. Pridie Nonas Julii 1563. refert, & confirmat idem Conſtitut 71. §.2. ad 5. pag.418. & ſeq. & § 12. p 420.

CONSTITUTIO *Unigenitus.*

Conſtitutionem *Unigenitus*: ex cauſa damnationis Libri *Le nouveau Teſtament.* editam fuiſſe refert Clem XI. Conſt. 259. §.1. p 139

Conſtitutioni prædictæ adverſantes; non obſtantibus eorum malitia, & impudentia; excitati fuere Apoſtolicis literis, & S. R. E. Cardinalium, ad præſtandam obedientiam: ſed irrito conatu; ut narrat Idem: ibid.

Adverſus Conſtitutioni *Unigenitus* obedientiam præſtare recuſantes, monita quædam paſtoralia dedit id. ibid. § 2. ad 5. p.140. ad 142.

Scilicet.

Ut Chriſtifideles pro contumacium reſipiſcentia Deum precentur. § 2. p.140.

Ut Vitent refractariorum calumnias, dolos, & artes, quæ deteguntur: ibid.

Ut contumaces reſipiſcant: § 3. p.141.

Ut obtemperantes ab illorum fraudibus caveant: ibid.

Ut ſciant contumaces non amplius eſſe Eccleſiæ filios; nec communionem habere cum Rom. Eccleſia. §.4. ibid.

Ut Præſules obedientes, greges ſuos a venenatis paſcuis arceant, ab omni conſortio eum refractariis abſtineant: eoſque ad obedientiam revocent. §.5. p.142.

CORDIGERI.

Vid. *Confraternitas Cordigerorum*.

CORNELIUS STEENOVEN.

Cornelii Steenoven in Archiepiſcopum Ultrajectinum electionem, & conſecrationem irritam declaravit Bened. XIII. Conſt 45. §.2. p.376.

CORONA S. BIRGITTÆ.

Coronam S. Birgittæ recitantibus Indulgentiam plenar., etiam per modum ſuffragii pro Defunctis, conceſſit Clem XI. Conſt. 206. p.24.

Coronam prædictam benedicendi facultatem Superioribus dumtaxat Ordinis dictæ Sanctæ conceſſit idem, ibid

CORONA SEPTEM DOLORUM B.M.V.

Coronam ſeptem Dolorum B. Mariæ Virginis recitantibus Indulgentias nonnullas perpetuas conceſſit Bened. XIII. Conſt. 33. §.1. p.357.

Coronam prædictam ut Religioſi dumtaxat Ordinis Servorum Beatæ Mariæ Virginis benedicerent, ſtatuit Id. §.2. ibid.

CURIÆ ECCLESIÆ.

Pro Curiarum Eccleſiaſticarum cauſis recte patrocinandis Promotorem gener. Fiſci inſtituit Bened. XIII. Conſt. 17. §.1. p.332.

D

DAPIFERI.

Dapiferis poſtremi Conclavis Privilegia quædam, & indulta conceſſit Innoc. XIII. Conſtitut. 3. §.1. ad 16. p.202. ad 205.

Scilicet, Creantur Commenſales, & Notarii Apoſtolici, Nobiles & cives: §.1. p.202. & ſeq.

Indulgetur eiſdem, ut jus civitatis in hæredes tranſeat: §.2. p 203.

A gabellis liberantur: § 3. ibid.

Illegitimi legitimis natalibus reſtituuntur: § 4. ibid.

Decernitur, ut ad dignitates admittantur: § 5. dicta pag. 203. & ſeq.

Mandatur expeditionem literarum gratis fieri: §.6. & 7. p.204.

Bona ipſorum a ſpoliis liberantur: § 8. ibid.

Eximuntur a moleſtiis: § 9. ibid.

Conceditur expeditio gratioſa harum literarum: §.10. p 205.

Dapiferorum nomina adduntur in fine p.206. & ſeq.

Dapiferis extremi Conclavis privilegia eadem pariter conceſſit Ben. XIII. Conſt. 10. §. 1. ad 10. p. 312. ad 314

Dapiferorum eorundem nomina apponuntur in fine, p 315. ad 317.

DECANATUS COLLEGII CARDINALIUM.

Decanatum Collegii Cardinalium ad Epiſcopum Cardinalem antiquiorem in Curia præſentem, aut ex cauſa tantum publica abſentem, pertinere ſancitum fuit a Paulo IV per Conſtitutionem quandam relatam a Bened XIII. Conſt. 28. §.1. p.341.

Decanatu eodem vacante ſub Clem. XI; dubitatum fuiſſe, prædicta Conſtitutio ſervanda eſſet necne: verum nihil immutatum, refert id ibid. § 2. p.342.

Super Decanatus ejuſdem cauſa, quoddam particularis Congregationis judicium, ab eodem Clemente approbatum affert id § 3. ibid.

Cur ad Decanatum prædictum Cardinales Epiſcopi antiquiores admittendi ſint, cauſæ afferuntur ab eod. §.4. & 5. p 343 ad 345.

Decanatum prædictum ad Epiſcopum Card. antiquiorem, licet abſentem, pertinere decrevit idem.: § 6. p.345.

Super Decanatus ejuſdem aſſequutione controverſias quaſdam ſuſtulit id § 7. ibid.

Decano deſignato optionem Eccleſiarum Oſtienſis, & Veliternenſis reſervavit Id. ibid. §.8. p.346.

DECRETA CONGREGATIONUM S.R.E. CARDINALIUM.

Decreta Congregationum quo firmius ſubſiſtant, Apoſtolicæ confirmationis patrocinio communiri ſolent: Clem. XI. Conſt. 208 § . pag. 26 Conſt. 210. §.5. pag 31. Conſt. 212. §.1. pag 35. Conſt 225. §.1. pag 74. Conſt. 228 § 1. pag 77 Conſt. 233. §.1. p.87. Conſt. 245. §.1. pag. 113. Conſt. 249. §.1. pag 117. Conſt 255. §.1. pag 129. Conſt. 257. §.1. pag 137. Conſt. 265. pag 153. Conſt. 269. §.1 pag 158. Conſtitut. 277. §.1. pag 186. Innoc. XIII Conſt. 7. §.9. pag. 217. Conſt. 31. §.5. pag. 253. Conſt 32. § 2. pag. 256. Bened XIII Conſt. 2 §.1. pag. 319. Conſt. 23. §.1 pag 334. Conſt. 42. § 1 pag. 373.

DECRETA ORDINUUM REGULARIUM.

Decreta Regularium quo firmius ſubſiſtant, & ſerventur exactius, Apoſtolicæ confirmationis patrocinio communiri ſolent: Clem. XI Conſt. 213. §.2. pag 70. Conſt. 239. §.1. pag 106. Conſt. 243. pag 112. Conſt. 265. pag. 153. Conſt 271. §.1. pag 160. Conſtitut. 272. §.2. pag. 163. Conſt. 273. §.2. pag 165. necnon

Digitized by Google

necnon Innoc.XIII. Conſt.15. §.1. p.230. Conſt 35. § 2. pag.265. Bened.XIII. Conſt.56. §.3. pag.394. Conſt.63. §.8 pag.404.

DECRETA S.R.E. CARDINALIUM.

Decretum Camerale Cardinalis S. R. E. Camerarii pro Inquilinis tempore Anni Sancti, cum ejus ampliatione relatum confirmat Innoc.XIII Conſt 33. §.1. & ſeq. p.256. ad 258.

DECRETA CONGREGATIONIS CONCILII.

Decretum Congregationis Concilii de auctoritate Prioris S Mariæ ſuper Minervam in Pœnitentiarios Baſilicæ Liberianæ relatum confirmavit Benedict.XIII. Conſt.21. §.1.2. & 3. p.331. & ſeq.

DECRETA CONGREGATIONIS SUPER DISCIPLINA REGULARI.

Decretum Congregationis prædictæ ſuper reformatione in duabus Conventibus Provinciæ S. Alberti in Regno Siciliæ Ordinis Carmelitarum, refert & confirmat Bened.XIII. Conſt.23. p.334.

DECRETA CONGREGATIONIS EPISCOP., ET REGULAR.

Decretum Congregationis prædictæ de primatu inter Clericos, & Laicos; horumque titulo pro Provincia Bætica Minor. de Obſer., refert, & confirmat Clem.XI. Conſt.208. §.1. p.25 & ſeq

Decreta quædam ejuſdem Congregationis in cauſa de facultate Aſſiſtentium, & primatu, tempore Sac. Viſitationis, inter Priorem Gen. Eremitarum Sancti Auguſtini, & Vic. Gen. Congregationis Lombardiæ ejuſdem Ordinis, relata confirmat Idem Conſt.210. §.1. ad 5. p.30. & ſeq.

Decreta quædam Congregationis particularis, & Epiſc. & Regul. de revocatione Decretorum Capituli Gen. 1703. Congregationis Bethlemitarum in Indiis Occidental.; ejus erectione in Religionem, aliiſque nonnullis ad Regimen pertinentibus, refert & confirmat id. Conſt. 212. §.1. p.34. & ſeq.

Decretum Congregationis Epiſc. & Reg., quo denegatur ſeparatio quinque Cœnobiorum a Provincia Aragoniæ Fratrum Ordinis B.M. de Mercede, relatum confirmat id. Conſt.225. §.1. p.74.

Decretum aliud Congregationis ejuſdem ſuper aſſociatione Cadaverum ad Eccleſias Regularium pro Provincia S. Joannis Baptiſtæ Ord. Fratrum Prædicatorum in Regno Peruviano, contra Parochos, & Clerum ſæcularem, habetur confirmatum apud eund. Conſt.228 §.1. p.76. & ſeq.

Decretum Congregationis præfatæ de alternativa inter duas filiationes Eremitarum S. Auguſtini Diſcalc. Congregationis SS. Conceptionis M. V. in Regnis Luſitaniæ, & Algarbiorum ſervanda, refert, & confirmat id. Conſt.233. §.1. p.87.

Decretum aliud Congregationis ejuſdem approbans Decretum Capituli Fratrum Prædicatorum Provinciæ Portugalliæ, ſuper Immoderatis expenſis fieri ſolitis a Monialibus in earum officiis; refert & confirmat id. Conſt.236. §.1. p.98

Decretum præfatæ Congregationis de diviſione Provinciæ S. Joannis Evangeliſtæ Inſularum Azzorum, & Terſeiræ Minorum de Obſerv. relatum confirmat id. Conſt 245. §.1. p.112

Decretum prædictæ Congregationis de ſuffragio Exprovincialium, Exdefinitorum, & Excollegarum Ordinis S. Franciſci de Paula, refert & confirmat id. Conſt.249. §.1. p.117

Decretum Congregationis ejuſdem approbans decretum quoddam Miniſtri Gen. Ordinis S Franciſci; quo ſtatuebatur, ut Provinciæ Congregationis Gallicanæ Tertii Ordinis S. Franciſci nominibus Sanctorum titularium; minime vero Provinciæ, & Diſtrictus earum vocarentur; pro ſolo tamen conventu S. Mariæ Miraculorum de Urbe; relatum confirmat id. Conſt. 255. §.1. p.129.

Decretum aliud præfatæ Congregationis de ratione faciendæ electionis Officialium in Provincia S.Nicolai Min. de Obſervantia Reformatorum, extat confirmatum apud eund. Conſt.269. p.158.

Decretum Congregationis ejuſdem de alternativa officiorum pro Provincia S. Antonii in Luſitania Minorum Diſcalceatorum, refert & confirmat Innocent.XIII. Conſt.7. §.8. & ſeq. p.217.

Decretum Congregationis prædictæ de Alternativa Vicariatus Generalis ſervanda inter tres Provincias Fratrum B.M. de Mercede Excalceatorum, refert §.4. & confirmat §.5. id Conſt.31. p.255.

Decreta alia ejuſdem ſuper quarta Funerali, & ingreſſu Parochorum cum Stola & Cruce in Eccleſias Regularium, allata confirmat Idem Conſtitut. 32. §.2. & ſeq. p.256.

Decretum aliud prædictæ Congregationis pro erectione Seminarii Miſſionariorum in Provincia S. Pauli Minorum Diſcalceatorum Caſtellæ Veteris, relatum confirmat Bened.XIII. Conſt 12. §.1. p.319.

Decretum Congregationis ejuſdem, quo ſtatuitur, ut Viſitator Provinciæ Aſſumptionis Tucumanenſis in Indiis Occidentalibus Ordinis Minorum de Obſervantia, quando Commiſſarius Indiarum ad eandem non vult accedere, ex eadem Provincia eligatur, refert, & confirmat id Conſt.42. p.373.

DECRETA CONGREGATIONIS INDULGENTIARUM.

Decretum quoddam Congregationis Indulgentiarum de communicatione Indulgentiarum Congregationis Lateranenſis Congregationi Canonicorum Wildeſinen. in utraque Germania, refert & confirmat Clem.XI. Conſt.257. §.1. p.137.

DECRETA CONGREGATIONIS PARTICULARIS.

Decreta, declarationes, & proviſiones cujuſdam Congregationis particularis ſuper ſportulis, quæ Tribunalibus perſolvi debent, refert & confirmat Clem.XI. Conſt.221. p.68. & ſeq.

Decretum quoddam Congregationis Particularis de abolendis Privilegiis, a Capitulis Gen. Min. de Obſer. Reformat. Lectoribus conceſſis, refert confirmatum id. Conſt.277. p.168. & ſeq.

DECRETA CONGREGATIONIS RITUUM.

Decretum Congregationis Rituum ſuper recitatione Officiorum SS. Propriorum juxta Ritum Breviarii Romani, pro Canonicis Præmonſtraten. Congregationis Hiſpaniæ, relatum confirmavit Inn XIII. Conſt.45. §.2. p.276.

Decretum aliud ejuſdem de cultu Immemorabili B. Andreæ de Comitibus confirmavit idem Conſtit.47. §.1. p.278.

Decretum prædictæ Congregationis circa tranſlationem Corporis Ven. Ferdinandi a S Joſepho Ordinis Eremitarum S. Auguſtini ad Eccleſiam quandam ejuſdem Ordis confirmavit relatum Bened.XIII. Conſt.30. p.349.

DECRETA REGULARIUM.

Decretum Capituli Generalis Monachorum Congregationis Fulien. de mutatione Sandaliorum in Calceos confirmavit Clem.XI. Conſt.221. §.1. p.67.

Decretum Magiſtri Gen. Ordinis Prædicatorum pro abolitione alternativæ in electione Provincialis Provinciæ S.Antonini novi Regni Granaten. refert, & confirmat id. Conſt.223. §.1. p.80.

Decretum aliud Capituli Prædicatorum Provinciæ Portugalliæ ſuper Immoderatis expenſis fieri ſolitis a Monialibus in earum officiis, refert approbatum per Decretum a Congregatione Epiſc., & Reg id. Conſt. 236. p.98.

Literas Patentes Commiſſarii General. Indiarum Occident. Ordinis Minorum de Obſervantia de Viſitatore Provinciæ Chilenſis affert confirmatas idem Conſt.239. §.1. p.105. & ſeq.

Reſolutiones binas Capituli Generalis Congregationis Presbyterorum Piorum Operariorum de celebratione ejuſdem Capituli, confirmavit id Conſtitut.243. p.112.

Decretum de Superioribus ſingulis ſexenniis eligendis a Capitulo Generali Monachorum Congregationis Refor-

Reformatæ S. Bernardi editum fuiſſe narrat idem Conſt. 261. §. 4. p. 145.
Decretum Capituli Gen. Ordinis SS. Trinitatis Redem. Captiv. Diſcalc. Congregationis Hiſpaniæ de mutatione veſtis Fratrum Donatorum, confirmat id. Conſt. 265. p. 153.
Decretum Dietæ Gen. Congregationis Monachorum Silveſtrinorum de exercitio munerum a Conſtitutionibus præſcripto ad obtinendam Abbatiam Titularem, confirmat id. Conſt. 271. §. 2. p. 160.
Decreta quædam Diffinitorij Gen. Ordinis Minorum Conventualium, relata confirmat id. Conſt. 272. §. 1. & ſeq. p. 161. & ſeq.
Decreta quædam alia Capituli Gener. Congregationis S. Bernardi in Hiſpania de Lectoribus, & Concionatoribus referuntur, & confirmantur ab eod. Conſtitut. 273. §. 1. & ſeq. p. 163. ad 165.
Statuta quædam Capitulorum Generalium Minorum de Obſerv. Reformat. de privilegiis Lectorum, Prædicatorum, & Magiſtrorum Novitiorum, indicat, & abolet id. Conſt. 276. §. 1. & ſeq. p. 167.
Decretum Definitorij Generalis Eremitarum S. Auguſtini de reductione Magiſtrorum Provinciæ Caſtellæ refert, & confirmat Innoc. XIII. Conſtitut. 15. §. p. 230.
Statuta quædam Capitulorum Generalium Fratrum B. M. de Mercede Excalceatorum; quibus juſta de cauſa inſtituta, & confirmata fuit alternativa Vicariatus Generalis ſervanda inter Provincias Bæticæ, Caſtellæ, & Siciliæ; confirmata poſtea per Decretum Congregationis Epiſc., & Regul. refert id. Conſt. 31. §. 1. ad 4. p. 154. & ſeq.
Decretum Capituli Generalis Minorum de Obſerv. & Reformat. in perenne grati eorumdem in Sanctitatem Suam animi teſtimonium, relatum confirmat id. Conſt. 35. §. 1. & ſeq. p. 167.
Decretum quoddam Conſultæ Generalis Clericorum Regularium miniſtrantium infirmis, pro Hiſpaniæ Provincia, refert, & confirmat, Benedict. XIII. Conſt. 56. §. 2. & ſeq. p. 394.
Reſolutiones quædam Capituli Generalis Congregationis Bethlemitarum in Indiis Occidentalibus refert confirmatas id. Conſt. 63. §. 2. ad 8. p. 403. & ſeq.

DIŒCESIS.

Diœceſim Ulyſſiponen. in partem Orientalem pro antiquo Archiepiſcopo Orientali nuncupando, & in partem Occidentalem pro altero novo Occidentali, diviſit Clem. XI. Conſt. 234. §. 2. p. 88

DISCIPLINA ECCLESIASTICA.

Pro Diſciplina Eccleſiaſtica in Regnis Hiſpaniarum reſtauranda Decreta quædam edidit Innocent. XIII. Conſt. 34. §. 2. ad 29. p. 259. ad 263.
Nempe
De promovendis ad primam Tonſuram: § 2. & 3. p. 259
De Clericis, qui in Seminariis aluntur: §. 4. ibid.
De Promovendis ad Sacros Ordines: §. 5. ad 7. ibid.
De officio Clericorum: § 8. & ſeq. p. 260.
De Beneficiis ſupprimendis: §. 10. ibid.
De Curam animarum gerentibus: §. 11. ibid.
De Vicariis perpetuis, ac temporariis: §. 12. ad 14. p. 261
De primatu Epiſcoporum: §. 15. ibid.
De Diſciplina Clauſtrali: De numero Religioſorum; de Regularibus ad ordines promovendis: De Monialium Clauſura: De Confeſſariis earumdem: §. 16 ad 21. d. p. 261. & ſeq.
De ſervandis cæremoniis, & rubricis; præcipue in celebratione Miſſarum: §. 22. ad 25. p. 262. & ſeq.
De ſervandis in Iudiciis criminalibus: §. 26. p. 263.
Item in appellationibus, & inhibitionibus: §. 27. Nec non in cauſis civilibus: § 28. ibid.
De obſervandis Decretis Concilii Tridentini: §. 29. ib.
Super Diſciplina eadem in Regnis Hiſpaniarum Conſtitutionem prædictam Innoc. XIII. refert § 1. ad 27. pag. 350. ad 355. & confirmat Bened. XIII. Conſt. 31. §. 28. p. 356.
DIVISIO PROVINCIARUM REGULARIUM. Vid. *Provincia Regularium*.

DOCTRINA CHRISTIANA.

Vid. *Congregatio Doctrinæ Chriſtianæ*.

DOCTRINA S. AUGUSTINI.

Vid. *S. Auguſtinus*.

E

EBREDUNENSIS EPISCOPUS.

Ab Ebredunenſis Archiepiſcopi Officiali acta quædam ſuper invaliditate cenſurarum a Vicario Eccleſiæ Nivien latarum in Miniſtros Senatus, Immunitatis Eccleſiaſticæ violatores; nulla declaravit Clem XI. Conſt. 266. §. 1. p. 154.
Vid. *Nicien. Senatus*.

ECCLESIA COLLEGIATA.

Eccleſiam Collegiatam inſignem in Palatio Regis Portugalliæ in Archiepiſcopalem, & Patriarchalem Eccleſiam Ulyſſiponen. Occidentalem, cum plurimis privilegiis, erexit Clem. XI. Conſtitut. 234. §. 3., & 8. p. 88. & 92.

ECCLESIA PAROCHIALIS.

Tres Eccleſias Parochiales, de Jurepatronatus Regis Portugalliæ, regiæ Capellæ in Civitate Ulyſſiponen. univit Clem. XI. Conſt. 230. §. 3. p. 79.
Eccleſiis Parochialibus prædictis ſuppreſſis, tres Vicarias loco Parochiarum de jurepatronatus regio, cum aſſignatione congruæ, erexit id. §. 4. ibid.

EQUITATUS.

Equitatus ſolemnis occaſione, Pueros honorarios 50. in Comites Palatinos, & auratæ Militiæ Equites creavit Innoc. XIII. Conſt. 18. § 1. p. 233.

ERECTIO.

Erectio Archiepiſcopatus Ulyſſiponen.: Vid. *Archiepiſcopatus prædictus*.
Erectio Collegii Studii generalis: Vid. *Carmelitæ ad Conſt. Bened. XIII.* 70.
Erectio Collegii Theologorum Cœſenat.: Vid. *Collegium prædictum*.
Erectio Congregationis Seminariorum: Vid. *Seminarium*.
Erectio Provinciarum: Vid. *Provinciæ*.
Erectio Seminarii pro Miſſionariis: Vid. *Miſſionarii*.
Erectio Seminariorum: Vid. *Seminarium*.
Erectio Vicariarum: Vid. *Eccleſia Parochialis*.
Erectio Univerſitatis Studii generalis: Vid. *Univerſitates Studiorum generalium*.

EREMITÆ S. AUGUSTINI.

Eremitis S. Auguſtini Congregationis Lombardiæ Decreta quædam Congregationis Epiſc. & Reg. de facultate Aſſiſtentium, & primatu, tempore Sac. Viſitationis, inter Priorem Generalem Eremitarum S. Auguſtini, & Vic. Gen. prædictæ Congregationis Lombardiæ: confirmavit Clem. XI. Conſt. 210. §. 5. p. 31.
Eremitis eiſdem Provinciæ Peruvianæ numerum octodecim Magiſtrorum ad vigintiquatuor extendit id. Conſt. 278. § 1. p. 169.
Eremitis prædictis Provinciæ Caſtellæ Decretum Definitorii Generalis de reductione Magiſtrorum d. Provinciæ confirmavit Innoc. XIII. Conſt. 15. §. 1 p. 230.
Eremitis eiſdem Provinciæ Peruan. ſex gradus Magiſterij pro Concionatoribus conceſſit id. Conſt. 22. §. 1. p. 240.
Eremitis præfatis Provinciæ Mexicanæ octo gradus Magiſterii, 4 pro Lectoribus, & 4. pro Concionatoribus, conceſſit id. Conſt. 23. § 1. p. 241.
Eremitis prædictis Provinciæ Mechoacan. ſex gradus Magiſterii, tres pro Lectoribus, tres pro Concionatoribus, conceſſit id. Conſt. 24. §. 1. p. 242.
Eremitis eiſdem Provinciæ Chilen. augmentum ſex Magiſtrorum pro Verbi Dei prædicatoribus conceſſit id. Conſt. 38. §. 1. p. 268.
Eremitis prædictis Decretum Congregationis Rituum circa tranſlationem Corporis Ven. Ferdinandi a S. Joſepho ipſorum Ordinis ad Eccleſiam quandam ejus-

Digitized by Google

ejuſdem Ordinis confirmavit Bened. XIII. Conſtit.30. §. 1. p.349.

EREMITÆ S. AUGUSTINI DISCALCEATI.

Eremitis S. Auguſtini Diſcalceatis Congregationis Sanctiſſimæ Conceptionis M.V., Decretum Congregationis Epiſc., & Regul. de alternativa inter duas filiationes eorundem Fratrum, in Regnis Luſitaniæ, & Algarbiorum ſervanda, confirmavit Clem. XI. Conſt. 223. §.1. p.87.

Pro Eremitis eiſdem Conſtitutionem Clem. XI. de voto Fratrum Conſanguineorum in primo, vel ſecundo gradu in Capitulis, moderavit; ac votum Fratribus conſanguineis in quibuſdam Capitulis concedi declaravit Innoc. XIII. Conſt.40 §.2. p.270.

EUGUBINA ECCLESIA.

De Eugubinæ Eccleſiæ ſubjectione Metropolitanæ Urbinatenſi, Conſtitutionem Pii IV. refert, & confirmat Bened. XIII. Conſt. 71. §.2. ad 5. pag. 418., & ſeq., & §.12. p.420.

Eugubinam inter, & Urbinatenſem Eccleſias hac ex re ortas controverſias expoñit id. ibid. §.6. ad 10. p.419

Eugubinam Eccleſiam prædictam denuo Urbinatenſi perpetuo ſubiectam declaravit Id. ibid. §.13. p.420.

EXEQUATUR REGIUM.

Sine prævio regio *Exequatur*, a Delegato Monarchiæ Siciliæ exequutio Reſcriptorum Curiæ Romanæ interdicta fuit: cujus tamen hac ſuper re præceptum nullum declaravit Clemens XI. Conſtitut. 211. §.2. p.32.

Abſque Exequatur regio interdicitur ſub certis pœnis exequutio Reſcriptorum exterorum, per Edictum Congregationis Junctæ in Regno Siciliæ; quod nullum declaravit, & damnavit id. Conſtitut. 213. §.3. p.37.

Sine *Exequatur* Senatus Taurinenſis, exequutionem Literarum exterarum prohibuit idem Senatus per quoddam Edictum; quod quidem nullum declaravit Id. Conſt. 263. §.2. p.147

F

FABRICA ECCLESIARUM.

Ut Fabricæ ſuarum reſpective Eccleſiarum omnes proviſi de beneficiis mediam annatam ſolvere tenerentur, ſtatuit Bened. XIII. Conſt.59. §.1. p.397

Ut pro Fabricæ ejuſdem dote d. mediæ annatæ penes aliquem deponantur, a quo inveſtiri debeant, præcepit id. ibid. § 2. p.398.

Pro quarum dotium adminiſtratione nonnulla ſtatuuntur: § 3. ibid.

A dicta ſolutione facienda Fabricæ, nonnullæ Diœceſes eximuntur: §.4. ad 7. ibid

FACULTATES PUBLICÆ.

Facultatibus duabus utriuſque Juris, & artium liberalium in Oppido Palen. Provinciæ Bearniæ nuper erectis Privilegia omnia, Univerſitatibus Studiorum generalium Regni Galliarum conceſſa, ac pariter Studentibus, & ad gradus ſcholaſticos in eis promotis, conceſſit Bened. XIII. Conſt.48. p.380

FAMILIARES PONTIFICIJ.

Familiaribus Sanctitatis Suæ Privilegia quædam conceſſit Innoc. XIII. Conſt.4. §.2. ad 12. p.207. ad 210.

Nempe

Abſolvuntur a cenſuris: §.2. p.207.

Necnon motu proprio creantur Notarij, Comites, Equites, Nobiles, & Cives ibid. p.208.

Horum privilegia eiſdem conceduntur cum quadam reſtrictione: §.3. ibid.

Eximuntur a decimis, aliiſque impoſitionibus: §.4. ib.

Permittitur eis pluralitas Beneficiorum: §.5. ibid.

Eximuntur a reſidentia, durante familiaritate: §.6. ib.

Conceditur facultas recipiendi Ordines extra tempora, & ſine licentia: §.7. p.209.

Item audiendi, & docendi leges, cauſaſque tuendi §.8. ibid.

Necnon eligendi Confeſſarium cum ampla facultate: §.9. ibid.

Pariter facultas transferendi penſiones, uſque ad ducatos 300. §.10. ibid.

Item facultas teſtandi uſque ad 6000. ducatos, & ſine ſolemnitatibus: §.11. p.210.

Conceditur denique Indultum in caſu inteſtatæ ſucceſſionis, aut minus validæ diſpoſitionis: §.12. ib.

Familiaribus pariter ſuis privilegia eadem de more conceſſit Benedictus XIII. Conſtitution. 41. §. 1. ad 7. p.367. ad 370.

FARNESIANA FAMILIA.

Vid. *M. Magiſter*, & *Militia Aureata*.

S. FELIX A CANTALICIO.

S. Felicis a Cantalicio Ordinis Capuccinorum facta, & vitam, ejuſque in Sanctorum album relationem exponit Bened. XIII. Conſt.8. § 1. ad 5. p.303. & ſeq.

S. Felicis ejuſdem olim a Clem. XI. in Sanctorum numerum adſcripti canonizationem promulgavit id ibid. §.6. p.304.

VEN. FERDINANDUS A S. JOSEPHO.

Circa Ven. Ferdinandi a S. Ioſepho Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Corporis translationem ad Eccleſiam quandam ejuſdem Ordinis, Decretum Congregationis Rituum confirmavit Bened. XIII. conſt.30. p.349.

FESTA SANCTORUM.

In Feſto S. Petri de Alcantara Indulgentiam plen. perp. pro Eccleſiis Minorum Conventualium conceſſit Clem. XI. Conſt. 229. §.1. p.77.

In Feſtum diem S. Scholaſticæ tranſitum, Indulgentiam plen. perpet. in feſto ipſo d. Sanctæ olim conceſſam, pro Congregatione Monachorum Burſfeldenſium in Germania, transferri conceſſit id. Conſtitut. 247. p.116.

In Feſto S. Raymundi de Pennafort, & Petri Nolaſci, pro Eccleſiis Ordinis B. M. de Mercede, Indulgentiam plen. perp. conceſſit id. Conſt.248. ibid.

Ut Feſtum S. Antonii de Padua ſit de præcepto in Hiſpaniarum, & Americæ Regnis, ſtatuit Innoc. XIII. §.1. p.234.

In Feſto die S Birgittæ Indulg. plen. perp. pro Eccleſiis Ordinis dictæ Sanctæ conceſſit id. Conſtitut: 39. §.1. p.268.

Feſto die S. Paulæ Indulgentiam plen. perp. pro Eccleſiis Monachorum Ordinis S. Hieronymi Congregationis Lombardiæ, conceſſit id Conſt.41. §.1. p.270

Feſto die S. Stephani tertii Abbatis Ciſtercii Indulgentiam plenariam perp. viſitantibus Eccleſias Monachorum Ordinis Ciſtercii, conceſſit Bened. XIII. Conſt. 14. §.1. p.323.

Feſto die S. Caroli Borromæi, Ordinis S. Joannis Dei, dum vixit, Protectoris, Indulgentiam plen. perp. viſitantibus Eccleſias Fratrum dicti Ordinis, Congregationis Hiſpaniarum, conceſſit id. Conſtitution. 19. p.329.

S. FRANCISCUS BORGIA.

S. Franciſci Borgia Societatis Jeſu facta, vitam, obitus & ejus Beatorum Ordini adſcriptionem refert Benedictus XIII. Conſt.4. §.1. ad 3. p.289. & ſeq.

S. Franciſci ejuſdem Canonizationem jampridem a Clemente X peractam promulgavit id. ibid. §.4 p.291.

B. FRANCISCUS REGIS.

Servum Dei Franciſcum Regis Societatis Jeſu cum officio, & Miſſa Beatorum catalogo adſcripſit Clem. XI Conſt. 227. §.2. p.75.

FRATRES S. AUGUSTINI.

Vid. *Eremitæ S. Auguſtini*.

FRATRES CARMELITÆ.

Vid. *Carmelitæ*.

FRATRES ORDINIS S. FRANCISCI.

Vid. *Minores*.

FRATRES S. JOANNIS DEI.

Pro Fratribus S. Joannis Dei Congregationis Hiſpaniæ Conſtitutiones Urbani VIII., & Alexandri VII. ſuper exemptione Hoſpitalium eorumdem ab Ordinariorum juriſdictione, relatas confirmat Innoc. XIII. Conſt.10. §.3. ad 9. p.223. ad 225.

Digitized by Google

Fratrum eorundem Eccleſias viſitantibus, Indulgentiam plen. perp. die feſto S. Caroli Borromæi, Ordinis dum vixit Protectoris, conceſſit Bened. XIII. Conſtit. 19. p. 329.
Fratribus eiſdem S. Joannis Dei Privilegia, ab Urbano VIII. ipſorum Ordini conceſſa, confirmavit id. Conſtit. 29. § 2. p. 348.

FRATRES PRÆDICATORES.

Vid. *Prædicatores*.

FRATRES REDEMTIONIS CAPTIVORUM ORDINIS B. M. DE MERCEDE.

Fratribus Ordinis B. M. de Mercede Redemtionis Captivorum, Decretum Congregationis Epiſc. & Regul., quo denegatur ſeparatio 5. Cœnobiorum a Provincia Aragoniæ eorundem Fratrum, confirmavit Clemens XI. Conſt. 225. §. 1. p. 74.
Pro Fratrum eorundem Eccleſiis Indulgentiam plenar. perpet. in die feſto S. Raymundi de Pennafort, & Petri Nolaſci conceſſit id. Conſt. 248. §. 1. p. 116.
Fratribus prædictis Ordinis B. M. de Mercede Facultatis Decretum Congregat. Epiſc. & Regular. confirmans Statuta quædam Capitulorum Generalium eorundem, de alternativa Vicariatus Generalis ſervanda inter tres Provincias; confirmavit Innocentius XIII. Conſt. 31. §. 5. p. 215.

FRATRES REDEMTIONIS CAPTIVORUM ORDINIS SS. TRINITATIS.

Fratribus Ordinis SS. Trinitatis Redemt. Captivorum Diſcalc. Congregationis Hiſpaniæ, decretum quoddam Capituli Gen. eorundem de mutatione Veſtis Fratrum Oblatorum, confirmavit Clem. XI. Conſtit. 265. p. 153.
Fratrum eorundem Commiſſariis Generalibus, ut perſiſterent in eorum Officiis; etiamſi ante Capitulum vacaret Officium Miniſtri Generalis, conceſſit id. Conſt. 268. §. 1. p. 157.
Fratribus prædictis Provinciarum Caſtellæ, Legionis, Navarræ, & Bethicæ facultatem nominandi Judices Conſervatores in Conventibus earundem Provinciarum, conceſſit Bened. XIII. Conſtitution. 34 §. 1. p. 388.

H

HABITUS LAICALIS.

Vid. *Clerici Beneficiati*.

HOSPITALIS B. M. THEUTONICORUM.

Hoſpitali B. M. Theutonicorum Conſtitutiones Gregorii XV., Urbani VIII., Clementis IX., & X., ac Innocentii XI., quibus conceſſa, & confirmata fuere dicto Hoſpitali Privilegia Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani; confirmavit Inn. XIII. Conſt. 11. §. 2. p. 226.

HOSPITALE SANCTI JOANNIS HIEROSOLYMITANI.

In Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani gratiam, Conſtitutionem Sixti V., qua juxta declarationem S. Pii V. hac ſuper re, decernitur, ut omnes obtinentes Commendas, & Beneficia dicti Hoſpitalis ad ſolutionem jurium communis Ærarii ejuſdem teneantur; confirmavit Benedict. XIII. Conſt. 49. §. 1. p. 381. ad 384.

HOSPITALIA.

Vid. *Confeſſarius*.

HISPANIA.

In Hiſpaniis acta omnia in expulſione Nuncii Apoſtolici; ejuſque tribunalis abolitione; in interdicto commercii cum Rom. Curia, in executione Literarum Apoſtolicarum; & occupatione reddit1uum, ac fructuum Eccleſiaſticorum, nulla declaravit Clement. XI. Conſt. edit. 17. Oct. 1711. ut idem refert. Conſt. 238. §. 1. p. 102. ad 104.
Vid. *Nuncius Apoſtolicus*.
Pro Diſciplina Eccleſiaſtica in *Hiſpaniarum Regnis* reſtauranda, Decreta quædam edidit Innoc. XIII. Conſt. 34. § 2. ad 29. p. 259. ad 263.
Vide *Diſciplina Eccleſiaſtica*.

I

IMPERATOR.

Vide *Rex Romanorum*.
Imperatori Romanorum Carolo VI. Regnum Siciliæ, & Hieruſalem cum terra citra Pharum in feudum conceſſit Innoc. XIII. Conſt. 26. §. 9. p. 245.

INDULGENTIÆ.

Indulgentiam plenariam per modum ſuffragii pro Defunctis recitantibus Coronam S. Birgittæ conceſſit Clem. XI. Conſt. 206. p. 24.
Indulgentiam plen. per. etiam pro Defunctis in Eccleſia Montis B. M. V. Monachorum Congregationis Montis Virginis, conceſſit id. Conſt. 226. p. 74.
Indulgentiam plen. perp. in feſto S. Petri de Alcantara pro Eccleſiis Minorum Conventualium conceſſit id. Conſt. 229 § 1. p. 77.
Indulgentias totius Ordinis Ciſtercien.; & Monaſteriorum Superioris Germaniæ, Monachis Provinciæ Sileſiæ prædicti Ordinis, conceſſit id. Conſtitut. 232. § 1. p. 85.
Indulgentiam plen. perp. in Feſto S. Scholaſticæ conceſſam, in diem tranſlati feſti pro Congregatione Monachorum Burſfeldenſium in Germania, transferri conceſſit id. Conſt. 247. p. 116.
Indulgentiam plen perp. in feſto S. Raymundi de Pennafort, & Petri Nolaſchi, pro Eccleſiis Ordinis B. M. de Mercede, conceſſit idem Conſtitut. 248. §. 1. ibid.
Indulgentiam plen. perp. in quibuſdam feſtis pro Eccleſia B. Mariæ *della Strcata* Militiæ Aureatæ Conſtantinianæ, conceſſit id. Conſt. 274. p. 165.
Indulgentiam plen. perp. pro Eccleſiis Ordinis S. Birgittæ in ejus feſto die conceſſit Inn. XIII. Conſt. 39. §. 1. p. 268.
Indulgentiam plen. perpetuam pro Eccleſiis Monachorum Ordinis S. Hieronymi Congregationis Lombardiæ die feſto S. Paulæ conceſſit idem Conſt 41. §. 1. p. 270.
Indulgentiam plen. perpet. Viſitantibus Eccleſias Monaſteriorum Ordinis Ciſtercienſis die feſto S. Stephani Tertii Abbatis Ciſtercien. conceſſit Benedict XIII. Conſt. 14. p. 323.
Indulgentias quaſcumque, vertente Anno Univerſalis Jubilæi 1725. ſuſpendere voluit idem Conſtitutione 15. d. p. 323.
Indulgentiam plen. perp. viſitantibus Eccleſias Fratrum S. Joannis Dei Congregationis Hiſpaniarum die feſto S. Caroli Borromæi, Ordinis dum vixit Protectoris, conceſſit id Conſt. 19. p. 329.
Indulgentias quaſdam perpetuas, & univerſales omnibus Chriſtifidelibus, recitantibus ad ſignum Campanæ, quod vulgo dicitur *l' Ave Maria*, antiphonam *Angelus Domini*, flexis genibus, conceſſit id. Conſt. 32. p. 356.
Indulgentias nonnullas perpetuas recitantibus Coronam ſeptem Dolorum B. Mariæ Virginis conceſſit id. Conſt 33. p. 357.
Indulgentias quaſdam in generali Indulgentiarum ſuſpenſione indicta, Anno Jubilæi durante, minime comprehendi declaravit idem Conſtitut. 46. §. 1. & 2. p. 376. & ſeq.
Indelgentias nonnullas iis, qui adfuerint Orationi 40. horarum ubicumque, conceſſit id. ibid. §. 3. p. 377.
Vid. *Jubilæum*.
Ut Indulgentias, Anno Jubilæi durante, ſuſpenſas, applicare poſſent per modum ſuffragii Animabus Defunctorum, Chriſtifidelibus conceſſit id. Conſt. 58. §. 2. p. 397.

INDULTUM.

Indulta omnia Religioſis perſonis conceſſa a Nuncio Apoſtolico in Regnis Luſitaniæ, & Algarbiorum prop-

Digitized by Google

propter nonnulla mala ex eorum conceſſione orta, revocavit Clem.XI. Conſt 363. §.2. p.148.

INTERDICTUM ECCLESIASTICUM.

Interdictum, cui ſubjecta fuit Diœceſis Agrigentina ob Epiſcopi expulſionem, cum decreto pro illius obſervantia ſub cenſuris eo ipſo incurrendis, confirmavit Clem.XI. Conſt.197. §.7. p.5.
Interdictum in Diœceſibus Catanien., & Agrigent omnimode obſervari decrevit id. Conſt 209 §.4. p.28.
Adverſus Interdictum prædictum quaſdam falſas Doctrinas reprobavit id. ibid §.1. ad 3. p.27.
In Interdicti ejuſdem contemtores cenſuras, & pœnas inflixit id. ibid. §.5. p.28

S. JOANNES A CAPISTRANO.

S. Joannis a Capiſtrano Ord. Minorum de Obſer. facta, vitam, & labores pro fide exantlatos, ac miracula exponit Bened. XIII. Conſt.6. §.1. ad 7 p 297. & ſeq.
S. Joannis ejuſdem Canonizationem ab Alexandro VIII. jam pridem peractam promulgavit idem ibidem §.8. p.299.

S. ISIDORUS AGRICOLA.

S. Iſidori Agricolæ facta, vitam, & obitum; necnon ſigna ab eo patrata exponit Bened. XIII. Conſt. 1. §.1. ad 6. p.280. & ſeq.
S. Iſidori ejuſdem a Gregorio XV. in Sanctorum tabulas relati Canonizationem promulgavit idem ibidem §.7. p.28.

JUBILÆUM

Jubilæum univerſale feria ſecunda Pentecoſtes contra turcas indixit Clem.XI. Conſt 218 §.1. p.53.
Jubilæum univerſale initio Pontificatus ſui de more indixit Innoc. XIII. Conſt 5 §.1. p.213.
Pro Jubilæo prædicto acquirendo quid præſtare debeant exiſtentes extra urbem. ibid.
Quid navigantes, & iter agentes? §.2. p.214.
Quid regulares, & legitime impediti. ibid
Jubilæum Univerſale initio Pontificatus ſui, ut in more poſitum eſt, indixit Bened: XIII. Conſt. 11. §.1. p.317. cum conſuetis declarationibus §.2 ad 5 p.318
Jubilæum Univerſale Anni Sancti 1725. indixit idem Conſt 13. §.1. p.320
Vid. Annus Sanctus.
Jubilæi Univerſalis prædicti Anno vertente Indulgentias quaſcumque ſuſpendere voluit idem Conſtitut 15. p.323
Circa Jubilæum initio Pontificatus indictum, mentem ſuam declaravit id. Conſt 18. §.1. p 328.
Jubilæi prædicti præſentis Anni Sancti Indulgentias omnes Monialibus, Oblatis, Puellis, & Mulieribus Sæcularibus in Monaſteriis degentibus, ac Anachoretis, Eremitis, Infirmis, & in carcere detentis, conceſſit id. Conſt.43. §.1. p.374
Vid. Indulgentiæ.

JUDÆI.

In Judæos, ne novarum rerum mercaturam exercerent, Conſtitutionem Clem.VIII. confirmavit, & innovavit Innoc XIII. Conſt 44. §.7. p.275.

JUNCTA IN REGNO SICILIÆ.

Vid. Congregatio Junctæ.

JUS PRÆSENTANDI.

Jus præſentandi ad tres Vicarias loco Eccleſiarum parochialium erectas Regi Portugaliæ conceſſit Clem. XI. Conſt.230. §.5. p 80
Jus præſentandi, & nominandi ad Archiepiſcopatum Ulyſſiponen. Occidentalem recens erectum, Regi Portugalliæ conceſſit id. Conſt.234. §.10. p.93.

L

S. LAURENTIUS JUSTINIANUS.

S. Laurentii Juſtiniani facta, vitam, virtutes, miracula recenſet Bened. XIII. Conſt. 5. §. 1. ad 11. p.292. ad 295
S. Laurentii ejuſdem Canonizationem jampridem ab Alexandro VIII. in Sanctorum album relati, promulgavit id. ibid. §.12. p.296.

LIPAREN.

Liparen. Diœceſis a Vicario Generali ob ſui expulſionem interdicto ſubjecta eſt: & quoddam Edictum ſuper illo a Delegato Monarchiæ Siciliæ editum, nullum declaravit Clem.XI. Conſt.205. §.3. p.21.
Liparen. Diœceſis immediatam ſubjectionem S. Sedis confirmavit id. Conſt.204. ibid.
Vid. Cenſuræ Eccleſiaſticæ.

LUCERNÆ SENATUS.

Lucernæ Senatus, ac Magiſtratus, Edictum ſuper moderatione ſubſidiorum dotalium, livellorum, aliaque expenſarum Monialium, cum nonnullis Ordinationibus, refert, & declarat Inn.XIII. §.2. p 235.

M

M. MAGISTER.

M. Magiſtri Militiæ Aureatæ officium a Principe Flavio Comneno conceſſum Duci Franciſco Farneſio, ejuſque deſcendentibus, ab Innoc.XII. confirmatum fuiſſe refert Clem.XI. Conſtitut 256. §.1. p.129., & ſeq.
M. Magiſtri prædicti officium, ejuſque privilegia ab Innoc.XII. Familiæ Farneſiæ conceſſa, perpetuo iterum conceſſit; cum confirmatione erectionis d Ordinis Militaris; id. ibid. §.3. p.131.
M. Magiſtro prælato nonnulla privilegia; nempe facultatem erigendi commendas; earumque fundatoribus juſpatronatum reſervandi: eaſdemque conferendi, conceſſit id. ibid. §.6. p.133.
Vid. Militia Aureata.

MILITIA AUREATA CONSTANTINIANA.

Militiæ Aureatæ Conſtantinianæ ſub titulo S. Georgii inſtaurationem a Duce Franciſco Farneſio, ejuſdem Militiæ M. Magiſtro perpetratam; renovando ſtatuta; Milites nobiles conſcribendo; & cohortes contra Turcas expediendo; indicat Clem.XI. Conſt.256 §.2. p.130.
In Militiæ Aureatæ prædictæ gratiam, Eccleſiam B.Mariæ *della Steccata* nuncupatam, in certam Eccleſiam, certamque dictæ Militiæ Sedem Collegiatem; & caput totius ordinis erexit; cum Magno Prioratu; & privilegiis ſimilium Eccleſiarum capitum aliarum Militiarum; id. ibidem. §.4. p.132.
Militiæ præfatæ Domum Piam *de Miſericordia* nuncupatam, cum illius ſubjectione Eccleſiæ Steccatæ, ac nonnullis ordinationibus, conceſſit idem, ibid, §.5. d.p.132., & ſeq.
Militiæ ejuſdem Magno Priori facultatem inſtituendi Rectores ad beneficia Eccleſiaſtica, conceſſit id. ibid. §.6. p.133.
Militiam prædictam ab Ordinariis locorum exemit; eamque M. Magiſtro in temporalibus, & ſpiritualibus ſubjecit: cauſas vero Militum Eccleſiaſticorum alicui Eccleſiaſtico committendas decrevit id §.7. p 134.
Pro Militiæ ejuſdem majori decore quædam præcipua honoris inſignia, & facultates ejus M. Magiſtro, ac M Priori; Habituſque ſingulares pro Capellania indulſit id. ibid. §.8. p.134., & ſeq.
Pro Militiæ Aureatæ Conſtantinianæ Eccleſia B. Mariæ *della Steccata* nuncupat. in quibuſdam diebus feſtis Indulgentiam plenariam perp. conceſſit id. Conſt.274. p.165.
Vid. M. Magiſter.

MILITES THEUTONICI.

Pro Militibus Theutonicis Conſtitutionem Pii V., qua iidem Milites eximuntur ab oneribus, quibus non ſunt ſubjecti Milites Hieroſolymit.; confirmavit Innoc.XIII. Conſt.14. §.1. p.229.

MINIMI.

Minimis Ordinis S. Franciſci de Paula Decretum Congregationis Epiſcop., & Regul. de ſuffragio Exprovincialium, Exzeloſorum, & Excollega-

Digitized by Google

rum dicti Ordinis, confirmavit Clem. XI. Conſtit.249. §.1. p.117.

MINORES IN GENERE.

Minoribus Ordinis S.Franciſci in Regnis Portugalliæ privilegia omnia perſonalia, quæ eiſdem concedi conſueverant, abrogavit Bened. XIII. Conſt.37. §.1. p.360.

Pro ſervanda in Ordine *Minorum, ſub directione Magiſtri Generalis totius Ordinis viventium*, antiqua Regulari Diſciplina, quædam ſtatuit idem Conſt.39 §.2. ad 11. p.360. ad 365.

Nempe:

Abolentur quæcunque indulta perſonalia: §.2.p.362.

Statuitur, ne Fratres ſuo arbitrio Conventus eligant: §.3. p.363.

Præcipiuntur nonnulla Superioribus circa collationem dignitatum; & Fratribus circa earum conſequutionem §.4. ibid.

Guardianorum nominationes, & præſentationes penitus tolluntur: §.5., & 6. ibid.

De deputatione Familiarum, & deſtinatione Conventuum: §.7. p.364

Revocantur ſuffragia perpetua: §.8., & 9. ibid.

De Patrum ſubrogatione in Capitulis. §.10. p.365.

Commutatur pœna excommunicationis ab Urb.VIII. in transgreſſores inflictam, in illam privationis officiorum: §.11. ibid.

MINORES CAPUCCINI.

Minorum Capuccinorum Diſcretos in Provincia Flandro Belgica alias ſuſtulit Clem.XI., ut narrat id. Conſt.204. p.19.

Minorum eorundem MiniſtroGen. facultatem reſtituendi eoſdem diſcretos in prædicta Provincia conceſſit id. §.1. ibid.

Minorum prædictorum Provinciæ Inſulen: concordiam quandam, initam ſuper diviſione d. Provinciæ in Cuſtodias, confirmavit id Conſt 279 §.1. p.170.

Minorum Capuccinorum Miniſtris Provincialibus, & Definitoriis Provinciarum facultatem vendendi, vel permutandi libros duplicatos, ſive ſuperfluos, conceſſit Ben.XIII. Conſt 24. §.1. p.335.

MINORES CONVENTUALES.

Pro Minorum Conventualium Eccleſiis indulgentiam plen.perp. in Feſto S.Petri de Alcantara conceſſit Clem.XI. Conſt.229. §.1. p.77.

Minorum Conventualium Decreta quædam Diffinitorii Gen. refert id. Con.272. §1. p.161., & ſeq.

I. *Scilicet:*

Ut Conventualium patrona præcipua ſit B.M.Virgo Immaculatæ Conceptionis: p.161.

II. Ratio faciendæ Transfiliationis: ibid.

III. Sacrificia, & preces pro mortuis præſidibus: ibid.

IV. Qui ad Religionem admittendi: p.162.

V. Converſi careant jure ſuffragii: ibid.

VI. Qui Lectores Morales ad gradum promovendi; ibid.

VII. Approbantur 9. Decreta Definitorii 1713. celebrati: ibid.

Minoribus Conventualibus prædictis præinſerta Decreta confirmavit id. d. Conſt.272. §.2. ibid.

In Minorum eorundem Eccleſia Aſſiſij Archiconfraternitatem Cordigerorum a Sixto V. erectam fuiſſe; ac Magiſtro Generali facultatem conceſſam erigendi Confraternitates ejuſdem nominis in Minorum Eccleſiis, refert Bened.XIII. Conſtit 35. §.1. p.358.

Minorum prædictorum Magiſtro Generali facultatem, erigendi dd. Confraternitates in iis etiam locis, in quibus Eccleſiæ Ord. Minorum non exiſtunt, conceſſit id. ibid. §.2. p.359.

MINORES DE OBSERVANTIA.

Minoribus de Obſervantia Provinciæ Bæticæ Decretum quoddam Congregationis Epiſc., & Regular. de primatu inter Clericos, & Laicos, horumque titulo pro d.Provincia confirmavit Clem.XI. Conſtit.208. §.1. p.26.

Minoribus eiſdem Provinciæ Chilenſis Literas quaſdam Patentes Commiſſarii Gen. Indiarum Occid. de Viſitatore d. Provinciæ, confirmavit id. Conſtit.239. §.1. p.106.

Minoribus prædictis Provinciæ S. Joannis Evangeliſtæ Inſularum Azzorum, & Terſeiræ Decretum Congregationis Epiſc:, & Regul. approbans diviſionem dictæ Provinciæ confirmavit id. Conſt.245. §.1. p.113.

Ut Minores Laici de Obſervantia in Regno Siciliæ præſtarent juramentum cedendi præcedentiam Clericis, ſtatuit Inn:XIII. Conſt.9. §.2. p.228.

Ex Minoribus de Obſervantia Cuſtodi, & Guardiano S.Sepulchri facultatem conferendi Sacramentum confirmationis conceſſit id.Conſt.13. p.228.

Minoribus eiſdem Decretum Capituli Generalis eorundem in perenne grati ipſorum in Pontificem animi teſtimonium editum, confirmavit id. Conſtit.35. §.1., & 2. p.265.

Minoribus præfatis Provinciæ Poloniæ Majoris Conſtitutionem Innocen:XI. de Cœnoblo Thorunenſi aggregando Provinciæ prædictæ Minorum eorundem, confirmavit id. Conſt.36. §.2. p.266.

Minoribus prædictis Provinciæ Aſſumtionis Tucumanenſis in Indiis Occidentalibus, Decretum Congregationis Epiſcop:, & Regular:, quo ſtatuitur, ut Viſitator dictæ Provinciæ, quando Commiſſarius Indiarum ad eandem non vult accedere, ex eadem eligatur, confirmavit Bened:XIII. Conſtit.42. §.1. p.373.

MINORES DE OBSERVANTIA DISCALCEATI.

Minoribus Diſcalceatis Strictioris Obſervantiæ Privilegia, & Decreta Congregationis Epiſc:, & Reg. ne quis illis eleemoſynam quærere vetaret, confirmavit Clem:XI. Conſt 244. p.112.

Minoribus eiſdem in Braſilia, Conſtitutionem Clem.X. qua revocata fuere, & in poſterum prohibita privilegia perſonalia pro Provinciis eorundem Minorum, confirmavit id. Conſt.258. §.3. p.139.

Minoribus prædictis Provinciæ S.Antonii in Luſitania Decretum Congregationis Epiſc., & Regul. de alternativa officiorum pro dicta Provincia, confirmavit Innoc:XIII. Conſt 7. §.9. p.217.

Minorum eorundem Provinciæ S. Petri de Alcantara in Regno Neapolitano Cœnobia duo, nempe S.Luciæ de Monte, ac de Portici a Clemen.XI. diſmembrata fuere a prædicta Provincia, & unita Provinciæ Caſtellæ, ut refert idem Conſtitut.27. p.248.

Quæ tamen Cœnobia per alias ejuſdem Pontificis Literas iterum unita fuere prædictæ Provinciæ Neapolitanæ; uti narrat id. ibid.

Cujus poſtremæ Conſtitutionis ejuſd. Clem.XI., de reunione dictorum Cœnobiorum Provinciæ Neapolitanæ, executionem Nuncio Neapolis commiſit id. ibid. p.249.

Minoribus Diſcalceatis prædictis Provinciæ S. Pauli Caſtellæ Veteris Decretum Congregationis Epiſcop:, & Regular: pro erectione Seminarii Miſſionariorum in dicta Provincia confirmavit Benedict.XIII. Conſt.12. §.1. p.319.

MINORES REFORMATI.

Pro Minoribus Reformatis Provinciarum Conceptionis B Mariæ Fluminis Januarii, & S.Antonii Bahienſis in Braſilia, a MiniſtroGenerali ano.1682.ob nonnullas cauſas, rejectis Commiſſariis Viſitatoribus Europæis, conſtituti alii fuere ex iiſdem provinciis; hoc tamen pacto, ut quidam ex Provincia Fluminis Januarii, pro Provincia S. Antonii eligerentur; & e contra; uti refert Clemen.XI. Conſt.250. p.118.

Sed pro Minoribus Provinciæ S.Antonii ob novas cauſas a Cardinale Protectore an.1688. conceſſum fuit ſeligi poſſe dd. Commiſſarios ex eademmet Provincia; ſicut narrat id. ibid.

Minoribus prædictis itaque Provinciæ Fluminis Januarii

rii

rii ſimilem facultatem, eligendi nempe Commiſſarios Viſitatores ex eademet ipſorum Provincia, conceſſit id. §.2. ibid.

Minoribus Reformatis Provinciæ S Nicolai Decretum Congregationis Epiſcop:, & Regular: de ratione faciendæ electionis officialium in d. Provincia confirmavit id. Conſt.169 §.1. p.158.

Minoribus de Obſervantia Reformatis ſtatuta quædam Capitulorum Generalium eorundem de privilegiis Lectorum, Prædicatorum, & Magiſtrorum Novitiorum, abolevit id. Conſt.276 §.2. p.167.

Minoribus eiſdem Decretum Congregationis Particularis de abolendis privilegiis a Capitulis Generalib. Lectoribus conceſſis, confirmavit id. Conſtit.277 §.1. p.169

Ut Minores Laici Reformati in Regno Siciliæ præſtarent juramentum cedendi præcedentiam Clericis, ſtatuit Innoc:XIII. Conſt 9.§.2. p.18.

Minoribus eiſdem Pœnitentiariis S.Joannis in Laterano de Urbe, Exprovincialium privilegia conceſſit id. Conſt.12.§.1. p.227.

MINORES TERTII ORDINIS.

Minoribus Tertii Ordinis Congregationis Gallicanæ Decretum quoddam Congregationis Epiſcop:, & Regular: approbans aliud Decretum Miniſtri General. totius Ordinis ſtatuens, ut Provinciæ ejuſdem Congregationis nominibus Sanctorum Titularium; minime vero Provinciæ, & Diſtrictus earum vocarentur; pro ſolo tamen conventu S.Mariæ Miraculorum de Urbe, confirmavit Clem:XI. Conſt.255. §.1. p.129

Ut Minores Laici Tertii Ordinis in Regno Siciliæ præſtarent juramentum cedendi præcedentiam Clericis, ſtatuit Innocent: XIII. Conſtitut.9. §.2. p.22

De Minoribus eiſdem Congregationis Galliæ Provinciæ S. Joannis non recipiendis in alios Ordines, Conſtitutionem Gregorii XV confirmavit, & extendit Bened.XIII. Conſt.60 §.2. p.399.

MISSIONARII.

Ut Miſſionarii ſuper obſervantia quorundam reſponſorum editorum in cauſa rituum Sinenſium juramentum præſtarent; cujus formula affertur; nec ante ipſum Miſſiones inirent, mandavit Clem:XI. Conſtit.217. §.6., & 10. p.51., & ſeq.
Vid. *Ritus Sinenſes*.

Pro Miſſionariorum Seminarii erectione in Provincia S.Pauli Minorum Diſcalceat. Strictior. Obſervantię Caſtellæ Veteris, Decretum a Congr. Epiſcop:, & Regular: editum, confirmavit Bened:XIII. Conſtit.12.§.1. p.319.

MONACHI ORD. S.BENEDICTI CONG. BOHEMIÆ.

Monachis prædictæ Congr. Bohemiæ privilegia omnia Congregationum Ord. S. Benedicti conceſſit Clemen:XI. Conſt.207. §.2. p.85.

MONACHI ORD. S.BENEDICTI CONG. BENEDICTINÆ AUGUSTANÆ.

Monachi Congregationis Benedictinæ Auguſtanæ communicationem privilegiorum Congr. Caſſinenſis, quoad gratias ſpirituales tantum, conceſſit Benedict.XIII. Conſt.62. §.2. p.401.

MONACHI ORD. S. BENEDICTI CONG. BURSFELDENSIS.

Pro Monachorum Burſfeldenſium Congregatione tranſlationem Indulgentiæ plen.perp.in feſto S.Scholaſticæ in diem tranſlati feſti conceſſit Clem: XI. Conſt.247. p.116.

MONACHI ORD. S.BENEDICTI CONG. MONTIS VIRG.

In Monachorum Congregationis Montis Virginis Eccleſia Indulgentiam plenar. perpetuam, etiam pro Defunctis, conceſſit Clem:XI. Conſt 226 p.74.

MONACHI ORD. S BENEDICTI CONG. PORTUGALLIÆ.

Monachis Ordinis S Benedicti Congregationis Portugalliæ quæcumque privilegia perſonalia, alias conceſſa, abrogavit Benedict: XIII. Conſtitur. 44. p.374.

MONACHI ORD S BENEDICTI CONG. SILVESTRINORUM.

Monachis Congregationis Silveſtrinorum Decretum quoddam Dietæ Generalis eorundem, de exercitio munerum a Conſtitutionibus præſcripto ad obtinendam Abbatiam Titularem, confirmavit Clem XI. Conſt.271 §.1. p.160.

MONACHI CISTERCIENSES.

Monachis Ciſtercienſibus Provinciæ Bohemiæ, Moraviæ, & Luſatiæ privilegia omnia a Greg:XIV Congregationi S:Bernardi Hiſpaniarum conceſſa, & ab Urbano VIII. ad Congregationem Superioris Germaniæ ejuſdem Ordinis extenſa, communicavit Clem XI. Conſt 216 §.3. p.49.

Monachis eiſdem Congregationis Fulvien Decretum eorum Capituli Generalis de mutatione Sandaliorum in calceos confirmavit idem: Conſt 221. §.1. p.67.

Monachis prædictis Provinciæ Sileſiæ indulgentias totius Ordinis, & Monaſteriorum Superioris Germaniæ conceſſit id.Conſt.232.§.1. p.85.

Ut Monachi Ordinis Ciſtercienſis Congregationis Reformatæ S.Bernardi, Capitulum Gener. deinceps ſingulis ſexenniis; & non amplius trienniis habeant, ſtatuit id. Conſt.254. p.128.
Quam Conſtitutionem denuo repetit idem Conſtitut.261. p.144.

Monachis præfatis Decretum eorundem Capituli General. de Superioribus ſingulis ſexenniis eligendis quoad Superiores majores tantum, cum norma ſervanda ſingulis trienniis in electione, vel confirmatione aliorum Superiorum; confirmavit id. Conſt.261 §.4. p.145.

Monachorum eorundem Congregationis S Bernardi in Hiſpania Decreta quædam in Capitulo Gen. edit. refert id. Conſt.273. §.1. p.163., & ſeq.
I. *Scilicet*:
Lectores, & Concionatores qua de cauſa amoveri poſſint a ſuo munere: p.163.
II. Norma eos eligendi: ibid.
III. Qui ad examen admittendi, & a quo eis miniſtranda Viatica: ibid.
IV. Examinatores, & qui ab eis approbandi: p.164.
V., & VI. Quot Lectores, & Concionatores eligendi: ibid.
VII. Electio oppoſitorum pro Univerſitatibus: ibid.
VIII. A quo fieri debent expenſæ tempore prædictorum electionum: ibid.
IX., & X. De Jubilatis, & Lectore, ac Concionatore Collegii de Palazuelos: ibid.
XI., & XII. De numero Lectorum, & Magiſtrorum, Regentium, & Viceregentium: ibid.

Monachis prædictis relata Decreta confirmavit idem id.Conſt.273. §.2. p.165.

Monachorum Ciſtercienſium Eccleſias Viſitantibus indulgentiam plen: perp: die feſto S Stephani tertii Abbatis Ciſtercii, conceſſit Benedict.XIII. Conſtit.14. §.1. p.323.

MONARCHIA SICILIÆ.

Quædam a Tribunali Monarchiæ Siciliæ geſta contra cenſuras, ab Epiſcopo Agrigentino in ſui Expulſores declaratas; & interdictum, cui ſubjecta fuit Diœceſis Agrigentina; nulla declaravit Clem:XI. Conſt.197. §.1. ad 6. p.1. ad 4.

Monarchiæ Siciliæ Miniſtros omnes participes in ſupra relatis actis cenſuras Eccleſiaſticas incurriſſe, & ab illis nonniſi a Rom. Pontifice abſolvi poſſe decrevit id. §.8. p.5.

Delegati Monarchiæ Siciliæ Edictum quoddam ſuper interdicto, cui Vicarius Generalis expulſus ſubjecit Diœceſim Liparen., nullum declaravit idem Conſt.205. §.3. p.21.

Delegati præfatæ Monarchiæ præceptum de impedienda exequutione reſcriptorum Apoſtolicorum ſine præ-

Digitized by Google

prævio regio exequatur, nullum declaravit idem Conſt.211. § 2. p.32.
Monarchiæ Siciliæ infirmum fundamentum, prætenſam ſcilicet Apoſtolicam Legationem Rogerio Comiti Siciliæ ab Urbano II. commiſſam, a doctis Viris firmis rationibus everſum fuiſſe, extendit idem; Conſt.214. §.1. p.39., & ſeq.
Monarchiam Siciliæ, ſeu Legationem Apoſtolicam, cum revocatione Privilegiorum, & politicatione modi ſervandi in foro Eccleſiaſtico abolevit idem; ibid. §.3., & 4. p.41.
Monarchia Siciliæ abolita, modum in prædicta Conſtitutione indicatum, ſervandum in foro Eccleſiaſtico pro Regno Siciliæ cum Tabella Judicum; ſeu Tribunalium præſcripſit idem Conſtit.215. § 1. ad 24. p.42. ad 46.
Scilicet:
In prima inſtantia cauſæ omnes ſpectant ad Ordinarium: §.1. p.44.
In ſecunda ad Metropolitanum: §.2. ibid.
In tertia ad Delegatum Apoſtolicum a Sententia Metropolitani: §.3. ibid.
In quarta ad Rom. Pontificem, qui cauſam in partibus cognoſcendam committet: §.4. ibid
In cauſis Beneficialibus 24. ducatorum; & profanis 50. a Delegato ad Judices Synodales: §.5. ib.
In cauſis Regularium a conſervatoribus ad Judices Synodales: §.6. ibid.
In criminalibus Regularium ab Ordinario ad Judices Synodales: § 7. ibid.
In cauſis majoribus immediate ad S.Sed. §.8. ib.
Item ad S.Sedem cenſurarum ſibi reſervatarum, & ab eiſdem abſolutio: § 9. ib.
Abſolutio tamen a cenſuris ob violationem interdicti cujuſdam conceditur Ordinariis: §.10. p.45.
Ordo demum præſcribitur Ordinariorum, Metropolitanorum, etiam ſubrogatorum, & Delegator. Apoſtolicorum: § 11. ad 24. ibid.
Tabella inſuper adjicitur Tribunalium Eccleſiaſticorum Regni Siciliæ; juxta modum in ſupradictis literis Apoſtolicis præfinitum: p.46.
Poſt Monarchiæ Siciliæ abolitionem, & deſtinationem Judicum pro cauſis Eccleſiaſticis, edita fuit quædam appellatio, & provocatio Procuratoris Fiſcalis in Regno Siciliæ adverſus binas prædictas Conſtitutiones Apoſtolicas; quam nullam declaravit id. Conſt.219 §.1. p.55.

M U S I C I.

Vid. *Congregatio Muſicorum*.

N

NICIEN. SENATUS.

Nicienſis Senatus Officiales a Vicario Capitulari ejuſdem Eccleſiæ Nicienſis, tanquam immunitatis Eccleſiaſticæ Violatores: ob extractum ab Eccleſia Sacerdotem, declarati fuere excommunicati; ſed ab Officiali Metropolitæ Ebredunenſis primo ad cautelam abſoluti fuere; ac poſtea nullæ declaratæ cenſuræ; uti refert Clem:XI. Conſtitut.266. p.154.
Nicien. Senatus ad Miniſtros tanquam excommunicatos; donec a S.Sede aliter declaratum fuerit; vitandos eſſe mandavit id. ibid. p.155.
Vid. *Cenſuræ Eccleſiaſticæ*.
Vid *Ebredunen. Archiepiſcopus*.

NUNCIUS APOSTOL.

Nuncio Apoſtolico ad tractum Rheni, ut declararet Canonicos Oſnabrugen. Eccleſiæ ob poſtulationem Principis Acatholici in Epiſcopum, incurriſſe cenſuras, & pœnas, injunxit; necnon facultatem ab his abſolvendi, & ſuper irregularitate diſpenſandi, & ad omnia rehabilitandi, conceſſit Clem:XI. Conſt.237. §.2. p.99.
Nuncio Apoſtolico Hiſpaniarum facultatem abſolvendi a cenſuris, & pœnis eos, qui libertatem, immunitatem, & juriſdictionem Eccleſiaſticam violarunt, conceſſit id. Conſt 238. § 2. p.104.
A Nuncio Apoſtolico in Regnis Luſitaniæ, & Algarbiorum indulta omnia conceſſa religioſis perſonis, ob mala ex eorum conceſſione orta, revocavit; cum prohibitione eidem Nuncio; ne in poſterum illa concederet; id.Conſt.263 § 2. p.148.
Nuncio Apoſtolico Neapolis executionem Conſtitutionis Clem:XI. de reunione cœnobiorum S. Luciæ de Monte, ac de Portici, Provinciæ Neapolitanæ Fratrum de Obſerv: Diſcalc: Hiſpaniæ, commiſit Innoc:XIII. Conſt.27. p.249.

O

ORATIO QUADRAGINTA HORARUM.

DE Orationis 40. horarum diſtributione inter Eccleſiam Patriarchalem, & Metropolitanam, aliaſque Ulyſſiponen. Decretum Delegati Apoſtolici confirmavit Clemen: XI. Conſtitut. 246. §.3. p.115.

OSNABRUGEN. EPISCOPUS.

In Oſnabrugen. Epiſcopum Principem Erneſtum Acatholicum Capitulum, & Canonici poſtularunt; quam tamen poſtulationem nullam declaravit Clemen:XI Conſt. 237. §. 1. p.39.
Vid. *Nuncius Apoſtolicus*.

OFFICIA SANCTORUM.

Super Officiorum Sanctorum propriorum recitatione juxta ritum Breviarii Romani Decretum Congregationis Rituum pro Canonicis Præmonſtratenſis Congreg Hiſpaniæ, confirmavit Innoc.XIII. Conſtit.45. § 1. p.276.

P

PACIFICATIO.

PAcificationis cujuſdam tractatum inter Abbatem S.Galli Ordinis S.Benedicti nullius Diœceſis Provinciæ Moguntinæ; & Magiſtratus Bernen., & Tigurin., Catholicæ fidei, & Eccleſiæ juribus noxium, initum fuiſſe narrat Clem:XI. Conſt.260. §.1. p.142.
Pacificationis ejuſdem tractatum prædictum, eo quod in ea permitteretur hæreſeos exercitium; hæreticis concederentur publica munia, & puerorum inſtructio, nullum declaravit id. ibid. §.2. p.143.

P A R O C H U S.

Parochis Civitatis Parmen. Decreta quædam Congregationis Epiſc., & Regul. ſuper quarta funeralis, & ingreſſu Parochum cum Stola, & Cruce in Eccleſias Regularium, confirmavit Innoc:XIII. Conſtit.22. §.2. p.256.
Vid. *Aſſociatio Cadaverum*.
Ut Parochiæ, tum in Italia, tum in Inſulis ei adjacentibus, quarta funeralis Defunctorum ſuæ Parochiæ, qui in Eccleſiis Regularium ſepulturam elegerint, perſolvi deberet, ſtatuit Bened:XIII. Conſt.57. §.1. P 395.
Vid. *Regulares*.

S. P A U L A.

S.Paulæ die feſto indulgentiam plen. perp. pro Eccleſiis Monachorum Ordin. S. Hieronymi Congregat. Lombardiæ conceſſit Inn:XIII. Conſt.41. §.1.p 270.

PATRIARCA, ET PATRIARCHATUS.

Patriarchatus Ulyſſiponen. Occidentalis: Vid. *Archiepiſcopatus*, & *Eccleſia Collegiata*.
Quatuor primis *Patriarchis* Conſtantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, & Hieroſolymitano, facultatem geſtandi Exomidem conceſſit Ben:XIII. Conſt 36. §. 1. p.360.

S. PHILIPPUS BENITIUS.

S.Philippi Benitii Ord.Servorum B.M.V., facta, vitam, obitus, & miracula exponit Benedict.XIII. Conſt.3 §.1. ad 3. p 286.

S.Pi.j-

S. Philippi Benitii prædicti, a Clem: X. Sanctorum albo adſcripti, Canonizationem promulgavit idem ibid. §. 4. p. 287.

PIJ OPERARII.

Vid. *Congr. Piorum Operariorum*.

POENITENTIARII.

Pœnitentiariis Minoribus Reformatis S. Joannis in Laterano de Urbe, Exprovincialium privilegia conceſſit Innoc. XIII. Conſt. 12. §. 1. p. 237.

In Pœnitentiarios Baſilicæ Liberianæ, Priorem S. Mariæ ſuper Minervam auctoritatem habere, decrevit Congr. Concilii per Decretum amplum relatum a Bened. XIII. Conſt. 2. 1 §. 1., & 2. p. 331., & ſeq

Quod Decretum confirmavit id ibid. §. 3. p. 332.

PRÆBENDA THEOLOGALIS.

Ut Præbenda Theologalis in Eccleſiis Cathedralibus Italiæ, inſularumque adjacentium inſtitueretur, decrevit Bened: XIII. Conſt. 69. § 1. p. 414.

Pro Præbendæ ejuſdem inſtitutione quaſdam ordinationes edidit id. §. 2. ad 4. d. p. 414., & ſeq

PRÆDICATORES.

Prædicatorum Magiſtri Gen. Decretum quoddam pro abolitione alternativæ in electione Provincialis Provinciæ S. Antonini novi Regni Granaten. confirmavit Clem XI. Conſt 221. §. 1. p. 70

Prædicatoribus Provinciæ S Joannis Baptiſtæ in Regno Peruano Decretum Congregationis Epiſcop, & Regul. ſuper aſſociatione cadaverum ad Eccleſias Regularium pro d. Provincia contra Parochos, & Clerum Sæcularem, confirmavit id. Conſtit. 228 §. 1. p. 77.

Prædicatoribus Provinciæ Portugalliæ Decretum quoddam Congregationis Epiſc, & Regular. approbans Decretum Capituli eorundem, ſuper immoderatis expenſis fieri ſolitis a Monialibus in earum officiis, confirmavit idem Conſtitut. 236. §. 1. p. 98.

Prædicatoribus Provinciæ Aprutinæ ampliationem numeri Magiſtrorum confirmavit Innoc: XIII. Conſtit. 28. § 2. p. 250.

Prædicatoribus quaſdam literas direxit Bened: XIII., quibus SS. Auguſtini, & Thomæ doctrina a calumniis vindicatur, ac miris laudibus effertur in Conſt. Bened. XIII. 38 §. 2., & ſeq p. 361.

Prædicatoribus nonnullarum Provinciarum, ut Proceſſiones SS. Roſarii, ſine Parochi interventu, & licentia Ordinarii, peragere poſſint, conceſſit id Conſt. 53. §. 2. p. 390.

Ex Prædicatorum Provincia Lombardiæ ab Innoc. XII erectam fuiſſe Congregationem S. Sabinæ, refert id. Conſt. 64. §. 1. p. 400

Ab eoque cautum, ut Fratres d. Congregationis diſcedere ab ea volentes, difficiliter quidem dimitterentur: id. §. 2. p. 401

Verum poſtea, exortis querelis inter Vicarium Congregationis prædictæ, & Priorem ejuſdem Provinciæ Lombardiæ ſuper quibuſdam Fratribus dimiſſis; id. Bened. declaravit, qui Fratres a Congregatione S Sabinæ dimitti poſſent; qui in Provincia Lombardiæ recipi deberent; d. Conſtit 64. § 3. ad 5. ibid.

PRECES PRIMARIÆ.

Ad Preces primarias Caroli VI. Romanorum Regis, ut aliqua Beneficia Eccleſiaſtica conferri deberent, conceſſit Clem XI. Conſt. 200. p. 10

Preces ſimiles Joſephi I. deceſſoris prædicti Caroli, exequendas decrevit id. ibid. p. 11.

PRIVILEGIA.

Privilegia Beneventani Archiepiſcopi in cognitione cauſarum: Vid. *Beneventanus Archiepiſc.*

Privilegium Bibliothecæ Urbinaten. Vid. *Bibliotheca Urbinaten.*

Privilegia Cappellanorum Pontificis: Vid. *Cappellani Pontificii*.

Privilegia Collegii Doctorum Urbinaten: Vid. *Collegium prædictum*.

Privilegia Conclaviſtarum: Vid. *Conclaviſtæ*.

Privilegia Dapiferorum: Vid. *Dapiferi*.

Privilegia Facultatum Publicarum quarundam: Vid. *Facultates Publicæ*.

Privilegia Familiarium Pontificum: Vid. *Familiares Pontificii*.

Privilegia Fratribus S. Joannis Dei confirmata: Vid. *Fratres prædicti*.

Privilegia Hoſpitalium B. M. Theutonicorum confirmata.

Vid. *Hoſpitale prædictum*.

Privilegia M. Magiſtri Militiæ Auratæ: Vid. *M. Magiſter Militiæ Auratæ*.

Privilegia perſonalia Minoribus abrogata: Vid. *Minores*, & *Minores Diſcalceati*.

Privilegia Cuſtodis, & Guardiani S. Sepulchri: Vid. *S. Sepulchrum*.

Privilegia Monachorum Ord. S. Benedicti: Vid *Monachi prædicti*.

Privilegia Monachorum Ord. S. Benedicti Congregat. Portugalliæ abrogata: Vid. *Monachi prædictæ Congr.*

Privilegia Monachorum Ciſtercienſium: Vid. *Monachi Ciſtercienſes*.

Privilegia Pœnitentiariorum S Jo: in Laterano. Vid. *Pœnitentiarii*.

Privilegium Regularium de non ſolvenda Parochis quarta funeralis abrogatum: Vid. *Regulares*.

Privilegia Vicario Urbis reddita: Vid *Vicarius*.

Privilegia Univerſitatis Sorbonæ: Vid. *Univerſitas prædicta*.

Privilegia Univerſitatis Studii Gen Urbinaten: Vid. *Univerſitas prædicta*.

PROVINCIÆ REGULARIUM.

Provinciæ S. Joannis Evangeliſtę Inſularum Azzorum, & Terſeirę Minorum de Obſervantia diviſionem, a Congregatione Epiſc. & Regul. approbatam, confirmavit Clem. XI. Conſt 245. §. 1. p. 113.

In Provincias Carmelitarum antiquę Obſerv. binas Vicarias Bahię, ac Fluvii Januarii in Braſilia ejuſdem Ordinis, erexit id. Conſt. 270. §. 1. p. 159.

Super Provincię Inſulen. Ordinis Fratrum Capuccinorum diviſione in Cuſtodias, concordiam quandam initam confirmavit id Conſt. 279. §. 2. p. 170.

Provinciarum Ordinum Regularium erectiones. Vid. *Carmelitæ ad Clem. XI. Conſt.* 270., *& ad Benedict. XIII. Conſt.* 68.

Provinciarum earundem diviſio: Vid. *Minores de obſerv. ad Conſt. Clem. XI.* 245.

Vid. *Minores diſcalceati ad Conſt. Innoc. XIII.* 27.

PUERI HONORARII.

Pueros honorarios 50, occaſione ſolemnis Equitatus, in Comites Palatinos, & auratæ Militię Equites, creavit Innoc. XIII. Conſt. 228. §. 1. p. 233.

R

RECINATENSIS CIVITAS.

PRO Recinatenſis Civitatis Regimine nova Capitula refert Clem. XI. Conſt. 251. §. p. 119. ad 121.

Scilicet:

I. De redditibus aggregandorum ad regimen: d. p. 119.

II. De artibus eiſdem permiſſis: ibid.

III. De numero Conſiliariorum. ibid.

IV. De doctoribus magiſtratui adſcribendis. p. 120.

V. De adſcribendorum onere: ibid.

VI. De eorum Capitulorum obſervantia: ibid.

VII. De ætate regimini adſcribendorum: ibid.

VIII. De renovatione urnæ, & indiligentibus: ibid.

IX. e X. De electione *Caput primorum*, *& narratorum* vulgo, *Diciteri*; necnon regimini adſcribendis: ibid.

XI. e XII. De non eligendis in præd. officia: De ordine inter conſiliarios. ibid.

XIII. De Reliquis peragendis in renovatione urnæ: ibid.

XIV.

Digitized by Google

XIV. De forma ſchedularum in pilulis includendarum: ibid.
XV. De electione reliquorum officialium. ibid.
XVI. De regimini adſcriptis abſentibus. ibid.
XVII. De precibus, & gratiarum actione in conſilio. ibid.
XVIII. De pœnis in contravenientes: ibid.
XIX. De aliis non eligendis: ibid.
XX. De confirmatione horum Capitulorum, & abrogatione contrariorum: ibid.
Pro Recinatenſis Civitatis regimine relata Capitula confirmavit id. dicta Conſt. 221. §.3. p.122.

REGULARES IN GENERE.

Regularibus omnibus, ad quaſcumque dignitates Eccleſiaſticas promotis, ne ſecum extra Cœnobia ulla bona adſportare audeant, interdixit Bened: XIII. Conſt 47. §.5. p.378.
Regularium Superioribus facultatem concedendi promotis eiſdem ad tempus uſum librorum, aliorumque, ademit id. ibid §.6. p.379.
Ut Regulares Apoſtatæ ad ſuos Ordines impune reverti poſſent, ſtatuit ib. Conſt.52. §.1. p.389.
Regularibus alias conceſſum ne quarta funeralium partem Parochis perſolvere tenerentur, narrat idem Conſt.57. §.1. p.395.
Regularium prædictum privilegium, exemtionis nempe a ſolutione quartæ funeralis, abrogavit idem §.3. ibid.
Vid. *Parochus*.

REX PORTUGALLIÆ.

Ad Regis Portugaliæ preces, tres Parochiales Eccleſias de ejuſdem jurepatronatus, Regiæ Capellæ in Civitate Ulyſſiponen. univit Clem.XI. Conſt.230. §.2. & 3. p.76. & ſeq
Regi eidem juspræſentandi ad tres Vicarias, loco dictarum Eccleſiarum ſuppreſſarum erectas, cum contrariorum derogatione, conceſſit idem ibid §.5. p.80.
A Rege Portugalliæ plures naves miſſæ ſunt adverſus teterrimos Turcarum apparatus, Pontificis impulſu, ut refert id. Conſt 234. §.1. p.87.
In Regis prædicti gratiam, inſignem Collegiatam in Palatio Regio ejuſdem, in Archiepiſcopalem, & Patriarchalem Eccleſiam Ulyſſiponen. Occidentalem, cum plurimis privilegiis, erexit idem ibid §.3. p.88.
Regi Portugalliæ jus nominandi, & præſentandi ad Archiepiſcopatum Occident. Regi reſervatum fuit ab eodem Clem. XI. ibid. § 10. p.93.

REX ROMANORUM.

In Regem Romanorum electo, ac futuro Imperatori Carolo VI. ejuſdem electionem, & coronationem confirmavit Clem.XI. Conſt.196 § 1. p.8.
Regi Romanorum eidem, ut ad ejus Preces Primarias aliqua beneficia Eccleſiaſtica conferri deberent, conceſſit id. Conſt. 200. p.10

RITUS SINENSES.

In Rituum Sinenſium cauſa reſponſa quædam ſeu Decreta edita, & confirmata omnimode obſervari mandavit Clem.XI. Conſt 217. §.5. p.51.
In reſponſionibus autem hæc continentur:)
Per mittitur unica vox ad Deum ſignificandum:)
Interdicuntur obligationes, & cæremoniæ, quæ fiunt in honorem Confucii, vel Progenitorum defunctorum etiamſi procederet proteſtatio de ſolo cultu civili exhibendo.) §.2.p.50.
Permittitur tamen aſſiſtentia mere materialis.)
Permittitur quæ mere civilia ſunt:)
Vid. *Miſsionarii.*

ROMANUS PONTIFEX.

Romanus Pontifex ab auſibus Laicorum jura Eccleſiæ ſarta tecta defendere debet: Clem.XI. Conſt. 197. in Exord. pag.1. & Conſt.201. pag.13. necnon Conſt.260. in Exord. pag. 142. necnon Innoc. XIII. Conſt 20 in Exord. p.235. & Conſt. 26. in Exord. pag.242.
Romani Pontificis officium eſt revocandi quæ perperam inducta; & ex juſta cauſa immutandi, quæ alias rite conceſſa fuere: Clem.XI. Conſt.214 in Exord. pag.39. Bened. XIII. Conſt.26. in Exord. pag. 336. Conſt.28. in Exord. pag.341. Conſt. 57. in Exord. pag.394.
Romanus Pontifex excitandis ubilibet, ac promovendis laudabilium diſciplinarum, bonorumque artium ſtudiis intendere debet: Clem.XI. Conſt 220. in Exord. pag. 56. Conſt. 235. in Exord. pag. 95. Conſt.253. in Proœm. pag 125. necnon Innoc. XIII. Conſt.30. in Exord. pag.252. Bened.XIII. Conſt.54. in Exord. pag.390 Conſt. 70. in Exord. pag.416.
Romanis Pontificibus onus incumbit elargiendi gratias Principibus de Catholica Religione optime meritis: Clem XI. Conſt.234 § 1. p.87.
Romani Pontificis eſt curare, ut pax inter Eccleſiaſticas potiſſimum perſonas ſemper conſervetur: Clem.XI. Conſt.246 in Exord. pag.114.
Romani Pontifices cæleſtium munerum theſauros a Domino creditos fidelibus elargire debent: Clem. XI. Conſt. 248. in Exord. pag. 116. necnon Innoc XIII. Conſt 19. in Exord. pag.234. Conſt. 39. in Proœm. pag.268. Conſt.41 in Exord. pag. 270. Bened. XIII. Conſt 14 in Exord. pag. 323. Conſt. 33. in Exord. pag 357.
Romano Pontifici onus incumbit promovendi cultum Servorum Dei: Innoc XIII. Conſt.47. in Proœm. pag.277.
Romani Pontifices paternam curam de Romanæ Eccleſiæ ſubditis, etiam quoad temporalia, gerere debent: Clem. XI Conſt. 251. in Exord. pag. 119. Conſt.280. in Exord. pag.171.
Romani Pontificis eſt ea, quæ pro Regularium directione, & quiete conſtituta ſunt, curare quo exactius in poſterum ſerventur: Clem.XI. Conſt.258. in Exord. pag.137. Conſt.264. in Exord. pag.149. Conſt 272 in Exord. pag.161. Conſt.273. in Exord. pag.165. Bened. XIII. Conſt.29. in Proœm p.347. Conſt 37 in Proœm. pag.360. Conſt.39. pag 362.
Romani Pontifices Animarum potiſſimum ſaluti procurandæ; ac Orthodoxæ Fidei puritati ſervandæ omni ſtudio ad vigilare debent: Clem XI. Conſtitut.259. in Proœm. pag.139. necnon Innocent. XI. §.1. p.236.
Romano Pontifici onus incumbit curare ut firma, & ſtabilia perſiſtant quæ a Prædeceſſoribus emanarunt: ſic Innoc XIII. Conſt.11. in Exord. pag.226. & 17. in Exord. pag.231. Bened.XIII. Conſt. 1. in Exord. pag.279. Conſt. 2. in Exord. pag.283. Conſtit.3.4.5.6.7.8 in Exord. pag. 286. 288. 292. 297. 300. 303. Conſt.27. in Exord. pag.338.
Romani Pontificis præcipua ſollicitudo eſſet debet, ut Eccleſiaſticam diſciplinam ſervet, ac reſtauret: Innoc.XIII.Conſt 34. in Exord pag.288. Bened XIII. Conſt.31. in Proœm. pag.350.
Romanus Pontifex clementia Sedem Apoſtolicam moderare debet: Innoc.XIII. Conſt.46. p.276.

ROTA MACERATEN.

In Rota Maceraten. aſſignatus eſt locus a Clem.XI. uni ex civibus civitatis Urbini; uti refert Innoc.XIII. Conſtit.17. §.1. p.231. & ſeq.
In Rota prædicta aſſignationem prædictam confirmavit id. ibid §.2. p.233.

RUTHENI.

Ut Ruthenis ad fidei unitatem revertentibus bona ſua integra reſerventur, ſtatuit Innoc.XIII. Conſt.46. §.1. p.277.
Ruthenis præd. Idem conceſſit Bened.XIII. Conſt.25. §.1. p.335.

SA.

S

SABAUDIA.

SAbaudiæ, ob moleſtias ſubditis, & feudatariis Sanctæ Sedis locorum Montafiæ Ciſternæ, & Corſanſæ, Aſten Diœceſis, illatas, nonnulla Monitoria a Curia Romana prodidiſſe refert Clem. XI. Conſtitut. 252. p. 122.

Sabaudiæ pariter edictum quoddam in præjudicium ſupremi dominii S. Sedis in dictis locis a Sæculari poteſtate promulgatum, nullum declaravit idem ibid. §. 1. p. 123. & ſeq

Quæ quidem loca docentur pertinere ad Epiſcopum Aſten: adeoque ſubeſſe Pontificio Dominio, quod plures Pontifices vindicarunt: nempe S. Pius V ab impoſitione onerum: Paulus V. a permutatione aliquorum locorum; Alex. VII. a Ducis edicto de ſupremo Dominio. ibid.

Vid. *Taurinen. Senatus*.

SEMINARIUM IN GENERE.

Ut Seminariorum erectionem promoveant, ac de congruis redditibus ea provideant, Ordinariis Italiæ, Inſularumque adiacentium, præſcripſit Bened XIII. Conſt 67. §. 1. p. 410

Pro Seminariorum eorundem erectione nonnullas Ordinationes edidit id. §§ 2. ad 6. ibid.

Ut Seminariorum erectio, ac prædictæ Ordinationes perficerentur, Congregationem Seminariorum nuncupandam ex S. R. E. Cardinalibus erexit; ad quam omnia remitti debeant: idem ibidem §. 7. & ſeq. p. 411.

Seminariorum Officialibus uti, Epiſcopis inhibuit idem. § 9. ibid.

Seminariorum Alumni quibus diſciplinis erudiri debeant, ſancivit id. §. 10. ibid.

SEMINARIUM ECCLESIASTICUM CÆSENATEN.

Pro Seminarii Eccleſiaſtici Ceſenat. augendis redditibus nonnulla ſtatuit Benedictus XIII. Conſtitut. 72. §. 2. & ſeq. p. 421. & ſeq.

S. SEPULCHRUM.

S. Sepulchri Cuſtodi, & Guardiano facultatem conferendi Sacramentum Confirmationis conceſſit Innoc. XIII. Conſt. 13. p. 228.

S I C I L I A.

Vid. *Monarchia Siciliæ*.

Vid. *Congregatio Juntæ*.

In Siciliæ Regno poſt abolitionem Monarchiæ Siciliæ & deſtinationem Judicum pro cauſis Eccleſiaſticis; emanavit a Procuratore Fiſcali appellatio quædam, & proteſtatio adverſus binas conſtitutiones Apoſtolicas prædictas; quam nullam declaravit, cum pœnis in contravenientes, Clem. XI. Conſtitut. 219 §. 1. p. 55.

Siciliæ Regnum, & Hieruſalem cum terra citra Pharum ad S. Sedem devolutum, Ferdinando Aragoniæ Regi, ejuſque deſcendentibus, etiam fœminis, a Julio II. in feudum conceſſum fuiſſe, civitate Beneventana excepta, cum annuo cenſu, & ſub certis conditionibus; refert Innoc. XIII. Conſtit. 26. §. 1. p. 243.

Siciliæ Regnum idem a Leone X. conceſſum fuiſſe Carolo Imperatori, addito novo cenſu 7000. ducatorum de Camera, noviſque conditionibus, refert id. §. 2. ibid.

Siciliæ Regnum prædictum a Julio III. ob renunciationem Caroli, conceſſum fuiſſe Philippo II. Angliæ Regi, & Hiſpaniarum Principi, ejuſque deſcendentibus, etiam fœminis, Aragoniæ Regibus, ſub prædictis conditionibus; narrat id. §. 3. ibid.

Siciliæ Regnum præfatum a Clem. VIII., defuncto Philippo II., conceſſum fuiſſe eodem modo Philippo III. Regi Catholico; refert id. §. 4. p. 244.

Siciliæ Regnum idem a Gregorio XV. ob mortem Philippi III. conceſſum fuiſſe Philippo IV. eadem forma, & cum nova reſervatione Terræ Pontis Curvis narrat id. §. 5. ibid.

Siciliæ Regnum prædictum tandem ab Alex. VII., e vivis ſublato Philippo IV. conceſſum fuiſſe Carolo II. Regi Catholico, eodem modo; refert id. §. 6. ibid.

Siciliæ Regnum præfatum Carolo VI. Romanorum Imperatori in feudum eodem modo conceſſit idem §. 9. p. 245.

S O C I E T A S J E S U.

Societatis Jeſu Patribus a Paulo III. prohibitum fuit ingredi alium Ordinem, excepto illo Carthuſianorum, ſine facultate S. Sedis, vel Præpoſiti Generalis; ut ex Conſtitutione Greg. XIII. refert Clemens XI. Conſt. 264 §. 8. p. 149.

A Pio IV., & V. idem vetitum fuiſſe quoad Ordinem Carthuſianorum quoque poſt elapſum certum tempus ab emiſſa profeſſione, & niſi adſit expreſſus conſenſus Præpoſiti Generalis; narrat id. ibid.

Societatis ejuſdem Patribus prædictis a Greg. XIII. confirmatæ fuere recenſitæ Conſtitutiones; idque ipſum prohibitum in Conſt. edit Kal. Novem. 1579., quam refert id. ibid. d. p. 149. ad 152.

Societati præfatæ, eo quod in Indiis novo auſu earum Conſtitutiones falſis interpretationibus corrumperentur; præinſertam Greg. XIII. Conſtitutionem confirmavit id. ibid. d. p. 152.

S O R B O N A.

Vid. *Univerſitas Sorbonæ*.

SPOLIA CAMERÆ APOSTOLICÆ.

A Spoliis Cameræ Apoſtolicæ debitis Præſules Regni Neapolis exemit Innoc. XII. Conſtit., quæ incipit -- *Inſcrutabili* -- 3 Kal. Feb. Pont. 3., uti narrat Bened. XIII. Conſt. 16. §. 1. p. 324.

An in ipſa comprehenderentur Præſules extra Diœceſim decedentes addubitatum eſt: §. 2. ib. p. 325.

Conſtitutionem itaque prædictam declaravit, & ampliavit pro Præſulibus extra reſidentiam decedentibus, id. § 3. ibid.

Ut ex Spoliis prædictis fierent dotes applicandæ dumtaxat Eccleſiarum fabricæ a Præſule, cum Capituli conſilio, præcepit id. §. 5. ibid.

SPORTULÆ, SEU PROPINÆ.

Super Sportulis, quæ Tribunalibus perſolvi debent, declarationes, proviſiones, & Decreta a quadam Congregatione edita recenſet Clemens XI. Conſtitut. 222. p. 68. & ſeq.

Scilicet:

I. De Sportulis, ſeu propinis in cauſis commiſſis. p. 68

II. In cauſis creditorum. ibid.

III. In cauſis concurſus eorumdem. ibid.

IV. In cauſis pauperum. p. 69.

V. In expeditionibus cauſarum. ibid.

VI In renunciatione litis. ibid.

VII. In cauſis earundem ſportularum. ibid.

Decreta relata confirmavit idem. ibid.

S. STEPHANUS ABBAS.

S. Stephani tertii Abbatis Ciſtercii die feſto Indulgentiam plen. perp. Viſitantibus Eccleſias Monaſteriorum Ordinis Ciſtercienſis, conceſſit Bened. XIII. Conſt. 14. §. 1. p. 323.

SUFFRAGIA PRO DEFUNCTIS.

Vid. *Altare Privilegiatum*.

Vid. *Indulgentia*.

T

TARRACONEN. ARCHIEPISCOPUS.

TArraconen. Archiepiſcopus a ſæculari poteſtate exceptus non fuit, quin expulſus, uti narrat Clemens XI. Conſt. 201. §. 1. p. 13.

Ad Tarrachonen. Archiepiſcopum ſpectare juriſdictionem; & non ad Capitulum, adverſus auſus ſæcularis poteſtatis, declaravit id. ibid. p. 14.

TAURINEN. SENATUS.

Taurinen. Senatus edictum quoddam prohibens exequutio-

quiſitionem Literarum exterarum ſine ejus *Exequatur*, nullum declaravit Clem. XI. Conſtitut. 262. §.1. p.147.
Vid. *Sabaudia*.

TERRA SANCTA.

Pro Terræ Sanctæ Locorum neceſſitatibus Conſtitutionem Urbani VIII. confirmavit Innoc. XIII. Conſtitut. 16 §.1. p.231.

S. THOMA.

S. Thomæ Doctrinam a calumniis vindicat, ac miris laudibus effert Bened. XIII. Conſt.38. §.1. & 2. p.361

TRIBUNALIA.

Tribunalibus quæ ſportulæ perſolvi debent, quædam particularis Congregatio iudicavit per quaſdam declarationes, proviſiones, & Decreta, quæ confirmavit Clem.XI. Conſt.222. p.69.

V

VICARIUS URBIS.

CArdinali Vicario Urbis Fabritio Paulutio nuper electo omnia jura ſolita, a Prædeceſſoribus conceſſa, pariter conceſſit Bened.XIII. Conſtitut. 26. §.1. p.336.
Vicario prædicto cumulativam poteſtatem in omnibus cauſis more Judicum Ordinariorum Romanæ Curiæ a Clem.X conceſſa fuiſſe, refert id. ibidem §.2. p.337.
Vicario eidem facultatem cumulativam in omnibus cauſis juxta tenorem d. Conſtitut. Clementis X., reſtituit id. ibid. § 3. p.338.

VISITATIO APOSTOLICA.

Viſitationis Apoſtolicæ Eccleſiarum, & Locorum piorum Urbis continuationem mandarit Innoc. XIII. Conſt. 6. p.215.
Viſitationis Apoſtolicæ prædictæ continuationem pariter decrevit Bened. XIII. Conſt.20. §.1. p.330.

ULYSSIPONEN. ARCHIEPISCOPUS OCCIDENTALIS.

Vid. *Archiepiſcopatus Ulyſſiponen.*
Vid. *Eccleſia Collegiata*.
Ulyſſiponen. Occidentalis Eccleſiæ nuper in Patriarcalem erectæ Capitulo indultum ampliare volens veſtem rubeam pro canonicis; ac pallium armellinarum; & mozzettam pro Beneficiatis, & Cappellanis, conceſſit Clem.XI Conſt. 242. §.1. p.109.

ULTRAJECTINUS ARCHIEPISCOPUS.

Electionem, & conſecrationem in Ultrajectinum Archiepiſcopum Cornelii Steenovens irritam declaravit Bened XIII. Conſt 45, §.2. p.376.

UNIO ECCLESIARUM.

Vid. *Eccleſia Parochialis*.

UNIVERSITAS SORBONÆ.

Univerſitas Sorbonæ plura privilegia conceſſa fuiſſe, eamque in S. Sedis clientelam ſuſceptam docet Clemens XI. Conſt. 235. §.1. p.96.
Ab Univerſitate prædicta an. 1714. Decretum quoddam editum fuit pro receptione Bullæ *Unigenitus*; ſed ab eadem poſtea ut falſum, & adulterinum abrogatum fuit; Bulla impudenter proſcilla; eique obedientes in periit: uti narrat id. §.2. ibid.
Hinc Univerſitatis ejuſdem privilegia omnia, quoad contradictores tantum; cum interdicto neminem promovendi ad gradus, & Univerſitati aggregandi, ſuſpenſa fuere ab eodem ibid. §.4. p.97.

UNIVERSITAS STUDII GENERALIS URBINATEN.

Univerſitati Studii Generalis Urbinaten. Privilegia a Pontificibus conceſſa; eorundem Conſtitutionibus inſertis, refert Clem XI. conſt. 280. §. 6. ad 17. pag 172. ad 180.
Univerſitati eidem relatas Conſtitutiones confirmavit una cum Privilegiis ibidem contentis, cum nonnullis eorum declarationibus, idem ibidem §. 17. ad 20. p.180. & ſeq.
De Univerſitatis prædictæ Privilegiis Conſtitutionem laudatam Clem.XI. refert a §.2. ad 26. pag.184. ad 195., necnon confirmat, cum nova eorundem conceſſione Innoc. XIII. Conſt.1. §.26. & ſeq. d.p.195.
Vid. *Collegium Doctorum Urbinaten.*

UNIVERSITAS STUDIORUM GENERALIUM.

Univerſitatem Studii Generalis in Civitate S. Jacobi de Leon. de Caracas Indiarum Occidentalium erexit Innoc. XIII. Conſt.40. §.3. p.253.

URBINATENSIS CIVITAS.

Urbinatenſis Civitatis Patriæ ſuæ laudes recenſet Clemens XI. Conſt. 280. in Exord. p.171.
Urbinatenſis Civitas a dicto Clem.XI. ab ære alieno fuit ſoluta, uti narrat id. §.1. ibid.
Urbinatenſis Civitatis Metropolitana Eccleſia, præ nobili Altari, ſacraque ſuppellectili ſumtuoſa ditata fuit ab eodem §.2. ibid.
Ejuſdem Eccleſiæ canonicales proventus aucti; ædes Archiepiſcopales ampliatæ; Collegium extructum §.3. ibid.
Bibliotheca in Conventu S. Franciſci ad publicum uſum erecta: § 4. ibid.
Vid. *Bibliotheca Urbinaten.*
Mœnia Civitatis reſtaurata, duo fixa loca in Rotis Peruſiæ. & Maceratæ. Civibus aſſignata. Mons frumentarius erectus: §.5. p.172.
Vid. *Collegium Doctorum Urbinaten.*
Vid. *Rota Maceraten.*
De Urbinatenſis Eccleſiæ erectione in Metropolitanam; & Eccleſiæ Eugubinæ ſubiectione eidem, Conſtitutionem Pii IV. refert, & confirmat Bened XIII. Conſtit.71. §.2. ad 5. pag. 418 & ſeq. & §.12. p.420.
Urbinatenſem inter, & Eugubinam Eccleſiam hac ex re ortas controverſias enarrat id. ib. §.6. ad 10. p.419.
Urbinatenſi Eccleſiæ prædictæ iterum Eugubinam ſubjectam declaravit id. ib. §.13. p.420.

I N D E X

V E R B O R U M,

Quæ in hoc Indice Alphabetico continentur.

A

ABbates Regulares. 425.
Academia Scientiarum Bononiea. 425.
Academia Theologica in Archigym. Sapientiæ. 425.
Agrigentum. 425.
Altare privilegiatum. 425.
B. Andrea de Comitibus. 425.
S. Andrea Corſini. 425.
Angelus Domini. 425
Annus Sanctus. 425.
Apoſtata. 425.
Archiepiſcopatus Olyſsiponenſis. 425.
Archigymnaſium Sapientiæ. 426.
Aſſociatio Cadaverum. 426.
S. Auguſtinus. 426.
Auguſtiniani. 426.

B

BEatificatio Servorum Dei. 426.
Beneventanus Archiepiſcopus. 426.
Bethlemitæ. 426.
Bibliotheca Urbinaten. 426.
S. Birgitta. 426.

C

CÆna Domini. 426.
Cæſenatenſis Epiſcopus, & Clerus. 426.
Canonici Regulares. 426.
Canonicus Pœnitentiarius. 426.
Canonizatio Sanctorum. 426.
Capellani Pontificii. 427.
Capuana Eccleſia. 427.
Cardinalis. 427.
Carmelitæ. 427.
Carmelitæ Reformati. 427.
Carolus VI. Imperator. 427.
S. Catharina a Bononia. 427.
Cenſuræ Eccleſiaſticæ. 427.
Ciſtercienſes. 427.
Clerici Beneficiati. 427.
Clerici Regulares. 427.
Collegium Doctorum Urbinaten. 427.
Collegium Juriſtarum Cæſenaten. 428.
Collegium Theologorum Cæſenaten. 428.
Confeſſarius. 428.
Conclaviſtæ. 428.
Confraternitas Cordigerorum. 428.
Congregatio Artis Agrariæ. 428.
Congregatio Bethlemitarum. 428.
Congregatio Charitatis. 428.
Congregatio Doctrinæ Chriſtianæ. 428.
Congr. Cleric. Regul. Miniſtran. Infir. 429.
Congregatio Junctæ in Regno Siciliæ 429.
Congregatio Maſsorum. 429.
Congregatio Piorum Operariorum. 429.
Congregationes S.R.E. Cardinalium. 429
Congregatio Seminariorum. 439.
Conſtitutiones Apoſt. abrogatæ, ſeu moderatæ. 429.
Conſtitutiones Apoſt. Confirmatæ, aut extinſæ. 429.
Conſtitutio Unigenitus. 430.
Cordigeri. 430.
Cornelius Steenoven. 430.
Corona S. Birgittæ. 430.
Corona Septem Dolorum B. M. V. 430.
Curia Eccleſiæ. 430.

D

DApiferi. 430.
Decanatus Collegii Cardinalium. 430.
Decreta Congregationum S.R.E. Cardinalium. 430.
Decreta Ordinum Regularium. 430.
Decreta S.R.E. Cardinalium. 431.
Decreta Congregationis Concilii. 431.
Decreta Congregationis ſuper Diſciplina Regular. 431.
Decreta Congregationis Epiſc. & Regul. 431.
Decreta Congregationis Indulgentiarum. 431.
Decreta Congregationis particularis. 431.
Decreta Congregationis Rituum. 431.
Decreta Regularium. 431.
Diœceſis. 432.
Diſciplina Eccleſiaſtica. 432.
Diviſio Provinciarum Regularium 432.
Doctrina Chriſtiana. 432.
Doctrina S. Auguſtini. 432.

E

EBredunenſis Epiſcopus. 432.
Eccleſia Collegiata. 432.
Eccleſia Parochialis. 432.
Equitatus. 432.
Erectio. 432.
Eremitæ S. Auguſtini. 432.
Eremitæ S. Auguſtini Diſcalceati 433.
Eugubina Eccleſia. 433.
Exequatur Regium. 433.

FAbrica Eccleſiarum. 433.
Facultates publicæ. 433.
Familiares Pontificij. 433.
Farneſiana Familia. 433.
S. Felix a Cantalicio. 433.
Ven. Ferdinandus a S. Joſepho. 433.
Feſta Sanctorum. 433.
S. Franciſcus Borgia. 433.
B. Franciſcus Regis. 433.
Fratres S. Auguſtini. 433.
Fratres Carmelitæ. 433.
Fratres Ordinis S. Franciſci. 433.
Fratres S. Joannis Dei. 433.
Fratres Prædicatores. 434.
Fratres Redemptionis Captivorum Ordinis B. M. de Mercede. 434.
Fratres Redemptionis Captivorum Ordinis SS. Trinitatis. 434.

Habi-

H

HAbitus Laicalis. 434
Hoſpitalis B. M. Theutonicorum. 434.
Hoſpitale S. Joannis Hieroſolymitani. 434.
Hoſpitalia. 434.
Hiſpania. 434.

I

IMperator. 434.
Indulgentiæ. 434
Indultum. 434.
Interdictum Eccleſiaſticum. 435.
S. Joannes a Capiſtrano. 435.
S. Iſidorus Agricola. 435.
Jubilæum. 435.
Judæi. 435
Juncta in Regno Siciliæ. 435.
Juspræſentandi. 435.

L

SAnctus Laurentius Juſtinianus. 435
Liparen. 435.
Lucernæ Senatus. 435.

M

MAgnus Magiſter. 435.
Militia Aureata Conſtantiniana. 435.
Milites Theutonici. 435.
Minimi. 435
Minores in genere. 436.
Minores Capuccini. 436.
Minores Conventuales. 436.
Minores de Obſervantia. 436.
Minores de Obſervantia Diſcalceati. 436.
Minores Reformati. 436.
Minores Tertii Ordinis. 437.
Miſſionarii. 437.
Monachi Ord. S. Benedicti Congr. Bohemiæ. 437.
Monachi Ord. S. Benedicti Congreg. Benedictinæ Auguſtanæ. 437
Monachi Ord. S. Benedicti Congr. Burſfeldenſis. 437.
Monachi Ord. S. Benedicti Congr. Montis Virg. 437.
Monachi Ord. S. Benedicti Congr. Portugalliæ. 437.
Monachi Ord. S. Benedicti Congr. Silveſtrinorum. 437.
Monachi Ciſtercienſes. 437.
Monarchia Siciliæ. 437.
Muſici. 438.

N

NIcien. Senatus. 438
Nuncius Apoſtolicus. 438.

O

ORatio Quadraginta Horarum. 438.
Oſnabrugen. Epiſcopus. 438.
Officia Sanctorum. 438.

P

PAcificatio. 438.
Parochus. 438.
S. Paulo. 438.
Patriarcha, & Patriarchatus. 438.
S. Philippus Benitius. 438.
Pii Operarii. 439.
Pœnitentiarii. 439.
Præbenda Theologalis. 439.
Prædicatores. 439.
Preces Primariæ. 439.
Privilegium. 439.
Provinciæ Regularium. 439.
Pueri Honorarii. 439.

R

REcinatenſis Civitas. 439.
Regulares in genere. 440.
Rex Portugalliæ. 440.
Rex Romanorum. 440.
Ritus Sinenſes. 440.
Romanus Pontifex. 440.
Rota Maceraten. 440.
Rutheni. 440.

S

SAbaudia. 441.
Seminarium in genere. 441.
Seminarium Eccleſiaſticum Ceſenaten. 441.
S. Sepulchrum. 441.
Sicilia. 441.
Societas Jeſu. 441.
Sorbona. 441.
Spolia Cameræ Apoſtolicæ. 441.
Sportulæ, ſeu Propinæ. 441.
S. Stephanus Abbas. 441.
Suffragia pro Defunctis. 441.

T

TArraconen. Epiſcopus. 441.
Tarraconen. Senatus. 441.
Terra Sancta. 442.
S. Thoma. 442.
Tribunalia. 442.

V

VIcarius Urbis. 442.
Viſitatio Apoſtolica. 442.
Ulyſſiponen. Archiepiſcopus Occidentalis. 442.
Ultrajectinus Archiepiſcopus. 442.
Unio Eccleſiarum. 442.
Univerſitas Sorbona. 442.
Univerſitas Studii Generalis Urbinaten. 442.
Univerſitas Studiorum Generalium. 442.
Urbinatenſis Civitas. 442.

F I N I S.

598094

Digitized by Google

oogle

Digitized by Google

Digitized by Google